



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>





Reo 195

*11/11*



UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT



900000179377



Res. 1195





HENRICI BROUWER, JC.

DE JURE  
CONNUBIORVM  
APUD BATAVOS RECEPTO.

LIBRI DV.O.

In quibus Jura Naturæ, Divinum, Civile, Canonicum,  
prout de nuptiis agunt, referuntur,  
expenduntur, explicantur.



Herb

Handwritten signature or name, possibly 'J. A. L. A. R. C.'

AMSTELÆDAMI  
Apud CASPARVM COMMELINVM.

CLD IDC LXV.

Cum Privilegio.



*Ex Bibliotheca joannis baptista josephi Laisné  
Suprema Canonice in Curia Causidici.*

## SUMMA PRIVILEGII.

**INDICATIO**  
Staten van Holland en West-Vriesland. Moen te weeten, Almo ons ver-  
toont is by Caspar Coenraadt Boeckverkooper tot Amsterdam, hoe dat hy  
▲ Suppliant, niet groote kosten, moeyten, en arbeit hadde doen drucken secker  
Boeck, geintituleert *Henrici Brouwer JC. De jure connubiorum apud Batavos re-  
capitulatio*, &c. Soos ist, dat wy de saacke ende voorschreven aangemerckt  
hebbende, ende geneghen wesende ter bede van den Suppliant, vyt onse  
reghte wetenschap, souveraine maght, en auctoriteyt, den selven Suppliant  
geconsenteert, ende geotroyeert hebben, consenteren en ootroyeren mits  
desen, dat hy het voorgeroerde boeck, geduerende den tijt van vijftien eerst  
komende jaren, binnen onse Landen van Holland en West-Vriesland alleen sal  
mogen drucken, doen drucken, uytgeven, ofte verkopen. Verbiiedende  
allen ende een yegelijcken, het selve boeck buyten consent vanden Suppliant  
ofte den voornoemden Auctor, in eenigher manniieren na te drucken, ofte  
elders nagedrukt, in den voorschreven onse Landen te brenghen, te verhan-  
delen, ofte verkopen, op vetbeurte vande nagedrukte, ingebraghte, verhan-  
delde, ofte verkoghte exemplaren, ende een boete daar enboven van drie  
hondert gulden, te appliceren een derde part van dien voor den Officier, die  
de calange doen sal, het tweede derde part voor den armen vande plaats  
daar de saacke sal voorvallen, ende het resterende derde part voor den Sup-  
pliant. Ende ten eynde de Suppliant desen onse consente en Ootroye moghe  
genieten als na behoren, Lasten wy allen ende eenen yegelijcken die het aan-  
gaan magh, dat sy den Suppliant van den inhouden van desen doen laten ende  
gedoghen, rustelick, vredelick, ende volkommentlick genieten ende ge-  
bruycken, cesserende alle beleth ter contrarie: Gegeven inden Haghe on-  
der onsen groote Zegele hier aan doen hanghen, op den 18. November, int  
jaar onses Heeren ende Salighmaeckers, duyssent ses-hondert vier en sestig.  
Ende was getekent, JOHAN de WITT.

*J.B. Laisné*

*Ter ordonnantie vande Staten*

HERB. VAN BEAUMONT.

MAJESTATE

LIBRARY OF THE

AMSTERDAM



AMPLISSIMO  
REIPUBLICÆ  
LUGDUNO-BATAVÆ  
MAGISTRATUI.

*Gravissimis, Spectatissimis, Prudentissimis Viris,*

D. GERHARDO van HOGVEEN, J.U.D.

PRÆTORI.

D. CORNELIO van BUYTEVEST.

D. WILHELMO PAADTS, J.U.D.

D. ARNOLDO WITTENS, J.U.D.

D. RIPPERDO van GROENENDYCK, J.U.D.

CONSULIBUS.

D. JOHANNI MEERMAN, J.U.D.

D. PETRO van GRIECKEN.

D. JOHANNI van STAVAREN.

D. WILHELMO van SCHILPEROORT, J.U.D.

D. GERHARDO van SWAANSWYCK, J.U.D.

D. NICOLAO VERRUYT.

D. HERMANNO vander MEER, J.U.D.

SCABINIS, COLLEGIS HONORANDIS.

NEC NON

*Consultissimis, Disertissimis Viris,*

D. PETRO van BVRGHERSDYCK, J.U.D. Syndico.

D. GERHARDO van HOGVEEN, J.U.D.

D.D. Coss. à Secretis.

D. FRANCISCO MEERMAN, J.U.D.

D.D. Scab. ab actis judicialibus.

*Hos de jure connubiorum libros, & se sacrum facit*

HENRICUS BROUWER.



VIRI AMPLISSIMI, SPECTATISSIMI.

**P**ostquam visum mihi, horas subsecivas, & otium illud, quod à publicis negotiis reliquum erat, honestis studiis impendere, & sic animum meum oblectare, ejusmodi argumentum seligendum putavi, quod & pulcherrimum, & venerandum, & utilissimum Reipublicæ, & toti humanæ genti necessarium communi consensu judicaretur: ne privata oblectatio in nugis quæsitæ, transacti inutiliter temporis desiderium afferret, quin ut potius circa rem præstantem occupata, ex fragrantibus doctrinæ favis suavissima, & olim publicæ etiam profutura, mella reportaret. Talis autem argumentum, matrimonium esse arbitratus sum. Ita enim in animum induxi meum, pulcherrimum esse illud institutum, quod homini ipsa creatione beato, omnibus bonis ad suavitatem vitæ optandis affluenti, nullis mordacibus curis, nullis morbis, nullis ærumnis discerpto ne demeret solitudinem, in ipso paradiso instituit divina Providentia, primæque omnium, & eximia benedictione profecuta fuit: denique quod, ut suum, & vel eo nomine præclarum inventum princeps ostendit terris. Maxime venerandum esse, à quo prima & secunda in Trinitate personæ Patris & Filii appellationes sibi assumere non dedignatæ fuere: quod primo miraculo & præsentia Majestatis suæ Filius Dei honorare voluit: quod rei maximæ, & captum hominis superantis, conjunctæ divinæ & humanæ in Christo naturæ typus est, & quo designari arctissimam Domini nostri Jesu & Ecclesiæ conjunctionem, Rex & Propheta Sal-

lo-

# DEDICATIO.

Ionan, & Apostolus gentium Paulus docuerunt. Utilissimum esse Reipublicæ, quod charitatis, benevolentia, & omnis amoris primum principium & primordium est, societatis humanæ primus gradus & vinculum: quod efficit, ut non imprudenter & temere, ut cætera animalia, sed sapiente consilio ac ordine decoro commisceatur genus humanum: quod arctissimum hominum consortium est, non ad tempus, sed in perpetuum duos inter se devinciens, clavoque trabali & indissolubili nexu colligans, imo ita conglutinans, ut ex duobus unum faciat: quod unicum ærurnarum, quibus in hoc mundo conflictamur miseri homines, temperamentum est: cum ea, quæ nobis adversa obveniunt, cum uxore quasi partiti, non minimam capiamus consolationem: quod familias propagat, separatas gentes jungit, pagos, civitates, Respublicas, Regna condit, redditque frequentia; & ut una oratione omnia expediam, quod fons Oeconomix, Ecclesiæ seminarium, Reipublicæ coagmentatio & firmamentum est. Necessarium denique toti genti humanæ, quod (cum ita nobiscum comparatum sit, ut illud vitæ curriculum, quod singulis largitur Deus, per brevibus decurratur spatiis, & nos qui sumus, tandem desinere necesse sit) immortalitatem quandam generi humano tribuit, dum divino illo generationis beneficio, quo ab auctore naturæ donati sumus, nos ipsos quodammodo renatos redhibemus in liberis nostris, atque ita æternitatis quandam imaginem in hoc mundo, etiam post obitum, continuata in posteris successione, repræsentamus, & imitamur. Liberos enim susceptio-

## D E D I C A T I O.

ne, veluti de lumine lumen accenditur: quod ad posteritatem per generationem propagatur, & nunquā exstinguitur. At hæc omnia, & singula matrimonium est, continet, designat, tribuit, operatur, ut nihil eo pulchrius, nihil præstabilius cogitari, nihil utilius, nihil magis necessarium generi humano inveniri possit. Quo perpenso incepti mihi etiam eo nomine gratulari, quod in tam nobile argumentum incidissem, ex quo videbatur jucunditatis non parum, utilitatis quam plurimum, etiam ad publicum perventurum. Verum Amplissimi viri (ingenue dicam) scripturienti ferme accidit, ut calamum excusserint excellentes viri, tum Theologi, tum Jurisconsulti, tum Philosophi, quos deprehendi idem stadium jam sæpius, nec sine gloria decucurrisse. Subiit enim me hæc cogitatio: Egone exiguæ eruditionis & scientiæ homo, adeo mihi Suffenus ero, ut ullam lauream labori meo repositam, imo à vellicatione singulorum operam meam tutam sperare ausim, si post tot Roscios, eximios scriptores, cum veteribus juris coryphæis artis nostræ scientiâ & purioris Latini sermonis elegantiam certantes, rem toties actam agere, & alga forte viliora, Noricisq; nivibus frigidiora de nuptiis scribere sustineam? Quid? nonne metuum mihi potius, ne post Homerum Iliadam moliens, pro applausu cachinnum meream? præsertim hac nostra ætate, qua multis persuasum, & præterito seculo enituisse, quicquid eximium in arte nostra tradi potest, & à pluribus ita occupata, exhausta, consumpta jam pridem esse omnia, ut ne minimum quidem juris argumentum intactum, vel non penitus excussum reperias.



# D E D I C A T I O.

perias. Et sane, ubi ille Trebatius, qui antecedentis ævi juris Antistites aut superare, aut æquare præsumat, & se quid tradere posse confidat, quod illorum diligentiam effugerit? Scio, quam sit mihi curta supellex. Atque hæc cogitanti modestiæ meæ esse videbatur, calamum mihi tantum scribendo exorere, & si quid eximium ex aliorum laboribus tollere daretur, id privatae utilitati reservare, sine decreto quicquam publice edendi. Itaque, hoc animo, me aliorum scriptis legendis oblectare cœperam: sed continuo sensi, non omnes Thyrsiferos, Bacchos esse, nec omnes cantatores, eximios poëtas esse quidem multa à plurimis erudita & præclara de nuptiis tradita, (ne quis putet, me omnes scriptores eodem loco habere, vel quicquam magnorum virorum laudibus maligne detractum velle) sed cum quisque suo inserviat scopo, Philosophos intra juris naturalis terminos se continuisse, scholasticos scholastice scripsisse, id est, jus divinum naturali rationi immiscuisse, Jurisconsultorum alios Romanas de nuptiis leges, alios Christianorum Pontificum decreta duntaxat tractasse; neotericos juris Pontificii interpretes multa piis non probanda protulisse; certe hæc omnia inter se confusa ita edidisse, ut poli quam soli, animæ seu conscientiae interno, quam politico seu externo foro utiliora tradidisse videantur: neminem autem hactenus extitisse, qui ea omnia separatim excussa, & quasi in tabellam congesta uni oculorum conspectui supposuerit; multo minus, qui ritus & jura, quibus in celebrandis nuptiis nos Batavi utimur, exegerit, litteris mandaverit, retulerit.

## D E D I C A T I O.

rit. Quo ipso deprehendi, non omnem de nuptiis scribendi materiam ab aliis exhaustam, consumptamque, sed & mihi relictum esse argumentum, in quo industriam meam explicare, & simul cum publica aliorum utilitate me exercere possem. Etenim sic apud me cogitabam, Juris naturæ investigationem, de quacunque etiam re illa institueretur, nisi politicæ scientiæ gratia fiat, sterilem contemplationem esse, & totam ejus utilitatem una cum percipientis inter ipsum opus voluptate consistere simul & desinere. Juris divini, civilis, & canonici cognitionem id tantum conferre, ut sciamus, quid circa nuptias senserint, statuerint, quos ritus in iis celebrandis induxerint, probaverint veteres Ebræi, Romani legum conditores, & Romanæ Ecclesiæ recentiores Pontifices: eaque jucunda quidem scitu, at nisi hodiernis moribus aptentur, parum utilia esse. Hæc omnia denique jura confusa & commixtim tradita, confundere memoriam, & turbare judicium lectorum; tractata autem, ut (quod illi appellant) animæ foro inserviant, Pontificum Romanorum tribunali, quam nostro foro utiliora esse. Quid ergo? an non ille proderit Batavorum Jurisconsultorum Ordini, qui excussis postea patriis nuptiarum legibus, & naturalia, & divina, & civilia, & canonica jura prius ita tradiderit, ut ex eorum cognitione, scientiæ non parum; ex collatione vero, voluptatis quam plurimum; & quoties deficiunt patriæ leges, eorum rationibus multum præsidii in decidendis controversiis capi queat; adeoque ut singula recondita in quotidianos usus thesauri loco esse possint? Ita persuasus,

tum

# DEDICATIO.

tum demum manus aratro admove, ea mente, ut non mihi soli semper inserviret, sed & lucem aliquando videret hoc opus nostrum; & alacri studio annisus sum, quotiescunque se offerebat occasio, quid jus naturæ circa nuptias diceret, investigare; tum jus divinum, civile, canonicum separatim referre; & quæ in iis dubia, ambigua, obscura occurrebant, explicare, illustrare; pugnantia conciliare; quæ diversis temporibus contraria constituta fuerunt, annotare; decretorum & legum rationes ex primis fundamentis & principiis eruere; post hæc patria jura, & quæ nunc passim usu judiciorum certo recepta sunt, tradere; eaque omnia inter se conferre; & tandem rationes exhibere, quare multa à scripto Romanorum jure, & Pontificum decretis longe discrepantia amplexi sint juris nostri Batavi conditores. An vero hoc pensum exorsus, recte confecerim, pēnes alios sit judicium. Non is sum, qui mea aliis laudare velim, sed hanc spem amici fecere, lectorem meum vel ex sola legum collatione paratiorem fore, ad decidendas quotidianas de nuptiis controversias, adeoque uberrimum jacturæ temporis in legendo consumpti fructum reportaturum; cui si respondeat eventus, tum me aliquod operæ pretium fecisse putabo. Nectamen adeo mihi ipse placeo, quin facile concedam, elaboratum magis quid in hoc negotio ab iis facile præstari potuisse, qui, jurisconsultorum coryphæi, oris facundiâ, & scriptis cedro dignis Batavum nostrum Athenarum exornant: ut & ab iis, qui quotidie in foro inter causarum discrimina versantur.

\*\*

Vno



# DEDICATIO.

*Vno ore, quos plurimæ consentiunt*

*Gentes, esse viros populi primarios:*

*Vnde populi & Reges omnes consilium expetant,*

*Suarum rerum incerti.*

Hiscæ enim experientissimis viris observare facile est; quæ in jure civili usus damnarit; in quibus à Pontificum decretis mores nostri dissideant; quousque forum nostrum jus divinum sequatur; quod ipsis omnia apertius & perfectius, ex quotidiano usu judiciorum, in ipsis rerum argumentis appareant. Illis vero, jus publice professis seu justitiæ sacerdotibus, otium, cupido, & ardor neutiquam deest investigandi quicquid subtilius in jure nostro veteres interpretes disputarunt, quicquid elegans, quicquid eximium, quicquid eruditum excogitarunt; observarunt; quid enim horum diligentiam effugere posset? Me autem sæpius à studiis avocant Civitatis publica negotia; à communi Batavorum foro separat locus. Non tamen me à scribendo deterruit horum virorum existimatio. Cogitabam enim (cum diffusa sit, & in varias partes divisa juris nostri scientia, magna ejus profunditas & latitudo) magna illa & erudita lumina in subtiliori forte argumento occupata esse, & mihi tractandas reliquasse nuptias: vel minimum, apud generosos hosce animos, si alicubi, aut circa apices juris, aut circa quotidianos judiciorum processus erravisse reperiar, veniam me, non vituperium meriturum, qui interim, dum illi meliora sua opera lambunt, hæc qualicunque lucubratione mea publico prodesse studui.

Cæte-

## D E D I C A T I O . 7

Ceterum Amplissimi & Spectatissimi Viri, quin hoc quaecunque opus vestris consecrandum esset nominibus, non diu mihi, nec ancepiti consilii lance deliberandum fuit. Vestra in me collata beneficia, & delati honores, hoc gratissimi mei erga vos animi munimentum & devotissimi affectus pignus jure optimo sibi vindicarunt. Etenim, honorifico vestro judicio me in lucem protraxistis, in amplissimum vestrae Civitatis Senatum adscripistis, judicem creastis, Rempublicam vobiscum gubernandam credidistis, ut ingrato mihi moriendum sit, si sinerem illud vestri amoris iudicium unquam apud me emori, & non potius arrepta qualibet occasione testarer, honorem acceptorum me memorem esse. Est & alia ratio, Viri Spectatissimi, quae me movit vestra praecleara nomina huic operi praescribere: Scilicet, infirmo huic nostro foetui, in lucem prodire gestienti, non erat satis fiducia ad hominum iudicia erudito hoc seculo excipienda, nisi vobis patronis adjuvantibus. Etenim sibi persuasum habuit, propter vestra praecleara nomina, operis fronti praescripta, se non tantum aliorum favorem consecuturum, sed & quod potissimum est, futurum esse, ut experiat, vos plerisque, non solum in arte nostra, sed & in omni scientiarum genere versatos & perpolitos viros, æquissimos laboris mei æstimatores, censores humanos, si quid erratum, admonitores bene volos, si quid iniquis recte positum sit, & contra calumniam virulentos imperius, defensores strenuos. Vestra quippe perspecta mihi in iudicando sagacitas est, in corrigendo æquitas, in ad-

# D E D I C A T I O.

monendo humanitas, in protegendo auctoritas, in me benevolentia & amor. Hunc honorem si mihi non denegetis, sed patiamini, sub vestris auspiciis hoc opus prodire, in non minima felicitatis parte id ipsum deputans, instar boni nominis semper manebo vobis debendi reus. Si vero, quod, sperare mihi permittit vestra benignitas, hoc conamen nostrum vobis non prorsus displicuerit, non erit, quod me olei & operæ insuntæ poeniteat, unice securum, quid pleraque hominum turba, cui, ut Pindarus ait, cæcum cor est, sentiat. Hic subsisto Amplissimi Viri, & (quod à pluribus in dedicationibus fieri solet) vestra & avorum vestrorum præclara facta recensero de industria supersedeo. Non, quod me materia deficiat, quæ abundat potius, sed ne egregias laudes vestras culpa ingenii deteram, neve pudorem vestrum aut meum adulationis vel minima specie (cujus suspensionem effugere in hac re, etiam cum maxime velis, difficile est) ulla in parte lædam. Vos sane scitis, ut & cæteri, qui vel extremis lineis me norunt, eo me natum esse ingenio, ut non tantum adulationem, sed & omnem adulationis speciem horream, & mihi apprime notum est, vestræ modestiæ sufficere, propriam conscientiam recte factorum testem habere, atque potius quam laudari, laudanda facere velle. Valete viri Amplissimi, Spectatissimi, & si quid vota valent, precor vobis Rem publicam florentem, Urbem beatam, Religionis amorem, Justitiæ zelum, consilia Patriæ & temporibus commoda, successus felices, mentem sanam in corpore sano, & post-

# DEDICATIO.

postquam ad extrema rerum perveneritis, vitam in æternum beatam.

Lugd. Bat. ann. clō. lxx. lxxiv.  
 mense Decembri.

## HENRICO BROUWER, JC.

Genero exoptatissimo.



*ternitatis candidatus qui cupit  
 Haberi & esse, haud interim immemor sue  
 Sortis caduæ, quæ brevem vitam facit,  
 Nosque inchoare longiores spes vetat:  
 Quod corpori negatur, id mente octupet.*

*Vt in Deo vitæ beatæ exordia  
 Prægustet, atque morte consummet bonâ:  
 Quæ res beatum sola præstat & facit.  
 Extendere inde nomen alis ingenl,  
 Factisque pulcris allaboret perpetim;  
 Quo sit superstes atque posthumus sibi.  
 At cui beato hoc esse non datur modo,  
 Perennitatem querat in Nepotibus:  
 Et conjugali liberis id fœdere  
 Pius rependat, mutuo à Parentibus  
 Quod gaudet accepisse munus cœlitus.  
 Æternitatis hac figurâ umbratili,  
 Mortalitati homo facit convitium,  
 Mortisque regnum nobili invento exigit.  
 Hæc gentis humanæ sacra Incunabula,*

★★ 3

Ne

Ne bestiarum more (namque & hæc genus  
Suum propagant) per libidines vagas  
Turbentur, & connubiis promiscuis:  
Connubii Institutor atque auctor Deus  
Providit, una carne binos copulans,  
Maremque, feminamque, costæ traducem,  
Neu separare tentet illud, quod Deus  
Conjunxit, ullo tempore: hanc legem tulit,  
Sola esse morte vinculum hoc solubile.

At ut licet non curet hæc Concisso,  
Gens dura, mente semper obstrepens Deo,  
Divortiiisque conjugii solvens fidem,  
Non abnuente Mose, & invito tamen,  
Non sic tamen, secretioris Angelus  
Admissionis, quique Mosén pręgravat,  
Natus Dei, primævajuræ roborans:  
Cui præter unum crimen, omnes jam tibi  
Causæ videntur dirimendi non probæ.  
Sic conjugatos mutuam concordiam  
Verbis docens, qualem ipse sponsæ Ecclesiæ  
Sincerum amorem, factus una una caro  
Nobiscum, & illam victimam offerens Deo,  
Reapse præstitit lubens, Mundi salus.

Quæcunque non his regulis consentiunt,  
Seu ratio dicet, siue Cæsar non idem,  
Seu Papa dispensare contra quid velit:  
Hæc esse nugæ legulei commatis,  
Docte & stilo elegante BROUVERUS docet.  
Qui sic Batavum Matrimoniale Jus,

Hau.

*Hausum Dei verbo probat sanctissimo;  
Et convenire lumini, quod intimis  
Splendet medullis mentis, & recessibus;  
Ut quicquid est bona moneta in Codice,  
Et quicquid affert ipse Tarpejus canon  
Dignum asterisca, id proprium omne fecerit.*

*Sic matre porro, qui tuis Virtutibus  
Rerum mearum es columen, & decus domus,  
BROUWERE, juris atque recti oraculum.  
Hoc est tueri gentis humana bonum,  
Chartisque consecrare victuris idem,  
Æternitatis postibusque affigere.  
Nam nuptius novit modum qui ponere,  
Vagoque amoris limites præfigere,  
Sacrisque conformare mentem legibus:  
Rem compedire terminis interminam  
Potest, & omne ferre punctum dignus est*

ABRAHAMUS HEIDANUS.

D.D.

*Gravissimo & Consalsissimo Viro*

**D. HENRICO BROUWER, J.C.**

**Vrbis Lugduno-Batavæ Senatori & Judici incorrupto.**

*Suum de jure Connubiorum apud Batavos recepto opus edenti.*



uis leges Patriæ, Patrique scribit,  
Quis jungit Thalami, Thorique jura,  
Vxori statuens, Viroque normam,  
Dum vel tæda micat, rogusve surgit?

BROUWERUS; loquitur, videre mente est;

BROUWERUS, columen sacri Senatus,

Rheno qui bifido dat æqua jura,

Arcem quâ Latias ferunt cohortes

Invictam Batavo solo locasse.

Hinc leges Latîæ, lepor latinus,

Romanumque decus replevit urbem:

Lugdunum ut Latium sit atque Roma.

Jam Grajæ Batavas stupent Athenæ,

Quis sedem posuit Themis, Minerva,

Et Vatum Pater, & novem sorores,

Et quidquid veterum super Deorum est:

Et quidquid veterum super Dearum est:

BROUWERUS locuples abunde testis.

Ex se quem perhibent fuisse natum

Musæ Pierides, Themis, Minerva,

Mentis participem beatioris.

Qui, quidquid docuit Solon, Lycurgus,

Et legum strenuus Quirinus auctor,

Edixit, stabiliq; lege sanxit,

Et certa ratione comprobavit;

Thesauro ingenii sui recludens,

Quæ nunquam moritura cogitavit,

Et mentis monumenta destinavit,

Antistes veteris, novique juris,

Et dictus merito suo sacerdos.

Collegæ cecinit suo lubenter,

G. V. SWAENSWJICK.



HENRICI BROUWER, JC.

D E

JURE CONNUBIORUM  
APVD BATAVOS RECEPTO

LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

*De Sponsalium etymologia, eorumque definitione.*

S U M M A R I A .

- |  |  |
|--|--|
| <ol style="list-style-type: none"><li>1. Sponsalia à spondendo dicuntur.</li><li>2. Spondere, unde deductum?</li><li>3. Cur nuptiarum promissiones sponsalia dicantur, &amp; quid proprie sit, spondere?</li><li>4. Ratio datur, cur non à stipulando, vel minimum promiscue à stipulando, &amp; spondendo, sponsalia dicantur.</li><li>5. Qui consponsi dicli, qui sponsores; &amp; varia sponsionis atque sponsalium appellationes.</li><li>6. Jus Pontificium nuptias sponsalia appellavit.</li><li>7. Spondere &amp; despondere promiscue usurpantur.</li><li>8. Mos vetus spondendi nuptias exolevit, nomen remansit.</li><li>9. Laudatur veterum Eshmiorum solennis ritus contrahendi sponsalia.</li><li>10. Unde derivetur verbum troubelofcen, quo sponsalia significamus.</li></ol> | <ol style="list-style-type: none"><li>11. Florentini sponsalium definitio explicatur.</li><li>12. In Nicolai Papa sponsalium definitione amplectenda Plantiniana editionis lectio est, &amp; pro promissa, legendum, promissio.</li><li>13. Nova sponsalium definitio traditur, &amp; explicatur.</li><li>14. Nullarum virium sunt sponsalia, nisi consentiant omnes quorum interest.</li><li>15. Bina sponsalia eodem tempore habere non licet.</li><li>16. Et tam vir quam mulier spondere debet, ut existant sponsalia.</li><li>17. Sponsalia non sunt, nisi quæ nuptias respiciunt futuras.</li><li>18. Sponsalia nuptia non sunt. Ut sibi impendant, qui pactis sponsalibus, quasi jam conjuges sint, congregiuntur.</li><li>19. Quæ moribus nostris, sperata, quæ pacta, quæ sponsa dici possit?</li></ol> |
|--|--|

**A**ggredienti præsens hoc opus nihil mihi prius, nihil potius visum fuit quam derivatione, rationeque nominis strictim tradita, exordium ab ipsius tractandæ rei definitione auspicari; ut in ipso operis limine, quasi in tabella perspicui possit, quid sit de quo totus sermo futurus est.

A

Spon-



*Sponsalia à spondendo dici, non is ambigit, qui modo suminis labris Latinum delibavit sermonem. l. 2. D. de sponsal. Hoc enim verbi etymologia perspicue indicat: quæ quoque neminem dubitare sinit, quin ab eodem vocabulo sponsa sponsusque dicantur; quibus nominibus appellantur *ſæmina masque*, quorum ex pacto futurum speratur matrimonium. l. 3. D. eod. Spondere à sponte deductum dicitur; Verrius Flaccus tamen, ut tradit Festus, *sui deinde ipsius oblitus inferiore capite, sponsum & sponsam ex Græco dictum ait, quod scilicet, αὐτὸν δ᾿ας*, id est, *ſœdera interpositis rebus divinis faciant*. Sed hæc vocabuli, unde derivetur, simplex investigatio ad Grammaticorum filios pertinet. Verum cur à spondendo nuptiarum futurarum promissiones nomen acceperint, simulque quid proprie & in arte nostra sit, spondere, indagatio Jurisconsulto non indigna, & huic loco propria est. Accepimus spondere, nativo suo & primo significato, dicere veteribus denotasse, tributumque fuisse ei, qui inter colloquentes primo loco sponte, id est, voluntate dicit. Unde respondere, responsum, responsio & hodie dicuntur ejus, qui posteriore loco loquitur. Ac hæc vetus hujus verbi denotatio rationem non continet, cur à spondendo nuptiarum sponsiones sponsalia appellata sint. Quærenda itaque nobis alia est. Spondere postea usurpari cœptum fuit, pro sponte, id est, voluntate promittere, uti ex Verrio Festus tradit. Inverso plane loquendi ordine. Nam qui primo loco spondet, cum id verbum, dicere significat: is posteriore loco, & quasi, imo frequenter ad interrogationem alterius respondet, cum spondere, promittere denotat. Ita usus obtinuit, penes quem est vis & norma loquendi: & id ipsum inauditum plane non est in Latino sermone: sunt enim plura vocabula in contrariam significationem sui originis tractu temporis conversa, ut Albericus Gentilis ostendit. Cæterum in hoc significato, spondere est, tum, sponte, id est, libere, omni coactione procul remota: tum, sponte, id est, proprio motu, non rogatum, non jussu pro alio promittere. Quo sensu sponsores dicti fuerunt, qui pro candidatis, ne illi ambitus rei essent, promittebant. Et recte Accursius sponsorem eum dixit, qui pro alio sponte sua & non rogatus promittit. Deinde quoque spondere juris verbum esse cœpit l. 7. D. de verbor. significat. l. 19. §. 2. D. de adilit. edict. relatumque fuit ad stipulationem; & conceptis verbis, solenni ritu, interrogatione & responso interpositis promittere significavit. l. 1. §. 7. D. de obligat. & act. In quacunque jam ex tribus hisce sumatur significatione hoc spondendi vocabulum, perspicua ratio lectori erit, cur ab eo nuptiarum promissionibus sponsalium nomen inditum fuerit, modo ipsius conventionis naturam, & Majorum mores in transigendis futuris nuptiis recte perpenderit. Liberrimam eorum voluntatem, qui sive sibi ipsis, sive aliis stipulantur nuptias, requirunt leges. At hujusmodi conventioni nullum nomen significantius tribui potuit, quam id, quod ab eo deducitur verbo, quod suo significato liberrimam promittentium voluntatem includit. Deinde veteres liberis suis nupturis conditiones quærebant, nullo circa hanc rem juven-*

Lib. 17. de verb. veter. signif.

Varro libr. 5. de Latim. ling. quem sequitur Perrot. Cornuc. Col. 266. lin. 10.

In l. 7. & 234. D. de verb. signif.

ventuti prorsus relicto arbitrio. Secundum hoc Hermionia apud Euripidem:

*Sponsalia patri meo curae erunt,*

*Ea enim me tractare non deceat.*

Quod quamvis postea in filiisfamilias mutatum fuit, in virginibus tamen diutius immutatum permanebit. <sup>1</sup> Recte ergo & nuptiarum promissio eo nomine appellata fuit, <sup>2</sup> *sponsio*, non *missum*, <sup>3</sup> *non rogatum pro alio* <sup>4</sup> *promittere* significat. Denique (uti Ulpianus tradit in l. 2. D. de sponsalibus, cuius meminit Aulus Gellius, <sup>5</sup> & exempla varia exhibet Plautus) moris fuit veteribus stipulari & spondere sibi uxores futuras, id est, soliti olim fuerunt patres, tutores, consanguinei, amici, sponte quasi, non iussi, non rogati, ne contra pudorem expetere maritum puella videretur, stipulanti iuvenis spondere virginem uxorem futuram; & vice versa, stipulantibus puellae necessarii se puellam domum ducturam promittere proci, ejusque parentes, idque conceptis in eam rem solennibus verbis. Ut quoque & ob hanc rationem hujus conventionis denominatio ab eo verbo recte deducta fuerit, quod in arte nostra, solenni ritu, interrogatione & responso promittere significat. Si quis jam hic à me querat, cum olim solennis hæc nuptiarum, alteriusve rei sponsio existere nunquam potuerit, nisi prævia stipulatione solenni; & cum tota illa verborum conceptio, quæ ex interrogatione & responso constat, modo *stipulatio*, modo *sponsio* in jure nostro appelletur: cur non potius à *stipulando*; vel ad minimum promiscuè, & à *stipulando* & à *spondendo* nuptiarum promissiones denominentur? Is responsum ferat, (præterquam, quod id satis docent exhibitæ jamjam à *spondendo* denominatione rationes,) fuisse hujus conventionis denominationem faciendam ab eo, quod proprie & princeps ejus causa est. Ille vero qui rogat, seu stipulatur, ostendit quidem animum contrahendi paratum sibi esse, offertque sponsalia; at qui spondet, is est, quid dicit, qui concludit, qui facit, ut perficiatur contractus. Hoc itaque *spondendi* verbum non sine ratione virginum elocationibus applicuere Latini. Fortunoque eo adeo delectati Quirites, ut non tantum inde *sponsi* & *sponse* deducta nomina probarint l. 3. D. de sponsalibus, sed & *sponsionem* dixerint, promissionem, qua rogatur pecunia dotis; *consponsos* eos, qui mutua fide obligati sunt; atque *sponsos*, qui virginem uxorem futuram spondent. Dies etiam, qua sponsum erat, *sponsalis* dictus fuit, ipsaque convivia tempore sponsalium dari solita à Cicerone, & arrha sponsalitia ab Honorio & Theodosio Imperatoribus; ipsius conventionis nomine

6 *sponsalia* appellata fuerunt. l. 1. C. de nupt. ex rescript. pet. Jus Pontificium insuper, sed nimis laxo significato, imo invita Jurisprudencia, ipsas nuptias postea *sponsalia* appellavit. C. 13. verb. *solutis sponsalibus*. x. de praesent.

7 Sunt, ut hoc quoque notem, qui volunt, proprie parentum esse *despondere*; liberorum *sponsare*. <sup>8</sup> Alii hanc differentiam inter hæc verba faciunt, <sup>9</sup> *quod*

<sup>1</sup> Comm. lib. 8. cap. 2. comment. Iur. Civil. Aitorie. Gent. lib. 2. c. 2. de Nupt. l. 4. c. 4. Noll. Att. l. 5. scen. 2. in Aulul. Att. 2. scen. 4. in Curcul. Att. 5. scen. 2.

<sup>1</sup> *Donat. in Terent. And. act. 1. scen. 1. in verb. placuit, despons. di. Serv. lib. 10. Æneid. 3. Terent. Heaut. Act. 4. scen. 4. Plaut. in Trinummm. Cicer. ad Attic. 2. 3. Vid. Cujac. lib. 16. cap. 33. observ.*

quod dicatur *spondere* puellæ, *despondere* adolescentis pater. Non inficias eo ex consuetudine recte loquentium hæc vocabula hoc sensu vel inter se distinguere, vel distinguere posse. At cum habeam tum classici Auctores, tum Jurisconsultos eximios, qui iis promiscuè utuntur, in l. 32. §. ult. D. de donat. int. vir. & uxor. l. ult. §. ult. D. de divor. 134. D. de verbor. obligat. l. 4. D. de sponsal. l. 60. §. 5. D. de nupt. & mihi paris significationis vocabula erunt, & tum parentibus, tum liberis attribuentur<sup>1</sup>.

Cæterum hac ortum origine sponsalium nomen, integrum ad posteros 8 deductum est, licet vetus spondendi nuptias mos jam diu exoleverit. Scilicet, cum perversa hominum natura ea quæ à Majoribus salubriter constituta sunt, tractu temporis vel in pejus mutare soleat, vel tandem abolere patiatur, ipsa tamen rei honestæ nomina tollere veretur. Fuit enim hæc veterum Ethnicorum in collocandis liberis consuetudo, adeo decens, adeo pia; ut non satis laudari possit. Constitit eo ipso parentibus suis honor ac reverentia; nec potuerunt liberi æstuantes impotenti amore, quem tum necessario moderabatur senilis prudentia, tam facile infelici se copulare matrimonio. Fiebat quoque non sine honestissima ratione, solennibus verbis per necessarios nuptiarum sponsio; nempe, tum ut constaret, paratos esse animos utriusque consponsi ad conjugium; tum ne id nimium expetere, sed potius modeste & reluctans quasi ad maritum deduci videretur puella. Quibus bene perpenſis, multi ex Christianis non infimæ auctoritatis viri hunc Ethnicorum in elocandis liberis ritum postliminio quasi revocandum esse censuerunt; & non sine ratione, meo quidem iudicio. Etenim si constitui non possent sponsalia, primordia quasi nuptiarum, nisi ab ipsis parentibus; si iis elocandorum liberorum integrum relinqueretur arbitrium, non ita frequenter, uti jam experientia docet, Christianorum conjugia minime Christiana haberent exordia.

Explicato sponsalium nomine Romano, non absurdum videbitur Lectori, si 10 pauxillum dicamus in gratiam Batavæ Juventutis, cui præcipue desudatur à nobis hic labor, de vernaculo vocabulo nostro *trouw-beloften*, quo sponsalia significamus. Certe si id recte inspiciatur, hoc in negotio, neque elegantius, neque significantius verbum excogitari potuit. Seu enim id compositum velis ex adjectivo *trouw* & substantivo *beloften*; jam hoc acceptum sensu, quamvis omnibus sponſionibus, quæ data & accepta fide interponuntur, applicari possit, quadam tamen prærogativâ sponsalibus attribui debet; cum nullum negotium, nulla obligatio, tam synceram, tamque inviolatam requirat fidem, quam matrimonii contractus. Si vero id metum ex duobus substantivis *trouw*, id est, *egbr*, & *beloften* compositum credas. Jam definitionem sponsalium ipsum continet nomen, & *trouw-beloften* matrimonii promissionem esse, docet. Quippe nostro idiomate, *beloven*, spondere, & *trouwen*, matrimonium contrahere, significant. Hinc publice consponsi *ondertroude*: nuptiis juncti *ghetroude lieden*; ipsæque nuptiæ *trouw* vocari solent. Scilicet eo nomi-

nomine apud nos designatur matrimonium, quod proprio suo & nativo significatu fidem denotat; ut indicet, conjugii à conjugis inviolatam in omnibus fidem usque ad extremum vitæ halitum servandam esse. Nec quoque sine ratione in plurativo nobis hoc nomen *trouw. beloosten* venit, caretque numero singulari; eo enim ipso moneri possumus, nuptiarum sponsionem reciprocam, earumque sponsores consponsores, id est, mutua fide astrictos, obligatosque esse. Hæc de nomine; jam ad sponsalium definitionem transgrediamur.

- II Definit Florentinus sponsalia mentionem ac repromissionem nuptiarum futurarum. l. 1. §. 1. D. de sponsal. quia, uti cum Hotomano<sup>1</sup> opinatur Costanus,<sup>2</sup> Græci sponsalia *μνηστειαν* vocant, quod nomen teste Harmenopulo<sup>3</sup> promissionis mentionem denotat: dicit enim Modestinum Græcum fuisse. At vero, hæc definitio non Herennii Modestini, sed Florentini est; qui fueritne natione Græcus, nescio; hoc scio, eum Papiniani discipulum fuisse, floruisse sub Alexandro Severo,<sup>4</sup> latine scripsisse; mentionem autem nuptiarum forsitan dixisse sponsalia, propter rationes quas mox dabimus. Sunt quam plures magni nominis Jurisconsulti, qui *mentionis* verbum ut superfluum expungunt, & simpliciter mutuam *repromissionem* legunt.<sup>5</sup> Hos alii refellunt, vulgarem lectionem probantes.<sup>6</sup> Nos horum hac de re exigua litem nostram non facimus, ut qui nolumus etiam in subtiliori argumento inter magna nomina pronunciare, sed quoties dabitur occasio, potius componere quicquid est apparentis dissidii. Cujus propositi nostri, ut specimen præbeamus in præsentiquæstione, existimamus, Florentinum, ut solent Jurisconsulti, potius describere, quam accurate definire sponsalia voluisse: deinde quoque non multum interesse, an dematur an relinquatur id verbum. Ita enim judicamus, omisso *mentionis* nomine, si definiantur sponsalia nuptiarum futurarum mutua repromissio, definitionem perfectam esse: nec, si relinquatur, id inutiliter, & sine significatione poni. Indicat enim *mentio*, antequam contrahuntur sponsalia, nuptiarum commemorationem, id est, colloctionem de futuris nuptiis fieri; quæ, si non sequatur repromissio, non magis ullius momenti habetur, quam collocutio de vendendo, locando, societate contrahenda, non perfecto contractu. Deinde, potest videri *mentionis* nomen à Florentino definitioni insertum esse, quatenus id ad ritus pertinet, non duntaxat complectens ipsa sponsalia, sed & præcedentes apparatus, quibus conditiones de dote, donatione propter nuptias, cæteræque promissiones expediuntur; quæ omnia etiam nullius momenti habentur, non secus nuptiis. L. ult. D. de spons. junct. l. 3. & 20. D. de jur. dot. Et licet hanc Cujacii & Hotomani interpretationem ineptam dicat Gentilis, ut quæ & præter rem definitam plura alia complectatur,<sup>7</sup> mihi tamen absurdum dictu non videtur, sponsalia definiri *mentionem* de conditionibus in matrimonio observandis, & mutuam *repromissionem* futurarum nuptiarum. Potest & videri Florentinus respexisse uxores stipulandi & spondendi veterum morem; ut *mentio* denotet, ad interrogationem

<sup>1</sup> Franc. Hotom. de Sponsal. c. 1.  
<sup>2</sup> De Sponsal. cap. quid sint Sponsal. §. 1.  
<sup>3</sup> Lib. 4. epit. lib. 1.  
<sup>4</sup> Lamprid. in Alexand. Sever. Nicol. Henel. cap. 31. de vet. Jurisconsult.  
<sup>5</sup> Wesenb. in Digest. paratit. tit. de sponsal.  
<sup>6</sup> Costan. d. l. 1.  
<sup>7</sup> Bachov. in Treutler. vol. 2. disp. 6. lito. B. Cypræ. lib. 1. cap. 2. §. 2. de jur. connub. Alber. Gent. lib. 2. c. 1. de Nupt.

<sup>7</sup> Lib. 1. c. 1. de Nupt.

alterius, nuptiarum promissionem ab una parte; *repromissio* ad restipulationem prioris, nuptiarum reciprocam sponsonem ab altera parte: hoc sensu scilicet, ut qui mentionem conjugii facit, non duntaxat sermonem de nuptiis ferere, earumque spein ostendere, sed insuper à sua parte eas offerre, & roganti quasi alteri polliceri dicatur: qui vero repromittit, oblatas acceptare, & sponsonem sua alterius restipulationi respondere intelligatur: spondebant enim parentes stipulanti juveni virginem uxorem futuram; & vice versa, stipulantibus puellæ necessariis spondebat juvenis virginem ductum iri. Cui ritui solennis stipulationis tanquam maxime honesto, quamvis is Florentini ævo jam olim in spondendis nuptiis exoleverat, potuit tamen Jurisconsultus, qualicunque modo, definitionem suam adaptare voluisse.

Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum respondens, *sponsalia futurarum nuptiarum promissionem* dixit. C. 3. causa 30. q. 5. Ita enim legendum est, uti habet Plantiniana editio, non vero *promissa*, uti est in vulgari. Quippe minus accurata esset definitio, si dicantur sponsalia nuptiarum *promissa*, cum promissum sit, quod alicujus rei gratia promittitur, non quod promittit; sponsalia vero non recte dixeris id esse, quod futuri matrimonii gratia promittitur, sed quod nuptias futuras promittit. Quod si *promissum* pro *promissione* accipi contendas, (quamvis non trito id diceretur sermone Latino) vitanda ambiguitas laborat definitio, cum promissi verbum duplicem substantivi & adjectivi significationem habeat: præterquam, quod Papa tum potius singulari quam plurali numero uti debuisset. Amplectenda itaque Plantinianæ editionis lectio est, quam & probat Seldenus. <sup>1</sup> Quare simpliciter promissionem sponsalia dixerit Papa, suo loco dicemus.

Nos sponsalia definimus, *viri & mulieris nuptiarum futurarum mutuam sponsonem*; verbis parum, verborum vi multum à Florentino discrepantes. Vterque recte pro ratione juris in quo versamur. Illi simpliciter nuptiarum *mentio* ac *repromissio* sponsalia dicuntur, quia jure Romano nullam producant actionem cogendi reluctantem nuptias perficere l. 1. C. de sponsal. Nobis *sponsio*, quia hodie sponsalia actionem pariunt, qua invitatus compelli ad perficiendum matrimonium potest. Inter *promissionem* vero, & *sponsonem* in jure nostro hæc differentia est, quod *promissio*, genuino suo significatu, nuda pollicitatio sit, & efficaci actione destituatur, l. 19. §. 2. D. de adilit. edict. junct. l. 7. D. de verbor. signif. *sponsio* vero præcisa locutione efficacius habeatur verbum, & actionem parere ex sponsu soleat: quamvis quoque generali sua acceptione, non solum quæ per sponsus interrogationem sit, sed omnem etiam stipulationem & promissionem contineat. l. 7. D. de verbor. significat. Nec refert, quod hodie conceptis verbis non soleat interponi nuptiarum sponsio, cum tamen id verbum in jure Civili proprie usurpetur, quoties in promissione, hæc, *spondes*, *spondeo*, vel alia solennia verba adhibentur, ut existat stipulatio: Cujac. in l. 7. D. de verbor. signif. sufficit enim nobis, ut *sponsonem*, verbo in jure nostro actionem continente, sponsalia dica-

dicamus, quod, quomodocunque constituta, dummodo mens promittentium appareat, actionem hodie pariunt. Qua ratione & potuimus sponsalia *contractum* dicere, quo nomine ea vocavit Servius Sulpitius, cum de tempore loquitur, quo ex sponsu, in renuentem sponsalia perficere, dabatur actio.

Sed nos eo, ut & *conventionis* verbo omisso, ea potius *sponsionem* diximus, tum quia sponsalia ulteriorem spondent nuptiarum contractum, nec absolventur omnino in propria conventionem, quin quid præstantius contrahendum promittant: tum quod conventiones de dote, donatione propter nuptias, & quæ fieri constante vel soluto matrimonio futuri conjuges stipulantur, rectius matrimonii pacta seu contractus dixeris; quia contractis demum nuptiis obtinent, quas sponsalia verius spondent, quam paciscuntur. Sexum omisit Florentinus, forte quia Veteres pro aliis stipulari & spondere uxores futuras solebant. l. 38. D. solut. matrimonio. l. 2. D. de sponsal. l. 134. D. de verbor. obligat. seu etiam, quod apud Romanos dissentienti licentia in electione mariti non fuerit filiarum, nisi moribus indigno & turpi à patre obtruso sponso. l. 12. §. 1. D. de sponsal. ut necesse non fuerit definitioni sexum inferere, cum & dissentientis filiarum nomine, à patre ejus & sponso sponsalia constitui poterant: quod quoties fiebat, promissæ quidem viri & mulieris erant nup-

14 *ptiarum*, sed non à viro & muliere. At nos utriusque sexus personam definitioni nostræ inseruimus; tum quia sponsi sponsæque liberrima voluntas præcipuum, imo unicum fere momentum sponsalibus hodie tribuit; tum quia apud nos moris non est, infanciorum liberorum, vel dissentientium filiarum nomine sponsalia à parentibus confici, sed à liberis constituta confirmari, vel ut rectius loquar, auctoribus parentibus à liberis contrahi. Quod si acciderit, ut infanciorum vel absentium liberorum nomine pacti fuerint sponsalia parentes, nulla sunt, nisi iis postea ipsi liberi assentiantur; salva etiam hodie filiabus dissentienti licentia est, etiam si non indigni familia vel turpes electi fuerint sponsi. In eo vero moribus nostris cum Jure Civili convenit, quod in sponsalibus contrahendis consentire debeant & qui contrahunt, & ad quos negotium pertinet, si ea quodam singulus alicujus efficaciarum esse velis: infancius enim per factum alterius nemo obligatur, l. 73. §. fin. & seq. D. de regul. jur. & quamvis ex communi contractuum natura, etiam si dissentiat tertius, cujus præjudicium vertitur, ipsi contrahentes, si promissum præstare nequeant, ad præstandum interesse cogi possint: ipsi tamen parentes vel liberi, qui separatim sponponderunt nuptias, quas vel hi perficere, vel illi probare postea recusant, ad interesse ne quidem obligati censentur. arg. l. 134. D. de verbor. oblig. Imo ne quidem etiam si ab his vel illis jusjurandum promissioni adjectum fuerit.

15 *Viri* denique & *mulieris* singularis in definitione nostra numerus docere lectorem poterit, bina pluravè eodem tempore sponsalia non magis quam binas nuptias habere licere. l. 1. l. 13. §. 2. D. de his qui notantur infam.

16 *Mutua sponsionem* nuptiarum dicimus: quia utraque pars nuptias spondere debet, ut sponsalia existant: quapropter ea repromissionem definivit Flo-

Apud Aut.  
Gell lib 4.  
cap. 4. Noct.  
Attic.

Broderod.  
Analys Inst.  
tit. de Nupt.  
pag. 54.  
post Pamor-  
mit. in cap. 2.  
x de sponsal.  
Carpz. libr.  
2. tit. 2. de fin.  
26 Iurispr.  
Consist.

ten-

rentinus. Repromittere non simpliciter promittere est, sed alterius factam promissionem sua promissione proseguere: sic restipulatur, qui ab eo, cui quid ante stipulanti promissum, vicissim aliquid stipulatur. Nullarum itaque virium est ab una parte oblata nuptiarum sponsio, nisi ea ab altera parte acceptetur, & repromittatur. Non quod hodie anxie requiramus, ut expressis verbis spondeat nuptias sponsus, easque repromittat sponsa; nam sufficere putamus, & id simplicitati nostrorum morum convenire, oblata sponsalia acceptari à puella, ut eo ipso credatur illa repromississe matrimonium; nisi aperte constet, virginem, acceptando proci sponsionem, voluisse & eum obligatum, & interim sibi tempus ad deliberandum petiisse. At tum oblata duntaxat dici possunt sponsalia, non omnino constituta, ut quæ à parte deliberantis puellæ perfectionem nondum acceperint, adeoque mutua nuptiarum sponsio necdum dici possint.

Cæterum, dicimus cum Florentino sponsalia *nuptiarum* esse, & quidem *futurarum sponsionem*. Nam sponsaliorum effectus nuptiæ sunt: nec sunt sponsalia, quæ nuptias non respiciunt futuras. Ideoque ea primordia tædæ & nuptiarum anteambula recte dixeris; nec male comparaveris propylæo seu vestibulo cuidam, per quod in ulteriorem domus partem itur. Sed hoc præcipue de publicis sponsalibus dictum esto, quæ hodie adeo necessaria sunt, ut nullum possit iniri matrimonium, cui ea non præluserint. *Futurarum* dicimus *nuptiarum*, ut animadvertat Lector, sponsalia quidem spem nuptiarum præbere, ac dici *L. 6. D. de sponsal. L. 13. §. 3. D. ad Legem Iul. de Adulter.* at nuptias non esse. Quod enim ut præambulum præludit matrimonio, idque spondet, ne quidem initium ejus, sed duntaxat præparatoria conventio ad nuptiarum contractum dici potest. Ex quo colligere licet, quantum sibi imponant, qui constitutis sponsalibus, quasi jam conjuges, præmature, reservandam thoro nuptiali venerem involant, rapiuntque. Verum quidem est, cum sponsæ & sponsi nomina, & futuri matrimonii pacta, in conventu & solenni amicorum frequentia, tabulis antenuptialibus perscripta sunt, *desponsatam*, ut cum Tertulliano loquar, *¹ suo quodam modo nuptam* videri; consponsorum animos nexu amoris, qui nuptialem imitatur, devinciri; esseque hoc pactum non nudam matrimonii promissionem, sed arctius quoddam ad futuras nuptias vinculum. Attamen eo ipso nuptiæ non existunt, quæ hodie non nisi post publicas nuptiales denunciationes publice conficiuntur. Nec quem movere debet, ut contrarium sentiat, quod cum pacta de dote, donatione propter nuptias, cæteræque conditiones constante vel soluto matrimonio observandæ tabulis antenuptialibus inscribuntur, nos hunc actum *houwelyck sluyten* vocitare, eoque peracto *¹ t houwelyck gesloten te zijn* dicere consuevimus. His enim nominibus hac in re utimur, intuitu matrimonii, quod affine est, & nihil aliud significamus, quam nuptias promissas, & de conditionibus inter futuros conjuges observandis transactum; non autem, contractum esse matrimonium. Cæterum, ut coronidis loco huic capiti inseramus, & moribus nostris applicemus,

¹ *Libr. de Virgin. veland.*

in

in Nuptiarum sponsionibus, Quiritibus usitatos loquendi modos, & Romana vocabula. *Sperata* nobis dici potest puella, cujus à proco desiderata hætenus sponsalia, affinia sunt; *Puella* cum à consanguineis utrimque conditiones futuri matrimonii, signatæ & tabulis nuptialibus exaratæ sunt: *Sponsa* proprie, *sponsusque*, postquam eorum nomina, albo sponsalium publico, Nuptiarum præfecti inseruerunt.

## CAPUT SECUNDUM.

*De sponsalium sponsionibus & divisione sponsalium.*

## SUMMARI A.

1. Sponsalium sponsiones quid sint, & quomodo à sponsalibus distinguantur?
2. Sponsalium sponsor non obligatus est sponsalia constituere, jure Batavo.
3. Sponsalium sponsionum nusquam meminit jus civile; & qua ejus rei ratio?
4. Sponsalium unum simplexque genus est.
5. Detegitur error Cypri docentis Florentini definitionem sponsalia de presenti continere.
6. Sponsalia male distinguuntur in de presenti, & futuro, ex solo verborum sono.
7. Canonica sponsalium distinctio, in ea que dicuntur de presenti, & de futuro matrimonio, examinatur, & rejicitur.
8. Formula sponsalium de presenti & futuro exhibentur & rejiciuntur.
9. Ratio datur, propter quam Beza putat, hanc sponsalium distinctionem esse introduci.
10. Dum quis deliberat, non obligatur, nec ille tenetur ad interesse nuptias sequi, qui sibi deliberandi spatium sumisit, & postea contrahere non vult.
11. Sponsalia alia privata, alia publica, jure Batavo recte dicuntur, & eorum inter se discrimen.
12. Publica sponsalia non sunt duntaxat iteratio privatorum, sed nova conventio.
13. Privata sponsalia, alia Legitima, alia Clandestina sunt.
14. Clandestina sponsalia vel nulla, vel infirma, vel valida sunt.
15. Clandestinatorum sponsalium nusquam spectatim meminit jus Civile.
16. Deque iis verbis duntaxat, non re ipsa agit jus Canonicum.
17. Improbatur quidem clandestinas nuptias, non autem prorsus damnatur jus Canonicum.
18. Nuptia clandestina apud Batavos nulla sunt.
19. Clandestina sponsalia mores nostri agnoscunt.
20. Improbant tamen, & precipue si contrahantur ab iis, qui sui juris non sunt, vel ætate sunt minores.
21. Clandestina sponsalia, vel pure, vel sub conditione, contrahuntur.

**T**raditâ sponsalium definitione Methodus operis postulat, ut ad eorum divisiones progrediamur, quas referre attamen antequâ nos accingamus, paucula de sponsalium sponsionibus, & quomodo eæ, ab ipsis sponsalibus distinguantur, prælibanda sunt. Nec hæc inutilis erit opera, ut ex sequentibus apparebit.

- I Sponsalium sponsiones sunt, uti ipsius verbi etymon per se satis indicat, de contrahendis sponsalibus conventio, non alio sensu, quam ipsa sponsalia, futurarum nuptiarum promissiones sunt. Etenim uti hæc matrimonium, ita illæ futura sponsalia promittunt, eaque quoties interponuntur præcedunt. Distinguuntur vero ab iis eodē modo, quo locationis, fidejussionis, emptionis

B

ven-



<sup>1</sup> *Cypre. lib.*  
*1. cap. 4. §. 9.*  
*de jure con-*  
*nubior.*

venditionis promissiones, ab ipsa locatione, fidejussione, emptione venditione: per se enim manifestum est, aliud esse locationem conductionem, emptionem venditionem, fidejussione: aliud harum omnium promissionem; cum aliud promittere sit, aliud facere. <sup>1</sup> Magna insuper inter hæc duo, quod ad effectum & vim differentia est, Sponsalia sunt duorum conventio, & quidem talis, quæ utrumque contrahentem invicem obligatum reddit. At qui sponsalia spondet, se quidem promissurum nuptias pollicetur, verum parem & reciprocam fieri sponsonem, ab eo cui spondet, non audit. Deinde, ad perficiendas nuptias præcise obligatur *sponsalium sponsor*; non autem ad constituenda sponsalia is, qui *sponsalium-sponsonem* emisit. De jure Batavo loquimur, non de jure naturæ seu gentium: Hujus enim si simplicitatem intueamur, non arctius quis obligatur, si vis conventionis respiciatur, cum contrahit, quam cum se contracturum promittit. naturali enim æquitati congruum est, ut quælibet honesta conditio impleatur, nisi jus naturæ, ex justa ratione temperarit jus Civile. Dicimus ergo jure Batavo, eum qui constituit sponsalia, præcise ad contrahendas nuptias obligatum esse, quia contraxit: Eum autem, qui promissit sponsalia, ad ea constituenda obligatum non esse, quia duntaxat futurum sponsondit contractum, nondum contraxit: Nec hæc adeo, à jure aliena sunt, quin Exemplis ex Romana Juris scientia petitis demonstrari possint. Qui equum vendit, quamvis ejus traditio, in aliud tempus ex pacto dilata sit, contestim tamen obligatur, & cum venerit dies, actione ex empto ad equi traditionem compelli potest. *l. 11. §. 2. D. de action. empt. & vend.* Qui vero stipulatione interposita venditionem promittit, & promissis non stat, ex promisso duntaxat tenetur ad id quod stipulantis interest, promissum sequi, *l. 68. l. 112. §. 1 D. de verbor. obligat.* Quid ergo? qui sponsalia sponsondit futura, obligatus ne ille est, ad id, quod nostra interest, ea sequi? Uti qui promissit, se pecuniam mihi crediturum, nec tamen credidit? *d. l. 68.* Ita quidem esset si verba spectentur & stipulatio interjecta sit, ex civilis juris ratione, quæ succedit interesse cum promissum factum non præstatur. Verum mores nostri sponsalium-sponsones nudo Romanorum pacto, quod nullam producit actionem *l. 27. C. de locat. conduct. l. 5. C. de contrah. & committ. stipulat. l. 19. §. 2. D. de adilit. edit.* comparandas voluerunt, easque esse nudas pollicitationes, quarum, ut ait Paulus, nulla obligatio est. <sup>2</sup> Idque ex ipsa ipsorum sponsonum, & quibus spondetur mente. Non enim moribus nostris ii qui sponsalia futura spondent, nec tamen constituunt, hoc ipso habere creduntur animum se ipsos ullo modo obligandi, verum altius deliberandi sibi super gravissimo sponsalium constituendorum negotio, petere tempus; nemo vero dum deliberat, ad id quod partis interest petitum sequi, obligatur.

<sup>2</sup> *lib. 2. sent.*  
*tit. 14.*  
*§. 1. §. 12.*

Conventionum, quibus promittitur redhibitio *l. 31. §. 18. D. de adilit. edit.* fidejussio, satis-datio, *l. 112. §. 1. D. de verbor. oblig. venditio l. 21. §. penult. D. de action. empt.* meminit quidem jus Romanum; At *sponsalium sponsonum* nusquam meminit. Quod non mirabitur is, qui scit, jure quidem vete-

veteri Latinorum, cujus Agellius meminit, <sup>3</sup> Sponsalia ex sponſu peperisse <sup>3</sup> Lib. 4. c. 4. actionem ad Interesse nuptias sequi, si non dabatur, vel ducebatur uxor. <sup>Not. Alt.</sup> Verum jure Quiritium novo ea tanquam nudas pollicitationes, & nuptiarum duntaxat mentionem æstimata fuisse, à quibus, etiamsi quoque stipulatione interjecta constitutis, resilire alterutri integrum esset, absque ullo vel in factum, vel interesse actionis intentandæ metu. ut nulla ratio fuerit, cur de *sponsalium* - *sponsionibus* solliciti fuissent jurisconsulti Romani, cum illorum ævo, ipsa *sponsalia*, duntaxat, *sponsalium sponsionum* vim effectumque fortirentur. Et hæc de *sponsalium sponsionibus* : pergamus jam sponsalium divisiones tradere.

- 4 In quo negotio, ante omnia animadvertendum est sponsalium unum duntaxat, simplexque genus esse, quatenus ea futuri matrimonii contractus sunt : & tantum inter sese distingui propter modum & ordinem contrahendi diversum. quotquot enim sunt sponsalia, futuras prospiciunt nuptias, nec ulla esse possunt de præſenti matrimonio. Imo penitus evanescunt, cum
- 5 coeunt matrimonio conjuges, quod propterea recte, sponsalium complementum dixeris. <sup>4</sup> Ut certe nesciam, quo colore Cypræus <sup>4</sup> doceat, Florentini definitionem, l. 1. D. de *spons.* sponsalia de præſenti continere, quasi & iis opposita, de futuro darentur quædam. præsertim cum & ipse fateatur in toto jure civili, discriminis sponsalium de præſenti & de futuro, vestigium nullum reperiri. <sup>5</sup> Quid ergo? Idne complexus fuit, & idne à sua definitione rejectum voluit jurisconsultus, de quibus nulla in jure Romano fuit disceptatio? Certe ex Juris Civilis scientia inepte dicuntur sponsalia de præſenti & de futuro, cum omnia sint de futuro matrimonio, nulla de præſenti. At error Clarissimi Jurisconsulti ex eo fluxit, quod sponsalia de præſenti dixerit, quæ præſentis temporis verbis concipiuntur, etiamsi futuras prospiciant nuptias; uti *despondeo, promitto*, quasi de futuro essent ea, quæ per futurum tempus, enunciantur, uti *despondebo, promittam* : Verum si hæc posteriora verba recte perpendantur, palam erit, genuino suo significato, ea, non *sponsalia*, sed *sponsalium-sponsiones* designare. Deinde & inepte dicuntur de præſenti & de futuro sponsalia ex solo verborum sono, quo proferuntur, cum id discrimen fieri debeat, si pateretur eorum natura, ex objecto, quod vel præſens vel futurum respicerent.
- 7 Hanc nihilominus sponsalium distinctionem, invita licet Juris scientia, obtrufit mundo, Alexander tertius ejus nominis Papa, <sup>7</sup> C. 3. x. de *sponsal. duorum*. & qui eum secuti sunt Urbanus tertius <sup>8</sup> Cap. ult. x. de *conjug. Leprosorum*. Innocentius tertius, <sup>9</sup> C. 22. x. de *sponsalib.* alique Pontifices. C. 31. 32. x. de *sponsal.* Nec ulla in libris Pontificiorum receptior disputatio est quam de
- 8 sponsalibus de præſenti, vel de futuro. Priorum sponsalium formulam hoc modo exprimunt: Ego te accipio in *meam*; ego te accipio in *meum*. Posteriorum his verbis: ego te recipiam in *meam*; ego te recipiam in *meum*, uxorem scilicet, *virumque*. C. 3. x. de *spons. duorum*. C. 22. 31. x. de *sponsal. & matrim.* Nec duntaxat

<sup>4</sup> Gothofr. in  
L. 1. D. de  
*sponsal. Val-*  
*tejus juris-*  
*prud. Ro-*  
*man. tit. de*  
*Nupt.*  
<sup>5</sup> Lib. 1. c. 2.  
<sup>6</sup> §. 3. de *juro*  
*Connubior.*  
<sup>7</sup> Lib. 1. c. 4.  
<sup>8</sup> §. 9. de *Jur.*  
*Connubior.*

<sup>7</sup> Sedit ann.  
Christ.  
1159.  
<sup>8</sup> Sedit ann.  
Christ.  
1185.  
<sup>9</sup> Sed. ann.  
Christ.  
1198.

harum formularum diversam vim in tempore & verborum sono, verum etiam in ipsa obligatione esse volunt. Sponsalia enim verbis de præsentis concepta, præsentis constituere nuptias, atque ut ex perficiantur per coitum & cohabitationem, actionem parere, docent C. 3. x. de spons. dior. C. 31. x. de sponsal. gloss. in C. 17. x. de spons. Ea autem, quæ futuri temporis verbis enunciantur, nudam duntaxat continere pactionem, & quasi quandam de nuptiis de liberationem: C. 2. 17. & penult. x. de sponsal. Et hæc quidem de sponsalibus de

futuro quorundam interpretum sententia est, <sup>10</sup> non tamen omnium, <sup>11</sup> quamvis in eo convenient fere omnes, neminem ex sponsalibus de futuro, ad contrahendum matrimonium, coactione præcisa, compelli posse. <sup>12</sup>

Hanc sponsalium distinctionem, pia ratione à Christianis excogitata, <sup>13</sup> uti patet, tam, nec inane esse illud verborum in præsens & in futurum tempus, conceptorum discrimen autumat Beza. <sup>14</sup> Dicit enim cum animadversum esset, nonnullos ex Christianorum numero Romanam illam libertatem in rebus diis mittendis amplecti, & flocci pendere constituta sponsalia: cum tamen summa religio deberet esse Christiano homini, datam fidem fallere, præsertim in matrimonio promittendo, cujus se auctorem Deus profitetur, commodius visum fuisse, constituere, ut per verba de præsentis contractis sponsalibus, pura & præsens contraheretur matrimonii obligatio, adeoque de jure, matrimonium ipsum, quamvis non de facto, ut loquuntur, nisi coitus & cohabitatio accederet. per verba autem de futuro constituta sponsalia, ut nudæ tantum pollicitationes æstimarentur, à quibus recedere, mutata voluntate semper contrahentibus integrum esset: quamvis gravem etiam reprehensionem in ecclesia mereantur, qui mutatæ voluntatis idoneam rationem non adferrent. Verum ut hoc loco, de ratione juris ipsa, nihil dicamus, quam expendere infra animus est, magnus hic Theologus, inter sponsalia, & sponsalium sponsiones non distinxit, uti ex eo patet, quod verbum *despondebo*, cum verbis, *accipiam te in meum, meamve*, confuderit & paris significationis esse, atque futuras promittere nuptias crediderit. Cum tamen, *despondebo* sponsalia futura promittere; *accipiam te uxorem* futuras nuptias spondere, designent. Sed jam ipsum Jus Pontificium adoriamur. Et primum quidem, ipsæ formulæ, quibus hæc sponsalia concipiunt Pontifices, non sapiunt Latinæ Linguae elegantiam, easque suspicatur Cypræus ex Barbarie Gothica in Romanum irreplisse sermonem. <sup>14</sup> Etenim Romani non dixerunt, accipere aliquem in virum, sed accipere aliquem, maritum, amicum, tutorem, patrem &c. Deinde accipere uxorem, Veteribus Jurisconsultis ducere significavit, uti ex Ulpiano & Scævola patet; quorum primus refert, Cinnam scripsisse. *Eum qui absentem accepit uxorem*, id est, per amicos domum duxit, & rediens à cœna juxta Tiberim perisset, ab uxore lugendum esse. L. 6. D. de Rit. Nuptiar. posterior, ipsa verba accipere uxorem explicans, ita scribit: *Virgini in hortos deducta ante diem tertium, quam ibi nuptia fierent, cum in separata diata ab eo esset, die nuptiarum, priusquam ad eum transiret, & priusquam aqua & igni acciperetur*, id est, nuptiæ celebrarentur,

obru-

<sup>10</sup> Francis.  
Hotman.  
tract. de  
sponsal. c. 7.  
Sichard. d. l.

<sup>11</sup> uti patet,  
ex Soc.  
tract. de  
sponsal. pars.

1. pag. (mibi)  
20. Basil.  
Pont. lib. 12.

c. 3. n. 4. de  
sacram. ma-  
trim. Carer.  
c. 11. tract.

de spons. Ioh.  
Brunell. con-  
clus. 16. pag.  
(mibi) 78.

tract. de  
sponsal. &  
matrim.

<sup>12</sup> Canis. in  
C. 10. x. de  
sponsal. Basil.  
Pont. lib. 12.

cap. 6. n. 2,  
de sacram.  
matrim.

<sup>13</sup> de repud.  
& divort.  
pag. (mibi) 7.

<sup>14</sup> lib. 1. c. 4.  
§. 5. De jure  
Conubior.

*obtulit decem aureos dñmo. L. penult. §. 1. D. de donat. inter vir. & uxorem.* Nec in alio significato, hoc verbo usi sunt probatissimi Romanarum rerum scriptores. Livius de Syphace ait, *Carthaginensem matronam, domum accepit.* item, *quo die captam Reginam vidisset, eodem matrimonio junctam acciperet.* Iacitus, *Sedecim annos natus Nero, Octaviam Caesaris filiam in matrimonium accepit.* <sup>15</sup> Gellius, *Iudex causam, cur data vel accepta uxor non esset, examinabat.* <sup>16</sup> ut nesciam quo colore Pontifices, *accipere quem in maritum, quam in uxorem,* (ut illis loqui placet) ad constituenda sponsalia retulerint? Denique volunt illi homines hac formulâ enunciatâ *accipio te in meum, accipio te in meam,* de jure contractum esse matrimonium, quamvis non de facto, uti loquuntur. id est, Inter contrahentes, firmum quod ad vinculum, initum esse conjugium, quamvis facto ipso, ducta uxor adhuc non sit. At vero Latinis, *accipere*, proprie, *rem traditam accipere, tollere ac possidere* significat: Ulpianus ait, *aliud est capere, aliud accipere: capere cum effectu accipitur, accipere est, cum quis non accepit, ut habeat. Ideoque non videtur quis capere, quod erit restitutus.* *L. 71. D. de Verbor. signif.* Voluntne itaque Pontifices, cum quis sponsalia de præsentis constituit, tum non accipere uxorem, ut habeat? Itaque nisi verbum, *accipere uxorem*, pro *ducere donum* sumatur, invito sermone Latino, applicabitur matrimonii negotio. Et hæc de formulis hisce dicta satis sunt.

Quod dicunt Pontifices sponsalia de præsentis veras nuptias esse, id ipsum in non minori vitio cubat: quomodo enim sponsalia dicuntur, si nuptiæ sint? Et qui potuit Nicolaus Papa, sponsalia definire futurarum nuptiarum promissionem, *c. 3. caus. 30. q. 5.* si cum constituuntur sponsalia, contrahantur nuptiæ? Quod promittitur, diversum sit oportet, ab eo, quod promittit. Spondent sponsalia nuptias, non ergo constituunt, multo minus sunt nuptiæ, aliud res est, aliud spes. *L. 6. D. de sponsal. L. 13. §. 3. D. ad Leg. Jul. de Adulter.* aliud promissio, aliud promissi exhibitio; sponsalia in promittendo, nuptiæ in præstando occupantur. Cum contrahitur matrimonium, evanescent sponsalia, nec remanent, uti quæ jam complementum suum acceperint. Deinde & ipsa verba, *spondendi, promittendi & reponnitiendi*, vi ac natura sua futuri temporis demonstrationem continent; repugnantque desponsam esse alicui aliquam; & eandem illi traditam in manum fuisse, seu quam sponsam simul & uxorem esse. Illa enim inter se diversa sunt. Verbis spondetur & promittitur virgo, *L. 1. D. de sponsal. uxor, aqua & igni accipitur, & domum ducitur. L. 5. D. de Rit. Nuptiar. L. penult. pr §. 1. D. de donat. int. vir. & uxorem. L. 9. D. de sponsal.* aliud est desponsare, aliud ducere, *L. 32. §. 27. Et. 28. D. de donat. inter vir. & uxorem.* alia sunt jura sponsæ, alia uxoris. Vendere & tradere, promittere & dare, obligari & solvere, in unum idemque temporis momentum cadere nequeunt. At si sponsalia de præsentis nuptias constituunt, matrimonii sponsio, ipsumque matrimonium, uno eodemque temporis puncto absolvuntur; quod certe, contra matrimonii dignitatem, & Christianam pietatem esset, exigit enim vetus in Ecclesia Institutum, ut sponsalia, nuptias

antecedant, sintque primus ad eas gradus, ne res inter se disjunctæ confundantur. Concludendum itaque est, per verba futuri temporis recte duntaxat sponsalia contrahi, hac vel simili formula: *spondeo, me tibi maritum, uxoremve fore*. per verba autem præsentis temporis, *accipio te virum, uxorem ve*; inepte & invita Jurisprudencia. Atque viceversa non minus inepte, matrimonium verbis *de præsentis*, ut loquuntur, contractum sponsalium nomine contineri. Rectius igitur fecissent Pontifices, cum vellent obviam ire mittendorum repudiorum nimie levitati, quod laudandum certe fuit propositum, si veris sponsalibus, quæ sua natura in futurum tempus conferuntur, legitimorum contractuum vim compellendi invitos adscripsissent, infamia notassent, qui binas sponsas eodem tempore haberent, & spem matrimonii violatam quasi adulterium perpetratum, ex Juris Divini, & Romani dictamine severiori pœna vindicassent, neque repudia permisissent, nisi fonticam & justam ob causam. Hac enim ratione hoc totum quod respexerunt consecuti fuissent, nec necesse fuisset, conturbare sponsaliorum naturam, eorumque conventionem, quam de præsentis dicunt, cum matrimonii contractu confundere, atque veris sponsalibus, quæ futuras spondent nuptias, efficacem obligationem, naturali & divino jure firmissimam negare. Cæterum non capio, quod Beza sentit *d. loc.* 10 quomodo, ille qui sine causa nuntium mittit, gravem in Ecclesia mereatur reprehensionem, & in foro juste damnari possit, quanti alterius intersit nuptias sequi, & tamen sponsalibus de futuro constitutis, reservatam æstimari sponso sponsæve liberam mutandi consilii facultatem, quasi tacite hoc ipso spatium ad altiore deliberationem petiti esset. Etenim dum quis deliberat, nondum obligatur; qui autem se non obligavit, reprehendi non potest, nec ad interesse condemnari, quod se non obligat. Sponsalium enim sponsio voluntatis, non necessitatis est. Nec est, si quis dicat, pactis sponsalibus de futuro, obligatum quidem esse sponsum, at nihilominus ex sua & sponsæ mente, spatium altius deliberandi sibi reliquisse, ideoque cogi quidem non posse, ut contrahat nuptias, sed tamen ad interesse teneri, si idoneam mutatæ voluntatis non adferat rationem. Etenim pro non dicto habendum esse dicit Pomponius, quod dare nisi velis cogi non possit. *L. 8. D. de obligat. & Actiō.* qui autem sibi spatium deliberandi petiit, sub hac conditione sponsalia promississe videtur, *si voluerit, si arbitratus fuerit*, nec obligatur, nisi ex confirmatorio consensu. *L. 13. C. de contrah. empr. & vendit.* & si perpenso bene negotio, non sibi consultum judicat, contrahere matrimonium, laudem non censuram meretur, quod in re tanti momenti, minime festinaverit, sibi que facultatem mutandi consilii reservaverit.

Dicimus itaque *sponsalium* unum duntaxat simplexque genus esse, quia 11 omnia in futurum tempus conferuntur. Ea tamen inter se distingui posse propter ordinem & modum contrahendi diversum: & primum ob ordinem contrahendi, in *privata & publica*: quæ nova quidem atque inaudita multis videbitur divisio, utpote quæ nec Juris Civilis conditoribus nota fuit,

- fuit, neque ex sponsalium conditione profluxit, ad quorum esse nihil refert, publice an privatim constituentur. Eam tamen nobis necessariam fecit Politica Ordinum nostrorum Constitutio, quæ nullum contrahi posse matrimonium voluit, nisi quod publica ad minimum, si non privata quoque præcesserint sponsalia. Inter hæc duo hæc differentia est, quod privata præludent Publicis, Publica matrimonio: quod privata contrahantur cum pars parti nuptias spondet, Publica cum uterque contrahentium, stipulantibus nuptiarum - Præfectis, celebratum iri in facie Ecclesiæ spondet matrimonium: Quod privata resolvi possint, ex mutato consponsorum affectu, Publica vero, cum tertio quasi facta sint, non nisi interposita Magistratus auctoritate. Utraque hæc sponsalia futurarum Nuptiarum sponsiones sunt. At publica, proprie spes proxima matrimonii dicuntur, l. 13. §. 3. D. ad l. Iul. de Adult. L. 6. D. de spons. Quia inprocinctu quasi constituunt nuptias, easque brevi futuras prænunciant, cum privata sponsalia gradum tantum
- 12 struant per publica ad matrimonium. Sunt ex Neotericis, qui volunt, ea sponsalia, quæ nobis publica dicuntur, privatarum sponsionum duntaxat publicam iterationem esse; sed inepte, meo quidem iudicio. Iteratio, ejusdem rei ante actæ & propositæ, eodem modo repetitio est. At cum publica constituuntur sponsalia, non stipulanti sponsæ nuptias spondet sponsus, sed consponsi stipulantibus Nuptiis Præfectis, futuram matrimonii celebrationem spondent, & nova se obstringunt obligatione. Verum de publicis sponsalibus infra fusius loquendi dabitur occasio.
- 13 Privata porro sponsalia, propter modum contrahendi diversum, in *Legitima* & *Clandestina* distinguuntur; *Legitima* dicimus ea, quæ expediuntur, præsentibus iis, quorum consensus vel honestate vel jure in nuptiis requiritur. C. 1. c. 3. *Caus.* 30. q. 5. C. 13. *Caus.* 32. q. 2. L. 7. §. 1. D. de sponsal. *Clandestina* sunt vel stricte, quæ clam, absque ullis arbitris & testibus: vel Late, quæ absentibus iis, quorum interest, contrahuntur.
- 14 *Clandestina* sponsalia, vel *nulla*, vel *infirma*, vel *valida* dicuntur. Nulla sunt quæ propter defectum consensus contrahentium, neque consistere, neque ullum Juris effectum consequi possunt: Uti sunt ea, quæ ab infantibus, furiosis & mente captis contrahuntur. *Infirma* vocamus, quæ quidem consistunt, quatenus naturalis facultas contrahendi in sponsoribus spectatur. Sed quæ, aut tanquam irrita habentur aut invita parte altera facile resolvi possunt, ex Juris Civilis auctoritate: Uti sunt, pupillorum, minorum, & filiorum familias sponsalia, invitis & insciis Parentibus, tutoribus, curatoribus constituta. *Firma* seu *valida* dicuntur ea, quibus nihil deest eorum, quæ vel naturæ vel Civili Jure ad constituendam obligationem requiruntur, etiamsi quandoque propter externas rationes dissolvi possint: Uti sunt eorum omnium, qui annis majores, sui juris sunt, & iudicio valent.
- 15 *Clandestinatorum* sponsalium nusquam speciatim meminit Jus Civile; cuius rei hæc forsitan potuit esse ratio, quod supervacaneum Jurisconsultis

tis æstimatum fuerit, de probatione eorum agere, à quibus & probatis, & in præsentia necessariorum contractis resiliendi utrique parti integrum erat *L. 1. C. de sponsal.* Eandem ob rationem, ex professo quoque non fieri mentionem initorum sub conditione sponsalium, existimaverim. Quamquam in tantum valuit conditio sponsioni adjecta impletaque & probatio sponsalium, ut ille, quem eorum pænitet, arrarum datarum, vel si quas accepisset, duplicatarum incurrat dispendium. *L. 5. C. de sponsal.*

De Clandestinis sponsalibus, verbis duntaxat, non re ipsa quoque agit 16

Jus Pontificium; quoties enim clandestinorum sponsalium mentionem facit, non clandestinas futurarum nuptiarum sponsiones, sed clandestina sponsalia de præsentia, id est clandestina matrimonia intelligit: *C. 26. x. de sponsal. C. 2. & 4. x. de spons. duor. C. 6. 12. caus. 27. q. 2.* talia scilicet, quæ vel clam & furtive, vel omiſſis solennitatibus, vel contra consuetudinem, statutumque Ecclesiæ contracta reperiuntur: *c. 1. c. 3. caus. 30. q. 5.* Titulus etiam qui de clandestina desponsatione inscribitur, de clandestinis nuptiis est. 17

17 *Canis. in tit. de Cland. despons.*

Præcipuus quoque cum de conditione sponsioni adjecta agitur, in eodem jure de sponsalibus de præsentia est sermo. *C. 6. x. de condit. apposit. in desponsat.* Et parce, imo quasi obiter aliquando conditio sponsalibus de futuro inserta narratur. Hujus rei hanc puto esse rationem, quod sponsalium de futuro exigua vis apud Pontificios fuit, utpote quibus renunciandi unicuique facultas esset *c. 2. c. 17. x. de spons.* 18

18 *Ioach. Beuff. tract. de sponsal. part. 1. cap. 10. n. 1. Sichard. ad l. 1. C. de sponsal.*

Et quæ, contractis cum alio postea de præsentia & absque conditione sponsalibus, penitus evanescere dicerentur. *c. 15. 22. x. de spons. Canis. in d. c. 22.* Cum autem clam arbitris, inter privatos parietes, ex nudo contrahentium consensu eo jure matrimonia coalescerent, ideoque facile cuivis esset, contractis cum tertio de præsentia sponsalibus priora de futuro clandestina, vel sub conditione promissa eludere; simplicem futurarum nuptiarum sponsionem, eamque clam emissam, quocunque modo inquietare posse coalitum matrimonium, vel ejus ullam rationem etiam si non negetur, habendam esse, noluerunt Juris Canonici conditores.

Clandestina hæc sponsalia, seu nuptias quæ clam contrahuntur, improbat quidem Jus Canonicum, ob varia quibus involvuntur incommoda, *C. 1. caus. 30. q. 5. ubi gloss. T. T. de Clandest. despons.* Attamen non vult solam clandestinitatem (liceat mihi verbo ab interpretibus recepto uti) nisi alia urgeat ratio, in causa esse quo minus firmum sit matrimonium dummodo postea à contrahentibus publicetur, & ab Ecclesiâ approbetur. *C. 2. x. de clandest. despons.* Et ne quis hic sibi quid durius imaginetur, Alexander tertius constituit, clam inita conjugia, ex arbitrio conjugum, nisi gravis obstiterit ratio, ab Ecclesiâ recipienda & comprobanda esse, tanquam à principio in ejus conspectu contracta. *d. c. 2.* ratio juris est, ne dicantur huc usque in concubinato vixisse Sponsores; vel ne dicatur, non coalescere matrimonium inter illos, quos Deum conjungere credunt, postquam pauca hæc verba, *accipio te in virum, accipio te in uxorem*, quomodocunque etiam prolata, pronun-

- 18 nunciata sint. Sed de his fufius suo loco. Hic tantum quasi in transcurfu obfervandum est, matrimonia apud nos clandestina, nulla esse, nec esse posse, nisi ea hoc verbo designari velimus, quæ contra Ordinum mandata contrahæta, ipso jure irrita habentur, etenim ut hodie contrahatur matrimonium, non tantum id futurum denunciari populo, sed & publice celebrari debet; & si qui has nuptiales leges ad amiffum non observaverint, non in matrimonio clandestino, sed in concubinato vivere dicuntur. *arist. 3. Pol. Holl. Const.*
- 19 Cæterum clandestina sponsalia, quo sensu nos ea accipimus, mores nostri non damnant, modo ætate majores & sui juris sint contrahentes, nec aliud hodie frequentius est, quam clam arbitris constituta sponsalia, convocatis postea amicis & necessariis, à futuris conjugibus, eodem instrumento, quo pacta antenuptialia conscribuntur, confirmari ac perfici. nec ratio est, ut ea damnemus, atque adeo odiosa dicamus, uti jus Pontificium clandestinum matrimonium improbat, contractis enim nuptiis sera de affinitate, consanguinitate, parentum consensu, aliave conjunctionem inhibente causa, inquisitio est. at clandestinæ nuptiarum sponsiones hodie viam tantum sternunt ad publica sponsalia, nuptiasque futuras, quæ dum populo denunciantur, futuræ conjunctioni in tempore occurri potest, si eam non concedendam iusta quædam jubeat causa. Eorum autem, qui sui juris non sunt, & præsertim qui sunt sequioris sexus, minus probantur clandestina sponsalia, imo levitatis & inverecundiæ notam non effugiunt, qui clam parentibus, vel tutoribus nuptias spondent, cum non sine amore sint, qui talia, insciis his quorum interest moliuntur; at malus est, clandestinus amor, damnum merum, præcipue in puellis, quæ per ætatem, & sexus infirmitatem incautæ horum sponsalium prætextu sæpius ad furtivos seducuntur concubitus: quod cum factum est, quæ tum rixæ, quæ jurgia, quæ seges litium? cum negat sponsalia stuprator, dicitque puellam propriæ libidini succubuisse, illa autem difficultate probandi premitur, vel etiam si res adhuc integra sit, cum tergiverfantur parentes, flagrantibus jam impotenti amore liberis assentiri: taceo quod virginæ pudicitæ non conveniat, clanculum se desponsare, si-bique maritum quærere. *C. 13. caus. 32. q. 2.* & proprio consilio tantum negotium, quantum conjugium est, auspicari. deinde non caret suspitione nequitæ doli & fraudis, qui infirmam judicii mulierem, clam necessariis, sponsalibus illicit, ut eam sibi arctius obstrictam habeat. Propter has aliasque rationes, omnes, etiam eorum qui sui juris & ætate majores sunt, clandestinas nuptiarum sponsiones perniciosas Reipublicæ, & perturbare conscientias ait Monnerus, atque voluit jam olim Dordracena Synodus omnia in genere irrita esse clandestina sponsalia, nec in judiciis iis ullam vim inesse, at pii patres consilium dare non condere legem potuerunt. Sed pergamus nos.
- 21 Legitima porro sponsalia ut & clandestina, vel pure vel sub conditione contrahi hodie possunt; pure contrahæta dicuntur quorum obligatio simul & actio confestim existit, vel quorû quidæ repente nascitur obligatio, at actio in

C

præ-

<sup>1</sup> *Erasmi. tract. de Christian. Matrim. Carpz. lib. 2. Tit. 3. definit. 2. num. 32. & seqq. Jurispr. consistor. Petr. Heyg. part. 1. q. 22. n. 4. Tyraquell. in tract. de rerrat. convent. in pref. n. 13. & 14. Part. 3. c. 8. n. 12. de matrim. Habit. ann. 1578. in act. art. 79. & 81. vid. Bor. lib. 12. fol. 50. Netherlant. Hislor.*



præfens non datur §. 2. *Instit. de verbor. obligat.* quod fit cum promissi matrimonii celebratio ex pacto in futurum tempus rejicitur. Quæ vero sub conditione contrahuntur, eorum ipsa quoque obligatio, ex conditione pacto adjecta, in suspenso pendet, usque dum ea vel existat, vel deficiat. §. 4. *Instit. de verbor. obligat. C. 5. 6. & ib. gloss. x. de condit. apposit. in desponsat.* de quibus latius suo loco disseremus. Hoc loco obiter tantum observandum est, legitima sponsalia etiam si quoque conditionem admittant, raro hodie nisi necessitas urgeat, sub conditione contrahi. Quod certe mores nostri recte induxerunt, cur enim incerta conditio adjiceretur sponsalibus, quæ consensu & consilio eorum omnium, quorum interest contrahuntur. Putat cum Schneidewino <sup>23</sup> Christenius <sup>24</sup> pura non male de præfenti, & quæ sub conditione contrahuntur, de futuro dici: qui modus loquendi quamvis ineptus non sit, nobis tamen minus arridet, ne cum hæc verba alio sensu in jure Pontificio accipi soleant, confusio & dubium aliquando suboriatur lectori nostro: alias & rectius forsan, publica nostra, dici possent, de præfenti, quia auctoritate publica obligant consponsos post breve temporis spatium, nuptias perficere, cætera de futuro, quia certum nuptiis celebrandis non designant, dicuntque diem. Sed si quis diversum hic à nobis sentiat, id ei per nos integrum est. Et hæc quidem de divisione sponsalium in genere satis dicta sunt, quæ omnia suis locis singulatim latius exequemur.

<sup>23</sup> In Tit. de Nupt. cap. de sponsal. n. 6.  
<sup>24</sup> Dissert. 1. §. 3. de caus. matrim.

## CAPUT TERTIUM.

## De Infantium &amp; Impuberum sponsalibus.

## S Y M M A R I A.

- |   |   |
|---|---|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Infantium sponsalia, tum quæ ipsi tum quæ eorum nomine parentes contrahunt, nulla sunt.</li> <li>2. Nec eorum vi, parentes obligantur etiam si poena adjecta fuerit.</li> <li>3. Patres Romani potuerunt olim liberis in cunis vagientibus, sponsalia pacisci.</li> <li>4. Sine consensu &amp; assensu liberorum, hodie liberi non obligant à parentibus contracta sponsalia.</li> <li>5. Ætas humana in infantiam &amp; pubertatem distinguitur.</li> <li>6. Ab infantibus sponsalia contrahi nequeunt.</li> <li>7. &amp; 9. Examinatur Modestini scriptum in L. 14. D. de sponsal.</li> <li>8. Ex ratione sexus non distinguitur ætas in contrahendis sponsalibus.</li> <li>10. Infantium sponsalia nulla sunt, etiam si</li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>ante atatis tempus in iis rationis usus illuxerit.</li> <li>11. Post septimum atatis annum recte contrahunt sponsalia pueri, modo intelligant, quid agatur.</li> <li>12. Idem jure Pontificio constitutum est.</li> <li>13. Pueri &amp; puberes recte sponsalia contrahunt, Pueri parentibus vel tutoribus, Puberes Patre auctore, vel proprio arbitrio.</li> <li>14. Puberum ætate minorum, qui sui juris sunt, infirma sunt sponsalia, ætate majorum firma.</li> <li>15. Quomodo intelligi debeat quod Suetonius de Augusto narrat, eum tempus habendi sponsas coarctasse.</li> <li>16. Queritur an Ius Civile recte de infantium &amp; puerorum sponsalibus constitueris?</li> <li>17. Pontifices sponsalia de præfenti ab impuberibus contracta, ex interpretatione iuris</li> </ol> |
|---|---|

ris, pro sponsalibus de futuro habent,  
dantque licentiam Pub. iis renuncian-  
di.

18. *Carpitur jus Canonicum permittens impu-  
beribus clam parentibus sponsalia con-  
trahere.*

19. *Itidē quod nuptiarum impedimentū tribue-  
ris impuberū sponsalibus jure resolutis.*

20. *Examinatur Honorii seu Hormisdæ ad Eu-  
sebiū Episcopum rescriptum.*

21. *Moribus Batavis tum infantium, tum im-  
puberum sponsalia improbantur.*

- 1 Sponsalia quædam firma, quædam nulla, quædam infirma præcedenti ca-  
pite diximus; de iis autem hoc & sequentibus locis planius dicendum  
esse duximus. Et primum quidem inter ea, quæ nulla sunt, nullum dubium  
est primum occupare locum Infantium sponsiones; l. 14. *D. de sponsal.* non  
ex modo, quas ipsi infantes spondere conantur, sed & illæ quas eorum no-  
mine seu parentes seu tutores interponunt. C. 1. *caus.* 30. q. 2. c. 4. x. *de despons.*  
*impub.* c. 1. x. *Eod. in* 6. Etenim eorum, de quorum sponsalibus agitur, consen-  
sum requirunt leges. L. 11. 13. *D. de sponsal.* Infantes autem consentire non  
possunt, cum vel fari nequeant, vel per ætatem eorum nullum adhuc sit de  
rebus ullis iudicium. l. 32. §. 2. *D. de acquir. vel amitt. possess.* ideoque furiosus  
comparatur L. 60. *D. de Rei vindic.* & præsentis absentum loco habentur.  
L. 12. *D. ad L. Cornel. de Sicar* nec parentes infantium nomine pacta spon-  
2 salia obligant, etiamsi pœna adjecta fuerit, C. 1. *caus.* 30. q. 2. C. 1. x. *de despons.*  
*impub.* in 6. Licet & hujus juris alia sit ratio, nimirum quod non debeat li-  
bertas matrimonii ullis pœnarum vinculis astringi. l. 134. *D. de verb. oblig.* de  
3 Jure Civili loquimur. Verum hoc jus in totum non semper in Romana vi-  
guisse Republica ex eo colligo, quod olim lex Romuli, relata quoque in-  
ter 12. tab. leges, jus vitæ & necis in liberos parentibus concesserit. L. 11. *D.*  
*de lib. & posthum. l. ult. C. de patr. potest.* etenim cum minus sit, invitum invis  
astringi nuptiis, quam occidi, cur dubitabimus, iis collocandorum libero-  
rum absolutum arbitrium fuisse, quibus etiam infantes occidere licuit. Quod  
si autem nuptiæ liberorum in nuda olim patrum positæ fuerint voluntate,  
non absolum quoque visum fuisse necesse est, si & in cunis vagientium libe-  
rorum sponsalia contraherentur, utpote quorum adultorum etiam consensus  
4 aut dissensus, nec addebat vim sponsioni, nec demebat. At vero tempore  
mitigata morum Populi Romani ferocitate, id vitæ necisque in liberos jus  
antiquatum est, l. ult. *C. de patr. potest. l. unic. C. de emendat. Propinq.* & æ-  
quis legum latoribus, iniquum primum visum invasas nuptias liberis obtu-  
di, nec explorari eorum, quorum maxime interest, arbitrium, in matrimo-  
nium, quod totum ex consensu & concentu animorum pendet. Itaque  
constituerunt æquissimi mortales, nuptias absque liberrimo futurorum  
conjugum consensu, contrahi non posse. L. 2. l. 21. *D. l. 12. l. 14. C. de Nupt.*  
quod postquam in nuptiis placuit, in sponsalibus, nuptiarum ante-  
ambulis displicere non potuit. l. 11. l. 13. *D. de sponsal.* cum quæ de nuptiis  
tractantur, & ad sponsalia pertineant, l. 13. *D. de sponsal.* At cum jam dubi-  
taretur, ob varium hominis, quod ætate crescit iudicium, quis liberorum

*Sichard. in  
Cod. rubr.  
de sponsal.  
m. 20.*

*3 Clem. lib. 1.  
Padug. c. 6.*

*4 Lib. 1.  
Ethic. cap. 1.  
5 In libr. 4.  
sentent. dist.  
27 q. 2. art.  
2. in Suppl. q.  
43. art. 2.*

consensus legitimus liberque dici deberet, placuit interpretibus, ætatem humanam, in infantiam, pueritiam, & pubertatem distinguere: eamque distinctionem, tum aliis rebus tum quoque contrahendis sponsalibus applicare. <sup>1</sup> Infantia id dicitur tempus, quod à vitæ primordio ad septennium excurrit. *L. 1. §. 2. D. de administr. & peric. tutor. l. 18. C. de jur. deliber. l. 14. D. de sponsal. judicio ideoque assensu carens, §. 10. Inst. de inutil. stipulat.* Infantium animas, in principio, quantum ad cognitionem rerum, brutorum animabus similes dixit Hippocrates, ideoque infantem & stultum uno nomine comprehendunt Græci utrumque *νῦν* vocitantes. <sup>2</sup> Pueritia, medium inter infantiam & pubertatem spacium est. *l. 8. §. ult. C. de jure deliber. quæ ætas quidem consilium sibi dare non potest, at datum admittere potest. Pubertas denique id tempus appellatur, quod à duodecimo fœminarum & marium decimo quarto nativitatis anno excurrit, pr. instit. quib. mod. finit. tutel. l. 5 D. qui testam. facer. poss. & denuo in varios humanæ vitæ gradus dispescitur & reperitur hæc ætas quoquo modo integri esse judicii, & omnis doctrinæ capax. Qua destinatione posita, quam post Aristotelem <sup>3</sup> Thomas laudat, <sup>4</sup> videamus jam quid Modestinus de infantium, & puerorum sponsalibus sentiat. Ait ille: In sponsalibus contrahendis ætas contrahentium definita non est ut in matrimonii. Quapropter & à primordio ætatis sponsalia effici possunt, si modo id fieri, ab utraque persona intelligatur, id est, si non sint minores quam septem annis. *l. 14. D. de sponsal.* In qua lege primum notandum est, verba ejus ultima, quæ de septem annis loquuntur, non esse Modestini, sed Triboniani, aut interpretis cujusdam. non enim opus fuit Jurisconsulto, expressim quid de minoribus septem annis cavere, cum & à primordio ætatis idem denotet ac ab inæunte pueritia, quæ verba satis distinguunt pueritiæ tempus à primordio vitæ, quod infantiam complectitur. *Novell. 153 pr.* Verum quid est, primordiū ætatis quandoque etiam adolescentiam denotare, sed non hoc loco, ex mente Modestini, de qua disputamus. Deinde observandum est, neque hoc loco neque usquam à Jureconsultis, infantium ætatem ex ratione sexus in sponsalibus, uti quidem puberum in nuptiis, discretam reperiri. Ratio hujus rei hæc est, quod in sponsalibus contrahendis duntaxat contrahentium desideretur consensus, cum insuper in nuptiis requiratur, habilis generationi corporum constitutio, quam citius fœminis, serius masculis conferre natura solet. Sentit Modestinus. ut jam ad ejus legis explicationem deveniamus, sponsalia à primordio ætatis effici posse, id est, cum ex infantibus pueri jam sunt effecti contrahentes. Nam quamvis in sponsalibus contrahendis ætas contrahentium definita non sit, cum tamen leges consensum eorum requirant, de quorum futuris nuptiis agitur, ea requiritur ad minimum, quæ consentire capax est, nec destituitur judicio. Itaque infantium sponsalia nulla sunt, ut quorum nullum est de rebus per ætatem judicium. *§. 10. Instit. de inutil. stipul.* Quid autem? si ante tempus in infante illuxerit rationis usus, & judicium præverterit ætatem? Hoc thema inter se Juris Pontificii interpretes dispu-*

disputarunt, inter quos eorū frequentior sententia est, qui putant<sup>5</sup> (quāvis sint<sup>5</sup> *Siehard in Cod. Rubr. de sponsal. n. 20. Et in l. 1. c. eod. n. 1. Panormit. in c. 4. x. de de spons. Impub. Caver. cap. 7. tract. de sponsal.*)<sup>6</sup> primordium ætatis, huic negotio ex eo, quod ordinario naturæ cursu fieri solet, lege definitum esse, nec valere sponsalia ante id tempus contracta, nec ea inducere publicam honestatis iustitiam. C. 1. x. de spons. impub. in 6. C. 4. 5. x. de spons. impub.

- Si autem iis, post septimum ætatis annum novus impuberum accesserit consensus, confirmari quidem, at hoc effectu, ut valeant, ex quo tempore renovata sunt, non quo primum contracta. arg. l. 4. §. ult. D. de Officio proconsul. c. 4. *6. Canis. in c. 3. x. de sponsal. Ant. Costan. tract. de sponsal. & matrim. pag. (mibi) 23. n. 1. Basil. Pont. lib. 12. cap. 5. n. 3. de sac. matrim. Arnis. cap. 2. sect. 2. de connub. jur. 7 Kitzel. post multos, quos citat, c. 3. Theor. 2. Lit. F. synopsis. matrim. Arnis. post Cujac. cap. 2. sect. 2. n. 8. de jur. connub. 8 Caver. c. 7. tract. de sponsal. & matrim.*
- 11 x. de spons. impuber.<sup>7</sup> Contrahunt igitur recte sponsalia pueri. At qua ratione? Non enim hi adhuc per ætatem recte nosse possunt, & naturam & effectum sponsalium, multo minus nuptiarum conditionem, ad quas illa tendunt. Verum est, nec id affirmat Modestinus, nec id in pueris, ut firma sint eorum sponsalia, requirit. Satis enim est, id nosse eorum tutores, vel parentes, quibus auctoribus contrahunt, pueros autem incios non esse eorum, quæ aguntur, iisque inesse facultatem, cum iudicio consentiendi parentibus, tutoribusve. Quod ipsum mihi Modestinus inculcare his verbis videtur: *Si modo id fieri ab utraque persona intelligatur.* Quasi diceret, valent puerorum sponsalia, etiam si eorum naturam non plane perspectam habeant, modo ea effici à tutoribus intelligant, iisque assentiantur. Ideoque si tardioris & hebetioris ingenii pueri, nondum intelligant quid agatur, ut consentire non possint, nullæ sunt ab iis & eorum nomine emissæ nuptiarum sponsiones. non enim ætatem tantum requirit Jurisconsultus, sed & iudicium, nec concedit modo infantiam egressis sponsalia contrahere, nisi etiam tanto polleant iudicio, ut id fieri intelligant. Hoc ipsum jus Pontificium improbasse videtur, & ex solo in pueris annorum numero decrevisse sponsalium firmitatem, nec tantum in infantibus respexisse iudicii defectum, quam ætatis tempus, uti Kitzelius sentit & interpretes ab eo allegati, cap. 3. Theor. 2. Synopsis. matrim. Verum ego existimaverim hac in re non dissentire à Civili Jure Pontificios Canones, eosque improbasse infantium ante septennium sponsalia, non ob annorum curriculum, sed ob præsumtum iudicii defectum c. 1. x. de spons. Impuber. in 6. c. 4. c. 12. x. de spons. Impuber. post id tempus vero probasse, nisi pueros destituat iudicium & assentiendi facultas. Et hæc de infantium sponsalibus dicta satis sunt. Ex quibus facile colligi potest, tum à pueris tum à puberibus sponsalia recte constitui posse. l. 14. D. de sponsal. c. 1. x. de de sponsat. Impub. in 6. His enim per ætatem maturuit iudicium, ut sibi consulere posse credantur. Illi autem, etiam si sibi consulere plane non possint, ideoque prudentium regimini subesse debeant, aliorum tamen de eo quod sibi conducit, consilium admittere capaces sunt: Puero tum tamen sponsalia, tum demum firma esse, & rite contrahi posse placuit, cum ex consensu & auctoritate parentum, tutorumve constituuntur, non enim hæc ætas lubrico suo consilio, in re tam gravi committitur. l. 1. c. de Nupt. sponsalia vero quæ proprio arbitrio filii familias puberes

contrahunt, nulla non declarat iudicii defectus infirmitasve, sed ex Civili Jure patria potestas, *L. 2. D. princ. Inst. de nupt. l. 7. §. 1. D. de spons.* Inter puberes autem qui sui juris sunt, ex annorum numero differentia est. Minorum sponsalia infirma sunt, propter indultum huic ætati ob consilii lubricitatem, cum læsa queritur, restitutionis beneficium. Majorum firma, quia virilis animi vigor, omnem absoluti consensus defectum excludit, nec lubrici consilii excusationem admittit. *L. 5. C. de sponsal.* Sed hæc omnia, suis locis singulatim explicabimus. Cæterum hoc loco quasi in transcurso illorum detegere errorem placet, qui referunt constituisse Augustum, ne minor decem annis sponsa habeatur, eumque fuisse hac in re adversum Modestino, qui sponsam septem annorum virginem admittit, cum dicat à primordio ætatis sponsalia effici posse. Verum non hoc constituit Augustus, sed voluit ut pacta sponsalia intra biennium sequerentur nuptiæ: vel, si eæ intra id tempus non consummarentur, ut fructu bonorum sponsæ careret sponsus, & tempus habendi sponsas coarctavit, non despondendi licentiam coercuit. Hoc ut planius intelligatur, sciendum est, postquam Lege Papia constituisset Imperator, ut qui desponderent sibi uxores impuberes, earum gauderent bonorum fructibus, usque dum adolescerent, & certas pœnas indixisset cœlibatui: Cum videret spe hujus præmii, plurimas infantes quidem desponderi, at prætextu quasi jam jam celebrandarum nuptiarum, & differre matrimonia, & simul cœlibatus pœnas effugere Romanos: Lege cavit, neminem lucrum ex sponsalibus capturum, nisi post biennium nuptiæ sequerentur, atque ita tempus habendi sponsas (ut Suetonius loquitur) coarctavit. Potuit itaque anno septimo, octavo & nono, sponsa esse puella, verum cum fœminarum ante duodecimum ætatis annum illicitæ essent nuptiæ, vi constitutionis Augusti nihil ex bonis virginis ante decimum ætatis annum desponsatæ lucrari sponsus potuit. Quod ipsum aperte ex Dione Cassio patet, \* cum ait: *Quidam de infantibus pactiones nuptiales faciebant, ac fructum ipsi ex bonis desponsorum percipiebant, res ipsa non representabatur, id ut corrigeret, edixit, ne qua pactio nuptialis rata esset, ubi ultra biennium essent nuptia differenda: id est, ut omnino ea decem annos nata esset, quam despondere aliquis, & fructum bonorum ejus percipere vellet: puellis enim, uti diximus, duodecimus annus perfectus maturitatis ad nuptias terminus est.* Ut jam revertamur ad institutum: Jus Romanum circa puerorum sponsalia Leoni quoque Philosopho probatum, *Novell. Leon. 109.* non est, quod tantopere quis arguat: cum enim liberum fuerit omni tempore, sponsalibus patre licet aut tutore auctore contractis renunciare, sponsisque nuntium mittere. *l. 1. §. c. de sponsal. l. 2. C. de repud. l. 2. §. 2. D. de divort.* parum incommodi adferre puberibus potuerunt in pueritia factæ sponsiones. Imo cum duodecimum in fœminis & decimum quartum in masculis ætatis annum, nuptiis contrahendis præscripserint leges, necesse fuit, & ante illud tempus sponsalia efficipuisse, ut præpararent se futuri conjugum matrimonio: Attamen incommoditates sæpius ortas fuisse ex præcocibus puerorum sponsalibus cogitatu facile est; sæpius

\* *Hist. lib. 54.*

- ſæpius enim accidiffe debuit, ut tantum ſponſalia nuptiaſque inter temporis ſpaciū, mutaverit ſponſi animum, capti forſan vel excellentiori pulchritudine novæ ſponſæ, vel ſpe luculentioris dotis abrepti; quod quoties contigerit, non niſi graviffima inter familias odia progignere potuit. Mulieribus enim alta mente reſoſita manet injuria ſpretæ formæ, & earum neceſſariis, contemptam familiam, alteri poſt poſitam atque ludibrio expoſitam ferre, grave eſt: ut crediderim prudentiores Romanos, etiamſi leges permitterent, ab ejuſmodi
- 17 præmaturis ſponſalibus ſe temperaſſe. Cæterum hoc jus Civile Pontificibus quoque; probatum fuit, & quamvis apud eos in magna ſint differentia, ſponſalia de præſenti & de futuro, voluerunt tamen ſponſalia præſentibus verbis contracta ab iis, quorum alter vel ambo impuberes eſſent, æſtimanda eſſe, tanquam verbis de futuro matrimonio concepta eſſent. *C. ult. x. de deſponſat. Impub. C. 1. de deſponſ. Impub. in 6.* atque pubertatem adeptis reſiliendi licentiam indulſerunt, ſi minus placeret in pueritia pacta conditio. *C. 1. x. de deſponſat. Impub. in 6. C. 7. 8. 10. de deſponſat. Imp.* modo repudium intra triduum poſt adeptam pubertatem fiat. *arg. l. fin. C. de judic. L. final. C. de error. Advo cat. id enim ſi negligat ſponſor, videtur ſponſalia de præſenti, quæ puer contraxit, pubes probaſſe, matrimoniumque indiſſolubile iniſſe uti Pontius ſentit libr. 12. cap. 9. n. 4. de ſacram. matrim.* cujus hæc tridui definitio an canonibus probetur, non hic inquirō. Haſtenus nihil eſt, quod in hoc
- 18 jure magis, quam Romano culpaſi poſſit. At ferendum non eſt, quod Pontificibus placuit, non Quiritibus, impuberes clam parentibus, tutoribusve ſponſalia contrahere poſſe. *arg. C. 7. 8. 10. x. de deſponſat. Impub. in quibus parentum non ſit mentio. junct. C. 2. cauſ. 27. q. 2. C. 1. in pr. verb. ipſi vel parent. x. de deſponſat. Impub. in 6.* Quis enim pariatur rem tanti momenti, uti matrimonium eſt, ſponderi poſſe, ſine neceſſariorum conſilio, ab iis, qui per ætatem nec ſibi recte conſulere nec bene perpensam perſpectamque habere conjugii ſocietatem poſſunt? Deinde & hoc in eo jure abſurdum eſt, quod coitus impuberum ſponſalia in veras vertere nuptias dicatur. *C. 8. 9. x. de deſponſat. Impuber.* Id enim non aliud eſt, quam ad immaturæ veneris tentamen legibus quaſi incitare ac invitare impuberes, imò puberem inſtigare, ut inferat vitium nuptiis immaturæ ſponſæ, ne poſſit illa pueritiam egreſſa renunciare ſponſalibus, & avarum hunc procū privare luculento, forſan quod ſpe devoraverat, matrimonio. Denique neque hoc placet in Jure Pontificio, quod jure reſolutis impuberum ſponſalibus, dicatur remanere publicæ honeſtatis juſtitia impedimentum, ut non liceat Juveni in uxorem ducere ſpretæ ſponſæ conſanguineam. *C. 4. 5. 6. x. de deſponſat. Impub. C. 1. de deſponſat. Impub. in 6.* Nulla enim ratione viſ ac effectus matrimoni tribuitur impuberum ſponſionibus, quarum obligatio in incerto haſtenus pependit. Tandem nullo colore probari poteſt, quod Honorius, ſeu Hormiſda Papa conſtituit, poſſe patrem, nondum aduſum filium, cujus voluntas diſcerni non poteſt, cui vult matrimonio, tradere: debere autem adoleſcentem, poſtquam ad perfectam per-

<sup>8</sup> Sichard. in  
Rubr. c. de  
ſponſal. n. 12.

pervenerit ætatem, paternam sponſionem omnino adimplere. *c. 1. x. de deſponſ. impub.* Quantum diſcrepat hic Pontifex à cæteris, qui negant conſenſum parentum in liberorum nuptiis neceſſarium eſſe. *c. 2. cauſ. 27. q. 2. c. 23. x. de ſponſal.* quam non æquior Pontifice Romano Majemonides ex jure Ebræorum tradit, filiam puberem impubertatis tempore à patre deſponſatam, invitam nubere non cogi. <sup>8</sup> Reverentia ductus filiali, paterno magis conſilio & perſuaſione, quam proprio judicio patri nuptias promittenti aſſenſus fuit impubes, cum adhuc per ætatem, nec ſponſæ indolem bene noſceret, nec conjugalis ſocietatis conditionem perſpectam haberet: pubes jam & perfecti judicii factus, poſtquam in aliam forſan flexerit amorem proprio ductus arbitrio, eam tamen ducere cogitur, quam odio habet. cui hæc probari poſſunt? quæ cum videant Pontificii, ſublevare ab errore Pontificem nituntur, explicando verbum *debet*, *potest*. *gloſſ. in d. c. 1. x. de deſponſ. impuber.*

<sup>7</sup> ut reſert  
Boxtorſ.  
part. 1. n. 38.  
de ſponſ. &  
divorſ. E.  
bræor.

<sup>9</sup> Panormit.  
in d. C. Ant.  
Coſtan.  
traſſ. de  
ſponſ. & ma-  
trim. pag.  
(mihi) 9. n. 7.  
<sup>10</sup> ad C. 1. x.  
de deſponſ.  
Impuber. n.  
2.

<sup>9</sup> quaſi ejus mens ſit, ſi velit filius, omnino hoc adimplere poteſt, ut ſit coactio ex honeſtate non neceſſitate. Verum quomodo effugium hoc admittant Horniſidæ verba, videat lector. Caniſius rectius dici putat, quod teneatur factum patris probare filius, cui etiam in electione matrimonii pubes parere debet. *arg. l. 1. §. ult. & l. 2. D. de juſſit. & jur.* niſi ille juſtam habeat reluctandi cauſam. <sup>10</sup> mihi vero, ſi placeat excuſare Papam, ita ejus verba explicanda videntur, ut innuat, patrem non poſſe à ſponſione ſua reſilire, cum adultus filius eam adimplere deſiderat.

Cæterum moribus Batavis, omnia hæc tum infantium tum impuberum ſponſalia, ſive ab iis, ſive à parentibus eorum contracta, inuſitata ſunt. De privatorum ſponſionibus, non Principum loquimur; novimus enim Henriettam Catharinam Principis Auriaci filiam impuberem deſponſatam fuiſſe Ennoni Ludovico Friſiæ Orientalis comiti decem annorum Principi. <sup>11</sup> Sed hæc ſponſalia ſucceſſu caruere, & duxit uxorem Enno Comitſ de Barby filiam, Henrietta nupſit Principi Anhaltino. <sup>12</sup> Recte autem Majores noſtri hæc immatura ſponſalia improbarunt, eſt enim res mali exempli, tantæ rei, quantum matrimonium eſt, multum ante celebrationis tempus, præludia fieri, idq; eorum nomine, qui ob ætatem, nec certum de rebus judicium ferre, nec aliis aſſentiri exacta, cum rei, quæ agitur, cognitione queunt. Recte Thomas ſenſit in matrimonii electione præter intellectum, magnam judicii vim requiri. <sup>13</sup> Impuberum autem judicia, quamvis aliquid valeant, certum eſt ad hoc vel illud magis auctoritate & reverentia parentum impelli, quam propria animi inclinatione ferri, magis objecta ab aliis fugata rationis ſpecie ſlecti, quam certo de rebus ſenſu duci: quos ſi puberes ad celebrandas nuptias, vi horum ſponſalium compelli poſſe velis, abſonum hoc orietur, Impuberes propter immaturi judicii erroneum conſenſum, epheborum liberrimam matrimonii electionem perdere, & nuptiis alligari in pueritia poſſe, cum in ephebia demum, matura illis ſit rationis vis cognoscendi, quid ſint nuptiæ. Si vero ad pubertatem provectis libertatem reſiliendi ab his concedas ſponſalibus,

<sup>11</sup> 27. decem-  
bris 1641.

<sup>12</sup> Aitzem.  
libr. 21. tom.  
5. pag. 317.  
verhaal van  
Staat en Oor-  
logh.

<sup>13</sup> in ſuppl.  
part. 3. q. 43.  
tit. 2.

bus, (quod certe ipsa juris scientia postulat, cum pupilli nulla conventionē, nisi quatenus locupletiores facti sint, astringantur;) quid tum proderit tanto ante tempore promitti, quod impletum iri nescias: taceo calamitates & incommoda, quæ ex repudiis oriuntur, dum repudiata pars se sperni grave ferat, injuriamque sibi illatam doleat. <sup>1</sup> Decus quoque atque honor conjugii à præcocium horum sponsalium consuetudine prudentiores avertit, non enim matrimonium, ex quo vitæ felicitas pendet, ab eo sponderi debet, qui non omnimoda liberrima utitur voluntate: at certe, qui ex alterius consilio agit, quod ipse ob ætatem perfectæ non novit, quamvis volens agat, non tamen ipsius perfectæ voluntas, quæ agit, dici potest, verum ejus à quo præparatur & jubetur. Deinde quid conducit, anno ætatis septimo vel octavo matrimonia sponderi, quæ nimis cito, anno ætatis decimo quinto contrahi dixit Justinianus, *Novell. 100. cap. 2.* imo si nostrorum hominum temperamenta intuearis, vigesimo? nisi ut horum occasione incitetur pruriens juvenus, ante tempus nuptiis præfinitum inferre stuprum sponsis: vel ad minimum suas in Venere vires experiri. *argum. C. 10. x. de despons. Impub. C. 3. x. de sponsal.* vel etiam ut neantur laquei castitati illorum, qui ætate maturi, & libidine prurientes expectare coguntur, dum adolescat immatura Veneri desponsa infans. quid si ille desponsatæ & in cunis vagientis matrem arripiat, dicatque cum Ibanco: *quid mihi rei cum lactante adhuc agna, cum ove indigeam ad coitum apta?* <sup>2</sup> nonne aliquid actum erit præcocius illis cum infante sponsalibus? Nec ideo quoque feliciora credi debent eventura conjugia, quod à cunis quasi, continua familiaritate, coaliti consponsorum animi amicam quandam morum convenientiam promittere videantur. nam cum amor maxime delectet liber, & proprio profluens motu, nec sponsalibus hisce contractis ament, quod eligunt liberi, sed quod à parentibus amandum obtruditur, potius infelix, quam auspicatum tale conjugium fore metuendum est. Videmus enim continuam & nimiam familiaritatem, cum amor firmas nondum egerit radices, odii plus contemptusque, quam dilectionis parere. Recte alibi Nicolaus Papa: *quod quis non eligit, nec optat, profecto non diligit; facile contemnit: nullum quippe bonum nisi voluntarium.* *C. 4. Caus. 20. q. 3.* regnum libertas est, & spontanea matrimonii electio paradysus. Laudanda itaq; Alexii Comneni constitutio cavens, ne ante duodecimum aut decimum quartum ætatis annum exactum contracta sponsalia, iusta & perfectæ habeantur. *Novell. Alex. Commem. Cap. 3.* <sup>3</sup> Inutiles itaque judicamus moribus nostris disceptationes, an ultimus annus infantix inceptus pro completo habeatur: an ultimi anni dies excessisse debeat, ut quis puer dici possit, quibus mirum in modum se torquent Pontificii juris interpretes. *vid Alber. Gentil. libr. 5. c. 1. de Nuptiis. Panormit. in C. 5. x. de despons. Impub.*

<sup>1</sup> *Bez. tract. de repud. & divorc. pag. (mibi) 94. Arnis. cap. 2. sect. 2. de jur. conjub. n. 11.*

<sup>2</sup> *Nicot. libr. 1. Ann. Alex. Comm. Isac. fratris,*

<sup>3</sup> *Catz. in dial. ad exempl. Frans tron. geval. pag. 169. postrem. edit. oper.*



## CAPUT QUARTUM.

*De sponsalibus ob defectum consensus nullis.*

## SUMMARI A.

- |  |   |
|--|---|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Dementium, furiosorum, furiatorum, insanorumque definitio &amp; discretio.</li> <li>2. Dementium, furiosorum, &amp; furiatorum dum rabies exagitantur, contracta sponsalia, nulla sunt.</li> <li>3. Etiam si aliter contrahentium ignoraverit furorem.</li> <li>4. Nihil interest, ex qua causa furor oriatur.</li> <li>5. Non omnis amor furorem generat, nec semper nulla efficit sponsalia.</li> <li>6. Dementes &amp; perpetuo amore correpti, ad perpetuam continentiam divinius vocati consentiunt.</li> <li>7. Furiosus cessante furore, &amp; furiosus cum dilucidis gaudet intervallis, sponsalia contrahere possunt.</li> <li>8. Nisi furiosorum rabies ita brevi recurrere so-</li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>leat, ut in conspectu custodiam observentur.</li> <li>9. Furiosus in conspectu adumbrata quietis non recte sponsalia contrahat.</li> <li>10. An tempore sponsionis correptus alter fuerit furore, quis probare debet?</li> <li>11. Ebrietas quid? &amp; varia ejus species.</li> <li>12. Nulla sunt sponsalia ab ebrio, cui vinum confusis intellectum, contracta.</li> <li>13. Etiam si quoque iurjurandum intervenierit.</li> <li>14. Aliud est, si ebrius stuprum iniulerit virgini.</li> <li>15. Ebrietas nimia probatu difficilis est.</li> <li>16. Qui ad hilaritatem duntaxat biberunt, ex suis sponsalibus obligantur.</li> <li>17. Insani &amp; in aliqua duntaxat re delirantes sponsalia recte contrahunt.</li> <li>18. Prodigus non arcetur à spondendis nuptiis.</li> </ol> |
|--|---|

Hactenus dictum fuit de Infantibus, qui per ætatem iudicio uti adeoque consentire sponsionibus non possunt. Ordo operis exigit, ut hoc loco jam exequamur eorum sponsalia, quibus distorta cerebri, organorumve per quæ anima operatur dispositio, rationis usum impedit, negatque. Horum autem, cum non unum simplexque genus sit, necesse erit differentias tradere, ut speciatim cognoscamus, quarum virium sint sponsalia à singulis contracta. Itaque sciendum est, vel furiosos vel dementes esse, quorum animus aberrat, & mens per corpus male affecta ad omnia quasi cæca est. Inter quos hoc discrimen est, quod furiosi rabie quadem mentis exagitati, omnia cum strepitu agant: dementes in quiete, cum animi tranquillitate: furiosi, inficiati cerebri extrinsecus ostendant signa: minime dementes. Furiosorum turbatum sit, quod bene quondam constiterat cerebrum; dementium anima rationalis, pravam à vitæ primordio corporis dispositionem nata operari recte nunquam potuerit. adeoque quod furiosorum temporarium & ex accidenti: dementium malum plerumque soleat esse à nativitate & perpetuum. Furiosorum itidem discreta vitia sunt: vel enim quorundam mentis rabies ex oblata causa oritur, cessatque eadem sublata; uti cum homines morbi vi, doloris impatientia, nimia vel ebrietate vel ira, cum vitium corporis usque ad animum penetrat, adiguntur in furorem, uti de Choro Virgilius canit, qui furiata mente non tulit speciem tractæ per hostes Græcos Callandræ. <sup>1</sup> Vel in-

<sup>1</sup> Lib. 2.  
Æneid.

inquam, quorumdam hominum rabies ex quadam corporis interna distorta dispositione oriri solet; etiam si non irritetur externæ alicujus rei aspectu. Utrumque genus hominum recte Ciceroni ex potestate abiisse dicitur, id est, esse sine consilio, ratione, & mente. At posteriorum vitium gravius est, quam priorum: Horum enim, qui Furiati dicuntur, mentis alienatio brevis & temporaria est: Illorum vero qui generis nomine in specie, furiosi appellantur, morbus gravissimus simulque periculosissimus; quia quamvis quandoque in aliquibus remittatur, intermittaturve, in pluribus tamen solet esse perpetuus, aut nimium brevi recurrens. In medio sanæ mentis & dementiæ insani constituti sunt: ii scilicet, quibus mentis sanitas in totum quidem non constat, vitiata tamen non adeo est, quin boni civis officium, communemque vitæ cultum tueri possint. At hæc male affectæ mentis genera breviter repetamus. Dementes maxime deplorandi sunt, ut quorum salus cum vitium à nativitate sit, unquam ne quidem speranda sit. Eos excipiunt furiosi, ut qui dilucidis aliquando gaudeant intervallis *L. 22. §. 7. D. solut. matrim.* & nonnunquam sanitati restituuntur; Hos sequuntur furiati, qui objecta tantum quadam specie in furorem temporarium adiguntur. Insani, nec tota mente præditi, nec tota rursus privati, aliquem prudentiæ modum capiunt & gradu tantum perfectionis à sapientibus differunt. Hisce ita explicatis videamus jam, quid in singulis circa sponsalia contrahenda, constitutum sit. Et primum sciendum est, sponsalia dementium semper; furiosorum ac furiatorum dum rabie exagitantur contracta, plane nulla esse: *l. 8. D. de sponsal. l. 16. §. 2. D. de Rit. Nupt.* Furor enim, & amentia mentis iudicium tollit, ut consensus, qui ex intellectu oritur, tanquam voluntatis actus sequi non possit. *L. 20. §. 4. D. qui testam. facer. pos.* Ideoque hi homines in omnibus, & per omnia infantium, dormientium, absentium, ignorantium loco in jure nostro habentur *L. 2. §. 3. D. jur. Codicill. l. 1. §. 3. D. de acquir. & amit. possess. l. 124. §. 1. D. de Reg. jur.* Imo ne quidem sensum habere *L. 22. §. 7. D. solut. matrim.* nec sentire dicuntur. *L. 8. §. penult. D. de option. Legat.* Ita ut nullam eorum esse voluntatem Pomponius dicat *L. 40. D. de Reg. jur.*

3 Nec quicquam refert, sciveritne alter furore correptum sponsores, an ignoraverit. Etenim ratio juris non est in ignorantia aut scientia ejus qui cum furioso contrahit, sed in defectu consensus illius, qui mentis exilium patitur. quamvis etiam furor vix se ignorari patiatur, verum satis manifesta sui signa edat, ut hæc ignorantix excusatio, circa dementem quandoque, forsitan admitti possit, circa furiosum vero admodum difficilis sit. Nec quoque distinguendum est, ex quam causa furorem contraxerit sponzor, dummodo tempore contractus mentis compos non fuerit: ille enim animi sui testationem sponsalibus interponere nequit, cui sive turbida vis morbi, sive amoris impatientia, sive nimia ebrietas, sive ira, sive alia quæcunque causa.

*Non ante motas mentis commovens fides.*

<sup>3</sup> Kitzel. Synops. matrimon. cap. 3. Theor. 6. sensum atq; rationis usum pepulit. <sup>3</sup>Notandum tamen hoc loco est, non om- 5  
nē amoris impatientiam furem generare; sicuti nec omnis morbus, morum  
acerbitas, ebrietas in dementia quem dat præcipitem: verum eum ex

<sup>4</sup> Alb. Gent. lib. 3. cap. 8. de Nupt.

Kitz. D. L.

Cypr. cap. 13.

§. 63. de jur.

Commub. Ar-

nif. cap. 3.

sect. 2. n. 5. 6.

de jur. comm.

<sup>5</sup> Lib. 7. c. 13.

de Nupt.

nimio amore, uti ex cæteris morbis quandoque nasci, ut confestim ille au-  
diendus non sit, qui se furiatum, ex amoris impatientia contraxisse sponsa-  
lia dicit. <sup>4</sup> moderatus amor auspiciū conjugii, sit, oportet, nec omnis for-  
mæ ardor impotens est, neque semper iudiciū, animique liberum tollit  
consensum. dicitur quidem rationis obliuio, affectus insanix proximus ma-  
gnus Dæmon, at suo sensu. quomodo autem probetur nimia ira amorve, vi-  
deat lector apud Albericum Gentilem. <sup>5</sup>

Cæterum dementes & qui in eo furore sunt, ut continua mentis aliena- 6  
tione, omni intellectu careant, divinitus ad perpetuam vocati continentiam  
censeri debent. perpetua enim mentis absentia, non permittit iis consen-  
sum, quo opus est, sponsalibus præbere. Furiosus autem cessante cum causa 7  
furore, & furiosus iis intervallis, quibus sensu saniore utitur, sive ut Justi-  
nianus loquitur, quibus in confinio sanitatis & furoris positus est. L. 6. C. de Cu-  
rat. furios. recte sponsalia contrahunt, quia iis tum temporis, constat cere-  
brum. L. 8. D. de sponsal. Excipiendos tamen velim eos, qui tali loco atque 8  
ordine sunt, ut etiam medio tempore custodiri debeant, ne brevi recurrente  
morbo, inopinato, vel quid perniciosius in se moliantur, vel aliis exitio sint.  
L. 13. §. 1. L. 14. D. de Offic. Præsid. Non quod hoc casu propter consensus  
defectum deficiant sponsalia: sed quod ea effectum sortiri nequeant, prop-  
ter personæ inhabilitatem, cum arceantur à nuptiis quibus perpetua ob fu-  
rorem necessaria custodia est. Novell. Leon. 111. Et sapit meo iudicio Cy-  
præus, cum sentit, satius esse eos in cœlibatu retinere, quorum furor, licet  
non ita brevi, sæpius tamen recurrere repertus fuit. <sup>6</sup> nocet enim cerebro  
venus, & furoris vitium seminis emissionē irritatur, teste Hippocrate & Ga-  
leno Medicis, atque Leone Imperatore. Novell. 111. ex quo iustus metus  
manet, hosce furiosos tragicum quid forsan in uxorem & liberos perpetra-  
turos, cum huiusmodi morbis correptos homines & uxoricidas & infanticida-  
das sæpius viderit mundus.

Quod modo diximus, à furiosis cum in confinio sanitatis & furoris po- 9  
siti sunt, recte sponsalia contrahi, id intelligendum est, verum esse nisi  
duntaxat in conspectu adumbrata quietis, versentur ut cum Celso loquar L. 18. §. 1.  
D. de acquir. & amis. pos. id est, nisi. umbram seu speciem sanæ mentis tantum  
præ se ferant, & interim ii revera furiosi sint: tum enim licet penitus sponsalia  
deficere non videatur consensus, revera tamen is deficit, qui perfectus in  
sponsalibus requiritur. Sunt qui putant contrahenti mentem constitisse, 10  
probationem incumbere sponsalia affirmanti; idque ob hanc rationem quod  
furiosus nunquam ad sanam mentem redire præsumatur. <sup>7</sup> Sed id ego intel-  
ligendum volo in eo, qui jam sæpius & continuo fere furore laboravit la-  
boratque. In eo vero qui semel vel iterum atque hoc magno temporis in-  
ter-

<sup>7</sup> Carpz. l. 2.

Tit. 10. de fin.

182. Cypræ.

cap. 13. §. 60.

de jur. comm.

tervallo duntaxat correptus fuit, ex æquitate & justitia contractus colligendum cenſeo, an tempore intermiſſi morbi vel furoris, futurarum nuptiarum fides interpoſita fuerit. In dubio quis potius mentis ſanæ quam affectæ præſumitur, quia homines animi compotes ipſa producit natura, furor vero naturæ adverſatur.<sup>8</sup>

<sup>8</sup> Sand. lib. 2.  
Tit. 1. decif.  
11. Cur. Friſ.

- 11 A furore ad ebrietatem tranſgredimur, quæ quoque furoris quædam ſpecies eſt & proximum ſimulachrum. Nec errarunt Anachariſis, Ariſtoteles, Cato: quorum primus, nihil infano ſimilius quam ebriuin judicavit. Alter, vinum avidius epotum contumelioſos primum, deinde furioſos homines efficere dixit. Tertius, ebrietatem, voluntariam quandam furoris ſpeciem appellavit. Verum non hæc de omni ebrietate, nec omni ebrio vera ſunt. Ebrietatis diverſi gradus ſunt, & ut ſunt hominum varia temperamenta, diverſæ ſpecies. Inveniuntur quidam qui majori dexteritate faciendâ expediunt ebrii quam ſobrii, & qui prudentiores videntur, cum non nihil vino incaluerunt; in quos quadrat tritum illud ac vulgare,

*A ſtomacho ſaturo melior mens conſiliumque.*

Sunt itidem, qui habitum quaſi bibendi, continua potatione contraxerunt, ut iis parum turbetur vino judicium, & hi homines infami nomine ebrioſi appellantur. Sunt etiam, qui ad hilaritatem uſque duntaxat bibunt, & hi parum liberius Liberi patris flore aſperſi, non tam ebrii, quam ad ebrietatem uſque veniſſe dicuntur, in conſinio quaſi ebrietatis & ſobrietatis poſiti. Sed hi ultimi homines quibus potare non eſt quotidianum, facilius ebrioſis in quamcunque partem impelluntur, magiſque aliorum fraudibus expoſiti ſunt: qui etiam, ſi præter opinionem iis obrepât ebrietas à vino luctatore doſo, vel cum ſtrepitu agunt, & furioſis ſimiles fiunt; vel ſine judicio continuo garriunt; vel piſce magis muti redduntur, ut ne quidem in iis vel rationis vel loquelæ veſtigium eſſe videatur. Videamus jam quid juris ſit in ſingulorum ſponſionibus. Sponſalia ab ebrio contracta, cui ſtatum mentis vinum

- 12 evertit, memoriâ abſtulit, ſenſum diſſipavit, & brutis animantibus magis brutum reddidit, non magis valent, quam quæ à demente, furioſo vel infante conſtituta reperiuntur.<sup>9</sup> Ubi ebrietas, ibi libido dominatur & furor C. 5. diſtinct. 35. nec conſenſiſſe ſponſioni ille dici poteſt, qui quod dixit, non intellexit C. 7. cauſ. 15. q. 1. Nec quicquam operatur juſjurandum ſponſalibus ab ebrio adjectum; quale enim id eſt, cum animus vino ſepultus ſe nescit jurare? Recte Ambroſius, Vix perjurus videtur, qui non ſervat quod ebrius promiſit. C. 8. cauſ. 22. q. 4. Ebrietas donec exſiccetur dementia eſt, temulenti quodammodo furibundi ſunt, at dementis & furioſi nullum eſt juſjurandum.

<sup>9</sup> Chriſtin.  
decif. 124.  
vol. 3.  
Alb. Gent.  
lib. 3. cap. 8.  
de Nupt.  
Canif. in C. 7.  
x. de ſponſal.  
Carpz. lib. 2.  
Tit. 2. deſin.  
31. Jurifpr.  
Conſil. Arnif.  
cap. 3. ſect. 2.  
n. 5. de jur.  
commub.  
<sup>10</sup> Cap. 13. §  
361. de jur.  
Et omnib.

- 14 Quid autem ſi concubitus acceſſerit? eſt enim ebrietas voluptatis indiduum. C. 6. diſtinct. 35. Docet Cypræus, æque non obligatum eſſe ebrium.<sup>10</sup> ſcilicet: valebit hic eadem excuſatio, qua apud Plautum Eunomia Lyconidem purgare nititur, hoc modo:

*Et causa justa est, si quidem ita est, ut pradicat*

*Te eam compressisse vinolentum, virginem.*<sup>10</sup>

<sup>10</sup> *Act. 4.*  
*Scen. 7. Aul.*

Sed non video cur non huic mulieri, & ipsi simul Lyconidi stuprum hac ratione excusanti,

*Vini vitio atque amoris feci,*

cum sene Euclione his verbis occurrendum sit:

*Homo audacissime,*

*Cum istacne te oratione huc ad me adire ausum, impudens?*

*Nam si istuc jus est, ut sic tu istuc excusare possies,*

*Luce clara, deripiamus aurum matronis palam,*

*Post id si prehensi sumus, excusemus, ebrios*

*Nos fecisse amoris causa. Nimis vile est vinum atque amor.*

*Si ebrio atque amanti impune facere, quod lubeat, licet.*<sup>11</sup>

<sup>11</sup> *Act. 4.*  
*Scen. 10.*

Itaque ego id ita in genere, aliis affirmandum relinquo: omni quippe ratione, sensu non caret, qui coire potest, non animus vino depositus, sed venter merore æstuans cito despumat in libidines. c. 5. *distinct. 35.* saltem ut in hac regione sunt homines, ne quis mihi de aliis loquatur. Non enim nobis duntaxat ebrius dicitur, qui ita paulum illud quod habuit reliquum mentis ac sensus, poculis extrusit, ut nullis humanis motibus utatur, verum belluino prorsus motu grassetur, vel veluti porcus in luto se volutet, vix aptos ad coitum, sed & qui mentis quodammodo compos, ea facit, quæ viv cogitasset sobrius. Aliud tamen dicendum arbitror, si ipsa puella vel ejus necessarii dolo malo inebriaverint juvenem, eumque ad spondendas nuptias seduxerint, incitaverint in venerem, occasionemque stupro præbuerint; sit tum amissa virginitas, puellæ ejusque necessariis malorum morum poena & exprobratio: recte post Hemmingium Carpzovius *quod male conglutinavit vinum, quod temeritas, quod cæcus amor; quod male per lenas, lenones diaconos conjunxit*

<sup>12</sup> *Lib. 2. tit.*  
*2. defin. 31.*  
*Jurispr. cons.*

*Diabolus, hoc per suos ministros dirimat Deus.*<sup>12</sup> Non enim sponsione sua astricti dicendi sunt, qui calliditate & per fraudes dolumque aliorum seducti sunt. Quid si dormiverit crapulam quis & tum rem habuerit cum puella? distinguit<sup>13</sup> Gentilis, vel sponsalium in summa ebrietate contractorum certior factus complexus mulierem fuit, & obligabitur: vel rerum gestarum inscius id fecit, & nulla ejus erunt sponsalia, ex nullo, cujus vitium adhuc durat, in ebrietate interposito consensu.<sup>13</sup>

<sup>13</sup> *Alber.*  
*Gent. lib. 3. c.*  
*8. de Nupt.*

Caterum cum ebrietas ab allegante probari debeat, cumque probatu<sup>15</sup> difficile sit quem adeo poculis mentem extrusisse, ut prorsus omni caruerit ratione & sensu, <sup>14</sup> raro apud nos hæc causa resolvit contractus, nisi & alio adminiculo juvetur. <sup>15</sup> Quando præsumatur & ex quibus effectibus probeatur nimia ebrietas, cum Gentili<sup>16</sup> Cypræus docet, ad quos lectorem remitto. Ex modo dictis, intelligi potest, quid de sponsalibus eorum dicendum sit, qui ad hilaritatem duntaxat bibere, & quorum verba non redolent rationem plane titubantem: nempe quod sobrii præstare debeant, si quid minus

<sup>14</sup> *Aiber.*  
*Gent. lib. 7.*  
*c. 13. de*  
*Nupt.*  
<sup>15</sup> *Grot. ia*  
*sua Isasog.*  
*l. 3. part. 14.*  
<sup>16</sup> *D. L.*

minus caute ebrii promiserint, <sup>18</sup> ut sit hæc obligatio iis pœna, qui tanti negotii rem, uti matrimonii promissio est, infecta vino mente expedire ausi fuerint, quum Christianus sobrius etiam non nisi invocato Dei nomine sponsalia constituat.

<sup>18</sup> *Haveman. lib. 1. tit. 4. possit. 12. Gamol. Carpx. lib. 2. tit. 2.*

17 Infanos porro, & in aliqua re duntaxat delirantes, quantum ad cætera mentis compotes sponsalia contrahere, nuptiasque inire posse nemo ambigit. <sup>19</sup> Habent enim & intellectum, & voluntatem, ut consentire possint, qui stupidi & hebetioris sunt ingenii. Imo perquam gaudendum est, quod inter solos sapientes non consistant matrimonia; si enim omnium aliorum induceretur cœlibatus, quanta hominum penuria oboriretur civitatibus, cum Cicero arbitretur, *sapius malum peperisse, quam sapientem fuisse* <sup>20</sup>

*defn. 31. Conssit. jurispr. 19 Zanch. lib. disput. 8. de matrim.*

18 A prodigo, cui bonis interdixit Prætor, sine curatore constituta sponsalia firma rataque sunt. Cum enim nusquam in jure nostro prohibeatur prodigus sine curatore matrimonium contrahere, eadem debet nobis esse de sponsalibus constituendis sententia. *arg. L. 16. D. de sponsal. & certe quæ ratio esset, quod sine curatoris interposita auctoritate nuptias promittere non posset prodigus; cû suæ mentis compos sit, consentire possit, nec ejus persona alterius curationi subdit (curator enim non prodigi personæ sed rebus datur.) cumque matrimonium, non sit contractus rerum, sed personarum, nec aliud requirat ut perficiatur, quam personarum quæ coeunt consensum. Nec est, quod furioso comparetur prodigus, L. 1. D. de Curator. furios. L. 12. §. 2. D. Intel. & curat. dat. ejus nulla dicatur esse voluntas L. 40. D. de Regul. Jur. id enim dicitur, quatenus ei committenda non est bonorum suorum administratio, non quasi revera furiosus vel mentis impos esset, sed quia sanos non habet mores, ut metus sit, ne furiosum faciat exitum, bona sua dilacerando, dissipando, profundendo D. L. 1. & L. 12. §. 2. uti patet ex veteri interdictionis formula à Paulo his verbis recitata: *quando tu bona paterna, avitæque nequitiæ tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi ea re, commercium interdicto.**

<sup>20</sup> *Lib. 2. de divinat.*

<sup>21</sup> quod totum ad constituenda sponsalia, contrahendumque matrimonium nil pertinet. ut in prodigo locum habeat, quod de pupilla Paulus his verbis dicit: *ad officium curatoris administratio pupillæ pertinet, nubere autem pupilla suo arbitrio potest* L. 20. D. L. 8. C. de nuptiis. Curatoris tamen officium est prospicere, ne contracto matrimonio quid detrimenti in facultatibus suis capiat prodigus, ideoque nisi ejus auctoritas interveniat, nullius momenti sunt, quæcunque de dote, donatione propter nuptias, aliisque conditionibus, quæ tabulis antenuptialibus inferuntur, suo arbitrio & damno suo constituerit prodigus <sup>22</sup> Sed nos fortasse nimium commorati sumus, in tetrico hoc de furiosis, de mentibus, & infanis argumento, ad alia transgrediamur.

<sup>21</sup> *lib. 3. sentent. cap. 5.*

<sup>22</sup> *Alber. Gent. lib. 3. cap. 8. de Nupc.*

## CAPUT QUINTUM.

*De auctoritate parentum ex dictamine Iuris naturæ  
in collocandis matrimonio Liberis.*

## S V M M A R I A.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Jure natura, in potestate parentum liberi sunt.</p> <p>2. Ius parentum in liberos antiquissimum est, &amp; per generationem acquiritur.</p> <p>3. Felteni sententia per analogiam &amp; non proprie jus dici, quod parentes per generationem in liberos acquirunt, refutatur.</p> <p>4. Qua ratione forte dici possit, parentibus nullum jus in liberos per generationem esse.</p> <p>5. Examinatur Hobbi sententia de jure Parentum in liberos &amp; refellitur.</p> <p>6. Status natura, status pacis est.</p> | <p>7. Ius in liberos per generationem utrique parenti aequale est.</p> <p>8. Naturale non est, partum ventrem sequi.</p> <p>9. Quomodo viro subsit femina.</p> <p>10. Quousque jure natura in potestate parentum sunt liberi.</p> <p>11. Irritum non est matrimonium jure natura, quod matura ætatis filius in scio patre contraxit.</p> <p>12. Qui uxorem duxit invito patre, in familia ejus jure natura manere non potest, nisi reconciliato filio consentiat pater.</p> |
|--|---|

Sponsalia liberorum puberum, ut firma atque legitima habeantur, parentum indigere consensu diximus. Quam autem necesse id ipsum sit, simulac quorum parentum requiratur auctoritas, priusquam ulterius progrediamur, dispiciendum est. Non enim satis nobis videtur, ut, quis disciplinas tradens, quid tanquam necessarium præponat, nisi & rationem reddiderit, cur id necessarium ducat. Verum, cum diversa nobis jura, in hoc nuptiarum negotio perpendenda sint, Naturale nimirum, Divinum quod sacri continetur literis, Romanum, Pontificium quod Canonicum dici solet, & Batavum nostrum: ne Lectori oboriatur confusio, atque de mente nostra obscuritas, consultum erit, secundum uniuscujusque juris rationes, singulatim perpendere propositum hoc nostrum thema. Itaque ut ordiamur à jure naturæ, quod cum cæteris prius & antiquius sit, merito sibi priorem locum vindicat, ante omnia inquirendum est, an aliquod jus, seu potestatem in liberos parentibus natura tribuerit; necessitas enim eorum consensus in liberorum nuptiis, nulla potest esse, nisi ea tanquam effectus aut sequela ex aliquo jure oriatur. Et meo quidem refidet animo sententia, naturali jure, liberos in ditione parentum esse, seu, quod mihi eodem redit, parentes jus in liberos habere, sumto juris vocabulo, tum pro eo, quo dominus regimen suæ rei sibi vindicat, tum pro eo, quo quis in dominio suo esse quod suum est, dicit. Si enim naturalis ratio, inducta dominiorum distinctione, id dicet nostrum esse, quod ex pecore nostro editur; quod arvum nostrum à nobis factum producit; multo magis id dici debet nostrum esse, quod ex corpore nostro nascitur: pullus ante partum ideo noster dicitur, quia eum equa nostra edidit, & alterius esset, mutato matris domino. At infans nullius alterius rei gratia

gratia noster est, quam quia ex nobis ipsis est, nec cum nascitur alterius esse potest jure naturæ, quam parentum, cum impossibile natura sit, ut quis alterius partum producat. Sunt autem liberi caro & viscera parentum ex purissimo sanguine ipsorum concreta, ideoque in eorundem jure ac potestate. Atque hoc parentum in liberos jus seu dominium uti maxime naturale, ita & antiquissimum est, & omnium primum quod in orbe terrarum fuit, nisi excipias, quo universa rerum facies Adamo & Evæ primis hominibus serviebat. Nam ante notam rerum distinctionem, & cum omnia adhuc inter homines essent communia, adeoque in statu mere naturali in dominio & potestate Adæ & Evæ eorum liberi fuere; potuitque primus omnium homo Caino dicere, tu meus es, ego tuus non sum. Feldenus, qui breves notas in Grotium scripsit, existimat, per analogiam quandam & non proprie fortasse jus dici, quod per generationem parentes in liberos acquirunt. Idque hoc modo concludit: *Sicuti anima non facile diceretur, producto homine in hanc lucem, jus aliquod in corpus sibi acquirere*, ut singula corporis membra imperio suo regat, vel ut ille loquitur, *ut singula ipsius membra directioni ejus subjaceant. Eodem fortasse modo haud commode pater dicitur jus sibi acquirere in liberos, quia liberi pars quadam patris sunt.* Cujus argumentationis hanc dat rationem: *Quemadmodum enim mens dirigit corpus patris, ita eadem liberos quoque ejus.* Nec inter hæc duo differentiam ullam putat esse, nisi quod liberi à corpore patris sint quid separatum. Verum enimvero, quamquam & hæc differentia magni sit momenti, non equidem percipio vim hujus argumenti, quæ enim consequentia, quia anima non acquirit aliquod jus in corpus, ergo nec pater in liberos? Sciat Feldenus, corpus & animam partes integrales esse, quæ simul concurrunt ad constituendum hominem; Patrem vero & filium duo individua: corpus non esse partem animæ, liberos esse partem & sanguinem parentum: Parentibus liberos ortum debere, non corpus animæ. Deinde & perplexam esse argumentationis suæ rationem: eadem quidem mens, quæ corpus patris dirigit, dirigit & liberos ejus, at non eodem modo, non eadem ratione: membra corporis inserviunt animæ ut organa, per quæ illa operatur, & insuper corpus ita conjunctum est animæ, & anima corpori unita, ut simul constituent unum hominem, cujus partes in se invicem nullum jus habere possunt: at mens patris non dirigit liberos, ut organa sua, quibus ei opus est ad operandum. Pars patris filius est, quia ex purissimo patris sanguine concretus est, at non conjunctus corpore, non unitus patri: & tandem non ideo in potestate parentum liberi sunt, quia eorum actiones parentes dirigunt, sed & in potestate sunt, & parentum regimini subsunt, quia ex iis nati sunt. Melius & rectius fortasse quis diceret, parentibus haud commode aliquod jus in liberos ob generationem adscribi, quia anima quæ princeps & præcipua hominis pars est, non generatur, sed creata à Deo infunditur corpori. qua ratione anima patris & anima filii Dei, & liberi nostri, liberi Dei dicit possunt.

Deinde, quia omne imperium humanum in corpus tantum exerceri po-

E

test

<sup>1</sup> lib. 2. cap. 5.  
n. 1. in Grot.  
de Jur. Bell.  
& pac.



test, non in animam: voluntas enim hominis nulli nisi Deo subjacet, ut soli animarum Domino & Creatori. Verum qui à limine modo salutarunt Philosophiam, sciunt ideo dici hominem generari ab homine, quia per virtutem ejus feminis materia redditur habilis ad conjunctionem & susceptionem animæ.<sup>1</sup> Ita ut etiamsi pater non producat animam filii, quia tamen corpus filii ope & vi feminis paterni coagulatū, ad recipiendam animam aptum redditur, merito patri jus adscribitur in id, quod ex illo nascitur. Deinde, quamvis verū sit, in Stoici alicujus voluntatem nullum humanum imperium posse exerceri quia tamen in cæteris hominibus voluntas quamvis invita plerumque sequi soleat imperium quod in corpus exercetur, ne corpori adeoque propter arctissimam amborum conjunctionem & animæ male sit, haud incommode voluntatem filii subesse patri dicemus, qui imperium in corpus exercere potest. Sed hæc missa faciamus, ut quæ ad Philosophos pertinent, ne nostram falcem in alienam segetem mittere, vel pedem ponere in alieno chorovideamur.

<sup>1</sup> Thom.  
Summ. part.  
1. vol. 2.  
quest. 118.  
art. 2. ad. 4.  
Colleg. Co-  
nimbr. in lib.  
de gener. &  
corrup. 1. c. 4.  
quest. 13.  
& 14.

<sup>2</sup> de Civ. c. 9. Cæterum non est hic nobis silentio prætereunda Hobbi, <sup>2</sup> novi nostri ævi 5

Philosophi insolens sententia, existimantis ex sola generatione non recte concludi, parentum in liberos dominium: atque non magis per se evidens esse, *id meum esse, quod ex me genitum est*, quam statim, si triangulum sit, absque alia ratiocinatione apparere, *angulos ejus esse aequales duobus rectis*. Imo hic Philosophus impossibile putat nostrum hoc thema ex sola generatione adstrui posse; *cum dominium*, ut ait ille, hoc est, *supremum imperium indivisibile sit, ita ut nemo duobus dominis inservire possit; ad generationem autem dua persona concurrant, mas, & femina*. Ideoque ut parentum in liberos jus astruat, aliam & hanc quidem nulli hæcenus tritam calcat viam. Præmittit tanquam certissimum, *statum naturæ, statum belli esse*. dominium autem acquiri jure naturæ, corporis viribus. Nempe quando quis maturæ ætatis, alium propter naturæ æqualitatem æqualem sibi, ut fortior supprimit, vel imbecilliori multo parcit, alit, non occidit: Hinc vult matri princeps, seu ut ille loquitur, *originale* jus in liberos esse, cum hæc infantem in partu, vel etiam in utero occidere & suffocare, natumque & recentem à partu, priusquam alterius cujusquam subjiciatur potestati, suo arbitrio vel enecare, vel servare, vel exponere, vel educare possit, prout sibi magis commodum æstimaverit; in statu enim

<sup>3</sup> c. 1. art. 1.

mere naturali, *mensuram juris, utilitatem vult esse*.<sup>3</sup> Addit deinde, in statu naturæ sciri non posse, cujus patris sit filius, nisi judicio matris; Hinc infert, *ejus igitur est, cujus mater infantem vult esse, ac proinde matris est*.<sup>4</sup> Tandem ut axioma ponit, inter homines non minus quam cætera animantia, *partum ventrem sequi*. A matre porro (ut omittam cætera) in patrem transire dicit dominium, si is uxorem sibi subjecerit, quod putat sine bello fieri non posse: Viro enim negat hujusmodi sexus præstantiam, propter quam ei cedere & parere ut digniori & prudentiori jure naturæ, imbecillior & infirma mulier teneretur. Deinde quod ex ambobus nascitur, tum patris vult esse, cum ea lege in societatem vitæ coierint conjuges, ut imperium penes maritum sit. Si

<sup>4</sup> cap. 9. art.  
2. & 7. c. x.  
art. 1.

vero

vero ita vitæ consortium stipulati fuerint, ut alter alterius non subsit imperio, liberos matris esse dicit, nisi pacto promissi sint patri. Sed hæc hominibus noxia, imo inhumana prorsus philosophia, præcipuum acquirendi dominii jus, in belluina ferocia aut non exercitio plusquā immanitatis ferinæ collocat. Mater infantis domina est, non quia peperit: non quia pars corporis ejus est filius, sed quia matricem, proprii fœtus sepulchrum non fecerit: quia conceptum non suffocaverit; a partu recentem non occiderit, ut hostis: quia amore, misericordia & pietate ducta, rubentem adhuc injuriæ cœli, efferi cujusvis hominis crudelitati, vel ferarum rapacitati non exposuerit: quod ne quidem crudelissima animantia, in quibus nullum rationis vestigium est, faciunt. Nonne contra jus naturæ, quo unusquisque obligatur curam habere conservandæ propriæ vitæ, eamque contra omnia, quæ nocere volunt, defendendæ, peccaret quis, se ipsum interficiens? Certe id ipsum Hobbus affirmat cum docet, juris naturalis fundamentum primum esse, ut quisque vitam & membra sua quantum possit, tueatur. <sup>1</sup> Quid ergo? si id non facit, <sup>1</sup> c. 1. art. 7. si violentas sibi ipsi non inferat manus, acquireret ne hoc ipso sui ipsius dominium? At liberi pars & viscera matris sunt: quæ ergo mater potest dici, sibi acquirere dominium liberorum, quia obtemperans juri naturæ, contra se suæque viscera non sœvit? Falsum est & indignum fingere Christiano, matrem posse suo arbitrio, in statu mere naturali, educare vel exponere infantem: aliud instinctus naturalis ipsa bruta animantia docet. Uti injuria non potest esse scœmina in proprium corpus jure naturæ, ita eodem jure sœvire prohibetur in partum suum, qui pars corporis ejus est. Totum novi Philosophi hujus argumentum in eo consistere diximus, quod fingat, *statum naturæ, statum belli esse*, <sup>2</sup> & quemlibet à quolibet jure naturæ spoliari & occidi posse, <sup>3</sup> modo spoliator seu <sup>2</sup> c. 9. art. 3. homicida id sibi judicaverit utile. Ideoque fortiorem imbecillioris dominum fieri, <sup>3</sup> c. x. art. 1. quia eum in vita conservat non occidit, cum occidere possit: imbecilliorrem vero, propter acceptum beneficium, quod alter ei pepercerit, in perpetuum obligatum manere fortiori: putatque homines sui natura tales esse, quales aliquando portasse Græciam in Theseo Plutarchus refert, qui promptitudine manuum, pedum celeritate, corporisque viribus pollentes, sua natura ad nullam rem <sup>4</sup> c. 1. act. 7. bonam, commodamve uterentur. Libidine gaudentes superba, fructumque statuentes sui roboris sævitiæ ac immanitatem, dominarique & vim facere obvio cuique, mortemque adferre: tum qui viribus superiores, verecundia, justitia, æqualitatis humanitatisque rationem nullam habendam putarent: quod ea vulgo ab his, qui injuriam <sup>6</sup> inferre aut non auderent, aut ipsi metuerent, laudibus afficerentur. Sed errat graviter, meo judicio hic homo: Status naturæ status pacis est, præscriptus & institutus à pacifico naturæ auctore Deo. Et quia æqualitatem naturæ omnibus dedit Jehova, natura flagitat, ne quisquam hunc ordinem subvertat, & in alium naturæ ætatis, dominium vi prætendat, eique quod suum est injuria auferat, vel eum occidat: merus enim, cupiditas, ira, & bellum abhorrent à natura humana, & depravati hominis crimina sunt. Melius certe hoc Chri-

<sup>1</sup> Lib. 1. de  
Legib.

<sup>2</sup> L. 3. D. de  
just. & jur.

<sup>3</sup> Cap. 1. art.  
x. in agnos.

<sup>4</sup> Cap. 9. art.  
3. & 5.

stiano ethnicus Philosophus Cicero disseruit, nos ad justitiam esse natos, ipsaque natura inter se sociatum esse genus omne humanum. Ut & Florentinus, cum in hunc modum scribit, *Inter nos cognitionem quandam natura constituit, ideoque hominem homini insidiari nefas est.* <sup>2</sup> Status mere naturalis has habet leges, ne injuria lædatur genus humanum, ut pacem colat, ut Deum timeat ac revereatur, non ab homine conditas, sed homini à Deo insculptas, quas qui transgreditur, jus naturæ offendit. Non enim existimandum est, eum duntaxat esse injurium homini, qui peccat in leges ab homine præscriptas, verum etiam qui transgreditur leges homini innatas. Ideo peccat in Deum homicida, quia erga hominem injustus est, quod lex naturæ, cujus auctor Deus est, vetat. Ut concipi non possit, quod tamen statuit hic Philosophus: in statu naturæ, posse quem violare leges naturales, & tamen injurium esse homini nemini, etiamsi etiam aliquem occidat. Denique præterquam quod hæc doctrina consideret hominem in statu mere naturali, absque ulla pietatis, justitiæ, dilectionis, ac amoris scintillula, omnia, quæ sibi conducere putat, etiam cum aliorum nece, instar ferarum rapacium appetentem; (quod ipsum certe fingere impium mihi videtur, & homini Christiano indignum,) concipi non potest, hujusmodi statum mere naturalem unquam exstitisse, nisi fingamus cum quodam hujus ævi novatore, multos Præadamitas, uno eodemque tempore, uti cætera animantia à Deo conditos, varias terrarum partes occupasse. Hi enim cum fuissent statim omnes naturæ ætatis, & propter naturæ æqualitatem inter se æquales, potuissent erga se invicem hoc jus exercere. Alias si uti fas est, credamus verbo divino, & dicamus ex duobus hominibus Ada & Eva totum genus humanum prognatum, nunquam hujusmodi status naturæ existere potuit. Cain enim statim natus in potestate suorum parentum fuit, qui ea lege ipsum educarunt, ne adultus hostis fieret, id est, ea lege, ut ipsis obediret. Itaque ille propter receptum vitæ ac educationis beneficium, jure naturæ in parentes insurgere nunquam potuit; Cain autem sub dominio parentum suorum existens imperium in fratres suos, eorumque liberos acquirere sibi nequivit: & hæc quidem omnia ex iis quæ ipse Hobbus tradit, evidentiæ sunt. <sup>4</sup> At autem jam ante quam vita defungerentur Adam & Eva, multiplicatum satis genus humanum, in diversas societates familiasque se dispersit, & civitates condidit: quo ipso, hoc jus naturæ cessasse necesse fuit, nisi velit hic Philosophus primis parentibus mortuis, dispersas jam per terrarum orbem primas familias seu civitates, nulla inter se commercia habuisse, nulla fœdera, nullam amicitiam coluisse, verum statim inter sese hoc jure naturæ esse usas, & imbecilliores à fortioribus ut à feris rapacibus, sine ullo præterquam utilitatis jure & ex dominandi libidine oppressas. Quod si quis hoc Hobbianum naturæ jus probaverit, illi facile erit seposita Evangelii doctrina, defendere lanienam ab Hispanis commissam in Americanos Indos, nullo pacto, nullo commercio, nullo hospitio, nulla cognatione iis devinctos, ac in alio orbe, ut in statu mere

mere naturali quasi positos jure naturæ licitam fuisse. Sed de hac absurda opinione satis, quæ relata modo omnibus piis per se satis stomachum movere mihi videtur.

- 7 Jus in liberos, quod per genituram acquiritur, utrique parenti æquale tribuimus; nec placet Hobbus, cum dicit matri id primum acquiri, & ab ea in patrem transire, cum ille uxorem sibi subjecerit, vel pacto hoc stipulati sint conjuges; suo enim nititur ille crudeli hoc fundamento, partū ventrem sequi, quia venter in potestate sua habet fœtum suum, & antequam nascitur, & in partu occidere potest. Nos generationem respicimus, & ideo communes liberos utrique parenti dicimus, quia *mixta genitura fœtus oritur*, ut Chrysostomus loquitur. 'Nec hic mater sibi, primum seu præcipuum aliquod jus' *Ad 5. Ephes.* vindicare potest, quia concepit, conceptum visceribus suis complexa fuit, corpore suo novem menses aluit, peperitque cum dolore & vitæ periculo infantem: nam omittamus etiam, quod inter se disputant Hippocratis filii, habeatne plus de patre an de matre infans, hoc certe constat sine viri ope hominem generari non posse, & patris partem esse, quod ex matre nascitur. *Officiosa natura, in generatione, sexuum corpora misceat, ut ita de utroque, parte sumpta confundat, & commune utrisque reddat quod nascitur, ita ut neuter possit quid suum sit, quid alienum discernere.* alicubi Plutarchus. Non est igitur naturale partum ventrem duntaxat sequi, nisi cum ignoratur pater, quod sit quoties parit diobolaris meretrix & commune prostibulum: l. 19. D. de Stat. homin. alias & patris pars est quod ex patre nascitur. Id ipsum quoque bruta animalia ostendunt, illa nempe quibus aliquod matrimonii simulachrum est, ut pater certus esse possit: his enim tam maribus quam fœminis pullorum communium communis cura est, & sobolis amor utrique æqualis, uti Plinius ait cum de columbis differit. Uti matri negamus præcipuum, aliquod jus ita & id nolimus patri esse, sed æquale utrique jure naturæ: ambo æque concurrunt ad generationem, ut ambobus æqua in id quod nascitur debeat esse potestas. Nec valet argumentatio, subest marito mulier jure naturæ propter sexus imbecillitatem, ergo plus potestatis in liberos patri concessit natura quam matri: plus auctoritatis habet pater quam mater, non potestatis, non domini. Quod si enim inter se contendant imperia, primæ partes patris erunt propter sexus præstantiam; & merito hoc casu marito ut digniori ut prudentiori subjicitur fœmina, ne æqualitas honoris pugnam pariat; non vero subest
- 9 marito ut domino. Recte Ulpianus ait, *uxor affectui: servus & filius potestati subjecti sunt.* l. 1. §. 3. D. de injur. subest viro mulier, ratione creationis, quod post & propter virum creata sit: ratione transgressionis, quod prior lapsa meruit contententibus voluntatibus cedere viro; ratione sequioris sexus seu debilioris naturæ, ut à viro defendi debeat: at ratione matrimonii, quod jure naturæ societas est, pares sunt conjuges, secundum illud apostoli, *vir non habet potestatem in suum corpus sed uxor, & illud Dei, & erunt duo in una carne.* Ex latere facta est, ut sit æqualis viro & socia in conjugio, præcipue re-

pectu communium liberorum, qui ex utriusque nascuntur corpore; recte Cicero, *prima societas in ipso conjugio est proxima in liberis*. Itaque par est in liberos patris & matris potestas jure naturæ, licet non par auctoritas cum contendunt imperia; tum enim patris imperium præferre liberi debent, non matris, quæ & ipsa cedere marito ob sexus præstantiam tenetur. At patre mortuo totum & omne jus in liberos matri jure naturæ cedit.

Hoc jus in liberos non in perpetuum natura parentibus concessit, verum duntaxat usque dum adeo maturuerit liberis judicium, ut sese regere, & contra quamcunque injuriam proprio Marte defendere, atque sine aliorum ope se exhibere possint. Etenim cum

*atque prima seu brutum pecus*

*ut educetur, mentis alienæ indigeat:*

nihil tam naturale est quam ut ea cura injungatur parentibus, liberosque in laboribus suis alant, quos à se procreatos & alendos necessario esse ut vivant, sciunt. At vero nihil quoque tam naturale est, quam ut eo onere liberentur parentes, quam cito facultatem sese sustentandi liberi ætate nati sunt. Non enim æquum esset, imo esset contra naturalem rationem, ut validi liberi, & qui operis sufficere possunt, in perpetuum otiosi parentum sudore victarent. Sic bruta animantia suos duntaxat pullos alunt, usque dum earum sunt virium, ut sibi ipsi victum quærere possint: quod ipsum jus naturæ in præstandis alimentis secutum jus Civile est, uti ex Ulpiano patet, cum dicit: *si filius se exhibere possit, æstimare judices debent, ne non debeant ei alimenta decernere: l. 5. §. 7. D. de alend. & agnoscend. liber.* At vero qui se ipsi defendere atque alere possunt, eos & natura suæ potestatis sui que juris esse concessit, & quasi ad novam condendam familiam vocavit: sic videmus quod bruta animalia suos pullos, quasi extra eorum potestatem esse sinunt, quam cito illi earum sunt virium, ut sibi victum quærere & contra aliorum injuriam defendere possint: quod ipsum Cicero breviter his verbis expressit; Magnus est amor bestiarum in educandis custodiendisque iis, quæ procreaverunt, usque ad eum finem, dum possint se ipsa defendere. Jam autem sicuti jus naturæ parentibus concessit, ut perfecti judicii liberos invitos suæ curæ subducere, & proprio relinquere regimini possint, liberis quoque concessisse potestatem se ipsos à paterna separandi familia, sui juris esse, novamque condendi familiam, modo id sine injuria parentum fiat, æstimandum est. Sic enim in brutis animalibus videmus, non tantum parentes deferere maturæ ætatis pullos, sed & pullos, parentes. Quod jus imitatur olim fuisse quædam Græciæ Civitates videntur, quæ liberos patribus subjectos duntaxat voluerunt, vel usque ad annum pubertatis tertium; vel tantisper dum cœlibes manerent: vel donec publice inter viros adscripti essent: uti è Solonis, Pittaci, Charondæque legibus Halicarnasseus refert. quasi scilicet, cum ad hanc ætatem provecti sunt liberi, omnium judicio non amplius aliorum ope, tum in regimine vitæ, tum in comparando victu indigeant. Dicimus autem *permittere* naturam liberorum

<sup>1</sup> Lib. 2. de natur. Deor.

<sup>2</sup> Lib. 3. Antiq. Rom.

rum à paterna familia separationem, non dicimus *jubere*; non enim repugnat juri naturæ, ut filius in familia & potestate parentum maneat. Verum cum id sit, subsunt parentum imperiis omnes liberorum actiones, quæ ad familiæ paternæ seu maternæ statum, momenti aliquid habent. In cæteris vero actionibus, quæ sine detrimento rei paternæ fieri possunt, moralem facultatem agendi habent. <sup>1</sup> Itaque se suamque personam invito vel ignorante patre obligare potest, nec irritum est jure naturæ, quicquid fecerit, maturæ ætatis & judicii filius. Verum si in familia maneat, si exeat, nunquam ei decoquendus est honor, reverentia, pietas, & obsequia, quæ patri propter generationis & educationis beneficium debet: eo enim nomine in perpetuum, ad remunerationem & gratiam referendam obligatus manet; quo sensu accipi potest, quod alibi Justinianus dicit, *jura pa-*

<sup>1</sup> Grot. lib. 2. cap. 5. n. 2. 3. de jur. bell. & pac. Graf-uvinkel Struë. ad censur. Ioh. Felden. c. 5.

**II** *tris naturalis nexu sunt copulata* divino. *L. penult. C. de adoption.* Dicimus igitur ut quæ dicta sunt, applicemus nostro instituto, cum jure naturæ, maturæ ætatis & perfecti judicii filius facultatem moralem se obligandi habeat: cum possit se separare à paterna familia: cum eum tum vocare ipsa videatur natura ad novam condendam familiam; non irritum esse eodem naturæ jure matrimonium, quod contrahit invito vel ignorante patre, quamvis offendant pietatis debitum, & gratiæ rependendæ officium, quod parentibus debemus. Sic irritum non pronuntiatur Esavi conjugium, quamvis sine patris auctoritate contractum, nec liberi ex eo nati nothi dicuntur, cum solo naturæ jure, non legibus civilibus tum temporis utebantur homines; ea demum irrita sunt jure naturæ, in quibus deest principium dans validitatem actui, aut in quibus virium durat in effectu, uti recte Grotius docet. <sup>2</sup> quod neutrum in filii nuptiis reperitur. Principium quod dat validitatem matrimonio, facultas sese obligandi est, & voluntas futurorum conjugum. Verum parentum consensus abesse potest, salvo manente conjugio, uti in nuptiis eorum, qui parentes non habent, vel habent furiosos captivosve videre est. *l. 25. C. de Nupt. l. 11. l. 9. §. 1. D. de Rit. Nuptiar. l. 12. §. 3. D. de capt. & postlim. revers.* hinc juri naturæ non repugnare dicuntur matrimonia clam matre vel invito patre, qui emancipavit. *L. 25. D. de Rit. Nuptiar. contracta.* Qua ratione recte dicit Imperator, rationem naturalem suadere, *ut parentum jussu precedat liberorum nuptias, pr. Inst. de Nupt.* quod enim suadetur tantummodo, absque rei interitu omitti potest. Nec alio sensu hoc loco sumitur naturalis ratio, quam alibi à Gajo *l. 39. D. de negot. gest. à Paulo l. 7. D. de bonis damnat.* solutio naturalis à Pomponio *l. penult. D. de solution.* conditio naturalis ab eodem Paulo *l. 15. D. de condict. indebit.* nimirum ut naturale dicatur, & naturalis rationis præsidio munitum, quod præ se fert æqui bonique speciem. *l. 66. D. de condict. indeb.* quam qui violat, non recte facit, contra æquitatem facit, contra officium justî hominis facit, irritum tamen non est jure naturæ quod fecit. Imo aliquando rectius facit, qui naturalem rationem non sequitur quam qui sequitur, cum res aliud suadeat; sic justa exhereditatio adimit liberis paren-

<sup>2</sup> Lib. 2. c. 5. n. .x. de jur. bell. & pac.

40 DE AUCTORIT. PARENT. EX DICTAM. JURIS NATUR. LIB. I.  
 parentum bona, quæ tamen iis addicit naturalis ratio, l. 7. D. de bonis damnat.  
 At autem qui uxorem duxit invito patre, jure naturæ in familia patris rema- 12  
 nere non potest, non enim filio integrum est patrem invitum onerare uxore,  
 liberisque suis; qui vero consentiente patre se jungit uxori, hoc ipso se sepa-  
 rat quidem à patre, non enim manet amplius pars patris, qui fit pars uxoris,  
 secundum illud Adæ, *relinquet vir patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori,*  
*eruntque in carnem unam.* Genes. cap. 2. vers. 24. ad quæ verba ita Lyranus,  
*non quantum ad dilectionem: quia filius non potest denegare parentes: sed quantum ad*  
*cohabitationem: quia filius cum est uxoratus, statim est emancipatus, & habet providere*  
*sibi & uxori & familia:* attamen potest in familia patris manere, si is cohabita-  
 tionem consentiat, quod cum fit, non amplius reputabitur jure naturæ hic filius,  
 tanquam pars familiæ paternæ, quem jam natura ad propriam familiam con-  
 dendam vocavit, sed tanquam hospes amicus vel socius patris. Ita tamen ut  
 semper contententibus imperiis, patri cedere debeat, tum quia succedit pa-  
 ternæ familiæ, tum propter pietatis & observantiæ debitum, cujus causa  
 perpetua est. Et hæc quidem de jure naturæ dicta satis sunt.

#### CAPUT SEXTUM.

### *De patria Ebræorum auctoritate in collocandis matrimonio liberis.*

#### SUMMARIA.

- |  |  |
|--|--|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1. <i>Clandestinum liberorum matrimonium di-<br/>         rimere potest patris potestas, jure divino.</i></li> <li>2. <i>Locus Exodi 22. vers. 16. de virgine sub<br/>         fiducia contracti matrimonii vitiosa<br/>         intelligendus est.</i></li> <li>3. <i>Locus Deuter. 22. vers. 28. 29. de virgine<br/>         astu &amp; calliditate stupratoris ad libidi-<br/>         nem seducta intelligi debet.</i></li> <li>4. <i>Quod ad stupratorem discrimen fuit, an<br/>         astu seduxerit, an sub fide matrimonii<br/>         vitiauerit virginem.</i></li> <li>5. <i>Confirmatur nostrum de patria potestate sen-</i></li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li><i>tentia, ex revocatione paternæ votorum<br/>         filiarum.</i></li> <li>6. <i>Loquitur Moses Numer. 30. vers. 3. 4. de<br/>         omni sub patris potestate constituta puel-<br/>         la nubili &amp; impubere.</i></li> <li>7. <i>Vti filiarum ita &amp; filiorum clandestina<br/>         matrimonia irrita reddere potuit pater<br/>         Ebræus.</i></li> <li>8. <i>An eadem patri Ebrææ, jure divino fueris<br/>         potestas, dubium est.</i></li> <li>9. <i>Viduorum viduarumque clandestinas<br/>         nuptias dirimere non potuit Pater Ebræus.</i></li> </ol> |
|--|--|

<sup>1</sup> Anton. Co-  
 stan. tract. de  
 Nupt. cap. de  
 Rit. Nupt. n.  
 97. pag. 185.  
<sup>2</sup> Chemnit.  
 exam. concil.  
 Trident. can.  
 de clandest.  
 matrimon.

Jus divinum, ad quod nos ducit ordo, non quidem irritum declarat libero- 1  
 rum conjugium, eo ipso, quod inficiis parentibus contractum fuerit: 'auxit  
 tamen jus naturæ, tum quod nulla ætatis habita distinctione collocandorum  
 liberorum curam speciatim parentibus injunxerit, Deuter. 7. vers. 3. Exod. 21.  
 vers. 9. & 34. v. 16. tum quod contractum à liberis conjugium, ex eorum post  
 ea arbitrio vel ratum vel irritum esse voluerit, Deuter. 22. v. 28. 29. Exod. 22.  
 v. 16. 17. <sup>2</sup> quam potestatem parentibus negat jus naturæ: Nec est audien- 2  
 dus, si quis cum Hieronymo, (modo locus qui ejus nomini apud Gratianum in-

inscribitur, Hieronymi sit) C. 8. *quest. 2. Caus. 36.* Mosis locum, quo patris arbitrio committuntur violatæ nuptiæ *Exod. 22. vers. 16. 17.* de virgine vi stuprata: vel cum Bellarmino <sup>1</sup> de stupro absque matrimonii promissione <sup>1</sup> *Lib. 1. c. 20. de matrim. sacrament.* illato, intelligendum contendat: adeoque nolit patri potestatem fuisse reducendi filiam, quæ eo invito nupsisset viro. Moses generaliter loquitur, si quis pellexerit virginem, nec inter nudum stuprum, & prætextu matrimonii velatum distinguit. Usitatus autem pelliciendi virginem in coitum, modus, velamen & promissio matrimonii est:

*Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.*

Deinde & ipsa vox *pellicere*, qua utitur Junii & Tremellii versio, appellare, seu lenocinio verborum quam persuadere, non vi cogere significat. Et quæ nos urget ratio, ut crederemus Mosem tantummodo loqui de puella adeo famæ ac pudoris prodiga, quæ se nullis interpositis sponsalibus, pellici ad stuprum sivit? certe non hoc inferunt hæc verba, *quæ non est desponsata. Exod. 22. vers. 16.* Intelligi enim ea recte possunt de virgine, quæ stupratori suo quidem, at non alteri tercio est desponsata, vel quæ non est desponsata à patre suo. Nam quæ mihi sponsa est, si ab alio voluntarium passa fuerit stuprum, lapidibus obrui debuit. *Deut. 22. v. 23. & seqq.* Imo nec quicquam facit, etiamsi concederemus Prophetam loqui, de stupro nullis pactis sponsalibus commissio; etenim negari nequit, quin loquatur de virgine, non abnuente stupratori suo legitimis nuptiis copulari. Nam quæ devirginata tam profligati pudoris, tam demens creditur, quin cupiat amissæ pudicitiae labem abstergeri honesto matrimonio? præsertim tempore legis, quo tanti precii habebatur illibata virgo. At coaliturum ex voluntate stupratoris & stupratæ conjugium, etiam ex Bellarmini sententia, cohibere potuit pater; potuit  
 3 ergo & ex solo liberorum consensu coalitum rescindere. Alter Mosis locus *Deuter. 22. vers. 28. 29.* qui nostræ adversari videtur sententiæ, itidem loquitur de virgine, quæ stuprum voluntarium passa fuit. <sup>2</sup> idque palam est tum <sup>2</sup> *Ant. Matt. ad lib. 48. Digest. Tit. 4. c. 2. n. 16.* ex verbis & manifesti fiant, quasi flagitium occultare, omni ope studuissent inviti in inconcessa venere deprehenso: tum ex alia pudicitiae lege, qua nulli pœnæ obnoxia fuit virgo, quæ vim passa fuerat; *Deuter. 22. vers. 25. 26. 27.* Cur enim vi compressa non potius vindictæ cupida publice accusasset stupratorem suum, quam occultasset commissum flagitium, ex hoc enim periculum nullum; ex silentio vero, vi quamvis subactæ magnum imminerebat. nam violata pro integra virgine à parentibus stupri ignaris viro tradita, cui secundum legem, signa virginitatis ostendere impossibile fuisset, ad lubitum zelotypi  
 4 mariti certæ se objecisset morti. Inter hæc autem duo Mosis loca hæc differentia, quasi in transcurso notanda est, quod primus loquitur de virgine sub sponsione & spe conjugii violata, ideoque stupratori tantum sive puellam ex arbitrio patris duxerit, sive non duxerit, dotis solutio injungitur pro erepta virginitate. Posterior autem agit de virgine citra matrimonii sponsionem, joco, vino, astu, aliisque malis artibus imprudenter circumventa, ac



violata: uti palam est Hebræo *prehendendi* verbo, quod malis artibus & calliditate quem circumvenire denotat: <sup>1</sup> ideoque præter dotem, quinquaginta siclos argenteos patri puellæ, patriæ auctoritatis violatæ pudicitiaque malis artibus ereptæ nomine, dare cogitur stuprator. Utroque autem casu, si ita placuerit patri, subacta stupratoris sui uxor erit; denegato insuper in perpetuum repudio ei, qui citra matrimonii sponsonem altu virginem seduxit. *Deuter. 22. vers. 29.* Cæterum, ut ad thema nostrum revertamur, optime nostram confirmat sententiam statutum Jehovæ de obligatione voti à virgine facti, dum est in domo patris sui. *Numer. 30. vers. 3. 4. 5.* Etenim si votum filia Deo factum, idque rei licitæ & liberæ irritum reddere potuit pater, quanto magis matrimonii promissionem, quæ & homini fit & inconsulto patre facta, pietatem erga parentes lædit, quantumque decalogi offendit præceptum, revocare potuit: Verum non opus est nobis ducto à voto ad conjugii sponsonem argumento, cum de omni obligatione generaliter, qua se inscio patre obligavit puella, loquatur Propheta, patrique tribuat potestatem eam irritam reddendi, si non arriserit. *Numer. 30. vers. 3. 4.* Nec hic valet quorundam effugium contendentium de puella impubere loqui Mosem. In genere loquitur de ea quæ est in domo seu sub potestate patris sui, nulla ætatis habita ratione sive viripotens sive nondum nubilus annis sit virgo. Inter viduam quidem seu repudiatam, nuptam viro, & puellam virginem distinguit Propheta, docetque quarum virium sint singularum vota; non vero inter virginem viripotentem, & impuberem: neque puellam, ut nondum viripotentem opponit viduæ, sed *qua est in domo patris sui*, id est, quia est sub potestate paterna. Vidua enim apud Ebræos sui juris erat, uti apud quos matrimonium solvendæ patriæ potestatis modus fuit. Qua ratione Paulus optimus legis divinæ interpret nullæ ætatis adhibita distinctione viduis, ut quæ sui juris sunt, plenam nubendi potestatem tribuit: parentum vero arbitrio desert nuptias filiarum, quæ in eorum sacris sunt. *1 Corinth. 7. vers. 8. 9. 36. 37.* & notat Acacius talibus verbis uti Mosem, cum de puellarum votis loquitur, quæ juxta Ebraicum idioma, magis proprie puberi conveniunt ætati quam impuberi. \* Denique minus negotii facessit illorum effugium, qui dicunt à patre irrita reddi potuisse filiarum vota, quod ea sine oblatione alicujus rei præstari non potuere: certum enim est filiabus nullam de rebus paternis, insciis parentibus, dispensandi licentiam fuisse. Verum præterquam quod maritus revocet votum ab uxore, de se ipsa tantum affligenda factum. *Numer. 30. vers. 13.* de cujusmodi votis hic præcipue Scripturam loqui colligunt Ebræi, ex verbis hisce, *nisi constrinxerit animam suam*, <sup>3</sup> quale & filia facere potuit, absque ullo paternæ rei detrimento: expresse distinguit Moses inter votum Jehovæ factum & quamcunque aliam obligationem, quæ tamen omnia absque limitatione an rem minuant paternam vel non, ex solius patris arbitrio irrita declarat. Imo non video quo juris divini colore hæc distinctio probari possit: voto facto de re paterna non obligatur filia, at qui-

<sup>1</sup> Tremell. & Ham. in schol. ad. d. l.

<sup>2</sup> De privil. parent. privil. 6. cap. 6. n. 2.

<sup>3</sup> Paul Fag. ad paraphras. Onkel. Chaldaic. Numer. 30.

quidem voto de persona sua: nonne res cedunt personis? an ignoramus, in sacris literis liberos parentibus à Deo tribui, quasi res & bona maxima? Concludimus ergo, nulla non esse jure divino liberorum clandestina matrimonia, verum firma, si taceat si conniveat pater; <sup>1</sup> at irrita reddi, si hoc malit, & <sup>2</sup> *Grot. lib. 2. c. 5. art. 10. de jur. bell. & Pac. Cyprian. censur. belgic. pr. n. 3. Instit. de nupt.*

7 sua potestate uti velit. <sup>3</sup> Nec distinguendum existimaverim, utrum de filia an de filii nuptiis quærat: legis ratio, quæ patrio jure, & filiali reverentia nititur, in utroque sexu idem jus observandum suadet. <sup>4</sup> Nec minus filiis uxores quam filiabus maritos quærare injunxit patribus Deus. Deinde & Paul. Fagius ex Ebræorum scriptis refert, patrem quoque dissolvere potuisse vota filiorum. Non multum negotii facit, quod de filiabus duntaxat loquantur Moses & Paulus, id forsân factum, quia & de nuptis, & de viduis dicturi plura erant: vel quia consultum visum fuit, præsertim in voto, expressa lege, magis puellarum quam masculorum consulere infirmitati: cum & <sup>5</sup> *Basil. Monner. cap. 2. de Matrim. Acac. d. 1. Catz. Trou-ringh Dialog. ad nupt. Emmæ & Eginardi pag. (mibi) 127. Aberci. Gentil. lib. 4. cap. 5. de Nupt.*

8 frequentius & facilius in vota volare soleant scæminæ quam mares. <sup>6</sup> Cæterum si quis quærat an idem potestatis jus in liberos patre mortuo habuerit Ebræa mater, ei certe respondere affirmando non ausim: reperimus quidem utriusque parentis sanctam esse debere liberis personam. *Exod. 20. v. 12. honorandos ambos. Ephes. 6. Matthai 15. v. 4. Coloss. 3. vers. 20. inobedientem, rebellem, durique animi filium accusatum à patre & matre, lapidibus necandum esse. Deuteron. 21. vers. 18. & seqq. imo & sæpius auditum matris consilium in elocatione liberorum. Genes. 27. vers. 48. Judic. 14. vers. 3. 4. at nusquam legimus matri concessam potestatem irrita reddendi liberorum vota obligationesve, quod tamen adfirmat celebris apud nos Poëta Catzius quondam Hollandiæ Ill. Ordin. syndicorum primicerius. <sup>7</sup> Viduorum apud Ebræos viduarumque alia prorsus fuit conditio; filius familias sui juris per matrimonium constituebatur. Idque colligit Lyranus ex hac prima eaque divina matrimonii lege; *relinquet homo patrem ac matrem suam; adhærebit uxori; eruntque duo in unam carnem: qui enim relinquit parentes suos, ut non amplius sit in illorum potestate, necesse est. ad quæ eadem Adami seu Dei verba, hæc scribit Paul. Fagius; <sup>8</sup> alluditur ad hoc quod pueri in parentum cubiculis cubarent, donec elocarentur: tum enim à consuetudine & convictu parentum separabantur, ita ut novam domum constituerent. Filia autem nupta è patria in mariti transibat potestatem, secundum hanc Dei decretoriam sententiam; erga virum tuum appetitus tuus esto, & ipse præsto tibi. Genes. 3. vers. 16. Hinc nuptæ vota ex arbitrio mariti vel firma vel irrita fuerunt. Numer. 30. vers. 7. 8. 13. <sup>9</sup> at cum valerent apud Ebræos quoque hæc Romanorum regula: filii emancipati, invitati non rediguntur in patriam potestatem l. 11. D. de his qui sunt sui vel alien. jur. vel ut Ulpianus ait qui liberatus est patria potestate, is postea in potestatem honeste reverti non potest l. 12. D. de Adoption. qui semel per legitimas nuptias ex consensu patris exierat potestate, invitatus non relabebatur in eandem soluto matrimonio. Vir manebat sui juris, ut ante obitum vel repudium conjugis: at uxor, tum demum cum repudiata, seu marito defuncto vidua, ideoque ab ejus lege soluta esset,**

effet, plane suæ potestatis constituebatur. Potuerunt ergo & hic & hæc quocunque voto, quocunque pacto sese obligare, Numer. 30. vers. 9. Nec eorum contractum matrimonium irritum reddere potuit pater, salvis tamen semper honore, reverentia & obsequiis parentibus præstandis: quorum obligatio perpetua est, nec ulla ætate, ulla emancipatione tolli potest.

## CAPUT SEPTIMUM.

*De potestate patriæ Romanorum in collocandis  
matrimonio liberis.*

## SUMMARIA.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Jure Romanorum veteri &amp; contrahere &amp; dirimere liberorum matrimonia in parentum fuit arbitrio.</p> <p>2. Rigido potestatis jure in conciliandis liberorum nuptiis raro usi fuere Romani.</p> <p>3. Jure veteri licuit patri dirimere liberorum etiam reluctantium matrimonium, ejus quoque auctoritate contractum.</p> <p>4. Reincitur Alberici Gentilis opinio, patri invitam non licuisse reducere filiam.</p> <p>5. Tam filiorum quam filiarum familias matrimonium dirimere potuit Romanus pater.</p> <p>6. Jure novo jus reducendis invitæ filias sublatum fuit.</p> <p>7. In l. 5. C. de Repud. Marcum patrem Diocletianus vocat, eo jure, quo imperatores Prædecessores suos Majores vocare solent.</p> <p>8. Veteris mutati juris ratio datur, &amp; explicatur interdictum de exhibendis &amp; ducendis liberis.</p> <p>9. Explicatur l. 1. §. ult. D. de liber. exhibend. &amp; ducend.</p> <p>10. Jure novo in nuptiis liberrimus exigitur liberorum consensus.</p> <p>11. Nec filius, nec filia familias ad contrahendas nuptias à patre cogi, jure novo possunt.</p> <p>12. Invitis parentibus liberi nuptias contrahere nequeunt.</p> <p>13. Ratio datur, quare Justinianus prius civilem &amp; deinde naturalem rationem dixit suadere parentum consensum necessarium, in nuptiis liberorum.</p> | <p>14. Quid denotet jussus, quid sit jubere?</p> <p>15. Jussus parentum liberorum nuptias præcedere debet; &amp; quare?</p> <p>16. Nulla sunt nuptiæ jure Romano, sine parentum voluntate contractæ.</p> <p>17. Refutatur eorum error, qui non irritas, sed minus legitimas volunt sine patris consensu contractas liberorum nuptias.</p> <p>18. Quæ justa, quæ injusta dicatur uxor: remissive.</p> <p>19. Explicatur l. 11. D. de statu homin.</p> <p>20. Liberi concepti ex matrimonio clam patre contracto, &amp; nati postquam id ex per se verantia conjugum, legitimum factum fuerit, justî liberi non sunt jure veteri; at sunt jure novo.</p> <p>21. Jure civili liberi ex injusta uxore nati legitimi non redduntur per parentum subsequens matrimonium.</p> <p>22. Rati habitio non habet locum in nuptiis, jure Romano.</p> <p>23. Ut injuste, justæ reddantur liberorum nuptiæ, solus patris accedens consensus requiritur.</p> <p>24. Tacitus patris consensus in electione nuptiarum, sufficit liberis.</p> <p>25. Officio Præsidis cogi possunt parentes, qui injuria liberos matrimonio prohibent &amp; collocare &amp; dotem constituere.</p> <p>26. An recte statuerit jus civile, nuptias emancipationis modum non esse.</p> <p>27. Emancipatorum nuptiæ in parentum arbitrio non fuerunt, jure Romano.</p> |
|--|---|

**E**gimus hæcenus, de utroque tum naturæ tum divino jure, videamus jam in collocandis liberis, quantum jus parentibus tribuerint romanæ leges.

Cet.

Certum est, in definienda patria potestate intra juris naturæ cancellos se non continuasse Quirites. Imo nullos alios homines talem habuisse in liberos potestatem, qualis Civium Romanorum fuit. §. 2. *Inst. de Patr. potest.* Ut recte Cajus l. 3. *D. de his qui sunt sui vel alien. Iur.* & ex eo Justinianus d. §. 2. Patrium hoc jus, jus potestatis proprium Romanorum dixerint. Etenim hoc non eo sensu duntaxat intelligendum est quasi proprium, quia non acceptum ab aliis, uti Connanus voluit. Sed insuper ideo proprium, quia hujusmodi patrium jus apud alias gentes reperire non est. Hujus autem potestatis patriæ ex jure Quiritium varii sunt effectus, sed eos omnes recensere instituti nostri non est, qui duntaxat proposuimus hoc capite explicare quanta ejus fuerit vis in conciliando vel distrahendo liberorum matrimonio. Itaque ut ordiamur, quod proposuimus, sciendum est Romuli legem fuisse, eamque relata quoque postea in 12. tabul. *Parentum in liberos omne jus esse, relegandi, vendendi, occidendi* l. 11. *D. de liber. & posthum. l. ult. C. de patria potest.* quam<sup>1</sup> referens Dionys. Halicarn. testatur, quod romani juris conditor Romulus, cum judicaret, Solonis, Pittaci, seu Charondæ leges, permittentes parentibus liberos exheredare, domove pellere, non satis graves ad coercendam juvenum contumaciam: omnem potestatem, in carcerem detrudendi, flagris cædendi, vinctum ablegandi ad rustica opera, vendendi, necandique etiam, idque toto vitæ tempore parentibus in liberos esse voluit. Hinc Tacitus testatur:<sup>2</sup> Patris jussa non potuisse filium detrectare: laudata tamen fuit durioris legis correctio olim à Numa facta, qua prohibuit venditionem filii, qui voluntate patris uxorem duxisset: indignum ratus Princeps, mulierem, quæ libero nupsisset, cogi ut cum fero viveret, teste Plutarcho. in Numa & Dionys. Halicarn. libr. 2. Antiq. Rom. quod & Romana juris scientia non ferebat. Ex hoc patrio vitæ necisque jure, capite deduximus tertio, ferme totum olim collocandorum liberorum negotium in arbitrio parentum positum fuisse, neque quicquam liberis relictum præter obsequii gloriam: & meo quidem judicio à majori ad minus recte instituta fuit argumentatio; Minus enim est invitum ad nuptias cogere, quam occidere: Illi autem ad nuptias impellere liberos, metu mortis injecto, facile fuit, qui eos nisi imperatum fecerint, occidere potuit. Hoc ipso jure usos quandoque fuisse Romanos, & inscios reluctantisque liberos impulsisse ad nuptias, tum historiarum monumenta, tum Comicorum dicta probant. Scipionem exoratum à Senatu, quodam forte die in Capitolio cœnante, inter epulas, Graccho filiam harum nuptiarum plane ignorantem despondisse & collocasse Livius refert.<sup>3</sup> Cato teste Plutarcho,<sup>4</sup> despondenti ei Salonio filiam suam uxorem, hujus rei plane insciam assensus fuit, eamque duxit. Nec est, si quis mihi contradicat, hoc jus forsan patribus in filias fuisse, non in filios. Nam in utrumque sexum eandem & parem fuisse patriam potestatem ex Chremetis apud Terentium dicto colligi potest.<sup>5</sup> Hic enim præteriens modo apud forum, filio nihil tale cogitanti, inquit, *uxor tibi ducenda est Pamphile hodie, para: abi domum:*

<sup>1</sup> Lib. 2.  
Antiq. Rom.

<sup>2</sup> Lib. 3.  
Annal.

<sup>3</sup> Lib. 38.  
Hist.

<sup>4</sup> Cat. Major.  
<sup>5</sup> Andr.  
Act. 2.  
Scen. 5.

*domum: quæ verba cum præter opinionem accidissent Pamphilo, Id mihi visus est dicere, inquit, abi cito & suspende te. & queritur quidem, non esse hoc patris humanum factum aut inceptum, non esse hoc lenis animi & mitis patris officium: imo indignabundus, quod pater non communicaverat ei consilium, quod non ipse præsciverat futuras nuptias, obtestans deorum atque hominum fidem, factum patris contumeliam vocat, verum patri hoc jus in eum esse, non negat. Aliud exemplum nobis idem Auctor exhibet, in Heautontimor. ubi ita urgentem ad nuptias Clitiphonem, introducit Chremetem delinitum partim Menedemi, partim uxoris precibus, postquam hic omnia atrocissima exempla se editurum in non obsequentem filium minatus fuerat.*

*\* Aff. ult.  
scen. ult.*

*Ea lege (huic ignoscam) hoc adeo faciam, si facit id*

*Quod ego hunc æquum censeo. Clit. Pater omnia faciam: Impera.*

*Chr. Vxorem ut ducas. Cl. Pater. Chr. nihil audio. Me. ad me recipio:*

*Faciet. Chr. nihil etiam audio ipsum. Cl. perii. So. an dubitas Clitipho?*

*Chr. Imo utrum vult? Me. faciet omnia. Cl. faciam pater.*

Hanc nostram sententiam quoque Seneca confirmat cum dicit: *Solere eos, qui coguntur à patribus ut uxores ducant, illa dicere: non sumus etiam nunc apti nuptiis:* <sup>2</sup> non vero; tibi jus cogendi, pater non est: quod proculdubio liberi dixissent, si nuptias imperandi potestas parentibus non fuisset. Verum enimvero quamvis hæc se ita habuerint, existimandum tamen est, raro usos fuisse hoc rigido potestatis jure Romanos, sed æstimatum semper fuisse lenis animi & humani patris officium communicare liberis, præsertim filiis, (quibus semper in matrimonii electione major licentia quam filiabus indulta fuit) de futuris nuptiis consilium, & eos potius paterna persuasione vel amica familiarium inductione ad contrahendas nuptias impellere, quam rigido patriæ potestatis jure cogere. Durum enim nimis est, cœlibatum amantem ad nuptias urgere: imo maxime durum, ut quis cogatur cum hac sociare cubile, à qua animus horret: matrimonium quippe, animorum conjunctio, esse inter eos non recte potest, quorum animi dissident: at oportet, semperque oportuit, in pietate non in atrocitate consistere patriam potestatem. *l. 5. D. ad Leg. Pompe. de parricid.* Decuit ergo humanum patrem persuasoria oratione & paterna pietate ad nuptias movere liberos: at tamen si hac via non procederet, quin patri licuerit rigido potestatis jure uti, non dubito. Quid? <sup>3</sup> nonne magis durum cuilibet videbitur, si cogatur nupta extinguere conceptum erga amantissimum virum amorem, quam eum flectere in hominem quem nondum nec vidit forsan, nec odit, nec amavit? attamen patri licuit, (quamquam hoc durissimum sit) & sua auctoritate contractum, & concordans cum viris, & liberis forte subnixum reluctantium filiarum dissolvere matrimonium. Quæ cogitur ad invisum connubium invita, si non nascatur speratus amor: si improbus reperiatur maritus: si crebra jurgia turbent societatem vitæ, divortio à patre liberari poterit incommodis, at quo medebitur sa-

CAP. 7. IN COLLOCANDIS MATRIMONIO LIBERIS 47  
saucio ejus animo, quæ invita amantissimum relinquere maritum, communesque liberos deserere cogitur? Audi querentem apud Plautum hac de re Pinacium, simulque ex responsione Panegyris edisce, patri reducendi invitæ filias jus fuisse.

Pin. *Sed hoc soror crucior*

*Patrem tuum, meumque, adeo qui unus unice*

*Ex omnibus perhibetur civibus probus*

*Eum nunc improbi officio fungi viri.*

*Tantas viri, qui absentibus nostris facit*

*Injurias immerito: nosque abducere*

*Ab iis vult. Ha res vita me saturant, soror:*

*Ha mihi dividia & senio sunt.*<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Act. 1.  
Scen. 1. Stich.

Ad quæ Panegyris, postquam lacrymantem hac spe lactasset sororem, non facturum patrem, quod minatus fuerat: & deinde si perstiterit ille, esse quod imputandum esset viris, tertio jam anno absentibus: at quantum ad hoc ultimum à Pinacio sui officii admonita, ita respondet sorori:

*Nolo ego soror, me credo esse immemorem viri.*

*Neque ille honores mihi quos habuit, perdidit.*

*Nam pol mihi grata acceptaque hujus est benignitas,*

*Et me quidem hac conditio nunc non pœnitet.*

*Neque est, cur studeam has nuptias mutarier.*

*Verum postremo in patris potestate est situm.*

*Faciendum id nobis, quod parentes imperant.*

Pin. Scio, atque in cogitando mœrore angor.

*Nam propemodum jam ostendit suam sententiam.*

Nec, quærenti Pinacio,

*Quid agimus, soror, si obfirmabit pater adversum nos?*

Aliud respondet Panegyris, quam: Pati

*Nos oportet, quod ille faciat, cuius potestas plus potest.*

Quod consilium probans Pinacium, ait:

*Exorando, haud adversando sumendum operam censeo,*

*Gratiam à patre si petimus, spero ab eo impetrassere:*

*Adversari sine dedecore, & scelere summo haud possumus.* Act. 1. scen. 2.

Quæ certe mulierum responsa & consilia satis inferunt, eas statuissè patri reducendi jus fuisse. Cum ultro fateantur, ejus voluntati, quamvis non æquæ, sine scelere adversari se non posse: at certe sine scelere resistimus imperanti, quod imperare jus ei non permittit. Deinde cum urgeret Antipho cum maritis divortium, & importunus imperaret filiabus novas nuptias, diceretque,

*Mihi auctores ita sunt amici, ut vos abducam hinc domum.*

non negat Panegyris patri illud jus esse, sed consilio amicorum adversans ait,

*At enim nos, quarum res agitur, aliter auctores sumus.*

*Nam aut olim nisi tibi placebant, non datas oportuit.*

<sup>1</sup> *Afr. 1. scen.*  
<sup>2</sup> *Strick.*

*Aut nunc non æquum est abduci, pater, illisce absentibus.<sup>1</sup>*

Nimirum dicunt quidem hæ mulieres, non æquum esse, non esse fungi officio probi viri dissolvere sine ratione concordans filiarum cum maritis matrimonium: conanturque patrem persuasoria oratione ab hoc consilio dimovere, imo obsequium in hoc ei negant. Attamen jus non invocant, neque se jure non obtemperare allegant, certissimo argumento patri acerbe patriam potestatem exercenti jus reducendi invitas filias fuisse. Idem Afranii apud Nonium hic locus ostendit,

*O indignum facinus, adolescenteis optimas*

*Bene convenientes, concordas cum viris*

*Repente viduas faciat spurcitia patris.*

Ita legendum est, non, *o dignum facinus*: non *adolescentis* in genitivo: queruntur enim filia, à patre se adulescentulas reductas à viris viduas fieri. Hisce adjungas velim & hunc Ennii locum, qui mihi videtur tam aperte probare sententiam nostram, ut dubitandi amplius non relinquatur locus.

*Injuria abs te afficior indigna, pater,*

*Nam si improbum Chresphontem existimaveras,*

*Cur me huic locabis nuptiis? sin est probus,*

<sup>2</sup> *Libr. 2. ad*  
*Herem.*

*Cur talem invitum, invitam cogis linquere.<sup>2</sup>*

Quod argumentum indignantis filia in libro ad Herennium sub nomine Ciceronis edito, duplici modo diluit pater, & quidem ita utroque, ut tanquam indubitatum subaudire videatur, sibi jus abducendi filiam esse.

*Nulla te indigna, nata, afficio injuria.*

*Si probus est, bene locavi; sin autem est improbus,*

*Divortio te liberabo incommodus.*

Deinde,

*Duxi probum,*

*Erravi, post cognovi, & fugio cognitum.*

<sup>3</sup> *Lib. 4. cap.*  
<sup>7</sup> *de nuptiis.*

Nec est, si quis cum Alberico Gentili dicat <sup>3</sup> hæc relata à nobis comico-  
rum dicta, Græca esse non Romana, uti palliatæ sunt comædiæ, non togatæ, 4  
ideoque ea non sapere juris Romani prudentiam: Græcis quidem patribus  
jus fuisse, reducendi nuptas iis auctoribus filias: at non Romanis, verum  
duntaxat nuntium remittendi sponso, invita filia. *l. 10. D. de sponsal.* Ideoque  
Hortensio dixisse Catonem, *se quidem probare eum sibi affinem, sed de filia jam*  
*tradita alteri nuptiis abs re sermonem fieri.* Simulabat autem Hortensius se Por-  
cia Catonis filia nuptias liberorum quærendorum causa desiderare, atque  
variis rationibus conabatur persuadere Catoni, ut filiam Bibulo nuptam re-  
duceret, eique matrimonio collocaret, cum tamen Marcia Catonis uxoris,  
non Porcia filia amore flagraret. At Cato ejus gratia divortium cum uxore  
fecit, Marciamque pater Philippus Hortensio, ipso Catone præsentem & una despon-

despondente, collocavit. <sup>1</sup> Nam ut respondeam huic Jurisconsulto; non negavit Cato sibi filiam nuptam reducendi jus esse, sed noluit virgravis & consilii tenax, filia suæ cum marito concordans matrimonium & liberis subnixum, quod probat ipse, rigido patriæ potestatis jure dissolvere. Quod autem præterea dictum est, comitorum dicta Græcorum non Romanorum mores respicere, gratis dicitur, non probatur; nec ulla ratio est, cur comicos & poetas latinos magis juxta Græca quam Romana jura locutos fuisse credamus: voluerunt hi populo Romano placere, quibus comædias suas scribebant, ideoque suspicandum est, quantum ferre potuit fabulæ argumentum, eos ea jura respexisse, quibus tum temporis populus Romanus utebatur, ne quid nimium abhorrens à moribus receptis, minus placeret plebi. Deinde cur dubitabimus idem jus, quo utebantur Græci, hoc in negotio usurpasse Romanos, qui scimus leges Græcorum descriptas, Athenis deventas, & in leges 12. tab. relatas fuisse, imo & Romanis patribus durius quam Græcis in liberos jus fuisse, uti Halicarnass. testatur. <sup>2</sup> Sed si quem hæc movere adhuc nequeant, ut nostræ subscribat sententiæ, is perpendat apud Apuleium, <sup>3</sup> qui circa tempora Adriani vixit, Herennium Rufinum focerum minitari Pontiano genero suo, ni matri suæ Pudentillæ persuadeat, res suas administrandas potius ipsi credere, quam Apuleio novo marito, homini extraneo, se filiam suam abducturum. Deinde perpendat, quod Suetonius refert Servium Grammaticum à focero repudiatum ob hoc, quod librum ejus nondum editum, fraude interceptisset, <sup>4</sup> tum & quod Cicero sibi potestatem reducendi filiam ad Appium scribens adscribat, cum ait: *ego autem citius cum eo* (Dolabella nimirum, cui filiam tradiderat, & qui eodem ipso tempore Appium accusaverat) *qui tuas inimicitias suscepisset, veterem conjunctionem diremisset, quam novam conciliaasset.* <sup>5</sup> At certe Romanus Cicero, Romanus Servius Grammaticus, si non & Herennius Rufinus fuere.

<sup>1</sup> Plutarch.  
in Cato  
minor.

<sup>2</sup> Lib. 2.  
Antiq. Rom.

<sup>3</sup> Apolog.

<sup>4</sup> Lib. de il-  
lustr. Gram.

<sup>5</sup> Lib. 3.  
epist. famil.  
10.

5 Si quis dicat hæc loca inferre quidem patribus jus abducendi filias fuisse, at ex hisce non recte concludi, iis quoque licuisse invito filio nuntium remittere nurui, velitque in sexu differentiam fuisse propter fragile & infirmum mulierum consilium: hic hæsitator primum perpendat, apud Terentium, Demiphonem patrem Antiphonis, qui ob propriam prævaricationem ex consilio Parasiti condemnatus à judice, quasi genere proximus, Phanium duxerat, ita loqui:

*Egone illam cum illo, ut patiar nuptam unum diem?* <sup>6</sup>

quod exemplum si ei non satisfaciat, deinde consideret hunc Ulpiani locum: *si focer nurui, vel duo confaceri invitis filiis nuntium remiserint, donatio erit irrita, quia quodad ipsos inter quos donatio facta est, finitum est matrimonium: quamvis id concordantibus viro & uxore, secundum rescriptum Imperatoris nostri cum patre comprobatum est. l. 32. §. 19. 20. D. de donat. Inter vir. & uxor.* Quæ certe verba aperte inferunt, ante illud Imperatorum rescriptum, patribus fuisse facultatem distrahendi liberorum matrimonia: frustra enim quasi novum jus retulisset Jure

<sup>6</sup> Act. 2.  
scen. 1.  
Phorm.

G

con-



consultus, suo seculo comprobatum esse concordantibus viro & muliere matrimonium, etiamsi nuncium miserit nurui socer, nisi ante id rescriptum aliud jus observatum fuisset. sic recta procedit argumentatio, abdicatorem aliquando, græco more ad alienandos liberos à Romanis usurpatam fuisse, quia eam fieri prohibuit Imperatorum rescriptum. Et hætenus quidem de veteri jure potestatis patriæ in contrahendis & distrahendis liberorum nuptiis satis dictum esto. Placuit postea Imperatoribus, ne reluctantium liberorum concordantia cum conjugè matrimonia, jure patriæ potestatis distraherentur. Quod jus novum respiciens Quintilianus dicit, *etiam nuptias imperare posui pater, repudium imperare non potes ejus ad quem puella legibus & Magistratibus & jurejurando pervenit.* <sup>1</sup> Primus lege condita inutatus Juris auctor fuisse mihi videtur Antoninus Imperator, ille qui Adriano successit. <sup>2</sup> Cum Julius Paulus scribat, *Bene concordans matrimonium separari à patre Divus Pius prohibuit.* <sup>3</sup> Quod Pii nomen nemini Imperatorum tributum præterquam huic Antonino fuit, idque propterea quod socerum jam ætate festum manu sublevabat & Senatum reverenter colebat, subditos vero omni clementia prosequeretur, quorum primum tamen non magnæ pietatis argumentum fuisse Julius Capitolinus dicit, ideoque posteriora probat, & alia quædam adjungit, ut Pii denominationis rationem reddat, sed hæc nihil ad nos. Cæterum renovasse hujus constitutionem Septimium Severum <sup>4</sup> & M. Antoninum Bassianum Caracallam <sup>5</sup> ex Ulpiano colligo, cum dicit secundum rescriptum Imperatoris nostri cum Patre, concordantibus viro & uxore comprobatum esse matrimonium. l. 32. §. 19. D. de donat. Inter vir. & uxor. Quotiens enim Jureconsulti scribunt, *Imperator noster cum divo patre suo rescripsit.* l. 11. §. 2. D. de repud. l. 3. D. de rebus eor. qui sub tutel. vel cura: rescripto Imperatoris nostri & Divi patris ejus continetur l. 14. §. 4. D. ad SC. Trebell. constitutum est ab Imperatore nostro, & Divo Severo: l. 1. §. 4. D. de suspect. tutor. Divus Marcus Antoninus cum patre rescripsit: Rescriptum Imperatoris Antonini & Divi Patris ejus: Idque Imperator Antoninus cum Divo patre significavit: ex epistola Imperatoris nostri & Divi Severi l. 7. §. 2. D. de suspect. tutor. Imperator Antoninus cum Divo Severo: Divus Severus & Imperator noster l. 3. D. de minor. l. 6. D. de publican. ex constitutione Divorum Severi & Antonini l. 19. D. de Rit. Nuptiar. l. 6. §. 3. D. de Offic. Procons. Septimium Severum, & Bassianum Caracallam intelligunt. Floruit Ulpianus ita sub Alexandro Severo. <sup>6</sup> (qui cum sibi maxime familiarem & eximium ex omnibus jureconsultis habuit, & contra militum impetum purpura sua textit.) ut jam tum sub Septimio Severo & Caracalla patre & filio, Papiniani præceptoris sui Præfecti Prætorio, una cum julio Paulo Affector fuerit. <sup>7</sup> ut proculdubio Severum & Caracallam intelligat, quibus imperantibus vixit, quoties citat quos imperatorem nostrum & patrem vocat. Post hosce postea Divi Marci constitutionem, l. 5. C. de repud. secutus Diocletianus est, D. l. 5. atque hujus sanctionem probavit Justinianus hisce verbis: l. ult. C. Eod. Novell. 22. cap. 19. *Cum marito concordante uxore filiafamilias, ratam non haberi voluntatem dissentientis patris, qui*

<sup>1</sup> De clamat. 259.

<sup>2</sup> Caput regnare ann. Christ. 139.

<sup>3</sup> Libr. 5. sentent. Tit. 6.

<sup>4</sup> Caput imperare ann. Christ. 194.

<sup>5</sup> Caput imperare ann. Christ. 212.

<sup>6</sup> Nicol. He-

mel. de Veter.

juraconf. c.

28. Lamprid.

in Alexandr.

Sever.

qui initio consensit matrimonio. addita hac exceptione, nisi magna & iusta causa interveniente hoc pater feceris. Ex quibus omnibus colligendum est jus abducendi filias vetustissimum fuisse, & quandoque usurpatum, cum tot tantisque repetitis constitutionibus opus fuerit, ne id resumerent, repeterentque patres Romani; Imo quo adhuc uti poterant, si gravem & iustam haberent causam quam diluere reluctans cum genero filia non posset. D. l. 5. *janct. l. 4. D. de divor. l. 22. §. 9. D. solut. matrimon.* Quis autem ille Marcus fuerit, quem patrem suum & religiosissimum Imperatorem Diocletianus & Maximianus. d. l. 5. Philosophissimum Justinianus appellant, in. l. ult. C. de repud. Novell. 22. cap. 19. dubium esse potest. Successit quidem Marco Aurelio Caro <sup>1</sup> Diocletianus, <sup>2</sup> sed hic illius filius non fuit, oriundus ex Dalmatia & parentibus obscuris natus: nec Marcus Aurelius Carus, quod sciam, sed Marcus Antoninus Philosophi nomen ob eximias virtutes adeptus est, qui & in iure di- cundo religiosissimus fuit, & nomine Divi Marci sæpius citatur. pr. *Inst. de Sc. Orphis.* Sed sciendum est, plures Imperatores cum non essent Romani, à Romanis tamen oriundos, illiusque familiæ sese credi voluisse, quam maxime inclytam & in honore apud populum cernerent; sic Alexander Severus se Romanum, & à Metellis descendere, cum tamen natione Syrus esset, finxit: sic Heliogabalus Semiramidis meretricis & Antonini Caracalli ex stupro filius credi voluit, quod Antoninorum nomen gratissimum populo Romano sciret. <sup>3</sup> Ut potuerit forsan eadem ambitione se ex Antoninorum familia dici voluisse, ideoque Marcum patrem suum appellasse Diocletianus. Verum si hæc ratio uti ex conjectura nimis dependens, minus alicui arrideat, cum de Diocletiano nihil tale Historiæ testentur: ille sciat Imperatorem hunc eodem sensu Marcum Antoninum appellasse patrem suum, quo cæteri Imperatores prædecessores suos peculiariter *Majores* vocare solent. Non ea scilicet ratione, qua Ennius de se & omnibus Romanis dixit, Romulum alloquens: *Tu produxisti nos intra luminis oras*, quasi omnes à primis imperii auctoribus sanguinem derivarent: sed qua Alexander Severus omnes Imperatores Augustos dici dixit: quia *Augustus primus, primus est auctor Imperii, in ejus nomen omnes veluti quadam adoptione aut jure hereditario succedimus.* <sup>4</sup> Nempe, ut sit illud *Majorum & Patrum* vocabulum Imperatoribus, transmissæ & susceptæ dignitatis & regni, non derivati sanguinis demonstratio: quo sensu quoque Theodosius & Valentinianus Augusti de Tyro dixerunt. *Sit illa mater Provincia Majorum nostrorum beneficio, L. un. C. de Metrop. Beryt.* id est Trajani, à quod impetrasse Paulum oratorem Tyrium Suidas scribit. Eodem sensu Gratianus Imperator ad Ausonium ita scripsit: *Palmatam tibi misi, in qua Divus Constantius parens noster intextus est.* <sup>5</sup> Cum tamen ille Valentiniani filius fuerit, non Constantii. Sic quoque Alexander Septimium Severum parentem suum, apud Julium Capitolinum vocat, cum tamen ille Varii filius, & Syrus esset, & Severus duntaxat Caracallum & Getam filios reliquisset. Sed revertamur tandem è diverticulo in viam. atque ad institutum nos convertamus

<sup>1</sup> Caput regnare. Ann. Christi. 283.

<sup>2</sup> Caput regnar. Ann. Christi. 284.

<sup>3</sup> Lamprid. in Alex. Sever.

<sup>4</sup> Lampr. in Heliogab.

<sup>5</sup> Lampr. in Alex. Sever.

<sup>6</sup> Aus. in grat. act. ad Gratian. imper.

& investigemus mutati juris, de quo nobis sermo est rationem. Cum liberos à parentibus separari non oporteat, Prætor interdictum de liberis exhibendis & ducendis patri concesserat, contra eos qui filios filiasve familias retinebant. *l. 1. l. 3. D. de liber. exhib. & ducend. l. 2. C. eod.* Idque respiciens patriam potestatem, sine distinctione: virgo, an nupta; volens in concordi matrimonio, an invita à marito retineatur mulier, filius an nolens, an sponte sua apud aliquem sit, dummodo in potestate sit; non enim hic requirit causam Prætor, cur apud eum sitis, qui exhiberi debet. *D. l. 1. §. 2. licet in interdicto de homine libero exhibendo, dolo malo non dicatur retinere, qui volentem retinet, l. 3. §. 5. D. de homin. liber. exhib.* Quod autem Venuleius ait, *inutile esse hoc interdictum, cum filius sua sponte apud aliquem est, quia magis apud se quam apud eum est, in quem interdicetur. L. ult. D. de liber. exhib. & ducend.* Intelligendum est, cum filius se emancipatum, vel non esse potestati ejus qui uti pater agit subjectum asserit; tum enim cessat edictum & succedere poterit notio Prætoris, ut apud eum disceptetur, utrum quis in potestate sit, an non sit. *l. 3. §. 3. D. de liber. exhib. & ducend.* Hoc autem interdictum patri negavit Divus Pius, voluitque adversus id genero exceptionem dari, si ideo ad exhibendam filiam agat pater, ut eam abducatur, solvatque concordans cum marito matrimonium. Nam licet æquum sit liberos à parentibus non separari; non etiam minus æquum est; bene concordantia matrimonia, & liberis forte subnixæ jure patriæ potestatis non dissolvi. Hoc enim exigit, tum publica utilitas, ne communes liberi quos egregios cives expectat aliquando Respublica, separato matrimonio negligantur; tum uxorum pietas, quæ summa est, cum illæ se à maritis divelli non patiuntur; tum quod maxime acerba sit uxoris ab amantissimo marito separatio. Hinc inutilis, ut contra bonos mores, dicitur conditio institutioni à matre adjecta, si *matrimonium cum viro diremeris: & reprehendenda magis filia est, quæ voluntatē matris divortio comprobavit quam mater quæ conditionem inutilem testamento inseruit: ea enim si heredem filiam sibi voluisset id quod inutile est, non jussisset: filia vero præferre debuit lucro concordiam maritalem.* Ita Valerianus<sup>1</sup> & Gallienus<sup>2</sup> pater & filius rescripserunt. *l. 5. C. de Instit. & subst.* postea & Diocletianus & Maximianus insistentes Divi Marci à nobis relatæ sententiæ, Faustina rescripserunt.<sup>3</sup> Cum te pietatis religionem non violasse, sed mariti conjugium, quod fueras sortita distrahere noluisse, ac propterea offensum atque iratum Patrem ad exheredationis notam prolapsum esse dicas; inofficiosi testamenti querelam inferre non vetaberis. *l. 18. C. de Inofficio. Testam.* Turpe enim jubet, qui divertere jubet, at impune & citra ingrati animi notam, non paremus parentibus, si jubeant turpia. *Novell. 155. cap. 1.* Cæterum non tantum dandam genero, adversus interdictum loceri exceptionem, qui concordans matrimoniumolvere cogitat, sed etiam qui filiam sibi exhiberi desiderat, ut in eam nimis acerbe patriam potestatem exerceat, Ulpianus ait. *l. 1. §. final. D. de liber. Exhib. & ducend.* Sed ut plane assequamur, quid velit hic Jurisconsultus, præmittendum est, eum non loqui, uti quidam autumant: de injusta uxore

<sup>1</sup> Cæpit regnare ann. Christi. 254.

<sup>2</sup> Cæpit regnare 261. solus.

<sup>3</sup> Regnar. circa ann. Christi. 286.

<sup>4</sup> Aber. Cent. lib. 4. c. 7. de Nupt.

quæ neglecto patris consensu marito nupsit. Hunc enim sensum respuunt verba *quæ mihi nupta est*: quæ absolute posita, ritu solenni & patre auctore celebratum matrimonium inferunt. Deinde dicitur conjunctio de qua agitur, *concordans matrimonium & liberis subnixum*: at eo nomine indigna est consuetudo, in quam non consensit pater. <sup>1</sup> Denique quæ juris specie, dari posset stupratori adversus interdictum exceptio, cum ad exhibendam filiam ageret pater, quæ contra præcepta legum, & mores majorum ducta, imo stuprata verius, quasi uxor à viro retinetur? De iusta igitur uxore quæ voluntate patris sui nupsit, agit Jureconsultus. Deinde observandum est, duo in hac lege quæri ab Ulpiano: Primum an liceat patri abducere filiam invitam, & solvere matrimonium ejus voluntate contractum? Deinde an possit agere ad exhibendam, non ut abducat, sed quia læsit forsan filialem reverentiam, ut modice castigatam restituat genero? Videamus jam quid ad utrumque dicat Ulpianus. Ad primum his verbis absolute respondet, *& certo jure nitimur ne bene concordantia matrimonia jure patria potestatis turbentur*. Ad secundum sub distinctione: dandam genero adversus interdictam exceptionem, si pater in filiam acerbe patriam potestatem exercere tentet: non dandam vero si pro patrio jure modice castigatam restituere marito cogitet, quod ultimum persuadendum esse patri consulit Jureconsultus. Prima responsio fundamentum suum habet tum in Divi Pii constitutione, cujus Paulus meminit. <sup>2</sup> tum in Caracalli & Patris ejus rescripto, quo comprobatur dicit idem Ulpianus, *concordantibus viro & uxore matrimonium, etiam si socer nurui nuncium mittat*. l. 32. §. 19. D. de donat. Int. vir. & uxor. Primum membrum posterioris responsionis respicit Cæsarum rescripta, quæ sublatâ illâ duriori & acerbâ veterum vitæ necisque patria potestate, non patiuntur emendationem propinquorum in immensum extendi. *Lun. C. de emendat. propinq.* judicarat jam olim Adrianus Imperator <sup>3</sup> in pietate magis, quam atrocitate consistere debere patriam potestatem l. 5. D. ad Leg. Pompej. de Parricid. & ante eum Trajanus <sup>4</sup> filium coegerat <sup>5</sup> emancipare quem pater male contra pietatem afficiebat, & ex consilio Neratii Prisci & Aristonis, tam inhumano patri denegaverat bonorum possessionem, quæ manumissori datur. *L. ult. D. si quis à parent. manu*. Alterius membri ratio in eo sita est, quod non prohiberis jure patriæ potestatis castigare liberos, qui pietatem patri debitam non agnoscunt. l. 3. C. de patria potest. *Lun. C. de emendat. propinq.* etiam si nupta sit filia, & in familiam domumque viri transducta, quia patriam potestatem non solvit matrimonium. l. 7. C. de patr. potest. l. 4. l. 6. C. de bonis qua liber. Itaque, ut revertar unde digressus sum, jure novo non potest pater animo reducendi à genero petere, ut filiam suam exhibeat: Imo per contrarium, ut ait Hermogenianus, qui Septimio Severo & Bassiano Caracallo imp. floruit, <sup>6</sup> gener convenire patrem potest, ut sibi junctam ducat, l. 2. D. de l. exhib. & ducend. scilicet, postquam placuerat, concordans matrimonium & liberis forte subnixum non posse dissolvere patrem, dandum fuit genero interdictum adversus socerum invitam filiam detinen-

<sup>1</sup> Vinn. Comment. in §. 12. Inst. de Nupt. Mæstert. de Inst. Leg. Roman. lib. 2. cap. 2.

<sup>2</sup> Lib. 5. sentent. Tit. 6.

<sup>3</sup> Capis imperare ann. Christ. 118. <sup>4</sup> Capis. rogare ann. Christ. 99.

<sup>5</sup> Nic. Hemel. de veter. jur. reconf. c. 25.

tem quod ipsum quoque postea in hunc modum Diocletianus & Maximianus rescripserunt, *Si invita detinetur uxor tua à parentibus suis, interpellatus Reſtor Provincia amicus noſter, exhibita muliere, voluntatem ejus ſecutus deſiderio tuo medebitur* l. 11. C. de Nupt. Vel ut habetur in Baſilicis Fabroti. *Præſes Provincia patrem debet compellere, ut filiam perducatur ad maritum, ſi eam nolentem à marito diſcedere, detineat.* At quid? ſi volens apud patrem ſit uxor, nec ille invitam detineat, recte-

<sup>1</sup> Lib. 28. Tit. 4. Conſt. 30.

ne à genero convenietur ſocer interdicto de exhibenda & ducenda uxore? ſub diſtinctione reſpondendum puto; ſi ambiguum & incertum marito ſit an non calliditate patris circumventa, vel ſeducata, vel ſollicitata magis quam ſpontaneo arbitrio detineatur uxor: dandum ei interdictum erit, ut exhibita mulier, & in publicum producta, voluntatem ſuam, an duci à marito, vel non duci velit, declaret, l. 3. C. de lib. exhibend. quæ ad Evodium non Evodiam ſcripta eſt, ut recte obſervavit Cujac. <sup>2</sup> ita intelligo hoc Diocletiani & Maximiani reſcriptum, cum ajunt. *Reſtor Provincie amicus noſter, exhibita muliere, voluntatem ejus ſecutus, deſiderio tuo medebitur.* D. l. 11. C. de Nupt. At ſi palam ſit, non invitam detineri, ſed proprio motu & eſſe & ſeceſſiſſe ad parentem, interdicto adverſus focerum agere gener non poterit; non enim detinetur quis volens, quia magis apud ſe eſt, quam apud alium, qui ſua ſponte apud aliquem eſt. L. ult. D. de liber. exhibend. neque dolo malo retinet (quod in interdicto requiritur l. 1. D. de homin. liber. exhib.) qui volentem retinet. l. 3. §. 5. D. eod.

<sup>2</sup> Ad lib. 5. ſent. Paul. T. 6.

Quid ergo? fuitne tam iniqua apud Romanos matitorum conditio, ut abſentiam uxorū, earumque apud parentes ſeceſſiones æquo animo ferre debuerint? non certe; potuerunt hoc caſu officium judicis implorare coacturi mulierem ad maritum reverti. <sup>3</sup> Nec eſt, quod alibi dicatur, *invitam ad maritum redire, nullam juris præcipere conſtitutionem.* Quippe loquitur id reſcriptum, cum factō divortio diſſolutum fuit matrimonium, l. 5. C. de repudiis quod diſſociatum renovare nemo cogi poteſt. l. 14. C. de Nupt. At alia ratio eſt, ſi nupta filia & in matrimonio, & apud patrem, invito marito eſſe nitatur. Id enim non patitur nuptiarum conditio, quæ tum in animorum tum corporum conjunctione, & in individua vitæ ſocietate conſiſtunt. l. 1. D. de Nuptiis. & filia licet patria poteſtate non liberetur per nuptias, l. 4. 6. C. de bonis quæ liber. l. 7. C. de patria poteſtat. attamen & maritali ſubjicitur poteſtati, ut cogatur marito operari, obſequia domeſtica præſtare, curam rei familiaris, & communium liberorum habere, eaque facere, quæ uxorem, & honeſtam matrem familias decent. l. 48. D. de operis liber. Itaque quæ ſine cauſa ſeceſſio ad parentes, vel ſe reconciliare debet marito, vel ſi id minus placeat, divertere, vel pati ut ejus culpa à marito factum dicatur divortium. Cæterum ut ad id tandem accedamus, quod præcipue ad hujus capituli inſtitutum pertinet, ſicuti in diſtrahendis liberorum nuptiis patria poteſtas coarctata fuit, ita ea quoque temperamentum accepit, cum liberi nuptiis collocantur. Poſtquam enim lapſu temporis primam ſuam ferocitatem, & duriores mores depoſuiſſet Populus Romanus, ſeverior illa vitæ necique poteſtas, quam lex regia patri

<sup>3</sup> Sichard. in l. 11. C. de Nupt.

patri in liberos dederat, non amplius placuit. <sup>1</sup>Imo durius illud tractandi liberos patrum jus ita paulatim improbatum fuit, ut Auxo eques Romanus quod filium suum virgis immoderatius paulo cecidisset, publice Romæ à parentibus omnibus & filiis familias obfessus fuerit, qui nihil equestrem dignitatem reveriti eum stylis suis confodissent, nisi ab Augusto, idque vix, eorum manibus ereptus fuisset: cum tamen multis patribus olim impune cesserit liberos suos occidere, testibus Halicarnasseo & Valerio Maximo. <sup>2</sup>Itaque cum nunquam majorem videatur mereri excusationem liberorum inobedientia quam cum his invisas nuptias parentes injungunt: quia matrimonium quod speratur perpetuum ex amore nasci debet: at amor conjugalis cogi non potest, in eum qui amandus obtruditur, verum ex aliqua naturæ sympathia oriri solet: durum nimis visum sit, in contrahendo matrimonio affectus liberorum parentibus servire debere: eosque patrio imperio efficere posse, ut cogantur liberi flectere amorem in eas, quas arcano naturæ sensu forsan oderint: ideoque constitutum fuit liberrima debere esse liberorum matrimonia. l. 134. D. de Verbor. obligat. nec consistere nuptias, nisi consentiant qui coeunt. l. 2. D. de Rit. Nuptiar. & Diocletianus & Maximianus Sabino rescripserunt, non permittere legum disciplinam, filium familias invitum ad ducendam uxorem cogi l. 12. C. de Nupt. & Titio, non oportere facultatem liberam contrahendi matrimonii ad necessitatem transferri. l. 14. C. de Nupt. Basilii novella constitutione quoque cautum reperitur, ne filius familias uxorem ducere à patre cogatur, addita tamen hac exceptione, nisi luxuriose vivere dicatur. <sup>3</sup>Suntque, ne omnia adducam, plura alia loca, quæ liberrimam matrimonii contrahendi liberis esse voluntatem inferunt. l. 28. D. de Rit. Nupt. l. 7. §. 1. l. 11. D. de spons. l. 15. D. de condit. & dem. l. 30. D. de Regul. Jur. Ut autem hoc hic notem, hæc nostra de libera matrimonii electione sententia, non recte ut quidam putant, probatur auctoritate Terentii Clementis cum dicitur: non cogitur filius familias uxorem ducere l. 21. D. de rit. nuptiar. Nam recte mihi sentire illi videntur qui dicunt, non loqui Jurisconsultum de imperio patris, qui conatur filium ad ducendam uxorem cogere: verum docet filium qui in sacris patris est, quamvis non ducat uxorem, non committere in legem Juliam & Papiam, coelibatum plecentem, uti ipsius legis inscriptio docet.

<sup>1</sup> Lib. 2. Ant.

Roman.

<sup>2</sup> Lib. 7. c. 7.

c. l. 6. c. 1.

<sup>3</sup> Ut testat.

Fabrot.

exercit. 10:

post Matib.

Monach.

Harmonop.

breviar. l. 4.

Tit. 4. §. 25.

c. 26.

- 11 Sunt qui scribunt, jure Justiniano, quod libris Digestorum & Codicis comprehenditur filios familias quidem uxores ducere cogi non posse, filias utique nubere cogi posse: & hanc putant esse propter sexum differentiam; quia mulieres, res fragiles sunt, & ob consilii lubricitatem facilius pudicitie periculum patiuntur. Ideoque volunt sequiorem hunc sexum sequioris quoque mansisse conditionis, & in iis jus vetus immutatum relictum, nisi pater sponsum turpem, & moribus indignum eligat. Atque hoc esse inter filiam familias, & emancipatam ann. 25. maiorem discrimen, quod priori invitz obtrudi possit matrimonium à patre; posterioris vero consensus in nuptias à patre

xe

explorari debeat.\* Verum hanc interpretum tum Græcorum, tum Latinorum sententiam pro parte duntaxat probare possum: Sentio etenim utrique sexui cœlibatum optanti licuisse oblatas à patre nuptias spernere. Sed in eo fuisse sexus discrimen, quod volenti utrique nuptias, masculino licuerit in electione sponsæ à patre dissentire, *l. 13. D. de sponsal. l. 12. C. de Nupt.* fœminino autem sexui non fuisse jus dissentiendi, nili turpem pater vel indignum moribus sponsum eligeret. *l. 12. §. 1. D. de sponsal.* Deinde quod filiusfamilias in contrahendis sponsalibus evidenter patri consentire debuerit. *l. 12. junct. l. 13. D. de sponsal.* cum filiafamilias, quæ non repugnaret patris voluntati, consentire dicta fuerit. *l. 12. D. de sponsal.* Denique quod filio familias dissentiente sponsalia ejus nomine fieri non potuerint, *l. 13. D. de sponsal.* at quidem filia familias dissentiente. *arg. l. 13. D. de sponsal. à contrario.* non tamen nuptiæ: multum enim inter se, tum quoad eorum naturam, tum effectus, differunt sponsalia, nuptiæque: sponsalibus pactis, multa accidere possunt, ne perficiatur matrimonium; potest & filia renunciare sponsalibus, ejus nomine à patre contractis. *l. 2. C. de repud. l. 134. D. verbor. oblig. l. 1. C. de spons.* Cæterum quamvis 12 pater non potuerit jure potestatis patriæ, cogere liberos ad ineunda matrimonia, non alia tamen conditione liberis in eligenda vitæ socia libertas concessa fuit, quam ut eorum votis accederet & conspiraret parentum voluntas. *l. 12. C. de Nupt.* Nimirum temperatum fuit jus vetus quoad liberos, ne ad à trocitate deflectere patria potestas, & liberam facultatem contrahendi matrimonii ad necessitatem transferre posset; non vero derogatū fuit quantum ad parentes pertinuit, ut liceret liberis reverentiam & obsequium decoquendo invitis parentibus quamlibet uxorem domum ducere. Hoc nec jus naturæ nec civilis juris ratio pati potuerunt. Dictat jus naturæ reverendos parentes iisque obsequendum esse. *l. 2. D. de justit. & jure.* at nunquam magis & majus obsequium à liberis exigitur quam in contrahendo matrimonio, & nulla major erga parentes elucet reverentia, quam cum ex eorum consilio sponsa eligitur. Jus civile voluit patremfamilias in domo & familia solum imperium habere. *l. 195. §. 2. D. de verbor. signif.* filium ei subesse, ut qui sit in patris familia, unde & filius familias appellatur, & ipsa patria potestas familiæ vinculum dicitur. *l. 87. D. de acquir. vel omitt. heredit. l. 11. D. de liber. & posthum.* Itaque si filius vel quis alius velit in familiam inducere novum & extrarium hominem invito patre familias, cujus nutu, voluntate & imperio, omnia quæ ad familiam pertinent expediri debent, non tantum læderet obsequium, quod patri familias à familia debetur, sed & id tentaret invita jurisprudentia, quæ negat alteri de meo disponendi & me gravandi jus esse: quicumque enim in familia sunt, à patre familias ali & curari debent. Ex quibus sequitur non permisisse juris civilis rationem, ut filiusfamilias invito patre uxorem ducat, scimus enim matrimonium esse consortium vitæ, ideoque in eadem domo degere oportere & ejusdem esse familiæ mulierem, in qua & cujus ejus est maritus. Hinc non male Donatus in Terentii Phormione notat: patrem fami-

familias eum esse, qui proprie dici debet uxorem ducere; Filium familias, non tam uxorem ducere, quam à patre suo accipere, quippe cum patri, cui tota familia subest, in hujusmodi conditionibus, committatur puella porius quam filio marito, qui in potestate & familia patris est. Fuit & alia civilis ratio, quæ negavit liberis, ignorante vel invito parente, matrimonium contrahere; nimirum, ne patri invito suus heres ex filio adgnascatur. *l. 5. C. de Nupt. l. 12. §. 3. D. de captiv. & postlim. revers.* Nuptiæ enim jure Quiritium non solvunt patriam potestatem, & est in potestate avi, eique suus heres nepos, in cujus sacris filius cum moreretur, fuit. Hisce addi potest & tertia ratio, eaque Pontificalis, ne sacrorum socia patrifamilias invito adsciscatur; propria enim & privata cuique familiæ sacra fuerunt: eratque matrimonium, tum humani tum divini juris communicatio. *l. 1. D. de Rit. Nupt.* At aliquem admitti à filio posse, invito patre familias, in sacrorum communionem, contra juris æquitatem fore, recte æstimatum fuit. Verum hæc tres juris civilis rationes locum quidem in filiorum, non in filiarum nuptiis habent. Non in familiam soceri ducitur, non in sacrorum communionem admittitur gener, nec qui ex filia familias nascuntur, in sacris avi materni, eique sui heredes sunt. Vera hæc sunt, sed alia & hæc quidem civilis juris ratio exegit quoque in nuptiis filiarum parentum consensum; ne alioqui jus sit patri filiæ à marito abducendæ, turbandique matrimonii potestas: raptus est, si quis me invito vel ignorante, è familia mea, filiam meam, quæ in sacris meis est, ducat in suam; at vero nulla juris ratio patitur me non posse exercere, pro arbitrio, patriam potestatem, etiam acerbè, in eam, quæ se mihi invito subduxit, ut &, interdicto de homine libero exhibendo agere, contra eum, qui filiam meam injuria & dolo malo retinet. Exegit ergo Romana juris scientia parentum consensum in liberorum nuptiis necessarium, & hoc fieri debere, ut

13 verbis Justiniani utar, *Civilis & naturalis ratio suadet. pr. Inst. de nuptiis.* Civilem naturali rationem, non sine ratione præponit Imperator, quippe consensus parentum, ut justæ sint & firmæ liberorum nuptiæ, magis exigitur ob patriam potestatem jure Quiritium, quam naturalem erga parentes pietatem: ea enim æqualis matri debetur, cujus tamen neglectum arbitrium nullas non facit liberorum nuptias, quamvis minus laudandas; ratio in promptu est, quia matri nulla civilis in liberos potestas est. Deinde etiam & hoc voluit inculcare Justinianus, civilem rationem, quæ hanc potestatem patri concessit, non plane abhorre à naturali ratione, id est, æquitate & gratitudine, qua parentes & educatores nostros prosequi tenemur. Cæterum non tantum consensum parentum, sed & eorum jussu præcedere liberorum nuptias

14 voluit Imperator. *Subere* varias habet significationes: aliquando, *imperare*: aliquando *potestatem facere*: aliquando *assentiri*, *approbare* significat, & quocunque *significatu* hoc sumas, optime præsentis negotio applicatur. Patris enim est *imperare* nuptias: Patris est, *potestatem nubendi facere*: Patris est, *assentiri liberis*, si quas sibi puellas, uxores destinaverint. Verum cum *jussu*, *imperium*



denotare dicimus, tale paternum intelligimus, quod neque vim neque necessitatem habet. (cogi enim non potest filiusfamilias uxorem ducere) at nihilominus & tale, quod patrio jure præscribit filiis, quas uxores ducere eos oporteat, ducitque in amore juveniles liberorum calores: præcedere nuptias 15 jussus parentis debet, non sequi, quia patris est providere, tum ne ex conditionibus liberorum quid incommodi obveniat familiæ suæ, tum ne juvenili amore occæcati inauspicatis nuptiis in perniciem propriam ruant liberi. Hinc liberorum non est patri generos vel nurus obtrudere. Præterquam quod summæ sit inobedientiæ & contra bonos mores, in gravissimo matrimonii negotio, non explorare, antequam ames, arbitrium parentis, à quo vitæ & lucis beneficium habes. Jussus patris præcedere debet, quia nuptiarum potestas in patre est. Patris auctoritas necessaria est, ut se hic cum effectu, obligare filiusfamilias possit, quod non tantum in sponsalibus, in nuptiis, sed & in voto verum est. l. 2. §. 1. D. de pollic. Ita ut Pater, qui auctoritatem suam interponit, non absurde contrahere liberorum nuptias, liberi assentiri voluntati patris dici possint. Quod si itaque quis filius duxerit 16 uxorem, vel quæ filiafamilias nupserit viro, ignorante patre, vel eo invito, irritum & nullum est totum peractum negotium. l. 68. D. de jure dot. l. 20. C. de Nupt. idque adeo ipso jure, ut divortium fieri non dicatur, si filiam invitam abducatur pater, vel nuncium mittat simulatæ nurui; arg. §. 12. v. dissoluto tali coitu. Inst. de Nupt. nec adulterium committi à puella, ut jure mariti accusari possit. l. 15. §. 6. D. ad l. Jul. de Adulter. nec dos constituta. l. 3. l. 68. D. de jur. dot. 12. Inst. de Nupt. nec liberi, qui ex tali conjunctione nascuntur, justi, sed spurii, quasi sine patre filii. nec matrimonium, nec nuptiæ, nec vir, nec uxor esse intelligantur. §. 12. Inst. de Nupt.

Sunt qui contendunt, nuptias absque parentum consensu contractas 17 justas quidem non esse, at accedente copula, quodad conjuges propter utilitatem publicam confirmari; & ejusmodi uxorem in jure nostro. l. 13. §. 1. §. 2. n. 22. D. ad leg. Jul. de Adulter. injustam vocari dicunt. 'Occasionem errori dedit, tum post DD. quos citat. Cujac. Ulpiani consilium quo consuluit, persuadendum esse patri volenti filiam nuptam abducere à marito, ne acerbe patriam potestatem exerceat. l. 1. §. 5. Franc. final. D. de lib. exhib. & ducend. tum Pauli hic locus, Eorum, qui in potestate patris sunt, sine voluntate ejus matrimonia jure non contrahuntur: Sed contracta non solvuntur: Contemplatio enim publicæ utilitatis, privatorum incommodis præfertur. Et 2. tent. Tit. 19. hæc quidem duo præcipua argumenta sunt, quæ ab hac parte afferri solent, 3 In tract. de matrim. plura profert Antonius Costanus, qui se primum omnium hanc sententiam pag. (mibi) defendisse testatur. 4 Sed ea parvi ponderis sunt & à Forstero, 4 nimia cum cura profligata, vix enim hoc merentur. Verum hanc opinionem, præter ea loca quæ à nobis in proponenda nostrâ sententia modo allata fuerunt, aperte destruit idem Paulus, tum cum docet nuptias jure contractas non esse, neque de Nupt. cap. consistere posse nisi consentiant omnes, id est qui coeunt quorumque in potestate sunt. l. 2. 8. pag. (mibi) D. de Rit. Nupt. quod autem non consilium, quod jure contractum non est, irritum

<sup>1</sup> Basf. Pont.

lib. 2. cap. 1.

§. 2. n. 22.

D. ad leg. Jul. de Adulter.

injustam vocari dicunt.

'Occasionem errori dedit, tum

post DD. quos

citat. Cujac.

Ulpiani consilium quo consuluit,

persuadendum esse patri volenti filiam nu-

lib. 3. observ. ptam abducere à marito, ne acerbe patriam potestatem exerceat. l. 1. §.

5. Franc. final. D. de lib. exhib. & ducend. tum Pauli hic locus, Eorum, qui in potestate pa-

Hotmann. tris sunt, sine voluntate ejus matrimonia jure non contrahuntur: Sed contracta non sol-

que st. illust. 9.

<sup>2</sup> Lib. 2. sen-

vuntur: Contemplatio enim publicæ utilitatis, privatorum incommodis præfertur. Et

tent. Tit. 19.

hæc quidem duo præcipua argumenta sunt, quæ ab hac parte afferri solent,

<sup>3</sup> In tract. de matrim.

plura profert Antonius Costanus, qui se primum omnium hanc sententiam

pag. (mibi) defendisse testatur. <sup>4</sup> Sed ea parvi ponderis sunt & à Forstero, <sup>4</sup> nimia cum

186. & lib. cura profligata, vix enim hoc merentur. Verum hanc opinionem, præter ea

2. quæ st. lur. loca quæ à nobis in proponenda nostrâ sententia modo allata fuerunt, aper-

Civil. 12.

<sup>4</sup> Lib. singul. te destruit idem Paulus, tum cum docet nuptias jure contractas non esse, neque

de Nupt. cap. consistere posse nisi consentiant omnes, id est qui coeunt quorumque in potestate sunt. l. 2.

8. pag. (mibi)

D. de Rit. Nupt. quod autem non consilium, quod jure contractum non est, irritum

142. et. seg.

tum & nullum est: tum cum respondet, *cum qui vivente patre & ignorante, de conjunctione filia conceptus est, licet post mortem avi natus, justum filium ei, ex quo conceptus est, esse non videri.* l. 11. D. de stat. homin. quæ omnia confirmat Apuleius, cum ait: *Nuptia in villa & patre non consentiente facta, legitima non possunt videri: ac per hoc spurius iste nascetur.* lib. 6. Vt recte ab iis, qui statuant accedente corporum conjunctione, nuptias, ut ut ab initio irritas, consumari, quærat Clarissimus Vinnius Præceptor & Promotor quondam meus, cum liberos ex tali consortio natos injustos declaret Paulus, an existiment eos sine corporum conjunctione nasci posse. <sup>1</sup> Igitur ne sibi contrarius in libris Sententiarum sit Paulus, ita intelligendus est, ut dicat exigere publicam utilitatem, patris auctoritate contracta matrimonia, ex ejusdem mutata postea voluntate non dissolvi. Hoc enim jam Divus Pius constituerat, ut idem Jurisconsultus testatur. <sup>2</sup> Nec hunc sensum respuunt ejus verba, videtur enim inculcare voluisse, sicuti sine patris voluntate non contrahuntur matrimonia, ita contracta ex ejus solius arbitrio, postea non dissolvi. Alias certe, si cuiquam hæc lectio minime placuerit, dicam hæc Pauli & aliorum Jurisconsultorum fragmenta, aliquid quidem conferre ad antiquitatis cognitionem, sed contra leges Justinianeas vim probandi nullam habere. Imo depravatum esse hunc locum, non enim respondet ejus ratio thesi. Expediit Reipublicæ pios filios habere erga parentes, exigit publica utilitas ut legitimis liberis repleatur civitas, dirimi itaque debet tale matrimonium, quod læsit pietatem naturalem, & ex quo justa seu legitima proles non nascitur. <sup>3</sup> Responsum Ulpiani, quod primo loco citavimus, non est de nuptiis invito vel ignorante patre contractis, uti ex iis quæ supra docuimus, palam est, ideoque adversariis nostris non favet. Potest quidem injusta uxor dici, quæ non jubente patre nupsit, quæ non ducta est secundum præcepta legum *arg. l. 13. D. de his, qui ut indig. §. 12. Inst. de Nupt.* Sed hoc proprium esse exemplum injustæ uxoris, de qua Ulpianus loquitur l. 13. §. 1. D. ad leg. Jul. de Adulter. ut Cujacius aliquando existimavit, non puto. <sup>4</sup> Injustam enim uxorem jure mariti accusari à viro posse, si adulterium committat, ait Jurisconsultus, d. l. 13. §. 1. Eam autem eodem jure accusari posse negat, cujus conjunctioni pater postea consensit d. l. 13. §. 6. Quæ justa, quæ injusta dicatur uxor, ex Brissonio <sup>5</sup> Tholosano eodemque Cujacio discite. Deinde quid tam absurdum, quam statuere concubitum, rem in se extra matrimonium illicitam, reddere firmum, actum alias ipso jure nullum, & adinere patri jus abducendi filiam, quod habet cum illegitimis nuptiis nondum coitus accessit? Indultum est, ne auctoritate patris contractum matrimonium bene concordans & liberis forte subnixum, jure patriæ potestatis turbetur. l. 32. §. 19. D. de donat. inter vir. & uxer. l. 1. §. final. D. de lib. exhib. & ducend. Id ne beneficium consequentur liberi, quia illegitimæ conjunctioni illicitum adjungunt concubitum? Divortia liberorum, quorum matrimonio consensit pater, in ejus sunt arbitrio, modo magna & justa interveniat causa. l. 5. C. de repud. nonne sat causæ, insurgendi in

<sup>1</sup> In comment.  
ad §. 12. Inst.  
de Nupt. n. 1.

<sup>2</sup> Lib. 5. sent.  
tit. 6.

<sup>3</sup> Alber. Gent.  
de Nupt. lib.  
4. cap. 7.

<sup>4</sup> Lib. 3. ob-  
servat. cap. 5.

<sup>5</sup> Lib. sing.  
ad l. Iul. de  
Adulter.

<sup>6</sup> Lib. 10. c. 1.  
n. 8. syntagm.  
Iur. Civ.  
<sup>7</sup> Lib. 6. ob-  
servat. 16.

simulatum generum patri erit, stuprum sub prætextu matrimonii filia illatum? Prudentiores certe fuere Romani, quam ut voluerint talem imperfectam nuptiarum legem. Nuptiæ nisi prævio patris jussu non contrahantur, si contractæ fuerint, injusta sit uxor, injusti liberi, nulla dos, injustæ nuptiæ: attamen jure patriæ potestatis non turbentur seu dissolvantur. Uti imperfecta dicitur Cincia lex, ultra certum donare vetans modum, at quod donatum est, non rescindens. Hoc enim fuisset frenos laxare indomitæ libidini, & dissolvendo nexa obsequii, juventuti ansam præbere illudendi parentes: consensui enim addere coitum, difficile non est. Itaque ne plus concedatur luxuriæ quam castitati, subscribamus huic Sententiæ; jure Romano, irritas & nullas esse nuptias, nec accedente corporum conjunctione confirmari, quæ parentum consensu destituuntur; <sup>1</sup> atque id quidem, ut ad aliam quæstionem transeamus, adeo, ut Paulus responderit, *eum qui vivente patre, & ignorante de conjunctione filia conceptus est, licet post mortem avi natus sit, justum filium ei, ex quo conceptus est, esse non videri.* l. 11. D. de stat. homin. <sup>2</sup> Quæ Jurisconsulti verba non ita intelligenda sunt, quasi sentiret, filium non videri legitimum esse, ex quo tempore conceptus est, verum quidem, ex tempore nativitatis; quia tum ex perseverantia conjugum in eadem voluntate, justum exitit matrimonium, <sup>3</sup> uti de Amaya sentit. Hæc enim interpretatio non tantum à mente Jureconsulti aliena est, uti patet ex Gordiani rescripto referentis Pauli responsum. l. 6. C. de Nupt. Sed & à ratione juris, quod conceptionis, non nativitatis tempus respicit. l. 7. l. 26. D. de stat. hom. Sic Senatoris filius dicitur, qui conceptus est antequam pater Senatu moveretur, licet post amissam dignitatem natus fuerit l. 7. §. 1. D. de senator. Sic conceptus ex Præfecto cohortis vel equitum, aut tribuno, qui contra interdictum ejus provinciæ duxit uxorem, in qua officium gerebat, licet natus post depositum officium, injustus filius est ex injusto matrimonio. l. 63. l. 65. §. 1. D. l. 6. C. de Nupt. Nec est, quod Ulpianus dicit, *In his, qui jure contracto matrimonio nascuntur, conceptionis tempus spectatur: in his autem, qui non legitime concipiuntur, editionis.* <sup>3</sup> Loquitur enim ille cum quæritur, an servus vel liber sit, conceptus ab ancilla, & natus ex matre manumissa. Favore autem libertatis receptum est, sufficere, ut quis liber nascatur, eum matrem vel medio tempore, dum in ejus utero fuit, liberam habuisse. *pr. Inst. de Ingenuis.* Ratio juris de quo agimus hæc est: eo tempore incipere debet pœna, quo maxime delinquitur: id autem fit in matrimonio clamparentibus contracto, cum liberis operam damus; nam cum tantum solo consensu contrahuntur illicitæ nuptiæ, contraria voluntate dissolvi possunt, nec dissolutæ multum incommodi post se relinquunt; at cum corporum mixtione perficiuntur, virginitas eripitur virgini, stuprum committitur, concipitur infans nothus: æquum igitur est, ut qui ex illicito conceptu nascuntur, non numerentur in justis filiis, etiam si tempore, quo nascuntur, ex perseverantia patris & matris in eadem voluntate, nuptiæ justæ effectæ sint. Committitur peccatum, cum uterus <sup>20</sup> mulieris impletur, non cum nascitur infans. Et hæc quidem secundum jus vetus

<sup>1</sup> Vinn. d. l.

Basil. Monner

cap. 2. de Ma-

trim. Wesen-

bec. Parat.

Dis. de Nupt.

Acac. priv. 6.

cap. 1. §. 4. de

Privil. Par.

lib. Alber.

Gent. lib. 4. c.

7. Sand. lib. 2.

Tis. 1. de fin. 4.

decis. Fris. &

quos cit. DD.

<sup>2</sup> Francisc. de

Amaya lib. 3.

observat. jur.

cap. 4. l. 10.

§. 11.

<sup>3</sup> In fragm.

Tis. 5. §. ult.

vetus dicta sunt. Verum cum jure Justiniano novo constitutum reperiatur generaliter, & definitiōe certa: *Semper in hujusmodi questionibus, in quibus de statu liberorum est dubitatio, non conceptionis, sed partus tempus inspiciendum esse.* l. 11.

- C. de natur. liber. non video, post mortem avi, cum jam inceperit ex perseverantia conjugum, legitimum esse matrimonium, cur justo in conjugio nati liberi, legitimi non dicerentur. Generalitas enim verborum, quibus Imperator utitur, & exceptio, quam addit generali regulæ, non patiuntur hanc constitutionem restringi ad liberos duntaxat in concubinato conceptos, &
- 21 confectis postea nuptiis natos. Cæterum liberi ante mortem avi, vel antequam ille consensit matrimonio, suscepti natique, licet qui postea nascuntur justi sint, injusti censentur, uti ex injusta conjunctione concepti. l. 65. §. 1. D. l. 6. C. de Nupt. quippe quod concubinatu ex speciali gratia indultum est jure novo, (veteribus enim omnis legitimatio incognita fuit) ut liberi ex hac consuetudine nati, ejusdem juris censeantur cum fratribus ex justo postea matrimonio parentum natis. l. 10. 11. C. de natural. lib. ad liberos ex nuptiis parentum consensu desitutis natos, referendum non est. Nam licita consuetudo etiam si parum honesta, concubinatus & quia per leges nomen assumsit, extra legis pœnam fuit. l. 3. §. 1. D. de concubin. at initum sine patris auctoritate matrimonium, improbata conjunctio est, res turpis, & quæ infamia à prætore notatur. l. 1. l. 12. D. de his qui notantur infam. Deinde allicit nos hujus consuetudinis favor ad recte faciendum, & pro concubinato amplecti honestas nuptias, ut liberi, quos diligimus, justi fiant: at si genitos ex injusta conjunctione redderet justos accedens postea nuptiis patris consensus, vel mortuo patre, ex perseverantia conjugum, legitimum matrimonium: hæc res invitaret juventutem, sprete parentum auctoritate contrahere nuptias, sub spe certa, vel mortuo patre, vel ejus mitigati amicorum intercessionibus accedente consensu, justum fore aliquando matrimonium, liberosque legitimos. 2
- 22 potestate delibaretur. Ex iis quæ dicta sunt, palam est, nos minime esse addictos illorum opinioni, qui existimant ratihabitionem patris efficere, ut retro nuptiæ absque ejus consensu contractæ, legitimæ fiant: tum enim ratihabitio non habet locum, cum consensus ad facultatem contrahendi alicui tribuendam, vel, ut nostri loquuntur, ad integrandam contrahentis personam, pro forma juris desideratur. l. 25. §. 4. D. de acquir. vel omit. heredit. at paternam auctoritatem necessariam diximus, ut consequatur filius familias potestatem conficiendi nuptias. Deinde vult Justinianus præcedere liberorum matrimonia, parentum jussu: ergo non satis est, sequi. In eoque distinguitur jussus parentum à tutoris auctoritate, quæ perfectio negotio interponitur, ut Cajus Cassius libro secundo Juris Civilis scripsit d. l. 25. §. 4. Ordinem quoque agendi præscripsit Imperator; non

<sup>1</sup> Sand lib. 2.  
Tit. 1. de  
finit. 4. n. 4.  
decis. Frisco.

<sup>2</sup> Comm. lib. 8. cap. 40.  
n. 6. comment.  
jur. civil. Bk.  
fil. Pont. lib. 2.  
cap. 1. §. 2.  
n. 25. de sa-  
cram. ma-  
trimon. Vinn.  
comment. ad  
Instit. tit.  
de Nupt. in  
pr. n. 6.

itaque voluit locum esse ratihabitioni. Ea enim non supplet, quod prius fieri debuit, si postea id fiat, sed tollit duntaxat defectum consensus *l. inc. ad Sc. Macedon.* Et id quidem tum solummodo, cum quæ gesta dicuntur, non

<sup>1</sup> *Dec. ad l. 60. de Regul. jur. n. 16.* statim ipso jure nulla sunt, verum aliquo modo consistunt & pendent. <sup>2</sup> At nuptiæ liberorum sine patris consensu contractæ, ipso jure nullæ & irritæ sunt: ideoque ex eo demum tempore justæ intelliguntur, ex quo eas ratas habuit pater. *l. 68. D. de Jur. dot. l. 11. D. de stat. homin. l. 65. §. 1. D. de Rit. Nupt. l. 13. §. 6. D. ad leg. Jul. de Adulter.* <sup>3</sup> Id ipsum autem non ita intelligendum est, quasi velim contracta à liberis sponsalia, contractasque nuptias dissolvi, & necesse esse, novo patris consensu nova constitui sponsalia, novasque nuptias contrahi, ut justa reddatur prior consuetudo, uti quidam somniant: verum eo ipso momento, quo patris accedit consensus, contractas liberorum nuptias, legitimas fieri, nec ullo alio indigere, ut jure subsistant, statuo. *l. 68. D. de jur. dot. arg. l. 4. D. de Nupt. l. 27. D. de Rit. Nupt.*

<sup>4</sup> *Hotmann. quæst. illustr. 9. Alber. Gent. lib. 4. c. 3. de Nupt. Guilj. Forster. libr. singul. de Nupt. cap. 8. Fabrot. exercit. 11. Ant. Fab. Tit. 9. pr. 4. illat. 10. jurispr. Papin. Ant. Matth. Tit. de Instit. de Nupt. Vinn. d. l. Cujac. lib. 3. observ. 5. Connan. Comment. juris Civil. lib. 8. cap. 4. Ant. Cont. lib. 1. disp. 7. & quos hinc DD. dissent. Ant. Gub. Co. stan. tract. de Matrim. cap. 4. n. 111. pag. (mibi) 189. Bronch. cent. 3. ass. fert. 4. Marc. Liclam. lib. 7. membran. eolog. 18. & alios quos cit. 3. Cu. ac. lib. 3. observat. cap. 5. Alber. Gent. lib. 4. cap. 3. de Nupt. Franc. Hotmann. quæst. illustr. 9. Ant. Matt. not. & animadv. in Instit. Tit. de Nupt. v. præcedere debet.* Cæterum cum jussu exigimus, eumque præcedere nuptias volumus, non præcise requirimus, ut pater expressim consentiat, & verbis prolatis se velle dicat, vel ut ejus imperium præcedat liberorum amorem, verum ut ante nuptias assentiatur liberorum votis, vel ut ne contradicat aut dissentiat, gnarus à filio uxorem domum duci. Ille jubet, qui quod prohibere potest, non inhibet, sed tacet. sic ex patris voluntate, qui tacet, nec dissentit, filius decurio creari dicitur. *l. 2. D. ad Municip. l. 7. §. 3. D. de decurion. & ait Paulus, intelligi filia de sponsalibus suis agenti patrem consentire, nisi evidenter dissentiat l. 7. §. 1. D. de sponsal. Sicuti è contrario & liberi jure civili consentire patri intelliguntur, qui non evidenter dissentiunt. l. 12. D. de sponsal. l. 22. D. de Rit. Nupt. Huc optime pertinet Alexandri rescriptum, Maximam nurum vereri non debere, ne nepotem suum socer agnoscat, qui cognitis filii nuptiis non contradixit. *l. 5. C. de Nupt.* Loquitur enim Imperator, de patre, qui futuras cum sciret filii nuptias, se iis non opposuit, verum tacuit, ita ut tacendo dederit signum annuendi. jubet itaque pater, quod non prohibet, cum prohibere potest: ejusque jussus nuptias præcedit, quarum futurarum gnarus est & tacet, ut satis hic sit non nolle, atque taciturnitas jussu imitetur. <sup>3</sup>*

Hoc potestatis jure si abuterentur Romani Patres, non sine auxilio contra eorum spurcitiam aut duritiem liberos reliquere Quirites, cautum enim fuit Divorum Severi & Antonini constitutione, qui injuria, absque probabili & justa causa, liberos quos habet in potestate, prohibet uxorem ducere, aut nubere, vel qui dotem dare non vult, per præsides cogitur in matrimonium collocare & dotem constituere. *l. 19. D. de Rit. Nupt.* Qua certe lata & probata lege, nihil est, quod in hac circa nuptias à liberis contrahendas juris civilis parte desiderari merito possit: ab una enim parte prospectum satis fuit, ne nubilem ætatem, præter naturæ tempora, domi marcescere, injuria sinat pater, & ab altera parte satis

cautem,

cautum, ne quid de summa parentum potestate, in conficiendo gravissimo matrimonii negotio delibare possint liberi. Pietas, tum parentum erga liberos, tum liberorum erga parentes jure exigit, ut alter alterius hic opem poscat, & ut ex utriusque patris & filii animorum harmonia, conficiatur matrimonium. Sunt qui jus Romanum in eo carpendum putant, quod modum solvendæ patriæ potestatis, nuptias non constituerit. *l. 5. C. de condit. insert. l. 12. C. de collat. l. 7. C. de Nupt. l. 3. §. 5. D. de donat. int. vir. & ux. l. 1. §. ult. D. de liber. exhib.* Incongruum enim existimant, ut diversis Imperiis subiecti sint maritus & uxor, in sui uterque patris sacris constitutus: quippe non putant hoc modo facile concordans sperari posse connubium; Quid enim si diversa imperent illa filix suæ, hic filio? facietne hoc uxor, contrarium maritus? quid si maritus & pater? alterutrum facere debebit uxor, vel offendere patrem, obsequendo marito, vel lædere obsequium, quod marito debet, præstando quod jussit pater. Duobus dominis, contraria jubentibus inservire, impossibile est. Deinde facilem ex hoc jure viam esse putant ad crebras discessiones. Leviter enim offensa uxor, statim negabit, marito in se jus esse, detrectabit obsequium, & quæ est impotentia fœminarum, ad paternas defugiet ædes, patremque questu suo irritabit in maritum. Hic si parum indulgeat liberis suis, prout est affectus paternus, contraria statim quam maritus jusserat, imperabit filix, domumque generi furialibus implebit discordiis. Nec putant tolli incommoda, etiamsi uxor nupta sui juris reperiatur, modo maritus in alicujus sit sacris. Quid si illa nolit soceri imperium sequi? quid si nolit operari socero? alenda nihilominus ab eo in familia erit? vel turbandum matrimonium? Sed levioris ponderis hæc argumenta sunt, & facile dilui possunt. Manet sub patria potestate nupta filia, quantum ad jura, quæ non tollunt obsequium quod marito debet. Si quid adventitii lucri obveniat, id, quod ad usumfructum, patris est, non mariti. *l. 4. §. C. de Bonis. qua. lib. l. 5. D. de condit. insert. testamentum condere potest, l. 11. C. qui testam. facer. poss. vel non.* in iis vero quæ ad domesticum regimen pertinent, subjicitur marito: ei reverentiam, ei obsequia domestica *l. 14. §. 1. D. solut. matrim.* ei operari, non parentibus debet, *l. 48. D. de oper. lib.* & hoc sensu Ulpianus dixit, *Mulier in officio mariti est. d. l. 48.* quod si nupta quacunque occasione muliebriter iracunda ad patrem defugiat, & ille filix indulgens volentem, vel etiam offensus genero nolentem retineat, interdicto de exhibenda uxore, etiamsi sub sacris patris ea sit, uti potest maritus adversus focerum, *l. 2. D. de exhib. & ducend. lib.* vel officium judicis implorare, coacturi auctoritate sua, mulierem ad maritum reverti, vel suâ culpâ divertere. Etenim nuptam filiam invito genero, penes se retinere patri non licet. Sicuti autem marito domestica obsequia præstat muliere, ita & soceri sui in cujus sacris maritus est, domesticum imperium ferre, ut amica, ut hospes, ut nurus, nupta debet: at quod ad cætera, quæ jus potestatis spectant, vel sui juris, vel patri suo subiecta manet. Fortius meo judicio contra jus, romanum hoc modo

*Armif. c. p. 7. sect. 2. n. 16. & seqq. de jur. connub.*

*Sichard. in l. 11. n. 5. C. de Nupt.*

modo ab absurdo ducitur argumentum. Incongruum & contra æquitatem videtur, quod invitus forte alterius regimini sublit, quem ad domesticum imperium natura vocavit: & qui sunt effectus patriæ potestatis, quod non sit Princeps, & caput familiæ novæ: quod liberos ex se genitos non habeat in sua potestate: quod ex solius avi arbitrio, per consequens pendeant neptum nuptiæ, l. 16. §. 1. D. de Rit. Nupt. nec ullum momentum hic habeat ipsius patris auctoritas: quod curam suorum liberorum habere plane nec patri nec matri liceat, sed de eorum educatione pro lubitu disponat socer, seu mariti pater: & cum naturale sit, id meum esse & liberorum meorum, quicquid industria & opera mea, maturæ ætatis acquirō, quod hoc totum jure Romano parentibus cedat. Verum quidem est, iniquum non esse operari eum patri, qui pars familiæ paternæ, patris bonis alitur; sed in eo jus naturæ negligitur, quod hæc civilis potestas non sinat, quem se à paterna familia separare posse, ut opera & industria sua sibi acquirat soli. Deinde quod & contumeliosum conjugibus videatur, alterius potestati & regimini domestico subesse, quasi non latis prudentiæ habeant, se suosque liberos regendi, familiamque sustentandi. Verum quidem est, & in ipsa pueritia contraxisse sponsalia. l. 14. D. de sponsal. & aliquando vix puberes convolasse ad nuptias Romanos, præsertim virgines. l. 4. D. de Nupt. l. 10. D. de condit. & demonstrat. ideoque in romana republica multos maritos uxoresque extitisse regundæ familiæ impares, ne dicam ineptos, quibus satius & melius fuit, subesse parentum regimini, quam proprio judicio relinqui. At vero is ipse mos tam tenera ætate cōficiendi nuptias, nævo non caruit. Quippe non sola facultas generandi in contrahendo matrimonio spectari debet, sed insuper sufficiens ingenii vis, ad se, uxorem, familiamque totam regendam. Et quamvis rationi congruum esse dicatur, subesse potestati parentum filium filiamque familias, maritum uxoremque, qui quæve propter ætatem regere familiam nondum possunt, quæ ratiocinatio revincet, non debere saltem matrimonium patria potestate liberare maturæ ætatis & perfecti judicii ex parentum auctoritate conjuges, eosque jam suæ vitæ modum habere?

Alia prorsus jure Romano emancipatorum liberorum conditio est: hi sui juris effecti propriam familiam habere dicuntur, & per omnia patribus familias adnumerantur. l. 195. §. 2. D. de Verbor. signif. l. 2. §. 1. D. de pollicit. obligant alios, & obligantur ipsi ex quolibet contractu, nisi ætas infirma oblit. Imo quicquid agunt emancipati, proprio jure agunt, sicuti qui jure naturæ, cum maturæ sunt ætatis, se parentum potestati eximunt; non vero quasi ex tacito parentum mandato vel consensu, quem in ipsa emancipatione, emancipantes patres accommodare futuris liberorum negotiis quidam interpretes ajunt. Id enim si verum sit, qua ratione poterit ingrātum filium, quem emancipavit, rursus subicere potestati suæ pater? l. un. C. de ingratis. Injuria queritur accusatque illud, quod filius ex ejus vel tacito consensu fecit. Deinde quo jure dicit Ulpianus l. 3. §. 5. D. de bonor. possess. contr. tabul.

\* Gothofr. in l. 15. D. de Rit. Nuptiar. Mæstert. de just. leg. Roman. lib. 2. cap. 1.

CAP.8. IN COLLOCAND. MATRIM. LIBERIS. 65  
 ab avo exheredari posse emancipati filium, qui ignominiosam patri duxit uxorem: si ille contraxisse nuptias ex patris vel tacito mandato dicatur? verum emancipatum contrahere proprio jure, non quasi ex voluntate tacita patris, ejusdem Jurisconsulti hæc verba aperte ostendunt: *uxore non ex voluntate patris ducta*. Id, sicuti in aliis rebus, ita quoque, uti ex Ulpiani prælibato loco, patet, in contrahendis nuptiis verum est. *Contrahunt itaque emancipati clam aliis & propria auctoritate matrimonia, quæ turbare parentibus jus non est, etiamsi quoque lædant filialem reverentiam, & pietatis officium.* Necessitas quippe paterni consensus in nuptiis liberorum, ne eæ dirimi postea possint, non est sequela filialis obedientiæ, quam lex naturæ à liberis exigit nec remittit ulla emancipatio: sed jus, profluens ex civili patriæ potestatis jure. Alias, ut divellerentur postea nuptiæ, & matris necessaria esset auctoritas, quum & eas honorandas esse, omnique obsequio colendas naturalis ratio dicteret. Verum de emancipatorum nuptiis latius disserendi infra dabitur locus.

*Ant. Fab.  
 Jurispr. Pa-  
 pinian. Tit. 9.  
 pr. 4.*

## CAPUT OCTAVUM

### *De Auctoritate matris Romana in collocandis matrimonio liberis.*

#### SUMMARIA.

- |  |  |
|--|--|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Quomodo olim <i>conferreatione</i>, <i>coëmptione</i> &amp; usu accipiebatur uxor.</li> <li>2. Sub manu viri erat uxor, <i>coëmptione</i> vel <i>conferreatione</i> ducta.</li> <li>3. <i>Modestini</i> nuptiarum definitio, &amp; <i>Gordiani</i> uxoris descriptio intelligenda sunt, de uxore <i>conferreatione</i> vel <i>coëmptione</i> viro tradita.</li> <li>4. Non erat sub manu viri usu accepta uxor, nec inter tales conjuges communio bonorum.</li> <li>5. Quæ ratione inseruerit <i>Modestini</i> nuptiarum definitionem, <i>Pandectarum</i> libris <i>Tribonianus</i>.</li> <li>6. Usu ducta uxor in potestate patris manet: &amp; omnia loca, quæ in libris nostris de muliere in potestate patris posita &amp; nuptia loquuntur, de ea intelligenda sunt, quæ usu accepta fuit.</li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>7. Quare in <i>Pandectarum</i> libris nulla proponatur questio de uxore, <i>conferreatione</i> vel <i>coëmptione</i> accepta?</li> <li>8. <i>Matres Romana</i> in potestate civili liberos non habuerunt.</li> <li>9. Habuerunt tamen potestatem naturalem in liberos.</li> <li>10. Honestum apud Romanos estimatum fuit communes liberos communi utriusque parentis consilio elocari.</li> <li>11. Mortuo patre, matris arbitrium requirebatur in filiorum, præsertim filiarum nuptiis, at ea nulla non erant, eo neglecto contrahere.</li> <li>12. Rejicitur argumentum, ideo matris consensum non fuisse necessarium, quia ei in-vitus heres ex nuptiis liberorum non adnascebatur.</li> </ol> |
|--|--|

Hactenus de patrum jure, tempus est, ut quoque anquiramus, quæ jure civili fuerit præsentii negotio, matrum auctoritas. Certum est, nullam potestatem civilem romanas matres in liberos habuisse, fuisseque eos illis eo loco, quo emancipati patribus suis sunt. Cujus juris ratio ut plane per-

I.



spiciatur paucula de ritu nuptiarum Romanis usitato prælibanda sunt Quirites olim tribus modis uxores accipiebant, *Farre, coëmptione & usu*, uti ex Arnobio <sup>1</sup> & Boëthio constat: <sup>2</sup> nec dissidet Cicero, <sup>3</sup> qui duo tantum genera uxorum facit, unum matrumfamilias, quæ in manum viri conveniunt, alterum earum, quæ tantummodo uxores habentur: sub genere enim matrumfamilias, duas formas conjungit; nam Ulpiano teste <sup>4</sup> tam *farre*, quam *coëmptione* in manum viri conveniebat foemina. *Confarreatio* peragebatur, certis verbis, decem testibus præsentibus, solennique sacrificio, in quo panis farreus adhibebatur, quibus peractis mulier in manum viri convenisse dicebatur, ut Ulpianus asserit. <sup>5</sup> Hinc priscos, legitima sacraque matrimonia, romana appellatione, à communione farris, farreacea dixisse, auctor est Halicarnassæus, <sup>6</sup> iisque *confarreati* matrimonium, uxorem ducere significavit, <sup>7</sup> & è contrario *diremptio* matrimonii, *disfarreatio* dicta fuit, uti Testus testatur his verbis: *disfarreatio genus erat sacrificii, quo inter virum & mulierem fiebat dissolutio: dicta disfarreatio, quod fiebat farreolibo adhibito.* <sup>8</sup> Quam *confarreati* consuetudinem suo jam tempore omissam, aut certe inter paucos retentam, tum ob incuriam virorum foeminarumque, tum propter ipsius ceremoniæ difficultates, quæ consulto vitarentur, Tiberius apud Tacitum dicit <sup>9</sup> *De Coëmptionis ritu* ita Boëthius scribit: *Coëmptio certis solennitatibus peragebatur: & sese in communicando, (vel si mavis, quod rectius legitur, coëmendo) invicem interrogabant: Vir ita, an sibi mulier materfamilias esse vellet: illa respondebat, velle. Item mulier interrogabat, an vir sibi paterfamilias esse vellet: ille respondebat, velle. & ita mulier in viri conveniebat manum, & vocabantur hæ nuptiæ per coëmptionem: eratque nupta materfamilias, atque viro suo filia loco. Usu habebatur uxor, matrimonii duntaxat causa & in eam domum ductam, absque *confarreationis* aut *coëmptionis* solennibus, nullum jus præter usum habebat maritus, & tali modo nupta foemina uxor quidem dici potuit jure naturali: at non reputabatur uxor jure Quiritium solenni: non quod pellex haberetur aut concubina, eo animo à viro recepta, ut esset uxor, dilecta que maritali honore; sed quod nec materfamilias, nec in manu viri, verum vel sui juris vel in potestate patris sui esset. Usucapiebatur autem uxor, fiebatque materfamilias, & in manum viri convenisse dicebatur ea mulier, quæ integro anno liberorum quærendorum causa apud maritum morabatur, quasi hoc modo usu, id est possessione viro mancipata: simili ratione quemadmodum res mobiles vel se moventes anno possessæ, possessoris ex jure Quiritium fiebant. Usus enim pro possessione Veteres dixerunt, unde usucapionis verbum, & in 12 tabul. scriptum *annuus usus esto*. quem integrum, legitimum fuisse dominiorum quærendorum & adipiscendorum modum, nemo nescit. Quæ mulier usucapi nolebat, annui hujus usus interrumpendi interpellandique gratia, trinoctio perfecto à viro abnoctare, lege 12 tabularum jubebatur. ut ex Q. Mucio Scævola Gellius prodidit, & ab eo mutuatus Macrobius. Quæ itaque jure antiquo, *confarreatione* aut *coëmptione* convenerant in manum viri, solvebantur*

<sup>1</sup> Lib. 4. contra Gentes.

<sup>2</sup> In Topicis.

<sup>3</sup> In Topicis.

<sup>4</sup> In fragm. dissit.

<sup>5</sup> Tit. 9. regul.

<sup>6</sup> Lib. 2. Antiq. Rom.

<sup>7</sup> Apulej. lib.

<sup>10.</sup> de asin. aureo.

<sup>8</sup> Lib. 4.

<sup>9</sup> Lib. 4.

- 2 bantur patria potestate & in familiam potestatemque maritorum transibant, erantque illis filiarum loco, atque nanciscebantur jura suorum heredum in familiâ, erantque omnia tam sacra quam profana inter conjuges hocce communia, concessio soli viro, uti domino, domus imperio & bonorum administratione. Ex quibus duo notanda veniunt; Primum, Modestini nuptiarum definitionem, qua divini & humani juris communicatio dicuntur, l. 1. D. de
- 3 Rit. Nuptiar. atque Gordiani, uxoris descriptionem, qua sociâ rei divinæ atque humanæ dicitur, l. 4. C. de crimin. expil. hered. proprie convenire earum mulierum nuptiis, quæ farre vel coëmptione in manum viri convenissent: non illarum, quæ usu tantum uxores habebantur, illæ enim non erant in manu maritorum, nec inter tales conjuges quod ad proprietatem, bonorum (licet quod
- 4 ad usum aliqua) ulla communio: at autem eam societatem, de qua Modestinus & Gordianus loquuntur, explicare quodad usum, non quodad proprietatem, frivolum est; Deinde rerum uxoris usu ductæ usum non habebat maritus, nisi quarum usus cohabitationis causa, promiscuus vel esset, vel esse deberet l. 4. §. 1. l. 9. D. de us. & habit. l. 22. D. quibus mod. usufr. vel us. amit. l. 31. §. ult. de donat. int. vir. & uxor. ne alias carendum ei matrimonio esset. Eorum tantum bonorum dominus bonitarius fiebat maritus, quæ doti dicta erant; l. 30. C. de jur. dotum. cæterorum minime; sed & suos homines, familiamque domesticam habebat mulier. l. 22. D. quib. mod. usufruct. amit. l. 31. §. ult. D. de donat. int. vir. & uxor. quorum ne quidem administratio marito concessa fuit, l. 8.
- 5 C. de pact. convent. Quæ cum ita se habeant, qua ratione Pandectarum libris inseruerit Tribonianus Modestini definitionem nescio, cum jam ejus ævo farre aut coëmptione nubendi modus in desuetudinem abierat, nisi dicas illum definire voluisse nuptias, ut sui natura perfectissimas, & uti tempore Romuli contrahebantur, non vero uti suo tempore frequentabantur.
- 6 Deinde animadvertendum est, omnia loca, quæ in jure nostro inferunt, matrimonium non esse modum solvendæ patriæ potestatis. l. 1. §. 5. l. 2. D. de lib. exhibend. l. 1. C. de Bonis qua lib. l. 4. C. solut. matrim. l. 5. C. de repud. l. 29. D. solut. matrim. l. 20. D. ad leg. Jul. de Adulter. intelligenda esse, cum usu tantum ducta uxor fuerit, non farre, non coëmptione. Nam hisce modis, vir quidem non liberabatur patria potestate, verum mulier transibat à potestate patris in familiam mariti, vel ejus cujus sacris vir subjectus erat. Cæterum si quis hic à me quærat, quæ acciderit, quod in Pandectarum libris, nusquam agatur de jure ejus mulieris, quæ confarreatione aut coëmptione in manum viri convenerat, is à me responsum ferat; vel quod tempore Jurisconsultorum, quorum nomina in Digestis referuntur, coëmptionis vel confarreationis ritus non multum frequentaretur, adeoque ut generaliter de uxoribus respondentes, ad eas tantum prospexerint, quæ jure gentium, id est usu tantum erant uxores: Vel, quod Tribonianus pro imperio, pleraque uti solet Jurisconsultorum responsa, aliquid addendo, vel detrahendo, sic quoque hoc in negotio illa suo tempori accommodaverit, non enim duntaxat ejus ævo aboleverat coëmptionis &

confarreationis ritus, sed & nec uxor usu ducta & apud maritum integro anno liberorum quærendorum causa morata usucapiebatur, vel in manum viri convenisse dicebatur: sed contracto expressa conventionione matrimonio, vel sui juris, vel sub sacris patris sui manebat, & nihilominus matrisfamilias nomen naneiscebatur. Hæc dicta satis sint, de horum rituum nubendi argumento, quod fusc simul atque docte Brissonus<sup>1</sup> & Hotmannus tractant.<sup>2</sup>

<sup>1</sup> De Rit. Nupt. pag. (mihi) 12. & seqq.  
<sup>2</sup> De veter. Rit. Nuptiar. cap. 20. & seqq.

ex quibus hæc, paucula addens delibavi. Ut jam ad institutum se vertat oratio nostra, ex dictis concludi facile potest, matres Romanas in potestate civili liberos non habuisse: l. 4. §. 2. D. de Bonor. possess. contra tabul. §. 3. Inst. de hered. qualitat. & different. l. 196. §. 1. D. de verbor. signif. Idque de iis mulieribus per se satis patet, quæ satre, vel coëntione in manum viri convenissent, quia alterius potestati subjectæ, alios in potestate habere non potuerunt. Sic nepos cum patre in avi sacris constitutus, non dicitur esse in potestate patris: l. 21. D. ad leg. Jul. de Adult. Nam, ut cum Ulpiano loquar, in sua potestate non videtur habere, qui non est sua potestatis: d. l. 21. Imo nec mortuo marito in matris, uti mortuo avo, in patris potestatem pr. Instit. quib. mod. solvitur patr. potest. incidebant liberi: nam mortuo patre, sub cujus viventis potestate omnes erant, in fratrum potestatem non incidebant fratres minores, sed sui juris fiebant, uti id hoc modo effert Ulpianus, patre familias mortuo quotquot capita ei subiecta fuerint, singulas familias incipiunt habere; non enimque patrum familiarum subeunt. l. 195. §. 2. D. de verbor. significat. at filiarum loco diximus fuisse uxorem, quæ satre vel coëntione in manum viri convenerat. Eas quoque mulieres, quæ usu habebantur, in potestate liberos non habuisse ex eo concludi potest, quod liberi, non matris sed patris familiam sequebantur, nec esse in scæminarum familia dicebantur. l. 196. §. 1. D. de verbor. signif. Deinde & in duorum patria potestate simul esse, quis non potuit. Fuit itaque civilis hæc in liberos potestas, jus soli patri proprium, uti cui familia subest & qui princeps familiarum appellatur, d. l. 196. D. cod. unde & patria dicitur, pr. inst. de patr. potest. l. 3. D. §. de his qui sunt sui vel alien. jur. cum mulier familiarum suarum & caput & finis sit: d. l. 195. §. ultim. Sed quærere hic quis jam posset, quid? derogatumne ergo fuit juri naturæ, quo meum est quod ex me nascitur? minime: communes sunt, & appellantur liberi iusto in matrimonio nati. l. 62. D. de Rit. Nuptiar. nec jus civile abrogare potest naturalia jura. Dicendum itaque est, vel quasi pacto, contractis nuptiis, tacite cessisse romanas matres maritis omne jus, quod in liberos jure naturæ habuissent: vel jus civile negasse juri naturæ effectum civilem, quod ad matres; idque propter sexus infirmitatem & lubricum scæminarum consilium: tum quoque quod indignum visum, nec Reipublicæ utile æstimatum fuerit, ut mortuo patre in filios jam tum maritos forte, exerceret civilem parentum potestatem inconstantia & levitas scæminarum, quarum consilium adversus propria sæpius commoda invenitur laborare l. 4. C. de sponsat. atque hoc ultimum verius puto. Sic enim sentio, atque in animum induco meum, potestatem naturalem romanis matribus integram relictam fuisse, ideoque earum regi-

regimini & curæ subjectos liberos, quousque se ob immaturam ætatem regere non poterant; non vero armatam effectibus juris civilis: ideoque eos, quibus maturuerat iudicium, propria auctoritate potestati naturali matrum se eximere potuisse, salva tamen reverentia, & pietatis officio, quod utrique parenti exhiberi semper natura voluit. *l. 6. D. de injus vocand. l. 1. §. 1. 2. D. de obseq. parent. & patr. prest. l. 3. 4. C. de patria potest.* <sup>1</sup> Si itaque in potestate <sup>1</sup> *Gudelm. c. 13. lib. 1. de jur. noviss. vide Anton. Fabr. enumeranti effect. patr. potest. Tit. 8. pr. 8. & illat. seqq. Iurispr. Papin. scient.*

10 collocare, uti patet, tum ex eo, quod historiæ testantur, Æmiliam Scipionis Africani uxorem, cum ei maritus dixisset filiam minorem se despondisse; muliebriter indignabundam respondisse: *nihil de communi filia secum consultatum; non si Tib. Graccho daret, expertem consilii debuisse matrem esse.* <sup>2</sup> Tum quod in <sup>2</sup> *Livius lib. 38. Histor.*

*Phormione apud Comicum Chremes ait:*  
*Transito ad uxorem meam, ut conveniat hanc prius, quam hic abeat.*

*Volo ipsius quoque voluntate hac fieri, ne se ejectam pradicet.* <sup>3</sup>

Tum & quod apud eundem Comicum in Heautontimor. Soltrata, præsentem <sup>3</sup> *Aff. 4. scen. 5.*

marito, filio dicat,

*Nate mi, ego pol tibi dabo illam lepidam, quam tu facile ames,*

*Filiam Phanocrata nostri?* <sup>4</sup>

Quasi & ei, non minus quam marito incumberet, filio de honesta conditione <sup>4</sup> *Aff. ult. scen. ult.*

providere. Catullus quoque aliquas partes in elocatione filiarum matri ad-

*scribit, dum canit:*  
*At tu non pugna tali cum conjuge virgo,*  
*Non aequum est pugnare, pater cui tradidit ipse,*  
*Ipse pater cum matre, quibus parere necesse est.*  
*Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est,*  
*Tertia pars matri data, pars data tertia patri.*  
*Tertia sola tua est, noli pugnare duobus;*  
*Qui genero sua jura simul cum dote dederunt.*

Ex quibus oppido palam esse arbitror, patres romanos, quorum animos inceserat ulla humanitas & morum comitas, communes liberos, non sine consensu matrum, sed communicatis consiliis matrimonio collocasse. Verum contententibus imperiis, uti in aliis actionibus, sic & hic semper summam auctoritatem penes eos fuisse in quorum officio & ipsæ uxores erant: atque tum quasi filuisse maternam juris naturalis potestatem, regnante patria

potestate civili. Mortuo patre, si ille sui juris non fuerat, ex avi arbitrio pependisse nepotum neptumve nuptias, ut qui eos in potestate sua civili habebat, cui & cedere debuit matris naturalis potestas, contententibus voluntatibus: quod si vero pater sui juris fuerat, eo mortuo, matris arbitrium in elocatione liberorum requisitum fuisse; Sic ex Marciano l. 57. *D. de Rit. Nuptiar.* & Paulo patet l. 134. *D. de verbor. signif.* aviam & matrem quandoque spondidisse liberorum nuptias. At id quidem in filiis dicebatur honestum & ex honestate necessarium, verum nulli pœnæ subiectæ erant eorum nuptiæ ingratis matris contractæ; quas vero filiæ contrahebant invita matre, à justæ præteritionis metu propter ingratum non liberabantur, uti satis Diocletiani & Maximiani Imperatorum ad Servianum rescriptum demonstrat, quo dicitur, justas offensionis causas non præstare, quæ concordiam cum marito colens, cui matre volente nupsit, ex mutata ejus voluntate non divertit. l. 20. *C. de inoffic. testam.* Ergo a contrario, si non consentiente matre nupsisset, justas offensionis causas præstitisset. Huc quoque pertinent & illæ leges, quæ cum de nuptiis puellæ quæritur, præcipue minoris viginti quinque annis, aperte matris arbitrium requirunt. l. 1. l. 20. *C. de Nupt.* Nunquam enim liberis decoquendus fuit honor & reverentia, quæ jure naturæ, utrique parenti in matrimonio eligendo debentur. Cleæretæ Lenæ Phileonium filiam objurgantis apud Comicum dictum est,

<sup>1</sup> *Act. 3.*  
*scen. 1. Aff-*  
*nar.*

*Hocine est pietatem colere, matris imperium minuire?*<sup>1</sup>

Frivolum autem eorum argumentum est, ideo jure civili matris consensum non requiri, quia eodem veteri jure liberi matribus non succedebant, adeo ut ei invisus heres, uti quidem patri, adnasci non potuerit ex contumiliosa liberorum conjunctione. *pr. Inst. de SC. Orfician. pr. Inst. de SC. Tertyllian.* Jus enim suitatis, patriæ potestatis effectus fuit, ideoque suos heredes, liberos mater habere non potuit, ut quos in potestate civili non haberet; At ex eo male infertur, non etiam in potestate naturali liberos suos habuisse romanas matres, nec earum consensum in nuptiis exigi debuisse. Itaque ut concludamus, inæqualis fuit parentum potestas, jure civili, uti quoque Ulpianus docet. l. 4. *D. de curator. furios.* matris auctoritatem jus naturæ terminavit: patriam auxit lex civilis, at æquam seu æqualem pietatem utrique deberi cum jure naturæ voluit d. l. 4. l. 1. §. 1. 2. *D. de obsequ. parent. præst.* l. 6. *D. de in jus vocand.* l. 2. *D. de just. & jur.* Suadet itaque naturalis ratio, ut ex utriusque parentis voluntate conficiantur liberorum nuptiæ, at contra patris arbitrium si incantur nullæ sunt; invita vero matre, minus duntaxat honestæ, & naturalem pietatem offendere dicuntur. Quod utrumque his verbis significasse mihi Eustathius videtur, Ismenæ & Ismenes quinto. *Non potestas patris, non suadela matris, ipsam etiam Venerem mihi destinavit.* Potestatem enim, eamque Juridicam, quæ neglecta nuptias nullas operatur, patri adscribit. Suadelam, consilium, duntaxat matri, ita tamen ut eam hac in re quoque honorandam velit.

CAPUT

## CAPUT NONUM.

*De necessitate parentum consensus in nuptiis liberorum  
secundum jus Canonicum.*

## SUMMARI A.

- |   |  |
|---|--|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Referuntur quatuor diversa Interpretum sententia de necessitate parentum consensus.</li> <li>2. Rejicitur jus Canonicum parentum consensus, ut honestum, non ut necessarium requirens.</li> <li>3. Novi faceris sacramentum, matrimonium non est.</li> <li>4. Quod Græci <i>μυστήριον</i> proprie Latinis <i>arcanum</i> dicitur, minus recte sacramentum.</li> <li>5. <i>Gajetani</i> &amp; <i>Basilii Pontii</i> confessio refertur, neque ex loco <i>Pauli ad Ephesios</i> 5. neque ullo alio Scriptura probari posse matrimonium sacramentum esse.</li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>6. Quomodo intelligi debeat quod dicitur, in spiritualibus neminem ulli nisi Deo subiectum esse.</li> <li>7. Necessitas parentum consensus non adimit liberis liberam matrimonii electionem.</li> <li>8. Refutatur Pontificiorum inter honestatem &amp; necessitatem distinctio.</li> <li>9. Frivola juris canonici excusatio est, permitti liberorum clandestina matrimonia, non imperari.</li> <li>10. Perstringuntur Patres Tridentini quod anathemata dixerint omnes eos, qui irrita volunt sine parentum consensu contracta matrimonia.</li> </ol> |
|---|--|

**C**irca parentum consensus necessitatem in liberorum nuptiis, juris pontificii Interpretum tres diversæ reperiuntur sententiæ, quarum duæ è diametro sibi invicem oppositæ sunt, & media inter utramque tertia est, quibus & addi potest quarta, licet ea non adeo communis sit. Prima affirmat, hac in re juri civili congruum esse jus pontificium, & omnia loca, quæ in corpore Canonico, de parentum arbitrio loquuntur, necessitatem inferre docet, non duntaxat loqui, de eo, quod honestum est. <sup>1</sup> Altera, inobedientiæ tantum notam inurit liberis, qui ingratis parentum nuptias contrahunt, quasi eorum solummodo arbitrium, ut moribus honestum, non ut jure necessarium requiratur. *c. 2. caus. 27. q. 2. c. 23. x. de sponsal. & matrim.* <sup>2</sup> Tertia, quæ inter duas extremas media est, inter jus vetus & novum, seu decreta & decretales distinguit, & priori jure necessitatem paterni consensus affirmat, posteriore negat. <sup>3</sup> Quarta vult parentibus esse jus dirimendi sponsalia de præsentī, quæ nondum coitus firmavit, non autem si à verbis ad rem progressi fuerint conjuges. Harum autem quæ sententia maxime in libris juris Canonici probetur, inutilis hodie videtur mihi disputatio, postquam secundam probaverit Concilium Tridentinum, Anathematis fulmine vibrans in diversæ sententiæ auctores. *sess. 24. cap. 1. de Reform. matrim.* Sacrilegii enim instar esset, quamvis veteres canones non inepte de necessitate explicari possint, iis aliam mentem affingere, quam quæ à Concilio & Papa Romano, Christi Vicario, omnium interpretum interprete maximo, probata ostenditur, <sup>4</sup>

<sup>1</sup> Borcholt.*Inst. Tir. de**Nupt. n. 28.**& seqq. Val.**lent. Forster.**de nupt. cap.**8. Kirzil. cap.**4. Theor. 3.**Synops. ma-**trim. Cypræ.**cap. 6. §. 6 n.**3. de jur. Con-**nub. Alber.**Gent. lib. 4.**cap. 4. s. 8. de**nupt.*<sup>2</sup> *Richard.**in rub. C. de**Sponsal. n.**ult. & quos**citat Acacius**de privil. 6.**cap. 5. de pri-**vil. parens.**& liber.*<sup>3</sup> *Basil. Pont.**libr. 2. cap. 1.**de sacram.**matrim.*

<sup>1</sup> *Canis. in tur.* <sup>1</sup> Hujus itaque verioris & maxime communis sententiæ, uti Covarru-  
*cap. 1. tit. 1.*  
<sup>1</sup> *4. decretal.*  
<sup>1</sup> *4. Menoch.*  
*de Arbitr. in verb. sacramentum x. de digam. non ordinand.* Idque exhibitum per sensi-  
*jud. part. 2.*  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

Matrimonium sacramentum esse voluerunt Pontifices. *c. 5. lib. gloss. & DD. 2*  
*de digam. non ordinand.* Idque exhibitum per sensi-  
*jud. part. 2.*  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

bilia signa, aliquod remedium sanctitatis contra peccatum importare. <sup>2</sup> Hinc  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

sponsalia, quædam matrimonii sacramentalia dixit Thomas. <sup>1</sup> Jam autem  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

volunt, in spiritualibus omnes homines sui juris esse, & nullius potestati  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

subjectos, quod ipsum aliqui etiam probare nituntur his Pauli verbis; *nubat*  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

vidua cui vult, tantum in Domino. *1 Corinth. 7. C. penult. & ult. x. de secund. nupt.*  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

Deinde & argumentantur hoc modo: nihil magis rationi & æquitati con-  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

gruum est, quam ut cuique plena libertas in eligendo conjuge concedatur.  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

c. 14. 17. x. de sponsal. cum nuptiæ, animorum sint conjunctio, quibus impe-  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

rari non potest. At liberrima matrimonii electio esse nequit, quæ paren-  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

tum consensu indiget, quia tum obtruditur verius quod ament liberi, quam  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

eligitur: Verum quidem fatentur Pontificii, absurdum esse, tanto in nego-  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

tio parentum reverentiam & auctoritatem à liberis negligi posse, attamen vo-  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

lunt, ex duobus malis quasi minimum eligendum esse, & potius tolerandam  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

injuriam, quam parentibus inferunt clandestina liberorum conjugia, quam  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

ut necessitas parentum consensus opprimat nuptiarum libertatem. <sup>4</sup> Et hæc  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

quidem præcipua hujus juris fundamenta sunt. Eorum autem absurditatem  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

quis non videt? primi argumenti & major & minor propositio ingenti la-  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

borat vitio. Etenim sacramenta novi fœderis Christum auctorem habent,  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

suntque, ut nostræ Catechesis verbis utar, *sacra & in oculos incurrentia signa &*  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

*figilla, ob eam causam à Deo instituta, ut per ea nobis promissionem evangelii magis de-*  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

*clararet, & obfignet: quod scilicet non universis tantum, verumetiam singulis credentibus*  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

*propter unicum illud Christi sacrificium in cruce peractum, gratis donet remissionem*  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

*peccatorum & vitam æternam.* <sup>5</sup> At quæso, quid horum omnium est in matri-  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

monio? Absurdum est, quid ideo dici spirituale, quia à Deo capite Ec-  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

clesiæ in paradiso institutum est. Res politica, Magistratus est, & tamen  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

ejus ordinatio à Deo. *Paul. ad Roman. 13.* Deinde Sacramenta fœderis,  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

Christianis tantum propria sunt, nec possunt esse communia infidelibus & à  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

Christo alienis, at matrimonium omnibus gentibus, cujusvis etiam sint reli-  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

gionis, prorsus commune est. Nec aliud revincit notus ille Pauli *ad Ephesios*  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

*cap. 5. vers. 32.* locus. Utitur enim Apostolus *mysterii* nomine ad designan-  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

dam Christi & Ecclesiæ, non autem mariti & uxoris conjunctionem, dicit-  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

que esse matrimonium imaginem conjunctionis Christi & Ecclesiæ. Nec  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

quid novi docet, quod non & Prophetis in veteri testamento innotuit, illis  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

enim fuisse matrimonium designationem conjunctionis Christi & Ecclesiæ  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

Salomon ostendit, ex professo scribens Epithalamium de ritu nuptiarum in  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*tent. distinct.*  
<sup>1</sup> *26 q. 2.*  
<sup>1</sup> *art. 1.*  
<sup>1</sup> *D. l. q. 43.*  
<sup>1</sup> *art. 1. ad 6.*

Christo & Ecclesiæ. <sup>6</sup> Quod ipsum quoque patet ex hoc Jeremiæ loco;  
*centur. 5. cas.*  
<sup>1</sup> *453. Covarr.*  
*part. 2. c. 3.*  
<sup>1</sup> *n. 8. tom. 1. de*  
<sup>1</sup> *matrimon.*  
<sup>1</sup> *Thom.*  
<sup>1</sup> *Summ Theol.*  
*in suppl. q.*  
<sup>1</sup> *42. art. 1. &*  
*in lib. 4. sen-*  
*t*

4 Christi & Ecclesiæ, in sacramentorum numerum referendum non est. Præterea, uti notavit Ursinus, <sup>1</sup> vetus interpres *μυστήριον* male vertit, *sacramentum*: cum id Græcis non minus late pateat, quam *arcanum* Latinis. Ipsi vero Pontificii non docebunt, omnia arcana & quæ eo nomine in novo testamento veniunt, novi fœderis sacramenta esse; alias & voluntas Dei, *Ephes. 1. v. 9.* & vocatio gentium, *Ephes. 3. vers. 3. 4. 5. 6.* & pietas *Timoth. 3. vers. 16.* sacramenta essent, in quibus omnibus mysterium esse dicit Apostolus. Labet mihi, ut confundantur Pontificii suorum Theologorum testimonio, hoc loco referre ingenuam de sensu horum verborum Cardinalis Cajetani confessionem: <sup>2</sup> *Non habes ex hoc loco, prudens lector à Paulo, conjugium esse sacramentum, non enim dicit sacramentum, sed, mysterium hoc magnum est, & vero mysterium horum verborum magnum est.* Nec minus notanda hæc Basilii Pontii Augustiniani sententia est. *Matrimonium sacramentum esse, tantum ex traditione Ecclesiæ probatur, non ex aliquo scripturæ loco, non Pauli ad Ephesios cap. 5. non 1. ad Timotheum cap. 3. Sed tantum inesse matrimonio significationem conjunctionis Christi & Ecclesiæ.* <sup>3</sup> Non <sup>3</sup> est igitur res spiritualis matrimonium, non est, uti Baptismus & cœna Domini, sacramentum: Imo qui esset cum ejus essentiæ non minima pars consistat in opere carnali?

6 Deinde & minor prioris argumenti propositio, non in genere, sed sub distinctione duntaxat vera est. Etenim non est subjectus filius patriæ potestati quodad ea spiritualia, quæ proprie divina dicuntur, atque in vero Dei cultu, amore, timore, veneratione consistunt, in quibus omnibus locum habet illud Apostoli, *oportet magis Deo obedire, quam hominibus. Act. Apost. cap. 4. vers. 19.* Illudque Christi, *qui magis diligit patrem & matrem suam, quam me, non est me dignus. Matth. 10. vers. 37. Luc. 14. vers. 26.* atque debet hoc casu jus patrium cedere voluntati divinæ, eodem jure, quo primæ decalogi tabulæ cedit secunda. In cæteris vero rebus semper sancta liberis debet esse parentum persona, & observandum illud secundæ tabulæ præceptum, *honora patrem & matrem tuam*, quod unicum ex decem promissionem habet. Imo tanti facit obedientiam quæ patri debetur Moses, etiam in exercitio sacro, ut peccare non dicat filiam, quæ, dissentiente patre, votum Jehovæ factum non adimplet. *Numer. 30. vers. 3. 4. 5.* Imitandum itaque in hisce illud Christi exemplum, qui increpanti matri, quod ea nescia Hierosolymis substiterat, respondit quidem; *quid est, quod querebatis me, an nesciebatis oportere me in iis esse, quæ patris mei sunt? at (ut narrat Apostolus) descendit cum iis, venitque Nazaretham, eratque iis subjectus. Luc. 2. vers. 46. & seqq.* Quodnam ergo illud novi fœderis sacramentum est, quod destruit obedientiam parentibus præstandam, vel ad minimum ut destruat, occasionem sæpius præbet.

Alter Pauli locus per se satis erroris Pontificios arguit, quomodo enim dici potest vidua in domino nubere, quæ spreto præcepto divino, non veneratur parentes? Sed hæc ad Theologos pertinent, ad quos lectorem remitto.

K

Per-



Perpendamus porro, quod nostrum studium propius spectat, an verum sit, quod quoque Pontificios prætexere diximus, nuptiarum liberæ electioni obesse necessitatem parentum consensus. In qua quæstione ante omnia considerandum est, contemnendam carnis licentiam esse, posse & facere omnia, quæ cæco corruptæ naturæ ductu velis; eam vero genuinam libertatem, cum possis ea, quæ ex dictamine rectæ rationis, & sub certa lege licita, velis: Est enim summa libertas freno cogi legis & rationis, nec ulla in terris major esse potest quam servire Deo, & parere parentibus, facere recta & pietatem colere. At autem velle, & contrahere nuptias ingratis parentum, à quibus lucis & vitæ beneficium habemus, ingrati & inobedientis filii est; non itaque libertas vocanda, id posse. Collocandorum liberorum curam parentibus injunxit Deus, at summa libertas est obsequi divinæ voluntati; qui autem hunc ordinem invertunt, & parentibus hanc curam adimunt, non utuntur libertate spiritus, sed carnis licentia, neque vivunt ut volunt, sed uti prava cupiditas inimica Deo imperat & jubet. Recte Plutarchus docet, *hos solos vivere uti volunt, qui quid velle debeant didicerunt, ineruditæ autem & rationis expertes animi incitationes atque actiones, exilem quandam ignobilemque voluntatis libertatem* <sup>De audit.</sup> multa cum penitentia conjunctam habere. <sup>2</sup> Quid ergo? adimiturne libera matrimonii electio cum coguntur liberi consulere parentes, eorumque auctoritatem & consensum exorare? minime, non enim volumus parentibus jus esse, invisas nuptias obtrudere liberis posse; verum temperandum inter eos hoc negotium est: propter parentes à certis nuptiis abstinendum liberis est, nec severe obtrudendum à parentibus, quod fugiunt liberi, matrimonium. Ita alter alterius opem poscere, & amice conjurare debent, ut nec parentibus sine liberorum assensu sua constet auctoritas, nec liberis contempta parentum auctoritate, sua libertas. Frigida Pontificiorum inter honestatem & necessitatem distinctio est, nempe honestum est, exigere parentum consensum, non <sup>8</sup> necessarium. Nam certe, quod honestum est si fiat, si non fiat, lædit pietatem, id necessarium esse ut fiat, putandum est. Nec est, si quis præterea nostræ obducatur sententiæ, nullum non esse jure naturæ absque parentum consensu contractum matrimonium, quamvis pietatem & naturalem rationem offendat, ut ad minimum hac ratione sustineri possit jus Pontificium, damnans ut inhonestas, non tamen dirimens hujusmodi conjunctiones. Nam, quod illicitum est ex dictamine juris naturæ, quia lædit naturalem rationem, quamvis eo ipso nullum non sit, id lex civilis, si recta constituitur, prohibere, & si factum sit, irritum reddere debet. Si itaque inhonestum sit jure naturæ ingratis parentum contrahere nuptias, id in civitate non licere, statui oportet: Tandem <sup>9</sup> & febriculosissima est hæc juris canonici excusatio, permitti quidem liberorum sine parentum consensu matrimonia, verum non imperari. <sup>1</sup> Vetasse enim debuit quod contra bonos mores, contra præcepta Dei sit. *arg. l. 14. §. 2. D. de Nupt. l. 15. D. de condit. Institur.* Quæ omnia profecto scire Pontifices Romanos decuerat, qui idem consistorium habere dicun-

<sup>2</sup> *Caris. ad C. l. lib. 4. de metat.*

dicuntur cum Deo, idem tribunal cum Christo. c. 3. x. de *translat. episcop.*

10 Cæterum mirari satis non possum, quid moverit Patres in Concilio Tridentino congregatos, inter quos fuisse se Covarruvias testatur: <sup>1</sup> vibrare anathematis fulmen in nostræ sententiæ assertores, *concil. Trident. Sess. 24. de reformat. matrim.* Cum Evaristus Papa testetur, se à patribus accepisse, & à sanctis Apostolis, eorumque successoribus traditum invenisse, legitimum non fieri conjugium, nisi futura uxor à parentibus & propinquioribus sponsetur, petaturque ab his, in quorum potestate puella est. C. 1. *caus. 30. q. 5.* velitque Ambrosius qui anno Christi 390. vixit, etiam viduas electionem mariti parentibus deferre. C. 13. *caus. 32. q. 2.* injungatque respondens ad consulta Bulgarorum Nicolaus Papa, <sup>2</sup> ut nuptiarum fœdera consensu eorum, qui contrahunt, & eorum in quorum potestate sunt, celebrentur. C. 3. *caus. 30. q. 5.* atque ipsi Patres Tridentini fateantur Sanctam Dei Ecclesiam fuisse semper detestatam, quæ clam parentibus contrahuntur matrimonia. Nonne hoc est æternæ mortis reos, omni pudore abjecto, pronunciare eos, qui verbum Dei sequuntur, qui honorandos volunt parentes, qui probant quod semper iussit, & cujus contrarium semper detestata fuit Ecclesia? Sed ne prolixior sim, lectorem meum, his Chemnicii verbis, dimittam. Audi, inquit ille, qualia à *divina* Tridentina Synodus de hac questione statuat, fatetur ipsa, Ecclesiam talia clandestina matrimonia detestatam esse atque prohibuisse; & tamen simul anathemate damnat eos, qui ea vera & rata esse negant. Potestne igitur detestanda & prohibita conjunctio facere verum matrimonium? hoc est, detestanda & prohibita conjunctio juxta Tridentinum concilium est legitima & divina conjunctio. Atqui Evaristus Papa Romanus ante annos 1450 pronuntiavit, talia non esse vera matrimonia, idque ex Apostolorum traditione, ipsos ergo Apostolos Tridentina Synodus anathemate damnat. Addit autem ecclesiam, id est Pontificem cum suis Prelatis posse facere, ut irrita sint talia matrimonia, quamdiu vero hoc non fecerit, anathemate dammandos esse, quicumque ex verbo Dei, ex jure natura & ex veteris ecclesiæ constitutionibus negant ea vera & rata esse. Et vel hinc dijudica qualia sint Tridentina anathemata; manifeste enim ostendunt, quare pro clandestinis matrimoniis dimicant, non quod sint vel verbo Dei vel veteris ecclesiæ constitutionibus consentanea, sed tantum propter retinendam & stabilendam Pontificiorum tyrannidem; fatentur enim se posse si modo vellent facere ut irrita sint talia matrimonia, sed quamdiu hoc facere nolint, omnes diversum sentientes debere anathema esse. Et satius quidem hæc pro imperio Pontificio. Hactenus ille. <sup>3</sup>

<sup>1</sup> Part. 2. c. 3.  
<sup>2</sup> §. 8. de matrimonio.

<sup>3</sup> Sedit ann. Christi. 865.

<sup>3</sup> Exam. Concil. Trident.

## CAPUT DECIMUM

*De necessitate parentum consensus in nuptiis liberorum  
ex constitutione Carolina.*

## SUMMARIA.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Carolina Constitutio sub pœna prohibet adolescentes, clam parentibus contrahere nuptias, contractas non dirimit.</p> <p>2. Cur Carolus quintus irrita non dixit clam parentibus contracta matrimonia, verum duntaxat iis pœnam indixit?</p> <p>3. Carolina constitutio imperfecta est, &amp; legi Cincia comparatur.</p> | <p>4. Carpitur Carolina sanctio, quod liberis ætate majoribus clam parentibus nuptias contrahentibus non inflixerit mulctam.</p> <p>5. An recte Carolus constituerit, ex bonis minoris clam parentibus ductæ à marito nil percipi posse, ac quidem à nuptia muliere ex bonis ætate majoris mariti?</p> |
|--|--|

**C**arolus ejus nominis quintus Romanorum imperator, & Bataviæ nostræ Comes, distincta liberorum ætate, electionem nuptiarum adulterum liberrimo reliquit arbitrio, adolescentum vero conjugia ingratiis parentum contracta quibusdam subjecit pœnis, attamen irrita non dixit, nec dirimendi potestatem parentibus concessit. *Placaet vande jaar 1540 Eeuwigh Edict. 2. art. 17.* Cujus sanctionis hæc ratio fuit, cum judicaret Princeps, coercendam esse nimiam in contrahendis nuptiis cum contumelia parentum, liberorum ætate minorum licentiam, sciretque sibi agnoscenti Pontificem Romanum ecclesiæ caput, Christi vicarium (cui soli tum temporis Theologi & Jurisconsulti pene omnes deferbant auctoritatem de conjunctionibus disponendi) jus non esse condendi leges de firmitate matrimonii, ne jurisdictionem ecclesiæ violare, & usurpare id, quod sui non esset juris videretur, irrita non sustinuit declarare matrimonia, quæ firma ecclesiæ agnoscebat. Imo nec potuit quidem, salva religione sua, & honore, quem per consequens Papæ debebat; volunt enim Pontificii matrimonium sacramentum esse; adeoque rem spiritualement & ecclesiasticæ Jurisdictionis: at in Romana ecclesiæ tanquam articulus fidei docetur, Papam omnibus mundi Principibus in spiritualibus superiorem esse, eique tantum competere circa ea quæ ecclesiæ spectant imperandi auctoritatem, & laicos manere obsequendi necessitatem *C. 4. x. de constitut. junct. C. 5. & ibi gloss. x. de bigam. non ordinand.* jam autem ipsa etiam non patitur juris scientia, inferiori Principi arbitrium esse, superioris vel legem conditam abrogare, vel quid quod ei contrarium est sancire. Hinc ad illud consilium se convertit Princeps, ut indicta pœna duriores fecerit & liberorum & eorum partes, si qui cum ætate minoribus clam parentibus nuptias contraxissent; id autem jure suo fecisse & Imperatori licuisse interpretes sentiunt; volunt enim inferiori Principi integrum esse, pœnam addere superioris Pontificis constitutioni, cum ille imperium in subiectos, eorumque bona habeat. <sup>1</sup> Quod potuit ergo fecit, quod non

<sup>1</sup> Covarruv.  
cap. 3. §. 8. n.  
5. & cap. 6.  
n. 2. part. 2.  
de matrim.

3 non potuit, intactum reliquit Carolus imperator. Alias esset, quod ejus consiliariis merito imputari posset; imperfecta enim hæc constitutio est, improbens matrimonia clam parentibus contracta, non tamen ea dirimens: similis legi Cinciæ, quæ ultra modum donare vetat, nec tamen donatum rescindit: & quidni liceret hic exclamare, ut Tertulliani verbis utar, quibus ille in simili casu utitur. *O sententiam necessitate confusam, parcis & savis, dissimulas & animadvertis?* Sinit esse matrimonium clam patre contractum; & id consequi legitimi commoda matrimonii non sinit: permittit esse justos conjuges contrahentes, perpetuum inter eos conjugium non nisi morte alterius dissolvendum; & ex eo liberos nasci legitimos; & vetat ne quis civium conciliandis nuptiis faveat, prosit, auxilio sit, ipsos conjuges ædibus suis recipiat, idque sub arbitraria pœna.

4 Cæterum licet Carolinam hanc sanctionem excuset, quod irritas non dixerit clandestinas nuptias, memoratum illud Romanæ sedis dogma, matrimonium sacramentum esse & ecclesiastici fori, in eo tamen mihi minime præterea satisfacere videtur rectæ rationi, quod liberorum ætatem distinxerit, & nullam inflixerit pœnam iis, qui annum ætatis vigesimum vel vigesimum quintum transgressi, invitis parentibus matrimonio cœunt. quid ergo? Deusne ætate terminavit obsequium, quod debemus iis, qui nobis vitæ & lucis beneficium præstiterunt? verum est, exigat Respublica ab hac ætate sobolem, nec ferendum est, ut præter naturæ tempora filiam grandem domi desideret retineat sputicia patris: At detur liberis libertas ex consilio & auctoritate magistratus, patriæ patris, incedendi nuptias, si animadvertat patrem injuriâ obniti liberorum desideriis, uti id in minorum nuptiis recte constituit idem Imperator: non autem sit iis licentia, furtim & ingratis parentum, eorum se subducere potestati & jungere matrimonio: etenim priori modo & homines parentibus servatur, & ab eorum injuria, publico judicio, liberi vindicantur: posteriori vero, patria potestas planè prosternitur & erga parentes pietas negligitur.

5 Tandem querere hic quis merito posset, cur Carolina constitutio adimat adulto seu uxori seu marito, jus quicquam percipiendi ex bonis conjugis, quem quævis ætate minorem ingratis parentum duxit; permittat autem adolescenti facultatem percipiendi ex bonis ætate majoris conjugis omnia, quæ lex seu consuetudo superstiti defert, vel voluntas defuncti præcipua esse voluit? videtur enim parem in utrumque constituendam fuisse pœnam, cum par utriusque conjugis in contrahendo clandestino matrimonio versetur culpa: puellæ, quod contra voluntatem patris sui nupsit; viri, quod duxit virginem ingratis parentum ejus uxorem. At ratio juris hæc videtur esse, quod maxima culpæ pars in eo sit, qui maturæ ætatis & judicii validi, clam parentibus ad amandum seduxit puellam per ætatem judicio infirmam, eamque non sine malis artibus pellexit, pessimo ausu contra sexus verecundiam, ad nuptiarum consummationem, ut scilicet minori ætati tanquam calliditate alterius

circumscriptæ seductæque, peccati aliqua venia detur, non ei, qui seduxit. Sic pupillæ tutori nuptæ ab eo legari potuit, tutori à pupilla non potuit; illicitarum enim nuptiarum & contra Amplissimi Ordinis decretum contractarum crimen tutori obijci imputarique potest, pupillæ ut circumscriptæ & deceptæ non potest. *l. ult. D. de legat. l. 63. §. 1. D. de Rit. Nupt.* Attamen ut verum fatear, quamvis majus sit flagitium ejus qui per ætatem incautam seduxit puellam, quam seductæ & amore pellectæ virginis, nonne & hæc in ea plebenda fuit impudentia, quod magis amori, quam pudori obtemperaverit? nonne & hæc in hac ætate animadvertenda contumelia, quod magis auscultaverit inhonesta suadenti proco, quam optima consulenti patri? Nec mihi obijcias pupillæ exemplum; ea enim ætas facile à tutore, cui conceditur, decipi potest; at non ita facile hodie virgo nuptiis matura à proco, nisi ei decipi volupe fuerit. Sed ita Principi placuit, cujus est legem condere, nostrum ad eam commentari: cui forsan in adolescentibus pœnarum satis visum fuit, quod eos in matrimonio clandestino junctos ædibus recipere, ceteros cives prohibuerit, quodque ex Jurisconsultorum judicio exheredari potuerit minor filia ingratis parentum nupta. Cæterum hæc Carolina constitutio Illustriss. Hollandiæ Ordinibus probata conspicitur *art. 13. Polir. Constit.* attamen ita, ut quod in ea maxime culpari posset, illorum constitutione in melius mutatum reperiatur, uti ex sequentibus apparebit.

## CAPUT V N D E C I M U M

*De Batavorum patria potestate in collocandis  
matrimonio liberis.*

## S U M M A R I A.

1. Batavorum patria potestas perquam exigua est.
2. Virile corporis robur, & maturum animi judicium adepti hodie creduntur, qui annuum ætatis 20 vel 25 pro ratione sexus egressi, vel matrimonio juncti sunt.
3. Patria potestas hodie sere in solo reverentia & pietatis officio consistit.
4. Matrimonium sine parentum consensu illicitum, hodie irritum & nullum est.
5. Sine ulla conditionis, dignitatis, ætatis, sexusve liberorum distinctione, parentum consensus in nuptiis hodie necessarius est.
6. Nuptia liberorum olim parentibus contracta, ipso jure hodie nulla sunt, ut actuali revocatione ut irrita reddantur, non sit opus.
7. Laudatur jus Batavorum.
8. Vtriusque parentis consensus hodie requiritur in nuptiis liberorum.
9. Voluntas patris potior est, cum contendunt imperia.
10. Sperare neque negligere consilium uxoris debet maritus in allocatione liberorum.
11. Improbare auctoritatem judicis contra dissentientem maritum in collocanda nuptiis filia, quando matris integrum est.
12. Patre defuncto, matris consensus in nuptiis liberorum requiritur.
13. Curatorum tutorumque non requiritur consensus, superstitis parentum altero.
14. Solus in Zelandiæ constitutio, tutorum quoque consensus requiritur, superstitis patre vel matre.
15. Matris concubina, meretricis etiam & patris

trius naturalis requiritur consensus in liberorum nuptiis.

16. Non requiritur eorum parentum auctoritas in nuptiis liberorum, qui relegato pietatis officio infantes exposuerunt.
17. Cujuscunque, etiam vilissime conditionis parentis consensus explorandus est.
18. Parente patre, vel peregre absente, matris, & ea mortua, necessarium, vel magistratus auctoritas, nuptiis necessaria est.

19. Capti patris ab hostibus explorandus consensus, si adiri possit.
20. Patris voluntas voluntati avi prefertur in nepotum nuptiis.
21. Avi auique auctoritas in nepotum nuptiis tanta hodie non est quam parentum, major tamen quam curatorum.
22. Aequalis auctoritas avi paterni & materni est, in nepotum nuptiis.
23. Vitrici & norverca consensus necessarius non est privigno vel privigna, in contrahendo matrimonio.

**B**atavorum patria potestas, ut tandem ad mores nostros deveniamus, perquam exigua est, & potestate illa, quam jus naturæ parentibus tribuit, in plerisque terminatur, matrimonio solvitur, atque ætate liberorum evanescit. Etenim qui se regere per ætatem nequeunt, sub cura & imperio parentum sunt, ita tamen ut propria possidere bona possint: quibus maturuit iudicium & virilis animi vigor advenit, sui juris habentur, obligare alios, & obligari aliis, agere & conveniri coram iudice possunt. Illi autem virile corporis robur, & animi iudicium adepti creduntur, qui vel vigesimum quintum ætatis annum transgressi, vel parentum auctoritate matrimonio juncti sunt: non enim præsumuntur parentes consensisse eorum nuptiis, quos, ut committerentur proprio regimini & suæ vitæ modum haberent, indignos ineptosque iudicarent. Quæ omnia cum quis animo advertat, repetit, omne quod hodie patriæ potestatis nomine à liberis exigitur, consistere in pietatis ac reverentiæ officio & filiali dilectione. At autem hoc ipsum obsequium, quod parentibus debemus, si lædatur, quamvis in cæteris, nullus non reddat liberorum actus, in solo tamen matrimonii negotio, earum virium voluit esse lex Batava, ut sortatio habeatur spretis parentibus facta conjunctio, injusta uxor, liberi illegitimi. *Art. 3. junct. art. 13. Polit. Holl. Constit. 9. art. 14. m.*

**5** *art. 10. Zeland.* Nec distinguunt mores inter cujusvis conditionis, dignitatis seu ætatis homines. *Art. 3. Polit. Holl. Constit. art. 37. Eght. Reglem. van de Staten Generaal art. 7. 8. Polit. Zeland. Constit. ab omnibus enim quantumvis illustribus personis ratio pietatis in parentes constare debet. l. 1. D. de obseq. parent. & patron. præf. l. 5. §. 15. D. de agnosc. & alend. lib.* Estque generale præceptum ex immutabili profluens naturæ jure, honora parentes. Itaque, si sint adolescentes, si sint adulti, in paterna degant domo, sui juris sint, sua industria, suisve rebus victitent; si sint in honore positi, Consules, Senatores, Præfecti prætorio, Prætores civitatis, aliusve illustri dignitatis; si sint sine honestiore munere, plebei, milites gregarii, opifices: quales quales sint, nullæ sunt eorū nuptiæ, quas non auctore parente, vel iudice contraxerunt. Imo adeo nullæ, jure

**6** Batavo, ut ne quidem actuali, ut ita loquar, revocatione vel parentum vel iudicis opus sit, ut irritæ reddantur. Hæ enim dictiones: *jubemus nulla esse, nullius momenti, nec posse subsistere ejusmodi conjugia*, quibus utuntur Holl. Ordines *Art. 13. jur. subscripti.*

*Vim. Comment. ad Instit. §. ult. Tit. quibus mod. solvit. patria potest. Groenew. in pr. Inst. quib. mod. patr. potest. Gudel de jur. Noviss. libr. 1. c. 13. in fin. Christ. ad II. Machlin. Tit. 9. art. 14. m.*

*Groenew. pr. Tit. Inst. de Nupt. tract. de lib. abrogat.*

*Lambert. Gor. tract. 3. cap. 10. n. 20. Adversus jur. subscripti. Pul.*

Holl. andia & Zeland. art. 6. & 10. Polit. constit. hanc in se habent vim, ut quicquid contra gestum fuerit, ipso jure nullum existat. Deinde tum demum

<sup>1</sup> Sebast.  
Vant. tract.  
denullit. Pro-  
cess. Tit. quod  
& quib. mod.  
null. in jud.  
propon. n. 49.  
50. 51. Ant.  
Gabr. comm.  
conclus. lib 6.  
Rubr. de  
claus. consil. 3

quid revocari debet, cum id de quo quæritur, aliquo modo quidem constat, sed quia legi civili in totum non congruit, ex arbitrio alterius irritum reddi potest: at vero quod lex civilis ipso jure nullum esse declarat, cum oritur corrui, nec aliqua hominis actione ad sui interitum indiget. Hoc patriæ no- 7  
stræ jus ille laudibus facile extollet, qui perspexerit nos hac in re roma-  
nam prudentiam imitatos, quantum ad eos attinet, qui adolescentiæ calo-  
res per ætatem refrenare non possunt, non sinere juventutem, sine senili con-  
silio, cæco duce amore, & cum contumelia parentum, transigere posse ma-  
gnum illud matrimonii negotium, ex quo avus familia dignos nepotes, Ec-  
clesia membra, Respublica egregios cives expectat: quantum vero ad eos  
attinet, qui annis majores & in dignitate etiam positi sunt, ut nullum du-  
bium sit, quin suis rebus bene consulere possint, nihilominus inquam, pa-  
trium hoc jus is extollet, qui animadvertit, eo consilio id constituisse Proce-  
res nostros, ne subversæ obedientiæ & læsæ patriæ auctoritatis in eligendis  
nuptiis, ab his detur in Republica exemplum, quos decet in colendis  
parentibus præire juventutem. Et certe si quis animo perpendat Majores  
nostros convenienter indoli suæ gentis non collocasse patriam potesta-  
tem, dulce illud familiæ vinculum, in avara quadam parentum utilitate,  
cum detrimento liberorum: verum duntaxat, in pietatis officiis, filiali  
obsequio, dilectione & reverentia: <sup>2</sup> & deinde consideret, parentes esse  
liberorum vitæ auctores, tot noctes egisse insomnes, tot molestias æquo  
animo devorasse, tot exantlassse maximis impensis labores, ut eos viros  
egregios educarent, is facile mecum æstimabit, omnium & cujuscunque æta-  
tis & dignitatis, liberorum ingratos animos, qui pro tantis beneficiis, in ma-  
trimonio contrahendo honorem & obsequium parentibus rependere negli-  
gunt, optimo jure constitutionem Batavam hoc ipso plectere, ut irritum ha-  
beat eorum conatum, nullasque dicat contractas nuptias, nisi auctore judice  
qui injuriâ obniti parentes judicavit, coalitæ fuerint.

Diximus modo patriam potestatem in eo hodie totam fere consistere, ut 8  
liberi parentibus honorem ac reverentiam præstent: ex quo colligas velim,  
jure optimo Proceres nostros voluisse, ut in contrahendis nuptiis utriusque  
parentis auctoritatem necessario expectent liberi art. 3. Polit. Holl. Const. art. 7. 8.  
Zeland. Etenim par est, ut æqua sit eorum hic potestas, quibus honos pietas, &  
reverentia ex æquo debentur, l. 4. D. de curat. Furios. Natura quippe gignen-  
tem parienti junxit & parientem gignenti attexuit, ut merito communis &  
communi cura educandus sit qui in cunis lussat infans; si communes autem  
utrique parenti sint liberi, si tam maternum quam paternum patrimonium m  
dici possint, par est, ut etiam ab iis uterque pari affectione diligatur, &  
æqua reverentia colatur. <sup>7</sup>

<sup>3</sup> Ant. Wal-  
le. consil. &  
pag. 488.  
(mibi)

Verum hæc non ita intelligenda sunt, quasi contrahi non possent libero- 9  
rum

rum nuptiæ, nisi iis assentiantur utrique parentes: sufficit enim patris voluntas etiam si dissentiat mater; vel patris dissensus, ne contrahi possint, etiam si consentiat mater. quippe maritus princeps familiæ l. 196. D. de Verbor. signif. in domo dominus c. 3. caus. 13. q. 2. ipsiusque mulieris caput est, Genes. 3. v. 16. 1. Corinth. 11. v. 3. in cuius & illa officio esse ab Hermogeniano dicitur l. 48. D. de oper. libert. Itaque cum contendunt voluntates, prævalere imperio mas, & cedere mulier debet, quod non minus eleganti quam brevi hac oratione Ausonius expressit: *Sexus uterque potens sed pravalet imperio mas*: quod cum in cæteris rebus, etiam in collocandis communibus liberis observandum est, quamvis enim æqua debeat parentibus pietas, eorum tamen auctoritas in liberorum nuptiis inæqualis est cum contendunt imperia. recte Donatus & iuridice dixit, *summam nuptiarum potestatem in patre esse*; & Gregorius ubi de Andronico Palæologo & Irene agit hæc habet: *addebat ille plus matre patrem posse, nec quicquam intercedere, quo minus patris de filio præ materna videret auctoritas*: Et hæc constans fuit omni ævo sententia. Velle itaque cum de collocandis liberis agitur, debet uxor, cum vult maritus, nolle pater potest, etsi velit mater. Nec adversatur, quod Ordines nostri verbo *Ounders*, eoque in plurali utuntur, cum parentum consensum in nuptiis liberorum exigunt. Verum quidem est ex interpretum sententia, vocem collectivam verificari in uno regulariter non posse, cum in pluribus possit; at ea regula vim suam amittit, cum uni ex sociis in alterum imperium quoddam & prærogativa quædam competit.

<sup>a</sup> In Andr. Terent.

10 Hæc quamquam ita sese habeant inter maritum & uxorem, cum dissentiunt, contenduntque utriusque voluntates, non tamen honesti probique est vari spernere uxoris consilium, & ea inscia communes liberos collocare matrimonio. Hæc res utriusque exposcit opem, & communi consilio dimittendum est, quod communi potestati natura subiecit. Hoc jus naturæ, hoc recta ratio, hoc mores nostri flagitant, atque ut in cæteris rebus ita præcipue in hoc negotio ut sint concordēs viris, studere mulieres debent.\*

11 Sed hæc recte quidem locum habent, cum privata contentione contendunt conjugēs: Quid autem, si stupidus & morosus pater nolit consentire filiæ nuptiis, quas tamen è re & dignitate puellæ, familiæve futuras judicat prudens & iudicio valida mater; nonne integrum erit mulieri ad Præsidem confugere, & contra viri morositatem, auctoritatem judiciariæ cognitionis implorare? Ita sentio, rem esse mali exempli, mulierem contra voluntatem mariti audiri posse, cum non sit muliebris verecundiæ, coram iudice postulare & virilibus officiis fungi. l. 1. §. 5. D. de postuland. l. 2. D. de Regul. jur. præsertim pro imperio, de elocanda annis minore adhuc filia, publice cum marito contendere, eumque vel malitiæ vel inscitæ insimulare, quasi non sciret vel scire noller, quid è re filiæ vel dignitate familiæ suæ esset: Hoc enim apparet contra receptam reverentiam fore, quam Majores maritis exhibendam ab uxoribus voluerunt. l. 14. §. 1. D. solut. matrim. Deinde & æquum est,

<sup>a</sup> Havemann.  
lib. 1. Tit. 7.  
posit. 2. Gamolog. Cypræ.  
cap. 6. §. 8.  
lib. 1. de jur.  
comm. Carpz.  
lib. 2. Tit. 3.  
definit. 44.  
jurispr. comm.  
fistor.

L

cum



cum in eligendo genere dissentiunt parentes, & nec stupidus, nec stultus, nec morosus nimium audiat pater, verum ille rebus suis satis diligenter invigilare dicatur, ut inaudita muliere acquiescat judicio ejus, qui optime consulere semper liberis suis creditur; non tantum, quia ejus auctoritas plus potest, sed quia viri longa rerum experientia docti & judicio firmi, quicquid volunt, recta ratione metiri præsumuntur, cum ex adverso mulieres facilius amore liberorum cæco abripi soleant, & filiabus nimium indulgentes, quæ est impotentia sexus, flectere sæpe, omni modo, constantiam suorum maritorum, si hoc illis integrum esset, etiam publice niterentur. Quod si tamen omnibus palam sit, morosum esse patrem, stupidum, stultum, nullius ingenii & prudentiæ hominem; matrem autem esse scæminam prudentem, sagacem, modestam, & de qua aperte constat eam non de imperio, sed pro utilitate filiarum, cum marito disceptare; conditiones nuptiarum, quæ offeruntur, honestas, filiarum familiarumque utiles atque decoras esse; esse filiam plenis nubilem annis atque ad naturæ tempora pervenisse, ut ab ea jam respublica liberos exigere videatur, & sola morositate atque malitia obniti patrem; existimaverim votis filiarum etiam si viginti annis minoris conspirantem matrem adire nuptiis Præfectos eorumque auctoritatem implorare posse. *arg. l. 18. & 20. C. de Nupt. l. 9. D. de Rit. Nuptiar.* Mores mariti si non exorbitent, lex imposita mulieri per conjugium sunt, patienterque ferre illa debet, quicquid ille velit, cui se sponte per matrimonium subjecit, nisi nimium maritus extra rationis liras feratur: quod quotiens sit, invigilandum quoque matri est, ne ex morositate & spurcitia patris quid detrimenti capiant communes liberi. Quæ ratione moti Ulpianus & Hermogenianus in alia facti specie dixerunt, matrem in retinendo filio, aliquando potiolem esse ob nequitiam patris ad exhibendum agentis, etiam si maxime ille probet filium in sua potestate esse. *l. 3. §. 5. D. de liber. exhibend.* vel etiam, cum cura commodioris educationis flagitat, ut potius apud matrem, quam patrem moretur filius *l. 1. §. 3. D. eod.* dummodo id sine diminutione patriæ potestatis fiat.

Patre defuncto, quin omne nuptiarum arbitrium penes matrem recidat, *12* nulli dubium esse potest legenti Politicam Ordinum nostrorum constitutionem; illa enim sine destinatione, pater an mater sit, dirempto alterius morte matrimonio superstitis requirit consensum *art. 3. Palit. Holl. constit. art. 7. Polit. Zeland. constit.* Flagitat & ratio, ne mortuo patre, minor matris auctoritas sit: ejus enim cum viscera liberi sint *l. 1. §. 1. D. de vent. inspiciend.* fuerintque ante partum onerosi, in partu dolorosi, post partum laboriosi *C. ult. x. de convers. infidel.* hi in eligendo matrimonio hanc reverentiam exhibere & gratiam rependere ob datam vitam & tot annorum alimonia matri debent, ut ejus consensu nuptias contrahant. Nec refert etiam si mater secundas contraxerit nuptias, non enim ex eximunt liberos, matris potestati, nec adeo apud nos exosæ sunt, ut propter eas, pietati naturali & obsequio filiali visæ fieri debeat.

Su-

13 Superstes parens, sive is pater sive mater sit, ut solus consentiat libero-  
rum matrimonio hodie sufficit, nec requiritur assensus tutorum curatorumve,  
uti quorum tantummodo officium in administratione bonorum esse intelligen-  
tur, præcipue superstitie parentum altero: ideoque si duntaxat assensuat parens,  
puellæ ætate minoris nuptiæ contrahi nequeunt, etiamsi eas præbent, velint-  
que curatores. Nec in sexu distinctio est, quali propter lubricum & multis  
captionibus obnoxium mulierum judicium, etiam curatorum intercedere de-  
beat consensus, superstitie duntaxat matre; <sup>1</sup> etenim solis parentibus hanc au-  
thoritatem constitutio politica concessit. *art. 3.* & nomine *Ouders* matrem pa-  
tremque tantum, non etiam tutores curatoresque comprehendere in comitiis  
suis 9 August. 1646. Ordines Holland. declararunt.

<sup>1</sup> *Pr. vulg.*  
*Carpz. lib. 2.*  
*Tit. 2. de fin.*  
*48. Jurispr.*  
*Consistor.*

14 In hac autem re à Zelandiæ vicinæ nobis Provinciæ Ordinibus diversum  
constitutum jus est; illi enim & superstitis parentis & tutorum curatorumve  
auctoritatem in contrahendis minorum nuptiis necessariam voluere. Adeo ut  
apud hos hæc quæstio ventilari possit, cujus potiores debeant esse partes, si in  
electione matrimonii dissentiat à parente curator, & hic velit consentire fi-  
liæ suæ nuptiis, alter pupillæ nolit? Certe propter naturalem erga liberos  
parentibus innatam pietatem *l. 28. §. 3. D. de liber. legat.* potior erit superstitis  
etiam matris voluntas, quam avari forsan bona pupillæ inhiantis vel re-  
dempti curatoris. *arg. l. 4. C. de sponsal.* Fuit hæc quæstio olim Ardeæ ven-  
tilata, funestissima urbi ex partium studiis, (nam prope eversa fuit,) quam his  
verbis Livius refert: *Virginem plebeii maxime forma notam petiere juvenes: alter*  
*virgini genere par, tutoribus fretus, qui & ipsi ejusdem corporis erant; nobilis alter nulla*  
*re præterquam forma captus. adjuvabant eum optimatum studia, per quæ, domum*  
*quoque puella certamen partium penetravit, nobilis superior judicio matris esse, quæ*  
*quam splendidissimis nuptiis jungi puellam volebat. tutores in ea quoque re partium me-*  
*mores, ad suum tendere. Quum res intra parietes peragi nequisset, ventum in jus est,*  
*postulatu audito matris tutorumque, magistratus secundum parentis arbitrium dant jus*  
*nuptiarum.* <sup>2</sup>

<sup>2</sup> *Lib. 4. Tit.*  
*flor.*

15 Hactenus de liberis ex iustis nuptiis natis, si quis jam porro à me quærat,  
quid de matris concubinæ consensu censeam, is responsum ferat, & cum ex-  
plorandum esse, quia jus naturæ hanc reverentiam à liberis exigit, etiam ex  
conjunctione improbata susceptis *arg. pr. Inst. de Nupt. junct. l. 6. D. de in jus*  
*vocand.* Sic Hagar Ægyptia Abrahami minus honorata uxor Ismaeli filio de-  
dit uxorem *Genes. 21. v. 21.* Huc & facit quod Politica nostra constitutio, sine  
distinctione verbo parentum utatur, *art. 3.* jam autem hoc verbo simpliciter  
prolato, præsertim cum de reverentia & pietate parentibus exhibenda agi-  
tur, & naturales parentes venire, interpretes docent. <sup>3</sup> Nonne meretricis?  
ejus quoque quia mater est *arg. l. 4. §. 3. D. de in jus vocand.* <sup>4</sup> An & patris  
naturalis? non dubito, si de jure naturæ quærat, at cum ex injusta conjun-  
ctione nati infantis pater apud nos pro incerto haberi soleat, de ejus consen-  
su non adeo laborandum censeo. ille enim, qui libidini operam dans per-

<sup>3</sup> *Moac. in*  
*prolog. n. 10.*  
*& seqq. de*  
*privileg. pa-*  
*rent & lib.*  
<sup>4</sup> *Haveman.*  
*lib. 1. Tit. 2.*  
*posit. 3. Ga-*  
*mol.*

<sup>1</sup> Plutarch.  
in Solon.

functorie filium procreavit, ut Justinianus loquitur. *Novell. 62. cap. ult.* suam hoc ipso mercedem sustulit, nec dignus videtur ut adeo eum revereatur filius, qui cum opprobrio natus est. Solon absolvit filium, qui ex scorto natus esset, necessitate alendi patrem, quia is nullam habuisset in ducenda uxore honestatis rationem, ostendissetque satis non liberorum sed libidinis causa id se fecisse. <sup>1</sup> Qua ratione à judice mitigandam quoque matris naturalis & præcipue meretricis auctoritatem judico, ut sentiant impudicæ se non mereri integrum honestarum matrum familias honorem.

Parentum, qui exuto naturali affectu, ipsis feris ferociores, liberos exposuerunt, consensum non anxie explorandum esse judico, quod tamen lex civilis quondam voluit *l. 16. C. de nupt.* rectius correctæ postea *l. 2. & ibi Gothofr. C. de infant. expos. liber. Novell. 153. cap. 1.* Nam jure optimo jus potestatis amittit, qui seu pater, seu dominus, seu patronus infantem exponit *C. 1. x. de infant. & languid. expos.* etenim necare videntur non tantum ii, qui partum perfocant, sed & ii qui abjiciunt, & qui alimonia denegant, & ii qui publicis locis, misericordia causa exponunt, quam ipsi non habent. *l. 4. D. de agnosc. & alend. liber.* ideoque parentum nomine indigni sunt, & vix suum dicere possunt, quem deteriores homicidio pollutis *Novell. 153. cap. 1. in fin.* pereuntem misere contempserunt *l. 2. C. de infant. expos.* ut potius eorum loco, educatorum & susceptorum aliqua ratio habenda videatur, quorum voluntas misericordiæ amica ad mortem expositos collegit vivosque conservavit. *d. l. 2.*

Diximus modo nullam liberorum si nubere velint, dignitatem efficere posse, quin parentum debeant exhibere consensum: jam autem vice versa observandum est, hunc honorem non adimere parentibus ullam vitæ vel conditionis vilitatem. <sup>2</sup> mores enim suos probare parentibus liberi debent, non parentum exigere; sint pauperes, ex fœce vulgi, vilissimi & sordidi ministerii, dissoluti, everlores, nequam, pagani, judæi, in omnibus habet locum hoc supermi Nomothetæ, *honora parentes*; nec quæcunque vitæ vitia solvant arctum illud potestatis vinculum, quo liberi parentibus altrunguntur. Optime Epictetus, *omnia officia in universum mutuis affectionibus sunt metienda: pater est? præcipitur curam ejus agendam, cedendum ei in omnibus, si convicietur, si verberet, ferendum esse.* *at pater malus est? nunquid igitur natura cum bono patre conjunctus es? non, sed cum patre. + pravis etiam & difficilibus dominis obtemperandum vult.* Petrus, *1. Epist. cap. 2. v. 18. & obediendum parentibus in omnibus.* Paulus *ad Carpz. lib. Colof. 3. v. 20.* Non enim propria auctoritate excutere debent liberi obedientiam, quæ parentibus debetur, sed si contra pietatem tractentur ab iis, arg. *l. ult. D. si quis à parent. manum. sit.* si peccandi necessitas ut lenones imponant arg. *l. 12. C. de Episc. & cleric.* si accepta pecunia, agnitoque legato, ut consentirent, fidem fallant *l. 1. §. 3. D. si quis à parent. manumiss. sit.* si odio religionis, quam diversam colunt; si per nequitiam, injuria obitantur parentes liberorum votis, interpellatus judex officium suum ita interponere debet, ut quantum fieri possit, salvus maneat parentibus suis honos, nec tamen eorum spurcicia obterantur liberi. Cæ-

<sup>2</sup> Cypr. cap. 6. §. 5. de jur. connub. Havemann. libr. 1. Tit. 2. post. 3. Gamolog. Kitzel. cap. 4. Theor. 2. synops. matr. Acac. lib. 1. cap. 5. n. 17. de privileg. par. & liber. Carpz. lib. 2. Tit. 3. de finit. 43. jurispr. confist. Christin. diff. 3. q. 6. de caus. matr. Ench. c. 37.

18 Cæterum (cum tollat furor voluntatem adeoque consensum) furente patre, matris auctoritas in collocandis matrimonio liberis necessaria erit *arg. l. 9. D. de Rit. Nupt.* & ea mortua necessariorum; qui si nulli sint, magistratus furiosi patris supplebit locum. *l. 25. C. de Nupt.* idem jus est, si mente captus, demens sit parens, vel absit, ut ignoretur ubi sit, & an sit, vel ita peregre, ut  
 19 ejus voluntas explorari non possit. *l. 10. D. de Rit. Nupt. Ordonn. van Huwel. saeck, tot Amsterd. d'ann. 1588. art. 9.* <sup>1</sup> Si autem copia detur adeundi captum ab hostibus, ejus voluntas hodie indaganda est, nec soli consanguineorum arbitrio acquiescitur. <sup>2</sup> in quo à jure civili recessimus, *l. 11. D. de Nupt.* ratio est, quod hodie captivitas nec statum mutet, nec civitatem tollat. <sup>3</sup> aliud dicendum est, si sine magno vitæ aut captivitatis periculo adiri captus parens nequeat; tum enim propter temporis conditionem necessitatemque excusandus est filius, quod hunc honorem non exhibeat patri, cum publica nuptiarum utilitas exigit, ne propterea tardentur liberorum vota. *l. 12. §. 3. D. de captiv. & possim. revers.* quo casu quoque triennium non expectandum puto, quod magis legibus civilibus *l. 9. §. 1. l. 10. D. de Rit. nuptiar.* insertum ex Triboniani additione, quam ex sententia Pauli vel Ulpiani, vel juris ratione, Antonius Faber docet, <sup>4</sup> cum constet ex Juliano, ante triennium captivitatis parentum, contractas liberorum nuptias justas esse *l. 11. D. de Rit. Nuptiar.* Vigilandum tamen est hoc casu, ut talem ducat filius, tali nubat filia, cujus conditionem certum sit, patrem non repudiaturum, vel ut secundum mores nostros loquamur, cujus conditionem præsens non repudiaret pater. *l. 11. D. de Rit. Nuptiar.* simulque & ita moderanda dos, & donatio ante nuptias est, ut & dignitati necessitatiq; nubentium satisfiat. *arg. l. 60. l. 69. §. 5. D. de jur. dotium.* & quam minimum talium parentum infortunium, hujus rei cæterarumque expensarum nomine prægravetur. *l. 25. in fin. C. de Nupt. l. 5. §. 4. D. de jur. dotium.*

20 Putat Havemannus & avi consensum necessarium esse in nuptiis nepotum; idque hac ratione, quod parentum nomine, quos honorandos jubet Deus, & avus, & avia, proavique veniunt *l. 4. §. 2. D. de in jus vocand.* Imo in conflicturationum, avum filio præferendum esse docet propter gradus prærogativam, majorem judicii maturitatem & constantiorem in nepotes amorem, cum & Jure civili constitutum sit, solius avi voluntatē in neptum nuptiis sufficere. *l. 3. l. 16. §. 1. D. de rit. Nupt.* <sup>5</sup> At vereor, ut hæc sententia moribus nostris obtineat: etenim sui juris per nuptias filius, solus hodie liberos suos in potestate habet, & Politica Hollandiæ constitutio solius patris seu matris consensum requirit. ad laborandum quidem per amicos, aliosve honestos conciliatores quam maxime est, ut animis in unam conspirent sententiam pater & filius, in quorum corporibus locum invenit tam arcta sanguinis participatio, at si id fieri nequeat, putem juxta mores nostros, tanquam decretoriam sententiam patris voluntatem habendam esse, <sup>6</sup> nisi is trico, blennus, stupidus, nullius judicii homo sit, & per nequitiam consentire nolit filiæ nuptiis, quas tamen

<sup>1</sup> Groenevu. in l. 11. D. de Nupt. & in l. 8. §. 1. D. de his qui sunt sui vel alien. jur.

<sup>2</sup> Groenevu. in d. l. 11. D. de Nupt.

<sup>3</sup> Groenevu. in §. 5. Inst. quibus mod. patr. potest. solvit.

<sup>4</sup> Tit. 9. prime. illat. 5. jurispr. Papin. scient.

<sup>5</sup> Lib. 1. Tit. 2. pos. 2. & lib. 1. Tit. 7. pos. 1. Gamolog.

<sup>6</sup> Carpz. l. 2. Tit. 2. de fin. 45. jurispr. confist. vide. Cypr. lib. 1. cap. 3. §. 4. n. 11. & 12. de jur. con. nub.

utiles nepti & decoras familiæ judicat avus vir honestus, probus & prudens. tum enim implorata judiciaria cognitione, dummodo id quam minimum cum diminutione patriæ potestatis fiat, *arg. l. 3. §. 5. D. de liber. exhibend.* neptum neporumque nuptias avo solo auctore conglutinari posse sentio, exigente id publica nuptiarum utilitate, *l. 12. §. 3. D. de captiv. & postlim. revers.* & avorum erga nepotes affectu, à quo paternus etiam vinci solet. *l. 67. §. 1. D. de Rit. Nuptiar.*

Fato defunctis parentibus, adhibendum esse nuptiis nepotum, avi aviz. 21 que consilium dubitari nequit: at sitne major illorum auctoritas quam curatorum, & æqualis parentum potestati, quaestio est? De Jure Batavo loquimur, non Romano; nam certum est apud Quirites, tantù valuisse in nuptiis nepotum avi, quam patris arbitrium, dummodo is sub potestate sua haberet nepotes *l. 3. D. de Rit. Nupt. l. 67. §. 1. D. eod.* & disputatum duntaxat fuit, an non avi solius consensus sufficeret, de quo non satis convenisse inter jurisconsultos autumat Hotomannus. Extra controversiam est, emancipati filii consensu in nepotum nuptiis non eguisse avum *l. 3. D. de Rit. Nupt.* & mihi clarum videtur, postquam moribus mitigatum fuit durius illud & vetus patrum viræ necisque jus, nepoti uxorem ducenti & filium familias consentire debuisse; neptis vero si nuberet, voluntatem & auctoritatem avi suffecisse. *l. 16. §. 1. D. de Nupt.* quod Accursius ideo esse putat, quod accelerandæ sint mulierum nuptiæ, ne quid alias turpe committant. ratio putida & ignominiosa foemineo sexui, indigna tanto Jureconsulto: vera juris hæc est, cum liberi ex justo matrimonio nati, gentem familiamque patris avique paterni sequantur, non matris avizque, merito utriusque visus est desiderari consensus in nuptiis nepotum, cum utriusque intersit, qui inferantur eorum familiæ. Deinde mortuo avo, in patris sui potestatem relabatur filius, transfertque in familiam patris & uxorem suam & liberos suos; ut contumeliosum videatur futurum esse filio, invisam nurum in domo sua post obitum patris sui videre, atque onere alendorum liberorum filii sui gravari, cujus nuptiis non consensit. At quamvis neptis, avo mortuo, in patris sui potestatem relabatur, non tamen nubendo adsciscit mariti personam in avi, vel eo mortuo, patris familiam, verum transit in familiam mariti, si nubat per conventionem in manum: sin minus, remanet quidem in familia & potestate patris sui, sed tamen tanto minus oneri futura est patri, cum ex die matrimonii incipiat esse oneri marito, atque liberi ex ea nati non à materno sed paterno avo ali debeant, eique subiciantur, ut non multum ad filium pertinere visum fuerit, cui collocasset neptem avus. Rationem quam hic solent interpretes dare, ne invito suus filio heres adnascatur, *l. 10. 11. D. de adoption.* frivolam esse quidam putant & ab adoptione nepotis ex filio, male transferri ad nepotis sine consensu filii nuptias; illi enim sic argumentantur: filio non agnascitur heres ex matrimonio nepotis, nisi turbato mortalitatis ordine nepos antepatrem suum moriatur, etenim pronepos meus, vivo nepote meo, ex cujus matrimonio nascitur, suus

suus heres filio meo dici non potest: nepos autem meus, qui volens nuptias contraxit, invitatus contraxisse dici non potest, multo minus agnasci filio meo invito suus heres: verum si hæc argumentatio valeat, non video qua ratione Tryphoninus in l. 12. §. 3. D. de captiv. & possim. rev. dicat, avo capto & reverso, ex nuptiis filii quibus non consensit, invito quodammodo suum heredem nepotem adnasci, non enim ille nepos avo potuit esse suus heres, nisi turbato mortalitatis ordine filius ante patrem moriatur; & eodem modo dicitur suus heres invito avo, quamvis ex filii nuptiis, qui voluntate sua contraxit, natus sit, quo dici potest suus heres avo suo, qui pro avo auctore solo, ex patris sui voluntaria conjunctione natus est. Sed hæc missa faciamus & ad institutum nostrum revertamur. Diximus, nos non disputare de jure Romano, sed Batavo nostro, an eadem sit avi quam patris auctoritas in nuptiis nepotum? Politica Hollandiæ constitutio sub pœna injusti & irriti matrimonii exigens parentum voluntatem, avi aviæ expressam mentionem non facit: nec liberi emancipati parentum consensu indigent. l. 25. D. de Rit. Nupt. At qui ex filio nostro nascuntur, mortuo patre, sui juris sunt, nec in avi potestatem hodie incidunt. pendet vero necessitas consensus quodammodo à patria potestate. Edictum Caroli Quinti de minorum nuptiis agens, quod plenissimum vigorem obtinere volunt Proceres nostri d. art. 13. æquale quidem jus parentibus & consanguineis omnibus tribuit, at de pœnis tantum, quibus subesse voluit clandestina matrimonia, non de jure impediendi, vel contracta dirimendi disponit. Jure civili quidem, nomine parentum, Ouders, (quo Politica constitutio utitur) avus aviaque regulariter veniunt, sed excipitur, cum matrimonii libertas restringeretur l. 44. §. 1. 2. D. de Rit. Nuptiar. Gothofr. d. li. Tandem satis patet, de patre & matre tantum loqui Procerum constitutionem, cum uno defuncto, alterius superstitis consensum requirat hac adjecta clausula, si ullos in vivis habeant, quæ verba sane vix aliam quam de patre & matre duntaxat interpretationem juxta nostri idiomatis naturam admittere videntur. & hæc quidem argumenta sunt, quæ avorum auctoritati adversantur. Infirmitiora non sunt, quæ ex adverso pro illorum partibus adferri possunt. Verbo Ouders, cum agitur de honore & reverentia parentibus præstanda, omnes usque ad tritavum majores comprehenduntur l. 4. §. 2. D. de in jus vocand. l. 10. §. 7. D. de gradib. affinit. At necessitas paterni consensus in obsequii, reverentiæ, & pietatis officio fundatur edict. 1540 v. tot eerbaerheyt, ende gelhoorsaembeyt & hæc propria hujus verbi explicatio est. l. 1. §. 1. D. de legat. præst. contra tabul. bonor. possess. pet. ideoque non aliter interpretandum, nisi evidens ratio aliud suadeat l. 69. D. de legat. 3. & vice versa liberorum appellatione omnes nepotes veniunt l. 220. D. de Verbor. signific. in qua lege Callistratus: Totiens leges necessarium ducunt, cognationum singularum nominibus uti, veluti filii, nepotis, pronepotis, caterorumque qui ex his descendunt, quoties non omnibus, qui post eos sunt, præstitum voluerint: Sed solis his succurrerint, quos nominatim enumerent. At ubi non personis certis, non quibusdam gradibus præstatur, sed omnibus,

qui.

qui ex eodem genere orti sunt, liberorum appellatione comprehenduntur. quam legem explicans Leoninus, docet posteriorum jurisconsultorum constantem sententiam obtinuisse, in senatusconsultis, Prætorum edictis & quibuscumque aliis dispositionibus, nomen parentis ad superiores, liberorum ad inferiores in infinitum extendi; quamquam de eo inter veteres jurisperitos aliquando disputatum fuerit. <sup>1</sup> Imo quod plus est, quamquam non regulatim §. 5. *Instit. qui testam. tutor. l. 6. D. de testam. tutel.* suadente id tamen justa ratione, matris patrisve vox avium aviamque *l. 201. D. de Verbor. sign. & filii filiarque, nepotes neptesque continet l. 84. d. l. 201. D. d. Verbor. signif. l. 54. D. de Rit. Nupt. l. 14. D. ad SC. Macedon. Genes. cap. 31. vers. 43. & 55.* In potestatem avi non relabi nepotes ex filio emancipato jure civili, verum est, at moribus nostris patria potestas maxime in obsequii & reverentiæ officio consistit; venerandos autem non duntaxat patres, sed & majores à liberis esse Dei lex, quæ lucerna pedum nostrorum esse debet, dicitur. Itaque si non potuit pater absque consensu patris sui inire nuptias, multo minus ego potero, sine consensu avi mei, qui patre minor sum. Quæ certe rationes si ab utraque parte accurate perpendantur, quid sentiendum sit, hæsitantem reddere lectorem possunt, & fateor ego, me hic parumper fluctuasse, antequam in manus meas pervenit Illustriss. Ordinum nostrorum rescriptum, in Politica Hollandiæ constitutione, verbo *Ouders*, patrem duntaxat matremque, non alios comprehendere; quæ interpretatio facta fuit in Comitibus 9 Augusti, 1646 habitis. Itaque jam ante & huic sententiæ addictior sentio, æqualem patris potestati, in collocandis matrimonio nepotibus avi potestatem non esse, nec nudum avi dissensum pro ratione habendum: majorum tamen virium esse, quam tutorum aut curatorum auctoritatem, cum avum conjungat nepotibus sanguinis participatio; ideoque faciliorem quoque debere esse judicem, in admittendis dissentientis avi aviarque rationibus, quam tutorum, curatorumve: & hoc sensu quoque existimo leges municipales Lugduni Batavor. & Amstelædami exigere in nepotum nuptiis avi aviarque consensum: nimirum, ut negatæ auctoritatis rationes dare debeant avus aviaque, non vero ut eorum pro ratione dissentiens voluntas sit *art. 3. vand. 101. Burgherl. Keur. tot Leyden. art. 8. Ordonnant. van Huwelyck. saeck. tot Amstord. ann. 588.* Quod jus rectissime constitutum mihi videtur; nam hoc modo nec quicquam nuptiarum libertas in nepotibus patitur, si recte agant, suisque rebus bene consulant, & contra illorum petulantiam inobedientiamque suus apud judicem avo datur locus; etenim æquum est, ut senili prudentia nepotum juvenilem calorem inauspicatis nuptiis perire cupientem refrenare, eorumque temerarium consilium temperare avo potestas sit.

Cæterum si in electione nuptiarum inter paternum maternumque avum <sup>22</sup> dissensus sit, ejus sententia potior proculdubio erit, cui ipsius nupturæ neptis voluntas accesserit. *l. 18. 20. C. de nupt.* quippe par iis debetur reverentia jure naturæ & divina lege, atque parili jure tum ad successionem, tum ad onus

<sup>1</sup> Emend.  
lib. 1. cap. 7.

onus tutelæ hodie vocantur, ut quoque parilis eorum debeat esse auctoritas in elocandis neptibus. Itaque si cultu verecundiæ ducta ex duobus competitoribus sponsum eligere nolit puella, dissentientium avorum certamen implorata judiciaria cognitione dirimendum est. *arg. l. i. l. 18. l. 20. C. de nupt.* Sed in hoc jure adstruendo non admodum nobis laborandum est, cum rarissimæ in republica nostra inveniantur puellæ, quæ adeo abhorrent floridas nuptias, ut potius velint ex duobus procis eligendum maritum, cognatis permittere; quam ipsæ eligere imò videmus eas sæpius nuptiarum electionem præoccupare, & in eligendis maritis parentum judicium prævertere. Cæterum apud nos vitrici & novercæ qui sæpius solent non nomine duntaxat sed & omine tales esse, in collocandis matrimonio privignis, nulla auctoritas est.

*Havermam.  
in Appendi.  
pag. 902. n.  
18. Gamol.  
Synops.*

## CAPUT DUODECIMUM.

*Quousque se extendat parentum auctoritas in collocandis  
matrimonio liberis.*

## S U M M A R I A.

1. Jure civili novo, nec filius nec filia familias nuptias contrahere à patre cogi potest.
2. Pronunciatio sermonis in sexu masculino ad utrumque sexum plerumque porrigitur.
3. Quomodo intelligi Vlpianus debeat, cum in l. 12. §. 1. D. de sponsal. dicitur filiam dissentiendi à patre licentiam non habere.
4. Nec Pontificium nec Batauvum jus permissis patri, in visas nuptias liberis obtrudere.
5. Non sunt vota matrimoniorum placitis & arbitrio alieno alliganda.
6. Persuasoria oratione, & amicorum intercessionibus flacti ac induci filia debet, ut nubat ei, cui pater vult; non minis vel verberibus cogi.
7. Si violenta auctoritate cogere ad in visas nuptias filiam persistat pater, poterit ea auxilium judicis implorare.
8. Laudanda puella est, quæ non vult nubere ei quem refugit animus; & objurgandus est pater, qui filiam invitam nubere, comatur cogere.
9. Rejicitur illorum sententia, qui volunt, liberos dissentientes cogendos esse judici exponere, cur electis à patre nuptiis non assentiantur.
10. Parentes injuriâ prohibere liberos matrimonio non debent.
11. Nec liberos cogere parentes, nec sine consensu parentum contrahere nuptias liberi debent.
12. Quamvis parentes non omnibus, sed hisce nuptiis adversentur, liberis annis majoribus ad nuptiarum Presidem refugium patet.
13. Admonentur liberi, ne temere apud judicem querantur, parentes eorum nuptiis injuria adversari.
14. Quando moribus nostris, mature ætatis esse liberi dicuntur, ut judicem adire possint, si injuria à parentibus arceantur matrimonio.
15. Quare adulta ætati in filiabus annus vigesimus, in filiis annus vigesimus quintus præfiniatur.
16. Excessisse annum vigesimum virgo, vigesimum quintum juvenis debent, ut adulti dicantur.
17. Ultimus quoque anni dies exactus esse debet, ut quis adultus dici possit, si jus patris respiciamus.
18. Quibus modis ætas probetur.

M

Hæc.



**H**actenus egimus, idque prolixè satis, de necessitate consensus parentum: <sup>1</sup> quousque autem eorum auctoritas, tum in obrudendo, quum in negando liberis matrimonio, se extendat, hoc loco explicandum est. Lex civilis, ut cum ea ordiatur, constituit, ut filiofamilias dissentiente, à patre sponsalia nomine ejus fieri non possint. *l. 13. D. de sponsal.* filia autem familias dissentienti licentiam non concessit, nisi indignum moribus vel turpem sponsum ei eligat pater *l. 12. §. 1. D. eod.* ex quo sequi videtur, non quidem filium, sed filiamfamilias, nisi justam dissentienti causam habuerit, à patre cogi potuisse ad contrahendas nuptias; sunt enim earum aditus sponsalia. Discreti juris ratio in conditione sexus collocant interpretes: virginei pudoris non est, maritum eligere, vel electum patri commendare; verum cum verecundia, amore prosequi, quem pater amandum elegerit: ideoque Ulpianus dicit, *qua patris voluntati non repugnat, consentire intelligitur. l. 12. D. de sponsal.* verecunde enim maritum magis admittit filia, quam appetit, quem pater familia sua dignum judicat. Natura autem majorem licentiam hac in re masculis concessisse videtur, iisque permisisse, auctore parente, uxoris electionem, cum qua omnes vitæ annos exigant. Deinde mulierum animi mobiles sunt & infirma judicia; ideoque magis quam masculi, si suis cupiditatibus relinquantur, in eorum amores præcipientes ruunt, qui in se nihil habent, quod amore dignum est. Ut tum pudicitia periculum, tum iudicii infirmitas exigere videantur, in electione matrimonii, faciendum puellis id esse, quod parentes imperant. Tandem & hæc ratio datur: qui ex filio nascuntur, post mortem avi, in potestate patris, sui que ei heredes sunt. *pr. inst. quib. mod. solvitur patr. potest. §. 2. instit. de hered. qualit. & different.* nemini autem invito, suus heres adnasci debet: filia vero quos parit, nec habet in potestate, nec suos expectat heredes, jure civili. *pr. instit. de SC. Tertull. pr. instit. ad SC. Orfician.* Verum hæc communis interpretum sententia ita absolute posita mihi displicet, semperque displicuit. Priscus in eclogis legationum dicit; *Nefas esse apud Romanos mulierem invitam post desponderi viro.* Quintilianus ait; *abdicari propter matrimonium filia non potest, paula fortior recusaret etiam nubere, nisi cui voluisset.* <sup>2</sup> Neque quicquam est quod passim magis inculcant Romanæ leges, quam, neminem cogi posse matrimonium contrahere *l. 12. C. de Nupt. id inter invitos non contrahi l. 22. D. eod. liberam matrimonii contrahendi facultatem transferri ad necessitatem non oportere l. 14. C. eod. nuptias consistere non posse, nisi consentiant omnes, id est qui coeunt, quorumque in potestate sunt l. 2. D. eod.* Et certe tyrannus est, qui invitam nuptum collocat; at patria potestas in pietate non atrocitate consistere debet *l. 5. C. ad leg. Pomp. de Parricid.* Nec adversatur nobis, quod allegatæ leges in masculino genere loquantur, ut videantur tantum filios, non filias comprehendere: notum enim est, melioris sexus nomine & sequiorem venire, feminasque semper sub nomine virorum comprehendendi. *l. 7. §. 1. D. de Jurisdic. l. 62. l. 65. §. 6. D. de legat. 3. l. 195. D. de verber. significat.* Deinde sine discreti sexus expressa mentione, pronomine qui & quisquam utuntur citata loca: at hæc verba, qui, quis,

<sup>1</sup> *Comman. libr. 8. cap. 4. in fin. comment. jur. civil. post desponderi viro. Decium in l. 30. n. 4. D. de Regul. jur. 259.*

<sup>2</sup> *Declam.*

quis, quisquam tam masculos, quam feminas complectuntur, l. 1. D. de Verbor. signif. Denique requirit Paulus eorum consensum qui coeunt, l. 2. D. de Rit. Nupt. at coire quoque femina dicitur, quæ nubet. l. 134. D. de verbor. obligat. Et certe, si consensus faciat nuptias, si in consensu earum tota vis & efficacia consistat, si ex sine consensu futurorum conjugum contrahi nequeant l. 10. D. de condit. & demonstr. l. 30. D. de Regul. juris. quo modo nuptiæ dici poterint conjunctio, quæ destituitur sponsæ consensu. Tandem sepelitis hisce etiam argumentis, tota mihi hujus questionis definitio aperte colligi posse videtur, ex Diocletiani & Maxim. imperatorum ad Schyronem rescripto, cum ajunt: *invitam filiam ad maritum redire, à quo se facto divortio separavit, nullam præcipere juris constitutionem* l. 5. C. de divort. l. 14. C. de Nupt. at vero facilius renovantur nuptiæ, quam primum contrahuntur, facilius sopitus suscitatur amor, quam novus inducitur, cum, ut ait Comicus, *amantium ira, amoris sit redintegratio*. Quid ergo? constituenda ne erit differentia inter sponsalia nuptiasque, ut in hisce contrahendis filia familias licentia dissentendi detur, non in illis constituendis? Et hæc quidem sententia admitti potest, uti in præcedentibus diximus: ego autem doctiorum judicio committo, an non hæc, quæ totum nobis negotium facessunt, Ulpiani verba, *tunc autem solum dissentendi à patre licentia filie conceditur, si indignum moribus, vel turpem sponsum ei pater eligat*. l. 12. §. 1. D. de sponsal. temperamentum accipere possint ex Divorum Severi & Antonini constitutione, à Marciano relata. l. 19. D. de Nupt. idque hoc modo; filia volenti & cupienti nuptias, & quæ queritur, invocato Proconsulum Præsidumque auxilio, se injuria prohiberi honesto matrimonio, licentia non est dissentendi à patre non indignum moribus vel turpem sponsum offerente. Nam invita Jurisprudencia statui puto, jure novo invitam ad contrahendas nuptias filiam familias cogipotuisse, nec ei dissentendi à patre licentiam fuisse, quæ coelibatum operaret. Sententiam nostram confirmat, quod Justinianus justam exheredandi causam quidem statuat, si filia, ut turpiter & luxuriose vivat, non confenserit patri nuptias offerentis; non autem si ideo conditionem recuset, ut honesto in coelibatu vivat. Novell. 115. cap. 3. §. 11.

4. Cæterum tum varia, eaque aperta Pontificum decreta, c. 14. 29. x. de sponsal. c. 1. x. de impub. desponsat. c. 3. caus. 31. q. 2. c. final. caus. 32. q. 2. tum recentiores jurisconsulti, qui de nostris moribus scripserunt, neminem ambigere permittunt, in constituendis sponsalibus æque ac in contrahendis nuptiis, utriusque sexus liberis, & jure canonico & batavo nostro, omnino licentiam esse dissentendi à patre, si non arriferit oblatus sponsus sponsave, etiamsi is eaque dives, torosus, probus & omni exceptione major sit, modo ea recusatio fiat salvo honore parentum & cum filiali verecundia. Et hoc ipsum jus mihi maxime naturalizationi consentaneum videtur; non enim hac in re filia non licere debet, quod filio licet, cum & hic & hæc æque parentes revereri debeant, & jucundam vitæ consortium perp. tuo in matrimonio

Groenevo.  
in l. 12. §. 1.  
D. de rit.  
Nupt Cypræ.  
libr. 1. cap. 7.  
§. 7. de jur.  
conub.

92 QUOUSQUE SE EXTENDAT PARENTUM AUCTORITAS LIB. I.  
 pari affectu exoptent. Vt autem liberis detur hæc licentia hæc urgent ratio-  
 nes. Unus debet esse animus, quorum unum futurum est corpus c. 3. *caus.* 31.  
 q. 2. at quænam animorum harmonia speranda, cum aversa mente copulatur  
 viro foemina? matrimonium vitæ societas est, non ea, quæ naturalis dicitur,  
 & inter consanguineos per generationem nascitur, sed voluntaria; liberum  
 itaque oportet esse contrahentium arbitrium, ut ineatur: perpetua speratur  
 societas; at quæ vi coguntur, durare diu non possunt: est societas animorum,  
 quorum affectus nulli serviunt homini; ut male transferatur in alium, sine  
 meo consensu, quod in mea potestate est, non tradi: non est caro conjugis,  
 nec coalescunt in unum hominem, quorum dissident spiritus. Basis ac fun-  
 damentum matromonii amor & mutua conjugum dilectio est, at amore, pro-  
 bitate, fide proci, tenellæ virgini elicitur respondens charitas, non violenta,  
 non importuna patris austeritate: durius est exorsæ vel à nobis abhorrenti  
 uxori matrimonio jungi, quam in servitutem dari, cum eam consoletur  
 utcunque manumissionis spes, at matrimonii vinculum mors sola dirimit.  
 Recte apud Plautum Panegyris:

*Stultitia est pater venatum ducere invitas canes:*

*Hostis est uxor, qua invita ad virum nuptum datur.*<sup>1</sup>

<sup>1</sup> *Aff. 1. scen.*  
 2. *Stick.*

Ab ea enim non recte expectabis, dulce animorum consortium, vitæ sola-  
 tium, sed rectius metues reatum dissidii, fornicationis crimen, excruciantem  
 zelotypiam, jurgia, rixas, maledictiones, & tragicos matrimonii eventus.

<sup>2</sup> *Vid. Zepp. C. 2. 14. 17. x. de sponsal.*<sup>2</sup>

*ad leg. Mo-*  
*saic. lib. 4. c.*  
 18. *Quinsil.*  
*declam. 217.*  
*Carpz. lib. 2.*  
*Tit. 2. definit.*  
 30. *jurispr.*  
*consist. Cy-*  
*pr. cap. 7.*  
 §. 7. *de jur.*  
*connub.*  
*Thom. in libr.*  
 4. *sent. di-*  
*stinct. 29. q.*  
 1. *art. 4.*

Quid ergo faciendū est patri, si in eligendis nuptiis filia dissentiat? quid fi-  
 liæ, si pater ei invisum maritum obtrudere conetur? si puella paterno refrage-  
 tur judicio in electione sponsi? vel præ nuptiis cœlibatum amet? Cum jure cogi  
 non possit, moderato paternæ potestatis exercitio flecti, & persuasoria oratio-  
 ne necessariorum admonitione induci debet filia, edocta quantum sit hac in  
 repatri adversari, cui Deus collocandorum liberorum curam injunxit; & quan-  
 tum benedictionis merentur nuptiæ, cum filia in eum procum flectit ani-  
 mum, quem ex duobus pater maritum destinat, extincto in alterum proprio  
 amore: si autem hac via non procedat, & reperiatur filius filiave, non lu-  
 brico ætatis sed arcana naturæ sensu, qui etiam in animalibus, plantis & her-  
 bis reperitur, oblatas refugere nuptias, non expedit parentibus, cum Deo pu-  
 gnare, & præfracte conjungere velle, quos arcana naturæ antipathia disjun-  
 git. Filia vero, quam austerior pater, violenta auctoritate, minisque, & im-  
 portunis instigationibus persuadere conatur invisus nuptiis consentire,  
 non se subducere patriæ potestati, non fugere ex paterna domo, sed modesta  
 deprecatione & verecunda obtestatione, conari debet flectere patrem, cum-  
 que à proposito dimovere: si autem ille persistat & immoderatus exercens 7  
 patriam potestatem, cogat filiam in præsentia amicorum se despondere viro  
 quem horret, potest illa contra ejus morositatem implorare nuptiis. Præfe-  
 ctorum auxilium. His enim non minus incumbit curare, ne liberi ad invisas  
 nuptias

nuptias à parentibus cogantur, quam ne contra voluntatem parentum se  
 8 jungant matrimonio *art. 5. Ordin. van Huiwel. saack. tot Amsterd.* nec certe  
 culpanda illa puella est, quæ minis paternis ad nuptiarum sponsonem per-  
 ducta, aperte coram nuptiarum Præfectis testatur, se nolle nubere huic spon-  
 so, quem refugit animus. recte Quintilianus, *quod si licet aliquando etiam con-  
 tra patris voluntatem, ea qua alioqui reprehensionem non merentur filio facere; nusquam  
 calibertastam quam in matrimonio necessaria est.* <sup>1</sup> Verum à contrario objurgan-  
 dus acriter à Magistratu, ille pater est, qui forte auri fulgore, vel majoris  
 alicujus dignitatis splendore occæcatus, (ut est senum natura, apud quos  
 plus solent valere rationes argentæ, ut quæ sunt majoris ponderis, quam  
 Tulliana pigmenta vel Maroniana figmenta) filiam cogere conatur, nubere  
 gibbofo forsan, turpi, deperditæ vitæ, vel deploratæ luxuriæ homini, seni,  
 vel etiam cujus consortium, quamcunque etiam ob rationem horret illa. Ty-  
 9 rannicam dicit potestatem Brederodius, peccatum mortale, simile parricidio,  
 liberos ad invisas nuptias cogere. <sup>2</sup> Nec mihi hic placet aliquorum sententia,  
 cum in electione nuptiarum dissentiant parentes & liberi, injungendum esse  
 liberis judici exponere, cur electis à patre nuptiis non assentiantur, <sup>3</sup> uti ex  
 adverso, parentibus injungitur, rationes dissensus dare cum ætate majorum  
 liberorum desideriis adversantur. Quippe parentum persona sancta & sacra  
 liberis esse debet, *l. 3. D. de obseq. parent. præst.* nec ab iis ullius injuriæ insimu-  
 landa: Justinianus dicit, *legem erubescere, liberos castigatores parentibus statuere.*  
*Novell. 22. cap. 24.* at sæpius rationes spretarum nuptiarum à liberis dari non  
 possent, absque paterni nominis aliqua suggillatione. Deinde quoque utcun-  
 que dari potest amoris ratio, odii sæpius, at cur non ames, non potest; istæ  
 affectiones ex naturæ quadam sympathia, & antipathia oriuntur, quod Mar-  
 tialis hoc Epigrammate expressit.

*Non amo te Sapidi, nec possum dicere quare;*

*Hoc tantum possum dicere, non amo te.* <sup>4</sup>

Nihil quoque arguit argumentum ex adverso petitum, etenim cum à pa-  
 rentibus ratio exigitur, id agitur, ne libertas matrimonii, eorum morositate,  
 quod minime decet, impediatur, at si liberi cogarentur cur nubere nolint,  
 rationes dare, id ageretur ut inviti constringerentur matrimonio coire; quod  
 nulla lex patitur. *l. 2. l. 21. D. de Nupt.*

10 Cæterum uti recte constitutum est, ne cogant parentes ad invisas nuptias  
 liberos; ita non minus recte mihi cautum videtur, ne arceant injuriâ eos ab  
 honesto matrimonio, quos jam matura ætas, ad consequendum nomen paren-  
 tis invitat. Etenim leges inculcant reipublicæ interesse, ne quis re sua male  
 abutatur. *§. 2. instit. qui sui & alien. jur.* nec esse consentiendum parentibus, qui  
 injuriam adversus liberos suos inducunt: *l. 4. D. de inoffic. testam.* utrumque au-  
 tem faciunt, qui liberos nubiles, domi desides retinent: iis male utuntur, quia  
 fluidam filiarum formam sine flore & fructu tempore perire patiuntur; apud  
 Lucianum Phalaris ait, *omnibus hominibus pessimum visum est, & per Jovem ita est,*

<sup>4</sup> *Epist. 143.* si prater natura tempora, filia domi sedens. Injuriam adversus eos inducunt, quia propriis libidinis flammis ustulandos tradunt: cum tamen Paulus dicat *melius esse nubere quam uri*, admoneatque parentes ut filias nobiles, quæ florent ætatis excedunt, matrimonio collocent. *1. Corinth. 7. v. 9. 36.* Deinde & non æquum est, ut ob spurcitiam parentum, dum filias matrimonio arcent, periclitetur pudicitia bonum; isti enim sexui facile contingit, in proprium corpus peccare, si anxie serves. Rabbi Akiba dicit hæc verba: *ne prostituas filiam tuam ut eam scortari facias*, in eum quadrare, qui filiam nobilem domi retinet. <sup>5</sup> *Gemar. Sanhedr. c. 9.* Publica denique nuptiarum utilitas, & liberorum quærendorum non culpandi deliderii favor exigunt, ne liceat parentibus hic omnia pro suo jure agere: succurritur servis durius à dominis habitis, §. 2. *instit. de his q. sunt sui, vel alien. jur.* nec quem injuria opprimi jura sinunt; quidni ergo & liberis consulendum est, si patria potestas, quæ in pietate consistere debet, ad atrocitatem deflectat. *l. 5. D. ad leg. Pompei. de parric.*

Verum enimvero, uti non æquum est liberos à parentibus, injuria nuptiis arceri, ita quoque injustum esset, si iis permetteretur proprio arbitrio & clam parentibus se collocare matrimonio; ea itaque hic calcanda via est, ut quantum possit, & parentum consulatur potestati, & satisfiat liberorum non culpandum desiderio. hoc autem utrumque Ordines nostri assecuti, & consequuti sunt, dum constituerunt, implorandum esse liberis magistratus auxilium, qui auctoritatem suam interponens, & imperabit patri ferre liberorum nuptias, quibus injuria adversari probabitur, & filios jubebit in cæteris rebus omni honore prosequi parentes. *art. 3. Polit. Holl. constit. art. 8 Zel. part. 2. Tit. 1. art. 5. lantreght. van Overys. part. 3. Tit. 1. art. 9. Reght. en gewoonte van Deventer.* qua necessitate judiciaria cognitionis, cum dissident in matrimonii electione parentes & liberi, omnibus certe optime consulitur; parentibus, ne liberorum per amorem nimia pertinacia, spernere auctoritatem eorum temere possit, nec se alligare matrimonio, quod parentes infelix & familia indignum futurum docere possunt: liberis, ne patria potestas severius quam par est in eos exerceri possit: quod utrumque naturæ jus divinumque flagitat *annot. belg. in Genes. cap. 21. & 22. & 24.* Nec quis hic mihi contradicat, sine distinctione injunctum esse liberis, obedire parentibus, ut rectius etiam faceret magistratus, si juberet filium semper in eligendis nuptiis, patrem sequi. id enim generale præceptum eousque locum habet, dum recta imperant parentes, dum id quod sui est officii, faciunt, dum rationis metam nimium non transgrediuntur. Etenim Deus quidem voluit in ditione parentum esse liberos, verum & parentibus præscripsit, ne injuriam adversus filios suos inducant, *ad Ephes. 6. 4. Colos. 3. v. 21.* quam regulam quotiens transgrediuntur, liberis ad judices, rei publicæ parentes, refugium patet; Justinianus ait, *omnis reverentia qua parentibus à liberis debetur, item honor atque obsequium parenti conservare oportet, dum tamen nihil ab ipsis, in illorum detrimentum fiat Novell. 155. cap. 1.* id æquitas postulat, id ratio flagitat, id theologi nostri variis in conciliis probarunt.

- 82 Sed, quid statuendum est, si non quidem nuptiis in genere, sed hisce in specie adferantur parentes, offerantque liberis honestam aliam conditionem, poterintne liberi, si has velint, quas refugiunt parentes nuptias, judicis officium implorare? Ita constitutum est jure Batavo, modo liberi maturæ ætatis, non indignum familia sponsum, sponsamve elegerint. *art. 3. Polit. Holl. constit.* ratio juris videtur esse, quod culpæ parentum adscribi possit, quod ætate majores liberi, matrimonio collocati nondum sint, ut jam amare inceperint, & sibi consulentes, consortem vitæ elegerint. at consulendi sunt liberi, ne temere hoc jure utantur. antiqua eaque divina lex est, quam, qui colit, is vivens moriensque Deo charus est, *honora parentes*, quibus nunquam major honor adhibetur, quam cum in eligendis nuptiis auctores & consultores à liberis exhibentur. Quod præcipue juvenus Batava cogitare debet, cum animadvertat, matrimonium hodie solvere quantulumcunque illud nostrum patrium jus, liberosque sui juris reddere, ut recte faciat, qui consentienti patri hanc potestatem aufert; non recte, qui eam invito sine justa ratione eripere cupit. cogitet quoque obedientiam quæ hic patri, non homini sed Deo præstari, qui collocandorum liberorum curam parentibus injunxit. *Exod. 12. v. 16. 17.* patria majestas, inæstimabilis & præcipua potestas est, pater filio magistratus est, & natura dominus, ut satis incivile videatur liberos mandatis parentum obsequi detrectare, præcipue cum contrahere nuptias, 83 quas commode ferre possent, jubentur. Digna sunt ut cordibus juvenum imprimantur hæc Terentiani Pamphili verba:

*Ego me amare hanc fateor; si id peccare est, fateor id quoque.*

*Tibi pater me dedo; quidvis oneris impone: impera.*

*Vis me uxorem ducere? hanc amittere? ut potero feram.* 1

1. *Act. 5. stem.*  
 3. *Andr.*

Sic Isaac ex patris consilio Rebeccam duxit. *Genes. 24.* Sic Jacob ex patris sui jussu uxorem sibi ex sua gente quæsit: imo dolo ei à patre Labane submissa Leja, non obnixa fuit, quod infcio obruderetur; nec ille ejecit agnitam; nec quæsta Rachæl quod sponso suo adamato fraudaretur, sed contenta patris judicio post hebdomadam dierum in thalamo nuptiali speratum suum maritum Jacobum læta excepit: adeo in nuptiarum electione illius ætatis homines parentum steterere arbitrio: nec ullum in divina historia reperitur exemplum sine parentis consensu nupsisse filiam: Imo in primis omnium nuptiis ostensum fuit, quid posteri sequerentur; Deus patris loco functus, Evam primo homini copulavit. Hoc divina lex jubet, hoc ratio imperat, hoc æquitas flagitat, hoc ipsorum liberorum quoque utilitas suadet. Perpendant adolescentes, nulli ne quidem jovi concessum esse amare & sapere; amori sæpe turpia, honesta videri; temporarium esse quod affectus decernit; juveniliū amorum vias, devias esse, iis nullum inesse consilium; ipsam quoque juventutem fucata rerum specie frequenter duci, & cum amoris impatientia abripitur, quod nocet,

nocet appetere, quod prodest, aspernari; idque eò confidentius, quo propter volventis fortunæ incertitiam, mentis oculis futuram non prospicit necessitatem, minusque periculum metuit: contra vero patres, de elocandis liberis cogitantes, nullo amoris fuco vel furore abripi, verum & senes & longa rerum

<sup>1</sup> *Haveman.*  
*libr. 1. Tit. 7.*  
*pos. 3. Gamol.*  
*synept.*

experientia edoctos, rectum ferre de rebus judicium, ideoque prospicere posse, quodnam utile, quodnam decorum familiæ, quodnam auspiciatum liberis futurum sit matrimonium; & animadvertentes cum Comico, parentes

<sup>2</sup> *Att. 1. scèn.*  
*i. Hautent.*

ætate & sapientia plus scire & providere, quam se ipsos sibi, <sup>3</sup> uti in Helicen suam & Cynosuram intuentur navium rectores, quo in vastissimo pelago cursum dirigant, ita mentes suas & oculos suos in periculossima nuptiarum electione in parentes conversos habeant, quibus prudentioribus, & sanguinis jure, & ætatis beneficio eos subjectos voluit Numinis providentia. At vero si dulcis, uti diximus, parentum potestas in tyrannidem deflectat, & ut est natura senum, si hi obliti effluxæ juventutis propriæ, vel malevolentia, vel odio, vel sui commodi gratia, liberorum non spernendis caloribus injuriâ adversentur: si se nullo obsequio, nulla filiali deprecatione, nullis amicorum intercessionibus, exorari, flecti, vel moveri patiantur: si velle suum sequantur solum cæco impetu, cæteraque omnia post suum placium ponant: tum demum ad hoc jus, tanquam impotentis potestatis parentum frenum, refugium liberis esto.

Diximus jam sæpius, posse maturæ ætatis liberos, quos injuria parentum 14 prohibet matrimonio, officium judicis implorare. Quæ autem matura ætas hoc in negotio dicatur, nusquam diximus; ut videatur huic loco hæc definitio relicta: ea vero neque ex pontificio, neque civili jure petenda est. Jus pontificium, cum soli puberum arbitrio permittat nuptias, adultam definire ætatem necesse non habuit: Jus civile, non tam ob ætatem liberorum, quam ob parentum nimiam spurcitiam, ne dotem dare cogerentur, Præsidum arbitrio commisit, compellere parentes liberos collocare, *l. 19. D. de Rit. Nupt.* ideoque tempus quando liberis ad judicem refugium patet, non definivit: Nec stringit argumentum, quod à quibusdam adfertur, <sup>3</sup> ex eo quod velit Justinianus, non esse exheredandam filiam, quæ exacto vigesimo quinto ætatis anno, se clam patre marito tradit. *Novell. 115. cap. 8. §. 11.* legitimam ætatem huic negotio præscribi; etenim nulla ex eo consequentia est, non licuisse filiabus ante eam ætatem judicis officium implorare, si iis injuriâ interdixisset pater honesto matrimonio. Potuit forsan jus civile noluisse definitos hujus ætatis terminos, ne alicujus temporis curriculo minui patria potestas videretur: verum cum mores nostri, in plurimis, maturæ ætatis liberos sui juris esse patiantur, adeoque & in nuptiarum electione mitigatam tum temporis velint patiam potestatem; suasit ratio, ut certum jus haberetur, lege definiendum esse adultæ ætatis tempus, ne vel liberi nimiam de se concipientes opinionem, ante tempus, parentibus molesti sint, vel ipsi parentes prætextu immaturæ ætatis injuriâ adversentur liberorum desideriis: jam autem

<sup>2</sup> *Lambert.*  
*Goris. post.*  
*alias tract. 3.*  
*cap. 8. n. 28.*  
*29. Adver-*  
*sar. jur. sub-*  
*cisv.*

tem cum, sicuti citius seriusque alii aliis pubescunt, ita non eadem ætate virilis animi vigorem omnes homines nanciscantur: Ordines nostri, ut occurrerent incommodis, quæ ex diversa hominum ad nuptias maturitate, nimia oriri possent, secundum id quod in plurimis, si non in omnibus, ex Medicorum & Physicorum sententia frequenter accidere solet, adolescentiam anno à natiuitate vigesimo in fœminis, vigesimo quinto in masculis terminarunt, quodque id tempus excurrit, adultam ætatem haberi voluerunt. *art. 3. Polit. Holl. constit. art. 7. 8. Polit. Zel. Constit.* Idque quidem recte, meo iudicio; eo enim tempore, & corpus summam hominis staturam nactum, in longum crescere desinit; & anima ad summum perfectionis gradum euecta, evidentia vigoris animi signa edit, atque præclara constantis mentis indicia profert: Ut tum non semper videantur liberi, obnitentibus parentibus, nuptias flagitantes, magis ferri juvenili calore, quam iusto consilio; magis affectibus suis parere, quam rationi. Deinde & hac definitione ita liberorum ætas discreta videtur, ut conqueri parentes non possint, nimis angustum iis esse relictum temporis spacium collocandi liberos honesto matrimonio; nec liberi, se præter naturæ tempora à condenda familia removeri. Non enim statim, cum generationi habiles liberi inveniuntur, vel cum offertur virgini conjugium, cuius flos & pulchritudo juvenilibus magis magisque adhuc luxuriatur in annis, concedendum fuit liberis accusare negligentiam vel spurcitiam parentes, quasi hi injuria eorum obniterentur votis; verum tum demum, cum sedato per ætatem adolescentiæ fervore, maturior natura utrumque sexum iam ad nuptiarum sacra vocare, ipsaque Respublica liberos ab eo exigere videntur. Qua ipsa ratione olim hæc ætatis annorum dispar in fœminis & maribus determinatio ipsis quoque Romanis placuit, ad evitandas legis Juliæ cœlibatus pœnas. <sup>\* Vulpian. Tit. 16. lib. sit.</sup> Nec citius quoque hoc maturitatis ad nuptias tempus determinari oportuit; quia soimus, ante id vix cuiquam ætatem consistere, vel adeo maturescere prudentiam, ut rerum suarum stabilimentum ad exordiendam familiam facere possit: Verum palam est, vigorem adolescentiæ incontinentem voluptatum esse, lascivire & freno parentum opus habere. Non serius etiam maturitatis hoc ad nuptias tempus præfiniri oportuit, ne ex irritata annis venere periclitetur in puellis pudicitiam bonum; mores enim & temporum dissolutio docuere periculosum esse, nimium produci liberorum matrimonia. Cæterum, ita definita hæc ætas, nobis præsentī in negotio statuta, adulta, plena, & pubertatis finis vocatur; quamvis alias & apud Romanos firma ætas aliquando habeatur in masculis annus vigesimus, in fœminis decimus octavus *l. 1. junct. l. 2. C. de his qui veniam atat.* Plena pubertas dicatur in masculis, annus decimus octavus <sup>\* Cujac. de divers. & tempor. præscript. & termin. cap. 27.</sup> *l. 40. §. 1. de adoption.* in puellis decimus quartus *l. 14. §. 1. D. de cibis. & aliment. legat. & in utroque sexu Jurisconsultis ea legitima & perfecta sit, quam statum vocavit Papinianus l. 77. §. 14. D. de legat. 2. quæ anno ætatis vigesimo quinto incipit. l. 27. D. de Negot. gest. l. 4. 8. D. de legit. tut. l. ult. C. eod. l. 1. & ult. C. de his qui veniam atat. l. 32. D. de testam. tutel. l. 20. D. de liberat. legat. l. 22. C. ad SC. Velleian.*

N

post



post quod tempus impleri virilem vigorem Ulpianus ait *L. 1. §. 2. D. de minorib.*

Hic jam quis quærare posset, quæ ratio potuerit movisse Holl. Ordines ut anno ætatis vigesimo voluerint licere virgini, quod filio ante annum vigesimum quintum negarunt? Nonne major masculis ingenii vis, exactiusque de rebus iudicium est? canit poeta.

*Ut corpus teneris si mens infirma puellis.*

*Fortius ingenium suspicior esse viris.*

Nonne faciliori negotio, frivolis seducuntur persuasionibus, & impotenti veneri magis parent maribus puellæ? Nonne fragilis sexus scæmineus & inconstans *L. 2. §. 1. D. ad SC. Vellian.* ut earum consilium sæpius adversus propria commoda laborare *L. 4. C. de sponsal.* & sui juris licet constitutæ, paternæ tamen providentiæ subsidium desiderare dicantur *arg. L. 1. 2. TT. D. ad SC. Vellian.* Omnium scæminarum mentem scæmineam, id est, mutabilem dicit Cyrillus. Quod ut de omnibus, ita præcipue de puellis in ipso ætatis flore constitutis verum est, cum ebulliente in venis primæ juventutis sanguine, cæci amoris indomito impetu, in hujas vel illius pœnitendum postea amorem facile ferantur. Nonne magis contra virgineum pudorem, & appetentiæ procacioris est, propria auctoritate sibi maritum quærare: *C. 13. Caus. 32. q. 2.* quam contra virorum decentiam, sponsam patri obrudere velle? Nonne majoris indaginis prudentiæque res est matrimonium, quam privatarum rerum administratio? In qua, quæ capta est minor, tantillam tantum patitur bonorum jacturam, & si ea major æquo & bono sit, restitutionis quoque gaudet beneficio, cum infaustum matrimonium nunquam corrigi possit, nec bonorum sed vitæ tranquillæ jacturam includat *C. 17. 18. Caus. 32. q. 5.* Attamen interdictur æque virgini quam masculo, usque ad annum ætatis vigesimum quintum, rerum suarum administratio. Potius itaque concedendum serius fuisse videtur imbecilliori & in venereim procliviori huic animali, malitiæ, injuriæ, vel negligentiae parentes insimulare posse, quam filiis, vehementioribus juventutis affectibus non ita obnoxiiis. Quæ rationes forsitan movisse potuerunt Ultrajectinos ut statuerent sine sexus distinctione à publicis sponalibus repellendos esse viginti quinque annis minores destitutos parentum consensu. *art. 14. Ordon. decis. vande jaax. 1659. 14. April.* Quid ergo pro æquitate juris nostri dicendum est? datum hoc esse scæminis, quia citius masculis, uti malæ herbæ crescunt? quam propter rationem puellis citius ætatis veniam quam maribusdari, dicit Accursius in *L. 2. C. de his qui veniam ætat.* Vel (ut alii) ex necessitate quadam, imbecillitati sexus & luxurianti naturæ subventum esse: ne puellæ maturæ viris, ætatis lubrico & amoris abundantia, si eorum protrahantur aliquantisper nuptiæ, aliquod dedecus in proprium corpus admittant, committantque; citius enim masculis lascivire, & ad coitum magis prurire scæminæ dicuntur, quod ubi sit, eo præcipitantiùs feruntur, quo dulcius esse fingunt quod nesciunt: quapropter virginalis pudicitiae custodia difficilis censetur, & ei ne quidem Argi-

*Thraquel.  
L. 9. contrub.  
n. 117.*

lumi-

lumina sufficere dicuntur. <sup>1</sup> Vt recte Romani censuerint, nullam nuptiarum festivitati moram fieri oportere, si famæ & castitati puellarum consultum velimus. Verum hanc postremam rationem duntaxat admittit quarundam virginum incontinentia, quæ in omnibus generalis non est; nec mihi placent illi, qui contumeliose nimis, de naturâ mulierum mentiuntur. Altera ratio, absit calumnia verbis (mala quippe herba non dici potest fœmina, nisi & viros ex iis natos malos fructus dixeris) adeo absurda non est, quin admitti possit. Muliebre iudicium, quamquam infirmius communiter sit virili, citius ad summum perfectionis gradum pervenit, ut hac ratione solertiores eas maribus fecisse, multoque vehementiores his indidisse affectiones natura dicatur. Deinde & earum corpora, citius quam marium, perfectam magnitudinis mensuram consequuntur, ut eas ipsa natura, citius viris, matrimonio habiles fecerit & gignendæ soboli idoneas. Denique non leve forsân momentum huic distinctioni attulit diversa virginum, juvenumque conditio: Ducitur ad liberos & rem familiarem curandam uxor, marito committuntur negotia, in foro, in curia expedienda: Vnice, si animi dotes excipias, fœminam commendat juvenus, & pulchra faciei non fucatæ forma, quibus si juncta fuerit decora morum gratia, nescio in quos affectus mentem non abripiant virilem; at vero in juvene requiritur per varios casus exercita prudentia, & rerum gerendarum dexteritas. Bion ait, *forma fœminis res decora, viris fortitudo*. Itaque juvenes, quo ætate provectiores eo pretiosiores sunt, utpote exercitiores & minus aliorum fraudibus expositi: Juventæ vero & formæ amabilis gratia, cum fluida sit, quantum pulchritudinis tempore amittit, tanto minor virginis æstimatio est. At autem usque ad annum vigesimum, cum corporis magnitudine crescit puellarum forma, & in flore juvenus amorem spirat, venerem conciliat, delectat maxime; qua si in tempore non fruatur, quantum annorum ætati accedit, tantum pulchritudinis corpori decedit, & vernus iste unice expetitus juventutis flos, quasi alteri jam sole in dies marcescens, pretium sui amittit: qua ratione Præses Everhardus earum rerum fœminas dixit, quæ servando servari nequeunt. <sup>2</sup> Ne ergo & opportunum nubendi tempus amittant puellæ, etiam ob hanc rationem iis concessum videtur citius maribus auctoritatem iudicis, contra paren-

<sup>1</sup> *Consil. 182.*  
<sup>2</sup> *n. 14.*

<sup>16</sup> tum vel morositate vel negligentiam, implorare; *arg. l. 2. C. de repud.*

Quæri hic potest, ut quis adultus dicatur, sufficiatne ut ultimus ætatis annus 20 vel 25. inchoatus sit, vel an insuper completus peractusque requiratur? & si hoc ultimum, an annus ultimus civiliter ad dies computandus sit, vel à momento ad momentum? Ad primum dubitandum non est, inchoatum adolescentiæ ultimum annum, adolescenti, in vitis parentibus, ad nuptias aspiranti, nihil prodesse, cum politica constitutio eos adultos dicat, qui adole-

<sup>3</sup> *Vim. in pr. Instit. Tit. de curat. n. 4. consul. Rich. Zouchen class. 3. quest. jurid. quest. 1.*

<sup>17</sup> scentia annos transgressi sunt *art. 3. Polit. ordinant: booven de vijffentwintigh jaaren junct. l. 15. §. 6. D. ad leg. Jul. de adulter*. Alterum dubium communi doctorum destinatione expediendum est; nempe captum diem haberi pro peracto,

N 2

cum

100 QUOUSQUE SE EXTENDAT PARENTUM AUCTORITAS LIB. I.  
 cum id alicui proſit, vel rei favor ſuadeat l. 132. l. 134. D. de verbor. ſignificat.  
 uti in teſtamenti factione l. 5. D. qui teſtam. facer. poſſ. manumiffionibus l. 1. D. de  
 manum. uſucapionibus l. 6. 7. D. de uſucap. l. 15. D. de diverſ. temp. præſcript. honori-  
 bus l. 8. D. de muner. & honor. Atvero ſi cui noceat annum numero dierum di-  
 vidi, cœptum diem pro completo non haberi, ſed annum ad momenta tem-  
 porum computari, uti in vacatione tutelæ l. 2. D. de excuſat. tutor. in præ-  
 ſcriptione actionum temporalium obtinet. l. 6. D. de obligat. & action. Dicen-  
 dum itaque eſt, ſi quis ſupremo vigefimi quinti anni die ſponſalia contraxerit,  
 & captus ſeu læſus pœnitentia ducatur, ut in cæteris contractibus, reſtitui  
 eum poſſe. l. 3. §. 3. D. de minorib. At vero, an à nuptiarum præſectis arceri  
 à limine matrimonii adeo poſſit, ut ejus non exhibentis parentum conſenſum,  
 nuptialium denunciationum libro ne quidem nomen, ut majoris inſcribi  
 debeat (cum id quidem proſit filio non admodum, ſed nec noceat patri ad-  
 modum, nec unius diei interjeſtio vel curriculum multum faciat ad præſens  
 negotium) anxie inquirere frivolum mihi videtur. Quod ſi tamen quæſtio  
 talis decidenda foret, pro patre judicandum eſſe exiſtimarem, quia Politica  
 Hollandiæ conſtitutio horum meminit, qui adoleſcentiæ annos tranſgreſſi  
 ſunt. art. 3. id eſt, qui impleverunt annum vigefimum quintum & vigefi-  
 mum ſextum attigerunt arg. l. 41. D. de manumif. teſtament. l. 1. §. 3. D. de  
 poſtuland. §. 7. Inſt. quib. cauſ. manum. non lic. pr. Inſt. quib. mod. tutel. finit. l. 2. D.  
 de excuſat. Cæterum, ætas cum dubia eſt, maxime probatur albo baptizatorum  
 publico, qui optimus probandi modus eſt, & deſcriptioni cenſuali comparari  
 poteſt l. 3. D. de cenſib. Prodidit Dionyſius Areopagita, tempore etiam  
 Apoſtolorum inter Chriſtianos moris fuiſſe, ut in baptiſmo, ejus qui initia-  
 batur, atque ſponſoris nomina ſacerdotes perſcriberent; <sup>1</sup> ut & vetus hic  
 probandi modus videri poſſit. Deinde probatur teſtibus obſetricibus, vici-  
 nis, propinquis, mulieribus, quæ parturienti matri adfuerunt l. 3. §. 5. D. de  
 Carbonian. edict. l. 2. C. de his qui veniam ætat. ex nativitat. ſcriptura, l. 2. §. 1.  
 D. de excuſat. tutor. & annotatione parentum, patris, matris, aviz: l. 16. D. de  
 probat. ex aſpectu corporis externo, l. 32. D. de minorib. l. 3. C. ſi minor ſe  
 major. aliifque demonſtrationibus legitimis l. 15. C. de liberal. cauſa.

<sup>1</sup> In libr. de  
 eccleſ. Hie-  
 rarch.

<sup>2</sup> Coſtan.  
 tract. de  
 ſponſal. &  
 matrim. pag.  
 (mibi) 83. &  
 ſqq.

### CAPUT DECIMUM TERTIUM

#### *De firmitate clandestinorum ſponſalium, quæ à liberis inſciis parentibus contrahuntur.*

#### SUMMARIA.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Affiliis familias clam contracta ſponſalia<br>inſirma ſunt, & à parentibus irrita<br>reddi poſſunt. | vant, arbitraria puniuntur pœna.  |
| 2. Adoleſcentes, qui clam parentibus contra-<br>hant, & qui eos ope & opſilio ju-                      | 3. Ratio hujus juris datur.   |
|  | 4. Adoleſcentum ſponſalia etiam coitum firma-<br>ta, à parentibus irrita reddi poſſunt. |
|  | 5. Nec aliud obtinet, etiam ſi pater ſuprata,<br>non                                    |

*non suppositoris, obnitatur conjunctioni.*

6. *Propositur questio nova statui.*

7. *Filius filiaque majores annis, non habentur hodie sui juris, cum de contrahendo matrimonio queritur.*

8. *Axioma interpretatum, quoties de nuptiis est questio, sequendum esse jus canonicum, hodie fallis.*

9. *Procus agere non potest contra patrem filia, qua clanculum nuptias promissit, ut ille consentiat matrimonio, vel rationes dissensus exhibeat.*

10. *Non possunt liberi annis majores ex sponsione sua cogi, ut adigant parentes, consentire pactis nuptiis.*

11. *Non sunt culpandi liberi, qui parentibus obediens clandestinis sponsalibus renuncians.*

12. *Ex sponsalibus juratis aequè non possunt cogi*

*liberi, ut urgeant parentes nuptiis consentire.*

13. *Tam filius quam filia familias auscultans parenti, renunciare sponsalibus potest.*

14. *Puella à se vitata nuntium mittere filius potest auscultans patri.*

15. *Aequum est, ut filius familias ducat, à se sub matrimonii promissione vitatam, nec ei dignitate, familia, divitiis cedentem.*

16. *Filia-familias ex voluntate patris renunciens sponsalibus, alii nubere potest: non major annis filius familias, aliam ducere, quoad vivit vel innupta est, cui ille nuptias spondit.*

17. *Filius aliquando cogi potest nuptias perficere, etiamsi dissidentis patri obtemperare velit.*

**D**iximus jam ante clam parentibus contracta à filiis familias sponsalia, nulla non quidem jure naturæ; at ex civilis legis auctoritate, infirma esse. Quod ut enucleatius hoc loco perpendamus, sciendum est, eam sponsionem ipso jure nobis nullam dici, quæ ab eo emittitur, quem deficit naturalis consentiendi facultas; eam vero infirmam, quam jus civile, propter utilitatem contrahentium, irritam reddi patitur. At autem cum filiorum-familias sponsalibus ita constitutum lege Batava est, ut, quamvis liberis non desit naturalis facultas se ipsos obligandi, non tamen quicquam in promittendis nuptiis clam parentibus facere debeant; & si hac in re illorum auctoritatem neglexerint filii familias, ut parentes totam eorum sponsionem, vel solo voluntatis abnutivo, vel ex pœnitentia contrahentium, irritam facere possint. Quod ut apertius intelligatur, revocanda in memoriam inter adolescentes & adultos filios familias distinctio est; simul & quod diximus, parentum voluntatem adolescentibus hodie imperium, & pro ratione, consensus denegationem esse; adultis vero non item, nisi ratio denegatæ auctoritatis judici probetur, Ex quibus jam expeditum est, infirma esse & adolescentum & adultorum sponsalia: adolescentum nempe, quia solo voluntatis abnutivo à parentibus irrita reddi possunt; adultorum vero, quia cum hi pœnitentia ducuntur, ea, parentum consensu destituta per se corruunt. Sed hæc jam latius exequenda sunt.

**M**oribus nostris ita infirma sunt, quæ destituuntur parentum consensu adolescentum sponsalia, ut etiamsi quam maxime querantur de parentum spurcicia, à petitione tamen ipsa nuptialium denunciationum tanquam ab ipso limine matrimonii inauditi arceantur. Non enim cum minoris ætatis adhuc sunt liberi, instituitur coram nuptiarum præfectis indagatio, juste injuste reluctantur parentes art. 3. Polit. Holl. constit. art. 7. 8. Zeland. Imo non tantum infirma sunt hujus ætatis clandestina sponsalia, sed & sanciverunt Fœderati

rati Belgii Ordines arbitraria plectendos esse pœna, tum ipsos adolescentes, tum eos qui cum iis contrahunt, tum qui juventutem in conficiendis sponsalibus pactisque antenuptialibus, ope, consilio, & opera juvant. *art. 44. Eghit reglem. vande staten Generaal.* Quorum quamvis in nostra republica vim nullam habeat constitutio, laudanda tamen est atque probanda, & mihi quidem jus nostrum penitus perspicienti, idem apud nos statutum videtur; volunt enim Ordines nostri in adolescentum clandestinis de matrimonio conventionibus, observandam esse Carolinam sanctionem eos qui clam parentibus contrahunt, & à quibus ope & consilio juvantur, variis pœnis plectentem, *art. 13. Polit. Holl. & Carolin. constit. 1540.* Nam quamvis ea de nuptiis loquatur, ad eos certe, ne otiosa sit, extendenda est, qui clam parentibus, & sponsalia contrahunt, & pacta antenuptialia conficiunt, cum nuptiæ ipso jure hodie nullæ sint, quæ clam parentibus contrahuntur.

Cæterum tantæ auctoritatis patribus concessæ ratio, in eorum erga liberos amore, in patria civili potestate, & in lubrico minoris ætatis consilio consistit. Etenim cum occulta naturæ vi adeo studeamus liberis nostris, ut summo legumlatori Deo supervacuum visum fuerit cavere, liberos diligendos esse, quasi id nos doceat satis, innatum nobis omnibus maximus amor nostri: Ideoque cum nemo præsumatur liberis suis male consulere velle; æquo rerum æstimatori nudus patris dissensus satis plena ratio videri debet, qui reluctatur filiæ, quæ orto demum sole, nec patris sui judicio nuptiis matura regundæque familiaris adhuc par, mater fieri infelici matrimonio desiderat, & quam ille altiore demum sole, non sine pretio sui, egregio collocare cogitat marito. Patria quoque potestas flagitat, ne eam in qualibet ætate aliquantulum labefactare liberi possint, præsertim cum nihil damni inferatur filiæ aniles nondum metuenti rugas, vel nondum adultæ ætatis filio, eo ipso, quod iis per immaturum conjugium perire cupientibus imponatur imperium rectæ rationis & senilis prudentiæ, quæ non spem nuptiarum præcidit, sed in aptius tempus rejicit: laxare quoque frenos, intra adultam ætatem, non oportuit indomitæ juventuti, quæ uti Justinianus ait, per ætatem nescit, quid sibi expediat *l. final. C. de repud. Novell. 22. cap. 19. in fine.* Perfecti certe judicii non est adolescens, qui modo ex ephebis excessit; nec puella, quæ modo naturæ tempus attigit, ut in matrimonii electione suo judicio committi debuerint. Imo cum prima inceptæ virginitatis vestigia, & insuetus succiplenorum corporum pruritus, oblata nuptiarum qualiumcunque spe, facile abripiant hanc ætatem; optima ratione cautum est, ut prorsus acquiescatur judicio parentum, qui cupidini per naturam lascivientis & incautæ juventutis obnituntur; habeatque magistratus eos liberos adhuc ineptos, vel dignos feliciori, quam expetunt matrimonio, de quibus ita judicat pater; & ne infelicibus nuptiis perire cupientibus, in tam tenera & incauta ætate, perire potestas sit. Et hoc jus jam olim etiam magnis Theologis placuit in synodo Dordracena, & in ea nationali quæ Middelburgi anno 1581. congregata fuit.

<sup>1</sup> *Habes ann.*

<sup>1578.</sup> *art.*

<sup>81.</sup>

<sup>2</sup> *Art. 36.*

*quest. pars.*

Cæte-

Cæterum quamvis hoc jus sua non careat ratione, cum nudis sponsalibus  
4 acquieverint adhuc adolescentes; nonne minus æquum & durum nimis videri posset, cum nuptiarum sponsionem insuper coitus firmavit? Quid enim? tantane erit parentum potestas, ut re animoque jam affectatas nuptias; solo voluntatis abnuntio possint conturbare? earumque publicam celebrationem sistere, nulla judici dissensus sui probata ratione? aliud suadere videntur favor partus, præflorata puella ut restitatur per matrimonium pudicitia honor, & ne ejus familia, nimia ex stupro afficiatur injuria.

Verum quamvis hæc quandam æquitatis speciem præ se ferant, attamen pro patre respondendum est, uti & Hollandiæ curia judicavit. Quippe sine distinctione sitne integra vel violata sponsa, vetat politica nostra constitutio eorum nomina albo sponsalium publico inscribi, qui annis minores parentum non exhibent consensum. *art. 3. Polit. Holl. const.* non est ergo, cur nos distinguamus, ne lege accuratiores, vel inducta hac distinctione, legem condere videamur. Imo non caret hoc jus, si enucleatius perpendatur, summa ratione; Plus castitate non debet valere luxuria l. 3. §. 1. D. de donat. inter vir. & uxor. Qui caste vixit annis minor filius filiave, & se desponsavit, dissentientis patris judicio parere debet. Quid ni ergo & justum est, ut id faciat is, qui labefactare parentum auctoritatem conatus, libidini inservit? imo quid ni potius puniendus graviter is est, qui quæ male ceperat sponsalia, cupit stupro, improbo remedio, temperare? Hæc filio secunda post naufragium tabula est, hoc tandem effugium quærit, restituendum esse puellæ ereptum honorem, consulendum partui, ne nothus nascatur: Egregie scilicet, quasi liberorum scortatio parentibus fraudi esse, eorumque potestatem diminueret; & ex adverso, quasi ex peccandi perseverantia commodum capere liberi debeant; delinquit filius ingratis parentis sponsalia constituens; nudo dissensus ea irrita reddere pater potest: refractarius ille ridens patrem, stuprum addit sponsioni; tenetur pater jam dissensus sui rationem judici exhibere: quis hujus sententiæ absurditatem non videt? imo quis non percipit, hoc modo fenestram aperiri, inferendi virginibus stuprum, ut eludatur jus patrium? Rectius Ulpianus: *nunquam plura delicta concurrentia facere debent, ut ullius impunitas detur, neque delictum ob delictum minuere poenam.* l. 2. D. de privat. delict. Non me movent amissa virginitas, damnum & dedecus familiæ, & patri virginis illatum, prolis genitæ favor, ne illegitima sit, utilitas publica, ne nothis civitas repleatur, & ut conscientiam suam, quam lascivia læsit, expiare per honestum matrimonium filius possit. Hæc enim tanti non sunt ponderis, ut propter ea scortatio liberorum labefactare jus patrium debeat. Sibi ipsa injuriam, & dedecus suo patri ejusque familiæ intulit puella, quod abjecta virginum verecundia, in gremio lascivi adolescentis, non confectis nuptiis incallescere sustinuerit; nihil autem culpæ adolescentis patri adscribi potest, qui suo jure utens clandestinas filii sponsiones irritas reddit, & contumeliosam humanitatem filii stupro commodare recusat: ille sponsalia diri-

Inde Saacke van Maartie Willems Weduwe vrujlen Willem Ockers tot Amsterdam gedaagde by mandement omme actie se sien institueren, en Eyscherische in R. A. terechte: contra Jan Willems haars soen soo voor hem selvens, als van vrujge Feytje Reyniers Ingepoet. en verwoorder ter ander syde den 1 Febr. 1662.

ma

mi vult, quæ legibus non constant. Deinde dici potest, virgini quæ sponte coitum admisit, injuriam factam non fuisse, cum ea volenti non fiat. *l. 1. §. 5. D. de injur. l. 203. D. de regul. jur.* Pater vero vitiatæ, libidinis à filiæ commissæ, quæ ejus pudorem quoque pertingit, merito pro parte fert pœnam, cum sibi imputare debeat, quod à teneris non adeo ei inculcaverit virtutis amorem, ut prostituere virginitatem, qua sola bonis commendari potest, libidinoso amanti verita non fuerit. Recte Beza, *major est habenda ratio totius ecclesiæ, quam privata injuria*: Laxatur ecclesiæ disciplina & vilescit politica auctoritas, cum mali mores liberorum vim auferunt patriæ potestati. Magnus quidem in jure civili prolis favor est, ne respublica spuris repleatur, at nunquam, cum potestatis patriæ diminutione. *l. unic. C. de rapt. virgin. §. 12. inst. de nupt. l. 11. D. de stat. homin.* Nec ulla potest dici publica utilitas, quæ conjuncta est, cum parentum contemptu. Peccavit filius, quod clam patre sponsalia constituerit, virginem vitiaverit; at conscientiam suam expiat, eamque tranquillam reddit, cum desiderio suo renunciando, Deo se reconciliat & patri, acta pœnitentia. Concludamus igitur adolescentum lasciviam nullo modo labefactare posse parentum auctoritatem, ne vanum & puerorum terriculentum duntaxat sit seria Ordinum nostrorum constitutio liberis ad libidinem pronis. Probant hanc sententiam Lambertus Goris, <sup>1</sup> Havemannus, <sup>2</sup> Armisæus, <sup>3</sup> & quos illi citant, <sup>4</sup> atque responso doctissimo amplexa fuit Facultas Theologica & Juridica Jenensis. <sup>5</sup>

<sup>1</sup> *Traët. 3. cap. 10. ad- vers. jur. subcif.*

<sup>2</sup> *Libr. 1. Tit. 9. post. 7. Gamol. synopt. 3 Cap. 3. sect.*

<sup>3</sup> *9. n. 24. de jur. commub.*

<sup>4</sup> *Carpz. lib. 2. tit. 3. de finit. 60. jurispr. consist.*

<sup>5</sup> *Haveman. in Append. pag. (mibi) 903.*

<sup>5</sup> *Adelph. ad. 1. scen. 1.*

Verum id quidem jus est, cum filius meus vitiaverit alterius virginem: quid autem dicendum est, si filia mea ab alio compressa fuerit, & ego obnitar eorum nuptiis? certe ratio suadet, ne hic minus sit patri vitiatæ puellæ quam stupratoris juvenis jus, cum & in arbitrio patris Hebræi posuerit Deus, humiliatam virginem stupratori collocare, vel dotem accipere in redemptionem ereptæ virginitatis. *Exod. 22. v. 16. 17. Deuter. 22. v. 28. 29.* & quam ille alii fert injuriam, si opprobrium filiæ, quod quoque ad suum pudorem pertingit, ferre velit? urgere patrem non potest juvenis, cui se minor filia verbis duntaxat desponsavit, hoc ne ergo poterit virginitatis prædo? leges reclamant. *l. 36. §. 3. D. de heredit. petit.* ne melioris conditionis sint stulti quam periti. *l. 4. D. quod vi aut clam.* Itultus est, qui ingratis parentum, puellam uxorem suam vult, peritus qui volentibus iis. At vero stupidus est homo, qui præfloratam domi retinet, quam sub culpæ confessione, pœnæ deprecatione, amicorum intercedentium consilio, honesto collocare matrimonio potest, & hac ratione labem familiæ illatam abstergere: nisi gravissima causa, eum ab affinitate stupratoris, adulteri forsan, prodigi, aleatoris, & nulla virtute à vitiis redempti hominis deterreat. alias certe præstat quid de rigore patriæ potestatis remittere, & ut Terentianus Micio ait, non pro summo jure agere; <sup>1</sup> sed suis & filiæ rebus consulendo, potius stupratam nuptui dare, quam perpetuum commissæ lasciviæ opprobrium in ædibus retinere. Amputatur & hac ratione graviora desinquendi occasio, liberis ad fugam forsan,

san, vel deterius quid ex amoris impatientia pronis. Certe etiam si justas succensendi causas parentes habeant, nihil contingere iis felicius, nihil optatius potest, quam ut sic, pro reatu, filii satisfaciant, ne necesse habeant vindicare. Eleganter Salvianus: *si quicquam commissum à nobis liberis est; tu pater, qui id offensa dignum putas, venia quoque non indignum arbitreris: pulchre tibi ipse in tuorum reatu satis-facies. nihil de ultione perdit filio ignoscens pater: quia felicius multo est & laudabilius, suis aliquem, etiam immerito, ignoscere, quam in suos etiam merito vindicare.*<sup>1</sup>

- 6 Hactenus de adolescentum: agamus jam de adutorum sponsalibus, quæ clam & inconsultis parentibus interponuntur. Diximus, patrimos, matrimosve adutos, judicis officium implorare posse, si injuriâ nuptiis à parentibus arceantur. Id vero, ut faciant, an cogi ab aliis, quibus nuptias spondebunt, possint, perquam difficilis definitio est. Hujus quæstionis difficultas magis perspicitur, si ea hoc modo proponatur: an liceat adutis, qui poenitentiam ducti dissentientis patris voluntati obtemperare volunt, invitis consponsis, sponsalibus suis renunciare? Non disputamus; quid hac in re jus Divinum voluerit; scimus enim Ebræo patri jus fuisse dirimendi filiarum sponsalia, etiam coitu firmata: idque sine ætatis distinctione, modo ea in domo patris, id est, sub potestate esset, *Deuter. 22. v. 28. 29. Exod. 22. v. 16. 17.* Non quærimus etiam, quid jus Romanum statuerit; palam enim est, nullam liberorum ætatem diminuisse patriam Quiritum potestatem: <sup>1</sup> ideoque eorum nullas fuisse nuptias, nullaque sponsalia, quibus non consenserat pater. *l. 2. D. & lib. 2. Antiq. §. 12. Instit. de nupt. l. 7. §. 1. l. 12. D. de sponsalib.* emancipatorum vero spon- <sup>2</sup> siones mutata eorum dissolvissæ voluntatem, misso hac formulâ repudio, *Conditioe tua non utar. l. 1. l. 5. C. de sponsal. junct. l. 2. §. 2. D. de repud. & divort.* Non disputamus quoque, quid senserit hac de re jus Canonicum; cum ejus interpretes nimium fluctuantes circa ipsorum sponsalium vim, dubitent, an ex iis compelli quis possit, & quomodo, matrimonium perficere; velintque parentum duntaxat consilium, non consensum necessarium esse in liberorum nuptiis. Tandem non quærimus duntaxat, quid potius justitiæ ratio à filio exigit, vel obtemperare dissensui patris, vel adimplere sua sponsalia: quâ in quæstione à Menochio <sup>3</sup> dissentit Sanchez. <sup>4</sup> Sed quærimus insuper, an <sup>5</sup> judicio cogi possit ex sponsione sua filius, nuptias perficere, quibus adversatur pater. Tota itaque nostra circa mores nostros occupata disputatio est, quibus invitus quis ex sponsione sua ad contrahendas nuptias compelli potest, nisi actionis actionem perimat vel patria potestas, vel alia quædam justa repudiî causa. Hujus quæstionis determinatio ex hisce mihi pendere videtur. Primum, an ætas viginti quinque annorum ita hodie dirimat patriam potestatem, ut filii in omnibus & per omnia, etiam in contrahendis matrimoniis, sui juris habeantur: si enim his annis majores plane sui juris sint, nemo ambigit, quin æque ex sponsione sua ad perficiendas nuptias, quam ex aliis conventionibus ad præstationem eorum quæ promissere, in gratiis paren-  
tum

<sup>1</sup> In epist. 4.  
ad Hypas. &  
Quiesam.

<sup>2</sup> Halicarn.  
lib. 2. Antiq.  
Roman.

<sup>3</sup> Lib. 1.  
conf. 69.

<sup>4</sup> Lib. 1.  
disp. 14. n. 2.  
<sup>5</sup> & de ma-  
trimon.



tum cogi possint. Si vero negetur liberis, anni majoribus, hujusmodi à patria potestate liberatio; dispiciendum denique est, an ille illave, cui ex sponsalibus obligatus obligatave filius filiave est, cogere dissentientem patrem possit, vel consentire matrimonio, vel dissensus sui rationes exhibere; vel, quod fere eodem redit, an ex sponsione sua cogi possit filius filiave familias ad utrumvis urgere patrem. Certum est, jus divinum (ut ad primum progrediar quæstionis membrum) jusque civile, sine liberorum ætatis distinctione, necessarium exegisse in eorum nuptiis parentum consensum, imo horum curæ commisisse liberos collocare matrimonio. At autem quoties circa nuptias dubitatio est, ad duo hæc jura nos remittunt Ordines nostri, voluntque ex iis definitionem petendam esse *art. 2. Polit. Holl. consit.* Verum quidem est, patriam Romanorum potestatem (quatenus ea mere civilis ex instituto Quiritum defluxit, nimisque in pluribus acerba, & potestati dominicæ non absimilis est) non probasse Majores nostros; sed & hoc verum est, quatenus ea, divino & naturæ jure ita præcipiente, à liberis pietatis officium erga parentes exigit, nusquam moribus nostris improbatam vel diminutam ob ætatem liberorum reperiri. At vero, ne possit filius inconsulto parente nuptias contrahere, pietatis & gratitudinis officium exigit: *Pietatis*, quia hæc est lex naturæ cunctis gentibus præscripta, hoc est jus *non scriptum, sed natum*, ut cum Cicerone loquar, *quod non didicimus, accepimus, legimus, sed ex ipsa natura arripimus, hausimus, expressimus, ad quod non docti, sed facti, non imbuti, sed instituti sumus.* Pro Milon. ut honoremus, & pareamus iis, à quibus nos natos scimus: *Gratitudinis*, ut rependamus hanc pro educatione & cura parentibus gratiam, ne sine consensu, nosmetipsos eorum potestati eximamus; solvit vero naturæ & Batavo jure patriam potestatem, matrimonium. Hunc etiam patriæ potestatis effectum satis aperte mihi Ordines nostri probare videntur, cum velint, non esse admittendos ad nuptias etiam ætate majores liberos, qui non exhibent parentum consensum; cumque jubeant, tergiversantes parentes invitandos atque inducendos esse, ne sine ratione amplius velint adversari honestis liberorum desideriis; & si hi immoti resistant, cum decernant, ut tanquam patriæ pater, magistratus consentiat liberorum conjunctioni, suppleatque parentum locum, ne hi videantur sine illorum voluntate matrimonium contrahere. Nec est, quod hodie in locationum, venditionum, emptionum, cæterisque contractibus, liberi annis majores pro emancipatis & sui juris habeantur, se suaque bona obligare, judicio contra alios experiri, & ab aliis conveniri, non explorato parentum consensu possint; atque quod ad eam juris partem obsoleta apud nos sit patria Romanorum potestas.<sup>1</sup> Ratio enim diversi juris hæc est, quod in cæteris conventionibus, quantum parentes & pietatis officium attinet, nihil indignum faciant liberi, cum de suo disponant, suoque periculo negotientur. At in nuptiis liberorum, patris quoque versatur periculum, cum ejus inter sit, quam nura familiæ suæ insertam habeat, ex qua nepotes expectet. Deinde collocandorum liberorum curam imposuit parentibus Deus, quam

<sup>1</sup> *Christin.*  
vol. 4. decis.  
186. n. 9.  
*Boer. ad com.*  
*suæ. Bitur.*  
Tit. 1. §. 2.  
*Groenev.*  
*de leg. abrog.*  
*in Tit. Instit.*  
*quib. mod.*  
*suæ patr. pot.*  
*est. solu.*

iis invitis eripere liberi nec debent, nec possunt. Discreta hic sunt jura, etiam si plura in eandem personam devenerint. *l. 22. D. de his quæ ut indignis.* Etenim diversa qualitas, diversam haberi eandem personam facit. In cæteris negotiis, cum filius major annis se obligat, ut sui juris id facere intelligitur: in spon- sione vero matrimonii, exuere filii personam non potest. Quæ res non sine exemplo est, etiam in civili jure; municeps ille esse definit, qui adeptus est senatoriam dignitatem, quantum ad munera: quantum verò ad honorem, retinet originem. *l. 23. D. ad Municipalem.* & quantum jus publicum attinet, non sequitur filiusfamilias jus potestatis *l. 14. D. ad SC. Trebellian. l. 9. D. de his qui sunt sui vel alien. jur.* Denique non adversatur nobis Carolina constitutio, <sup>1</sup> *Am. 1540.* quæ duntaxat in nuptiis minorum, parentum consensum requirens, eo ipso satis innuere videtur, majores ætate liberos nec quodad hoc negotium in potestate parentum esse. Verum facilis ad hoc argumentum responsio est. Lata illa Constitutio est eo tempore, cum & Princeps & Respublica adhuc Romanum Pontificem agnoscerent Christi vicarium. Voluit autem Papa matrimonium sacramentum esse, remque spiritualem, circa cujus firmitatem quicquam statuendi nulli Principi jus esset; ideoque cum diceret ille, non esse in nuptiis contrahendis, cujusunque ætatis liberos, sub potestate paren- tum: non ausus fuit Imperator Carolus, ne Papam offenderet, constitutionem emittere, qua fas esset parentibus dirimere etiam annis minorum libe- rorum clandestina sponsalia nuptiasque; ea tamen pœnis subjecit, ut osten- deret, quid sibi circa hoc negotium, animi esset. Majores vero nostri, ejura- ta Pontificiorum superstitione atque hæresi, & hanc juris partem reforma- runt, matrimoniumque jurisdictionis esse politicæ voluerunt, nec in ulla re magis observandum esse illud Dei, *honora parentes*, quam in matrimonio con- trahendo, liberosque hac in re parentum manu subjectos esse, satis aperte in- nuerunt. Qua ratione quoque intelligat lector, vulgatam illam apud inter- <sup>8</sup> pretes regulam, *quoties de matrimonio incidit questio, sequendum esse jus Pontificium*, moribus nostris manifeste falsam esse: ut qui in omnibus fere quæstionibus quæ circa nuptias instituuntur, excepta illa quæ de repudiis & divortiis est juris parte (in qua tamen neutrum jus, sed divinam legem sequimur) jus civile amplectimur, non canonicum, cum deficiunt patriæ leges. Concludimus ergo, ætatem viginti quinque annorum non ita hodie dirimere patriam po- testatem, ut liberi sui juris in contrahendis nuptiis habeantur.

<sup>9</sup> Absurdum mihi videtur cogitatu (ut transeamus ad alterum quæsitum mem- brum) quod tamen quosdam, quos hac de re consului, foro operam navantes affirmare repperi: posse agere procum adversus desponsatæ annis majoris fi- liæ patrem, ut consentiat matrimonio, vel rationes dissensus proferat, filiam- que interim debere agere spectatricem exitus litis. Quid enim juris in patrem desponsatæ habet procus? qua conventionem obligatus illi hic est? habetne actionem ex contractu filiæ, adversus patrem? minime: contractus suos ob- ligant auctores, non alios. Expediti juris est, ne pater qui suam non obstrinxit fidem,

fidem, vel iustum suum non interposuit, ex persona filii, qui sui juris est; vel ex ejus quem in potestate habet, inquietetur *l. 1. 3. C. Ne fil. pro patre vel pat. pro filio emancip. vel libert.* Nec est, si quis ad Ordinum nostrorum constitutionem confugiat, qua injungitur parentibus contrariæ voluntatis rationes dare, qui liberos majores annis prohibent matrimonio. Hæc enim gratia liberis conceditur, non aliis, quibus fidem suam inconsulto patre liberi obstrinxerunt. Recte constitutum esse judico, ut pater à filio quem acerbè tractat, per judicem cogi possit matrimonio consentire, quod sine ejus consensu contrahi nequit: cum obligatus sit quia pater est, honestas conditiones liberis querere: at quomodo pater ex contractu filii obligatus dici possit ad alterius postulationem, vel consentire pactis nuptiis, vel dissensus sui rationem dare, concipere nequeo.

Omnis ergo in eo residere videtur difficultas; nonne ipsi liberi ex spon-<sup>10</sup>sione sua cogi possint, adigere parentes, ut consentiant pactis nuptiis? Nam ita hæc quæstio proponenda mihi videtur: non hoc modo; an filius paterque conveniri possint; filius, ut celebratione nuptiarum fidem suam impleat; pater, ut æquo animo nuptias ferat. Nam hac ratione pater conveniretur, ut consentiat matrimonio, vel rationes contrariæ voluntatis exhibeat. ad quæ illum compellere, nullum jus esse tertio, cum quo non contraxit, diximus. Hæc autem sententia ita astrui posse videtur. Potest annis major filius personam suam ad quodvis factum obligare: hæc ætas enim patriam potestatem hodie solvit, liberosque sui juris constituit. At politica Hollandiæ constitutio facultatem tribuit liberis, qui vigesimum quintum ætatis annum excesserunt, exigere rationes dissensus à parentibus, si eorum expetitis nuptiis consentire nolint: qui autem fidem suam interposuit, urgeri potest ut id agat, sine quo quod promisit, implere nequit. Verum major hujus argumenti enunciatio generaliter accepta in vitio cubat, & cum temperamento accipi debet. Non potest obligare filius ad quodvis factum personam suam, & judicio conveniri, ut pœnitentiæ ei non sit locus, si id factum læderet pietatem & verecundiam, adferretque patri præjudicium. \* Nuptiarum vero clam facta

\* *Inbert. in encyrid. jur. Gall. cap. Auctore. curat. pag. (mibi) 23.*

sponsio à liberis impleri non potest, cum reluctantur parentes, sine pietatis & paternæ reverentiæ læsione. Deinde hac ratione adimeretur patri facultas liberos suos, qui iis inconsultis sponsalia contraxerunt, ad obedientiam & sanio rem mentem reducendi. In minori quoque enunciatione perpendendum est, Ordines nostros non præcipere, non jubere liberos, qui ætatem justam excesserunt, & sponsalia contraxerunt, adigere parentes, ut consentiant matrimonio, sed iis id indulgere, atque permittere; idque adeo quidem, ut id non fieri, melius judicetur: quod autem permittitur, metu & majoris mali evitandi gratia; connivetur, ita ut ejus contrarium magis probe tur *C. 9. caus. 31. q. 1.* Politica Ordinum nostrorum constitutio hæc velle videtur: parendum maxime parentibus esse in matrimonii electione; infirma esse sponsalia inconsulto patre contracta ab iis liberis, qui ætatem legitimam,

non

nondum attingere; eaque patrem dirimere posse solo voluntatis abnutivo. Eos autem qui adulti sunt, & conjugii desiderio tenentur, non esse quidem admittendos ad matrimonium sine parentum consensu; verum ne liberi, jam per ætatem nimium naturæ stimulos sentientes, prostituant pudicitiam, furtivaque venere utantur; vel etiam ultra naturæ tempora injuste arceantur matrimonio spurcitiâ parentum (lex enim lata videtur cum sensu humanæ imbecillitatis) audiendos esse patres liberosque interposito judicis officio; judicemque hoc agere debere, ut inducat parentes, consentire liberorum votis; vel (& hoc præcipue) ut persuadeat liberis, parentibus hac in re obsequium præstare *l. 9. §. 3. D. de officio Proconsul.* & si neutrum perficere possit, perpensa dissensus parentum ratione, judicium suum interponere. Ex quibus colligere licet, non posse quem cogi contra parentes agere, qui parentibus oblequi cupit: cum & judex agere debeat, ut parentibus pareant liberi. Deinde si ex privata amicorum intercessione liberis probentur rationes paternæ, nullum Magistratui, vi constitutionis politicæ, officium reliquum esse, cum nulla conciliatio amplius fieri possit, inter quos jam convenit. Non enim vult dicta constitutio, ut examinentur parentum rationes contra liberorum conjugia, ut iis satisfiat, qui liberos sibi sponsalibus alligatos contendunt; sed ut liberi, abjectis propriis desideriis, parentibus se totos tradant, privatæque sponsioni renuncient. Ut ergo concludam. Mitigat atque coercet Politica constitutio jus patrium, si acerbius exerceatur, ut contra eorum auctoritatem majores liberi exaudiri possint; non vero tollit patriam potestatem, ut excludatur pœnitentiæ locus liberis à clandestina sponsione recedere volentibus. In favorem liberorum constitutum est, ut contra parentum spurcitiâ implorare judicis officium possint, cum velint; quod in eorum odium retorqueri non debet, ut tenerentur, cum seposito proprio desiderio, parentibus obtemperare cupiunt. *l. 6. C. de legib. l. 23. D. ad Municip. Novell. 81. cap. 2.* <sup>1</sup> Nec hoc jus adeo inauditum est, quin simile à contrario præbeant leges civiles. Filia voluntati patris consentiens dissolvit matrimonium amborum voluntate rite contractum, quam tamen ut deferat maritum, sola patris auctoritas cogere nequit *l. 18. 20. C. de inoffic. testam. l. 5. C. de repud.* Imo eodem jure Romano (ne deferamus argumentum nostrum, & à contrario argumentemur) filia maturæ ætatis quæ injuriâ à matrimonio arcetur, per Præsidem cogere patrem potest, ut conditionem quærat *l. 19. D. de Rit. Nuptiar.* At quæ se clam patre desponsavit, prisco juri & antiquissimo reverentiæ se submittens, libere renunciat sponsioni suæ, nec cogi potest Præsidem adire, ut patrem consentire cogat. Sic & jure canonico cautum est, ne virgines vel viduæ extra voluntatem parentum vel suam, cogantur maritos accipere *c. 16. caus. 32. q. 2.* etiam si parentum non consensum, sed consilium duntaxat, in nuptiis liberorum ne cessarium dicant Pontificii. <sup>2</sup> Egregie hoc ultimum scilicet, quasi honorare parentes, consilium tantum sit, non præceptum.

<sup>1</sup> Groenevv.  
de leg. abrog.  
in l. 5. C. de  
sponsal.

<sup>2</sup> Mentib.  
libr. 1. consil.  
69.

Quid ergo? totane illa concepta stipulatio, qua nuptias promissit filius, 11  
inconsulto patre, ex ejus pœnitentia plane corruet, cum injuria desponsatæ  
& probro? critne talis levitas ferenda in homine, cui jam transiverunt juven-  
tutis anni, ut per lubricum ætatis consilium lapsus dici nequeat? ab eo, cui,  
velle tantum deest, non, posse. Ad hæc breviter ita respondendum est. Inuti-  
lis stipulatio est, quæ contra bonos mores concepta reperitur *l. 26. l. 61. D. de*  
*Verbor. obligat.* & nulla oritur ex inhonesto pacto actio. *l. 6. C. de pact. l. 4. C.*  
*de inutil. stipul.* At ut filius, morositatis, malæque tractationis accuset, insimu-  
letque eos, à quibus lucis & vitæ beneficium accepit, contra jus naturæ, Dei  
præceptum, bonos mores est. Id vero facere is debet, qui reluctanti patri  
consensum per judicem extorquere conatur. Nec injurius dici potest filius,  
qui ab inutili stipulatione recedit, qua promissit, quod factum, læderet pieta-  
tem, existimationem, verecundiam suam, quodque ideo non facere eum posse  
credendum est. *l. 15. D. de condit. insit.* ut imputare sibi debeat pars altera,  
quod cum filiofamilias, in scio ejus patre, contraxerit, si aliquod incommo-  
dum ex eo patiatur. Deinde levitas culpanda non est, non præstare, quod  
non recte promiseris, quotiens tolerabilius est, *stulta promissionis vota rejicere,*  
*quam per inutilem promissorum custodiam, exhorrendam criminum implere mensu-*  
*ram. C. 1. caus. 22. q. 4.* Immo filius, quem fascinis & præstigiis suis à parenti-  
bus adeo avertit puella, ut sponsalia clandestina constituerit; ad parentes suos  
postea revertens, & puellæ nuncium mittens, quantum probri priore, tantum  
laudis posteriore meretur facto. Laudanda itaque hæc pœnitentia, non levi-  
tas appellanda est. Potest filius annis major, reluctantibus parentibus, quo-  
rum injuriâ prohibetur, contrahere matrimonium jure soli, si velit; sed  
melius facit, jure poli, qui obtemperat voluntati patris, cum sine ulla ætatis

<sup>1</sup> *Gail. lib. 2.*

*observ. 42. v. 1. Coloss. 30. 20. Exod. 20. v. 12.*

*In hoc effulgere veram, virtutem & pieta-*

*tem, quando cum abdicatione propriarum cupiditatum, resipiscentes auscul-*

*tamus parentibus nostris, Salomon ait. Proverb. cap. 1. v. 8. 9. & seqq.*

*Non mutat jus, si nuptiarum sponsio jurejurando interposito confirmata*

*dicatur. Nam jusjurandum contra bonos mores præstitum, obligatorium*

*ad non est. C. 5. x. de Regul. jur. in 6. nec potest esse vinculum iniquitatis: C. 1. 8. x.*

*Id autem esset, si constringeret filium, contra parentes ex-*

*periri, iisque denegare obsequium arg. c. 12. x. de jurejur. Deinde jurisjurandi*

*validitas, ex validitate negotii cui adjungitur, pendet l. 7. §. 16. D. de Pact.*

*4. Theor. 4. l. ult. & ibi DD. C. de non numer. pecun. recipitque omnes condiciones, quas*

*contractibus non juratis jus tribuit. 2. Itaque si simplex sponsalium sponsio*

*non obliget filium; eum nec jurejurando confirmata obligabit, 3. Denique in*

*omni jurejurando, quo quis se obstringit, duo hæc cinesse intelligi debent. nisi*

*rationabilis causa, vel jus superioris obstiterit. C. 10. x. de sponsal. C. 19. x. de jurejur.*

*Qua ratione Antoninus & Verus rescripserunt, gratiam se facere jurisjurandi*

*ei, qui juraverat, se ordini non interfuturum, & postea Duumvir creatus*

*esset.*

*18. de caus. matrim.*

*12*

esset. *l. final. D. ad Municip.* & recte Paulus scripsit, qui jurato promissit iudicio fisci, non videtur pejerasse, si ex concessa causa hoc deseruit. *l. final. D. qui satisfat. cog.* At rationabilis causa est, dissensus patris, cui liberorum collocandorum curam injunxit Deus, cujusque est persuadere filium, ut sibi auscultet. Tandem si recte dicatur, (quod videant Pontificii) in omni jurejurando inesse tacitam hanc conditionem: *si placeat Papa, gloss. in C. quemadmodum 25. v. conditio. x. de jurejur.* homini scilicet, qui Christi tribunal involavit: quanto rectius æstimabitur hoc liberorum jusjurandum hanc in se completæ conditionem, si placeant parenti nuptiæ, cui hunc honorem haberi à liberis, & Deus & Magistratus, & natura jubent. Recte atibi jus Canonicum; solvendum jusjurandum esse, *quo se pueri vel puella in domo parentum constrinxerunt, patribus, postquam audierint, contradicentibus, C. 19. caus. 22. q. 4.* Nec nobis negotium aliquod facit, si quis hic scrupulum læsæ conscientiæ moveat; quod dictum sit, observandum esse jusjurandum, sine vi & dolo, sponte præstitum; quod & in alterius præjudicium non redundat, nec vergit in dispendium salutis æternæ *C. 2. x. de pact. in 6. C. 28. x. de jurejurand.* Nam primum, vergit in præjudicium patris præstatio nuptiarum, quæ eo inconsulto promissæ sunt. Deinde concessio licet, hujusmodi liberorum jusjurandum absque dispendio salutis æternæ servari posse (quod tamen ego tum duntaxat verum esse iudico, cum injuriâ liberorum desideriis obmittuntur parentes, non cum liberi jure publico abutuntur) non tamen hinc recte sequitur, ideo semper id servandum esse; cum & illud, ut recte Mollerus ait, *quod illicitum quidem per se non est, & sine detrimento æternæ salutis servari poterit; servari tamen etiam ipsi canones nolint, si inhonestum sit, quod factum se qui juravit: ne videlicet, turpius & inhonestum patrimonium vinculum esse dicatur jusjurandum C. 18. x. de jurejur. C. 8. caus. 22. q. 4.* At contra honestatem esse, invito patre nuptias à liberis contrahi, nec ipsi jura Pontificii Interpretes inficias ibunt. Tandem vota liberorum, etiam Deo facta, si clam & absenteibus parentibus facta sint, si non placeant, ex dissensu eorum postea dissolvuntur jure Divino. *Numer. 30. v. 5.* neque obligant filios familias jure humano. *l. 2. §. 1. D. de Pollicit.* rationem vide apud Afcium: Quod si itaque non peccet filia, votum in expiationem peccatorum Deo factum non solvens; quid faciet is, qui obsequens voluntati patris, sponsionem non recte datam, & cujus præstatio in vitio cubat, non præstat homini? *C. 19. caus. 22. q. 4.* Imo votum, jejunio; vel si sacrificium aliquod promissum fuerat, minima rei paternæ jactura potuit præstari; at non ita hodie matrimonium, quod filium potestati patris eximit. Non est itaque jurisjurandi violator, qui injustum non præstat. Audi quid Ildorus dicit: *in malo promissis rescinde fidem; in turpi voto muta decretum: quod incaute votiſſime facias: Impia enim est promissio, quæ scelere adimpletur C. 5. caus. 22. q. 4.* Augustinus: *magna sapientia est, revocare hominem, quod male locutus est. C. 10. caus. 22. q. 4.* Ambrosius: *Officium est à jurejurando turpi recedere. C. 8. caus. 22. q. 4.* Imò non magis culpandus juvenis est, quod fidem datam non præstat, quam puella, quod inter amoris ille-

illecebras, incauto & amore furenti jusjurandum extorsit: Etenim tam facilis oblata potiundi adamatz spe, ad jurandum quam ad emittendum sponsalia is est, quem impotens amor urit. Remittunt quoque leges jusjurandum injustum: & pœnam perjurii, siquæ est, in eum convertendam volunt, qui jusjurandum injuste exegit. <sup>1</sup>

<sup>1</sup> Sichard.  
in l. 23. C. de  
Nupt.

Hoc nobis modò probatum jus, ex ratione sexus limitandum non adeò, <sup>13</sup>  
nec proflus est. Fateor quidem, puellarum naturam molliorem & flexibiliorem quam virorum esse; captionibus amantium magis obnoxias, & ad seducendum faciliores; ambiri eas, non ambire: quas, si sponsalium pœnitentiâ ducantur, & hæ rationes juvant, quod scemina sint; quodque majori cum probò & opprobrio quam masculi repudientur; ut & quod proco repudiato, quam repudiata virgini facilius sit, aliam conditionem invenire. Solent enim suspiciones sinistra sæpius divulgari, quicquam non adeo honestum inter desponsatos ex nimia familiaritate gestum esse, vel puellæ nuntium missum ob non omnibus notam cum alio perpetratam lasciviam; quæ secus se in viro habent. At vero non hisce rationibus, sed patriæ potestati, divino & naturæ præcepto memoratum innititur jus: scilicet, summam virtutem esse, auscultare parentibus; idque melius esse, quam ex juvenili calore contra eorum judicium niti: quod mandatum, utrumque æque sexum spectat. Hanc sententiam variis præjudiciis firmavit Hollandiæ Curia, <sup>2</sup> in filio probavit Scabinatus Lipsiensis, <sup>3</sup> secutumque sæpius supremum Electoris Saxon. Consistorium fuit. <sup>4</sup>

<sup>2</sup> By den  
Hoge Rade  
inde saecke  
van de doch-  
ter van de  
Heere van  
Raepbors  
en secker  
Student van  
Leyden.

By den  
Hoge Rade  
in de saecke  
tusschen  
M. Hendrick  
Perfijn Ad-  
vocaet, ende  
sijne Onders

Quid ergo? si virgini pudicitiam eripuerit filiusfamilias? durius ne videri <sup>14</sup>  
posset, adulterium, judicio & ætate validum, postquam amoris blanditiis incautam puellam sub sponsione futuri matrimonii in concubitum pellexit, prætextu paterni dissensus, à celebratione matrimonii tutum liberumque esse? & ob solam duntaxat animi sui inconstantiam, cum maxima stupratæ ignominia, à sponsione sua recedere posse? Nam si velit, potest, nec nuptias inhibere parentes, nisi gravissimas ob causas possunt. Quis non potius hoc casu auctoritati parentum detrahendum aliquid, quod datur commiserationi violatae cepeat? Hæc decepta virginitatem depo-

impetranten in cas d'appel ter cenre, ende Elsie Reghters, gedaechde ter andre zijde.

Inde saecken van Iuffrou Iacomina Falles, Weduwe van wylen Andrias van Outschoorn, als Moeder ende Vooghdessse van Iuffrou Andrea van Outschoorn, ende de setve Iuffrou ons 23. jaeren, misgaeders haer broeder Willem van Outschoorn ter cenre, ende Franck Reykers van Vollenhaven ter andre zijde, voor den Hoge Rade.

Inde saecke van Prantien Brussellus ter cenre, ende Marin van Beckmansous 36. jaeren, mischaders Clara Brasellus haer Moeder, ter andre zijde, voor den Hoge van Holl.

Inde saecken van Eefje Jacobs dochter tot Gijss impetr. in cas d'appel, ende Dirck Wolfer, gedaechde voor den Hoge van Holland.

Inde saecke gedecideert by den Hoge van Holland tusschen Jan Cornelisz. Jonckman vromende op d'out A. eerst impetrant in cas d'appel, ende na eysscher id R. A. contra Marytge Ians dochter, ons 22. jaeren, ende moeder by den impetrante, gedaechde, ende na verweersters, den 4. Februar. 1661.

<sup>3</sup> Daniel Moller, libr. 1. cap. 47. senestr.

<sup>4</sup> Beuff. tract. de matrimon. quest. 43.

fuit, quæ omiffa mulieri nihil falvi eft. Hic à fraude & dolo excufari nequit, poft ftuprum, folum parentum prætexens diffenfum, cum ante copulam fcire potuerit, eos in nuptias confentire nolle. Quid fi fub hac fponfione, *etiamfi refiftant Parentes*, fe celebraturum matrimonium, virgine pottus fuerit fponfus? multum quidem parentum juri tribuendum eft, fed hoc prætextu, iniqua conditio alteri inferenda non eft. Stuprum commiffit filius parentum diffenfum fcienſ, ceſſit amantiſ blanditiſ puella, ejus inſcia; nonne ratio flagitat, cogi debere ftupratorem, raptum virgini honorem reſtituere per matrimonium? & fi non adeo luculentæ ſint nuptiæ, levitatis ſuæ pœnam ferre? Jus divinum in patris viriatæ poſuit arbitrio, an dotem velit vel matrimonium, non in ftupratoris vel patris ejus, *Exod. 22. v. 16. Deuteron. 22. v. 28. 29.* Nec eft, quod conquerantur parentes, iſtis invitſ, hoc modo juſ in liberos, per matrimonium iſtis etiam liberis inuſum eripi; quippe incongruum non videtur, hoc caſu aliquam pœnæ partem in iſtos redundare, cum in educandiſ & regundiſ liberis, non ſatis proſpexerint illorum moribꝯ & obedientiæ, ut etiam expugnare muliebꝯ decꝯ, & deflorare honeſto loco natam virginem auſi fuerint. Non adeo gravis injuria eft, qua adulti pater afficitur, cum perficiuntur nuptiæ, quin collata ignominia, quæ ſtuprata parentibꝯ inferretur, leviffima videri poſſit. Filius honeſtæ virgini matrimonio junctꝯ, opprobrio patri eſſe nequit: filia ſtuprata, nec ducta, perpetuam paternæ familiæ infert ignominiam. Nec eft quod in redhoſtimentum depoſitæ virginitatiſ, dotem conſtituendam dicat; dote quantumvis ampla non reſtituitur, nec renaſcitur virginitatꝯ, quæ deperit ſemel *Lunic. pr. C. de rapt. virgin. C. 11. cauſ. 32. q. 5.* adde quod & ignominioſum, & indecorum apud graves viroſ ſit, ſcœminam virginei floriſ precium accipere, & liberi corporiſ aſum vendere. Vt Oëno apud Ovidium,

*Nec pretium ſupri, gemmaſ, aurumque popoſci,*

*Turpiter ingenuum munera corpus emunt.*

Quid ſi minor vitiata ſit? in contractibꝯ certe, in quibꝯ tantum de jactura rei alicujꝯ agitur, non reſtituitur copꝯa minorem filiuſfamiliatꝯ; quia, ut dicit jurisconſultꝯ, *major etatiſ quam Senatuſconſulti ratio habetur l. 11. §. final. D. de minoribꝯ.* Quid non etiam major vitiata minorſ ratio habenda erit, quam filii-familiatꝯ, cum agitur de jactura pudicitiaſ & honoris, quæ omnibꝯ boniſ prævalent? Hæ rationeſ, quamvis ſpeciem æquitatiſ præ ſe gravem ferant, tantꝯ tamen non ſunt momenti, ut non idem juſ in hoc quam in præcedenti caſu ſtatuendum ſit: quippe omniſ extra legitimum matrimonium coituſ, foeda ſcortatio eſt, & magiſ odium quam commiſerationem meretur: *C. aliter. 1. §. 1. cauſ. 30. q. 5.* Ignominiam ipſa ſibi intulit virgo, in amplexuſ juveniſ incaleſcens, nec in majori ille verſatur culpa, quod commiſerit, quam illa quod admiſerit ſtuprum; gnara debuit eſſe conditioniſ illiꝯ cum quo contrahit, *l. 19. D. de Regul. jur. & præſciſſe, liberis, qui ſe ſubmittunt parentibꝯ ſuiſ, juſ eſſe, mutata ſententia à clandestiniſ ſponſalibꝯ recedendi: l. 1. C.*

P

de



*de sponsalib.* Magna res, sceminarum pudicitia, & magni pretii, virginitas est, ut ideo majoris culpæ rea sit illa puella, quæ illibatam hanc non servat conjugali thoro, non ut contra jus, mereatur favorem propter commissam libidinem; frustra queritur se deceptam, quæ cavere debuit ne deciperetur, & cui ita decipi forsan volupe fuit; à culpa certe excusari non potest, quæ cum juvene contraxit sub conditione, *etiamsi resistant parentes*; turpis quippe & inhonesta hæc est conditio, bonis moribus contraria, cum promittentem obliget, ut contra Dei præceptum contemnat parentes, at omnis quæ pietatem lædit stipulatio, nulla est, nullamque parit actionem. l. 26. l. 61. D. de verbor. oblig. l. 6. C. de pact. l. 4. C. de inutil. stipul. Deinde & illa quæ talem conditionem à proco stipulatur, procul dubio, gnara est dissensus parentum ejus, ut in maxima versetur culpa, quod coitus illecebris impulerit amantem ad hujusmodi sponsonem. Pessime facit virgo, quæ amare finit juvenem, de cujus parentum voluntate, certa non est, quid dicam quæ stuprum admittit. Sacer codex, ne quis mihi ex eo argumentetur, de iis qui sui juris sunt, loquitur, non de filiis paterno juri subjectis, ut video quoque sensisse Synodum Dordracenam, habita quæ fuit 1574. die 16. Junii. in qua reverendi soceri mei Abrahami Heidani avus Casparus Heidanus, præses fuit. <sup>1</sup> Æqua tum stupratoris, tum stupratæ parentum culpa hic est: hujus quod filium, illius quod filiam meliõribus non imbuerit moribus, ut unius in alterum hinc nulla possit esse prærogativa. Minor ignominia nota ex stupro stupratori non infertur, quæ vitiatæ, pro ratione conditionis utriusque; quæ si major sit in virgine, propter sexus verecundiam, eo magis culpanda est illa, quod potior ejus curam non habuerit: nec propterea labefactandū patrium jus, vel cogendus est filius, in gratiam personæ, quæ ipsa quoque contra bonos mores peccavit, non obedire parenti, atque jus divinum humanumque violare. Dos stupratæ addici solet ex favore, propter sexus lubricitatem: alias ex juris ratione, volenti damnum illatū non sarcitur, neque plectitur, qui sciente domino tractavit rē: habeat tamē illa dotem tanquam precium interfectæ virginitatis, sed non petat sibi quidamplius.

Verum hæc omnia ego quidem ita intelligenda existimaverim, ut stricto <sup>15</sup> jure in ea puella potissimum obtineant, quam nulum aliquam ob rationem respuunt parentes, quamvis ea tam magni ponderis non sit, ut filium exigentem paternum consensum, à nuptiis repellere possit; puta, propter imparitatem dignitatis, familiæ, ætatis, vel divitiarum: ut suspicio esse possit, puellam vel appellasse juvenem venereis lenociniis, vel ob conceptam animo spem lautioris matrimonii, facilius succubuisse amantis libidini: cum hoc casu possint stupratoris nummi compensare damnum, stupratæ ex erepta virginitate illatum. Aliud autem ex æquitate dicendum est in ea muliere, cujus par vel major quàm sponsi conditio est, tum ratione familiæ, dignitatis, ætatis, facultatum; ut nulla possit esse suspicio, nisi seductam in tantum dedecus se prodere voluisse, cuique nihil aliud vitio verti possit, quam quod adversus amantem parum obfirmato animo fuerit, neque ausa amori in pugilis morem fortis obluere.

<sup>1</sup> Bor Ne-  
derl. historie.  
lib. 7 fol. 52.

*obliuiscari.* ut quoque stupratoris parentes, vel malitia (ut ignominia afficiatur aliena familia) vel non tam ratione dissentire videantur, quam nolle ad nuptias cogere filium, quem satiatum libidine, ut fieri assolet, nausea puellæ cepit. Quid enim si connivente patre ambiorit puellam filius? illa vero, ut dissentientes suos parentes moveat, malo tamen ausu, amanti corporis sui copiam pellecta fecerit? Quid si minor puellæ ætas, cujus major quam Senatusconsulti, jure Romano habetur ratio l. 11. §. fin. D. de minoribus. integrumne erit stupratori legitimam & virilem jam ætatem adepto, inducere ad dissentiendum parentes suos, vel eo propensos impellere, ut puellam ludibrio exponat, cui damnum stupro illatum sarcire nummis nequit? Non adeo iniqua conditio alteri, sub umbra patriæ potestatis, inferri debet; non malitiis hominum indulgendum; non hoc modo aperienda fenestra luxurianti juventuti, illudendi, seducendi, & imponendi fragili scemineo sexui; non ea mens Procerum, cum constitutione sua, parentum consensum in liberorum nuptiis flagitant; parentum morositati injuriâ prohibentium liberorum nuptias, obvenire, non eorum malitiæ, & liberorum sceleribus indulgere volunt. Deus in vitiatæ patris posuit arbitrio, nuptias stupratoris: quod generale effatum, quamquam intelligant multi in eo, qui sui juris, parentes non habet, sunt & plurimi & non ignobiles Theologi, qui volunt patrem stupratoris cedere hic debuisse voluntati patris vitiatæ; quod tamen ego obtinuisse censeo, cum familia, conditione, & fortuna pares essent sponsus sponsaque, vel stuprator minor, ut illum nil nisi satietas vitiatæ, vel malitia patris dimovere à nuptiis posset.

16. Cæterum quamvis nec filius, nec filia familias cogi debeant, contra voluntatem parentum niti, tanti tamen inter illos facienda sexus discretio est, ut puellis, quæ se totas parentibus dedunt, omni modo & pœnitentiæ sit locus, & alteri nubendi potestas; maribus vero non semper sit. Tum quod pœnitens virgo, amoris lenocinijs, à proco, ad nuptiarum, clandestinam sponsonem seducta semper credatur, non autem à puella juvenis; cum ambiri hæc soleat, ille ambire. Tum quod in jure nostro facilius restituantur sceminæ quam masculi, propter sexus lubricitatem. Verum quando maribus, ducendi aliam, nolimus esse potestatem, requirimus, ut se sponsalibus junxerint virginibus, quæ nec familia, nec fortuna, nec dignitate iis cedunt, ut iusta non adeo ratio, patrem à promissis nuptiis dimoveat; quamvis enim iniquum, & contra bonos mores esset, filium familias ex sponsonem sua cogi, contra patris voluntatem nuptias perficere; iniquum tamen non est, ne ille possit, invita puella, donec ea vel vixerit, vel innupta fuerit, alteri sese virgini matrimonio jungere. Etenim annis majores filii, moribus nostris, quodam omnes contractus, sui juris habentur, se suaque bona obligare possunt: & in eo duntaxat, ne non exhibito parentum consensu, nuptias perficere possint, patriæ potestati subiecti sunt. Qua ratione mihi semper admodum placuit, nisi speciales in illa quæstione circumstantiæ aliud jus desiderassent, supremæ Curia

*Siet de sententia van de Heren van Holland, inde faecht van Maria Geselle, meerderjaerige dochter, verwoesfen in conventie, ende eyfferfche in reconvenste, ter contra lohan Weller, klerck ordinaris van de Staten van Holland, eyfcher ende vervooeder in 't selve cas, gepromuncieert den 22. Decemb. 1662. Christin. vol 4. decis. 186. n. 9. Groenevree in pr. Inst. quib. mod. jus patr. potest. solv. Gudo lin. libr. 1. cap. 13. in fin. de jur. noviss.*

judicium in causa Gerardi Bickers & Alidæ Coninx latum; quo negatum fuit puellæ, jus constringendi filium familias nuptias perficere ingratiis parentum, & reservata ei intercedendi potestas, si cum ulla alia, ea innupta, ille nuptias contrahere tentaret: non penitus precepta, sed suspensa in præsens utriusque in utrumque ulteriori actione. <sup>1</sup> Hac quippe sententia, parentibus illæ sua constitit auctoritas; nec coactus fuit filius invitus, offendere pietatem & reverentiam, quæ parentibus debetur: nec irrita plane fuere, cum ludibrio sponsæ, majoris sponsalia; nec puellæ injuria facta fuit, quod cogere procum, ingratiis ejus patris ad perficiendas nuptias non potuerit, cum sibi imputare debuerit, quod non certa de sponsi patris assensu; sponsalia fuerit pacta.

<sup>1</sup> *Geprom-  
micri den 27  
May, 1651.  
ende d'eerste  
interpretatie  
vanden den  
13. May,  
1652. de  
surveede, den  
23. Februa-  
rii 1655.*

Deinde & hoc jus temperandum censeo, quotiens quem præter annos, & 17 patriciatus dignitas, vel episcopatus honos à patria liberaverit potestate; quotiens separata habitatio, per aliquot annos, propriis mercimoniis præpositum segregaverit: vel nimis proventa ætas in omnibus & per omnia, plane quem suæ tutelæ commiserit. Indignum enim esset, ut viri in tanto honore constituti, vel quadraginta aut quinquaginta annorum homines, cum cæteris contractibus valide obligentur, solam matrimonii promissionem, prætextu parentum dissensus, cum injuria pellectarum virginum, quoquo modo eludere possent. Multum in hoc negotio tribuendum est patriæ potestati, sed tum cum primum transierit liberis minor ætas, ut eos quandoque abripere juvenilis calor videatur: non vero cum nimis proventa ætas, dolo malo, patriam potestatem obtegere inconstantia suæ, cum sponsæ injuria nititur. <sup>2</sup> Itaque uti in multis, ita & in hac quaestione, quotiens incidit disputatio, multum prudentiæ Judicis committendum, multum personarum conditionibus deferendum censeo.

<sup>2</sup> *Sententie  
van de Hove  
van Hollant  
inde faecke  
van Gerart  
Bicker, Droft  
tot Muiden,  
impetr. sentr.  
Alida Coninx  
gbedaege hde.  
Den 3. Junij,  
1650. en in  
Reghtgeap-  
proceert den  
23. Februa-  
rii, 1656.*

## CAPUT DECIMUM QUARTUM

### De auctoritate curatorum in contrahendis minorum sponsalibus.

#### SUMMARIA.

- |  |   |
|--|---|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Minores vocantur, qui parentibus orbi vigesimum quintum ætatis annum non exegerunt.</li> <li>2. In constituendis sponsalibus, curatorum auctoritas minori, moribus nostris, necessaria est.</li> <li>3. Infirma sunt minorum sponsalia destituta curatorum assensu.</li> <li>4. Curatorum auctoritas hodie non est æquata parentum potestati.</li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>5. In quibus differat curatorum auctoritas à parentum potestate, explicatur.</li> <li>6. Quando &amp; quomodo curatoris auctoritas minorum sponsalibus interponi debeat?</li> <li>7. Quando poena Carolina constitutionis locum habens, in minorum, curatore non auctore, contrahitis nuptiis.</li> <li>8. Cum de Carolina poenis est quaestio, ea minor dicitur puella, quæ annum ætatis vigesimum nondum complevit.</li> </ol> |
|--|---|

9. Pas-

9. Passim obtinuit moribus nostris, ut in Carolina constitutione, sub nomine consanguineorum, curatores quoque intelligantur.
10. Curatores, cognati precipue, & nobiliores ex familia tum materna, tum paterna, non omnes, consentire minorum nuptiis debent.
11. Si dissentiant inter se curatores, magistratus judicium suum interponere debet.
12. Laudatur jus hoc Batavum.
13. Nec civile nec canonicum jus curatorum auctoritatem in spondendis nuptiis, minori necessariam statuit.
14. Cur jure civili statutum fuit, nuptias minorum ad curatoris officium non pertinere?
15. Ex lege Latoria olim non dabatur minori curator, nisi probata judici causa: causa autem probationem remisit Antoninus Philosophus.
16. Fama, jure antiquo, apud Romanos in perpetua agnatorum erat tutela.
17. Differentia inter pupillorum & socinarum tutelam qua fuit, traditur.
18. Postquam placuit, mulieres pubescere, & non esse puberes sub perpetua tutela, curatore non auctore nuptias spondere potuerunt, jure Pandectarum.
19. Nec aliud statutum fuit jure Codicis; & l. 1. l. 20. C. de nuptiis explicantur.
20. In constituenda dote, & donatione propter nuptias, curatorum auctoritas minoribus necessaria fuit.

**H**uc usque fufe satis explicata dedimus, ob patriam potestatem, infirma liberorum sponsalia; Operis ordo postulat, ut jam transgrediamur ad eas nuptiarum sponsiones, quæ à minoribus, neglecta curatorum auctoritate, contrahuntur; etenim eas quoque infirmas, ita jubente lege, diximus: sed id antequam agamus, paucula, qui sint minores, & de eorum conditione prælibanda sunt.

Qui parentibus orbi nondum vigesimum quintum ætatis annum exegerunt, in jure nostro, minores dicuntur; sæpe suppressa ætate simpliciter l. 3. pr. & §. 1. D. de minorib. sæpe adjecto tempore, minores viginti quinque annis. l. 1. §. 2. D. eod. l. 3. C. de integ. restit. minor. In quibus hoc passim moribus nostris constitutum est, cum inter omnes constet, fragile & infirmum esse hujusmodi ætatum consilium, multis captionibus suppositum, multorumque insidiis expositum l. 1. D. de minor. ut iis non committatur etiam res suas bene gerentibus bonorum priorum administratio, sed ut nolentes volentes curatorum auxilio regantur, nisi veniam ætatis à Principe impetrent. T. T. C. de his qui veniam ætat. vel contracto matrimonio, suæ tutelæ committantur. Curatorum autem auxilium in eo consistit, ut ipsi bona minorum administrare debeant, utque infirmum sit, & irritum reddi possit, si id non placeat curatoribus, quicquid, iis non auctoribus, gestum à minori fuerit, sive contractum sit, sive quid aliud contigerit. l. 7. D. de minorib. Hinc hæc ætas, invito curatore, ad servanda pacta cogi nequit, l. 3. C. de integ. restit. minor. quamvis alios sibi valide obliget, si ejus contractus postea curatori proberetur. & durat hodie hæc cura usque dum minores annum ætatis vigesimum quintum exegerint, vel contracto matrimonio jus legitimæ ætatis consecuti fuerint. Tit. 10. art. 3.º 4. Ordin. vande Weescam. tot Alkmaar. art. 55. 56. en 60. vand. 100. Burgerlijck. Keur. tot Leyden. art. 24. Ordon. vande Weescam. tot Amsterd. art. 52. Keur. vande Weescam. tot Middelburgh. Hantvest. By Hartogh. Albrecht aan de Stadt Delft vergunt op S. Nicol. dagh, 1389. Statuten van Friesland

2 Groenovo.  
in §. 2. Instit.  
de Cur. tract.  
de leg. abrog.  
Zype. de No.  
tit. jur. Belg.  
tit. de Tutor.  
Pinn. in §. 2.  
Instit. de curat.

libr. I. Tit. 6. art. 1. Zypa. de notit. jur. Belg. Tit. de Tutoribus, Verb. Matrimon.  
Grot. libr. I. cap. 10. Inleid. tot Holl. Rechtsgel.

Ut jam institutum nostrum attingamus, in constituendis minorum spon- 2  
salibus, curatorum auctoritas moribus nostris necessaria est; idque ex eo pa-  
lam est, quod Carolina constitutio probata Ordinibus nostris, *Placaat vande*  
*Jaare 1540 junct. art. 13. Pol. Holl. constit.* certis pœnis subjecit minorum  
nuptias, quas necessariorum seu curatorum assensus deficeret. Quod certe op-  
tima ratione constitutum est. Nam cum matrimonium hodie jus legitimæ  
ætatis tribuat; cumque quis contractis nuptiis, ante vigesimum quintum  
ætatis annum curâ exeat; & cum juvenus amore occæcata, in electione  
conjugis sæpius, cum magno facultatum suarum detrimento decipiatur, ini-  
quum esset, non requiri judicium curatoris, an conducant expetitæ nuptiæ  
minori, an is condendæ familiæ satis idoneus sit, an satis callidus cui com-  
mittatur bonorum suorum administratio. Deinde æquum quoque est, ut  
hic honor, pro administrationis molestia, exhibeatur curatori, ne solvatur  
ante tempus cura, eo vel non consentiente, vel forsitan ignorante. *arg. l. ult. 3*  
*C. de auctor. prastand.* Itaque hodie aliquo modo pertinet ad officium curatoris,  
nubat pupilla vel non; & non tantum infirma dicuntur minorum sponsalia,  
quatenus inviti cogi nequeant nuptias perficere: verum & quatenus  
etiam volentes, ea ad effectum perducere non possunt, si ratione iusta relu-  
ctentur curatores.

Verum hæc non ita intelligenda sunt, quasi curatorum auctoritas paren- 4  
tum potestati, hac in re, æquata sit, uti quidem Zelandi ac Transylvulani velle  
videntur, eadem verborum serie, parentum, curatorum & necessariorum no-  
mina conjungentes. *art. 7. 8. Polit. Zeland. constit. art. 2. Tit. 1. part. 2. Lan-*  
*recht van Overysel. Tit. 3. part. 1. art. 3. Reghte en Gewoonten van Deventer.* Nam  
quod hæc sententia, à mente Ordinum nostrorum, aliena sit, argumento est;  
tum quod ea pars politicæ constitutionis, quæ de necessitate parentum con-  
sensus in nuptiis liberorum agit, curatorum aut necessariorum arbitria non  
exigat. *art. 3. Pol. Holl. constit.* tum quod aperte Edamensibus rescripserint Ordines  
nostri, nomine parentum in memorata constitutione, curatores non con-  
tineri. *Resolut. vande Staten van Holl. vanden 9 August. 1646.* Et certe non æquum  
esset, æqualem esse parentum & curatorum in nuptiis minorum & liberorum  
auctoritatem, quæ diverso eos modo afficiunt. Amittit pater per liberorum  
matrimonia patriam potestatem, quantulacunque ea hodie sit: minores sui  
juris sunt, nec in eos ullam potestatem, quam contractis nuptiis amittere  
possent, habent curatores. Pater dotem filiz constituere tenetur. *l. 19. D.*  
*de ritu nupt. l. 22. §. 4. D. ad SC. Trebell. l. ult. C. de dot. promiss.* ab onere curæ  
per minorum nuptias liberatur curator, nec de suo quicquam amittit, vel dare  
cogitur. Natura voluit, liberos in ditione parentum esse: tutor seu curator  
quidem vice & loco dominorum sunt *l. 56. §. 4. D. de furtis l. 11. §. 7. D. quod*  
*vi aut clam l. 157. D. de regul. jur. l. 27. D. de administ. & pericul. tutor. at tan-*  
tum,

tum, quantum ad providentiam pupillarem l. 7. §. 3. D. pro emptor. alias & pupillum, minoremque, suos dominos vocant. Diversus quoque horum hominum erga illos affectus, diversum esse auctoritatis & potestatis jus, exigit: parentes semper optime liberis suis consulere velle præsumtio est, nullus quippe affectus vincit paternum. l. 22. §. final. D. ad leg. Jul. de adulter. at sapius sordes redempti curatoris, vel insidiæ ejus necessarii, qui gradu proximo ad minorum successionem vocatur, honestis obnituntur minorum votis l. 4. C. de sponsal. l. 18. C. de Nupt.

5 Cæterum hæc Curatorum auctoritatis, & parentum potestatis, in nuptiis liberorum minorumque, diversa vis, in hisce consistit: quod parentes liberorum adolescentum clandestina sponsalia convellendi; curatores duntaxat abnuendi jus habeant. quod parentum jussus præcedere nuptias debeat; curatorum duntaxat approbatio. quod adolescentes, rationes negati consensus per judicem exigere à parentibus non possint; minores à curatoribus possint: & denique quod nullum sit, sine parentum consensu, contractum matrimonium: non, sine auctoritate curatorum.

6 Porro circa modum exigendi auctoritatem curatorum, duplex jus observandum esse mihi videtur; vel enim sola Politica Hollandiæ constitutione, in nuptiarum negotio, utuntur quædam civitates & pagi: vel suas præterea habent municipales leges. In iis locis, in quibus Politica tantum observatur constitutio, ipsi minores, ut auctoritatem suam eorum sponsalibus interponant, à curatoribus exigere debent. Quod si non fecerint, justæ quidem sunt contractæ nuptiæ, at Carolinis subjacent pœnis; curatores vero si relucten-  
 tur minorum nuptiis, earum denunciationes publicas sistere debent, & judi-  
 ci rationes exhibere denegatæ auctoritatis. Non enim memorata constitu-  
 tio injungit nuptiarum Præfectis, ut ab ipsis citentur curatores, antequam  
 nuptiales denunciationes minoribus concedantur. At vero in pluribus ci-  
 vitatibus, quæ suis præterea utuntur legibus, vel in quibus id consuetudine  
 introductum est, curatorum auctoritas à minoribus exigi debet; quam si hi  
 non exhibeant, nuptiis Præfecti, vel statim remonent à nuptiarum quasi li-  
 mine ipsos minores, iisque injungunt consensum curatorum exorare; vel an-  
 notant quidem eorum nomina, at albo sponsalicio non inscribunt, nec nuptia-  
 les denunciationes fieri permittunt, antequam citati curatores, vel sua au-  
 thoritate probant sponsalia, vel eorum injuriâ reluctantium sordes & malitia  
 palam probantur. Etenim, uti diximus, dissentientium curatorum, uti paren-  
 tum, cum de liberorum adolescentum conjunctione agitur, pro ratione non  
 est voluntas, sed denegatæ auctoritatis rationes justas, uti parentes cum ad-  
 ultorum nuptiis adversantur, exhibere judici debent. art. 8. Ordinant. van  
 Houwvel. saack. tot Amsterd. vande jaar. 1588. art. 3. vande 101. Burgerlijke Keure  
 van Leyden, art. 36. Eght-Reglem. vande Staten Gener. art. 4. ord. onnant. van Hou-  
 wel. saack. tot Delft. gearresteert in 't jaar 1640. en 1641.

7 Diximus modo Carolinam constitutionem probatam Ordinibus nostris  
 certis

Grot. libr.  
 1. c. 8. verb.  
 t' Houwve-  
 lijck der  
 vreesen. in-  
 leydingh toe  
 d' Hollands.  
 Reghtsge-  
 leertth.

certis plectere pœnis, cum minoribus, absque curatore auctore, contracta: matrimonia. Id ipsum quidem planum est, cum prorsus neglecta curatorum auctoritate nupserint minores. verum non adeo, cum assensum curatorum præsentis iudice exegerint quidem minores; at ii eorum nuptiis assentiri noluerint. In qua quæstione ego ita distinguendum censeo: si iudicis arbitrio honestæ sint nuptiæ & utiles consponsis, spurcitia dissentientium curatorum (ne forte administrationis commodo priventur, vel excidant hereditatis luculentæ spe) fraudi esse non debet, neque minoribus, neque iis, qui cum minoribus contrahunt, & sua desideria iudici probant: non enim meretur pœnam, qui quid auctore iudice facit. *l. 11. D. de acquirend. & amitt. possess. l. 3. §. 1. D. de eo quod met. caus. l. 167. §. 1. D. de reg. juris.* Deinde & disjunctim requirit Carolina constitutio vel cognatorum, vel iudicis auctoritatem, ut altera ex duabus, minoribus sufficiat. Si vero nec utiles minoribus, nec dignas familia fore nuptias ostenderint curatores, ita ut perspicue appareat, illos magis pietate, & erga minores cura, quam spurcitia quadam motos resistere desideratæ conjunctioni (quamvis forte moveat iudicem ut auctoritatem accommodet, vel quod utrum gerit sponsa, vel nequid deterius fiat, aliave ratio) ut quantum possit, consulatur minoris utilitati, ad curatorum expressam postulationem, huiusmodi nuptiæ Carolinæ constitutionis pœnas effugere non possunt. Etenim hoc casu iudicis assensus, ne quid pejus fiat, extortus haberi debet, & contracto quasi matrimonio interpositus: quo casu non excusantur à pœnis contractæ nuptiæ. *d. Carol. constit. arg. l. 9. C. de Nuptiis.* nec meretur auctoritas dici, sed conniventia, uti quondam Hollandiæ Curia iudicavit.\*

\* Inde sæcke  
van Wouter  
Joosten, Con-  
stapel tot Lei-  
den Impetr. in  
cas d'appel  
ter eenre, con-  
tra Paulus  
Vos, en jonge  
Clues Claess.  
als Oomen en  
Voogbde van  
Trijnige Ger-  
rets dochter  
ter andere  
zijde, den 21.  
May, 1580.  
Sentent. 158.  
part. 1. van  
den Hoge en  
Provinciale  
Rade in Holl.

Vnice, ut hoc loco id notem, observandum est, quotiens nos de Carolinæ constitutionis pœnis loquimur, in sexu quodam ætatem, discrimen esse; & in contrahendis nuptiis, minorem dici puellam, quæ vigesimum ætatis annum; masculum, qui vigesimum quintum nondum attingit: quamquam & usque ad hanc ætatem denegetur virgini rei suæ administratio, nec illa ad nuptias admittatur, nisi explorato antea curatorum assensu.

Notandum quoque est, nos de curatorum auctoritate loqui, cum tamen Carolina constitutio eorum nusquam meminerit, verum consanguineorum duntaxat exigat assensum; curatores autem sæpius sint, qui consanguinei & necessarii non sunt. Sed id nos eo consilio fecimus, quia putamus in edicto Carolino, nomine consanguineorum curatores præcipue contineri; Nam quo tempore lata fuit dicta constitutio, nullus pupillaris magistratus, in civitatibus nostris fuit, & semper tutela pupillorum curave minorum deferebatur proximis agnatis cognatisque, erantque illi legitimi tutores, ut satis fuerit imperatori cognatorum auctoritatem necessariam sancire, cum & curatorum consensum necessarium exigeret. Deinde quarundam civitatum municipales leges, tutorum seu curatorum consensum tantum exigunt, *art. 3. vand. 101. Burgherlyck Keur. tot Leyden.* Quarundam disjunctim, consanguineorum,

rum, aut his deficientibus curatorum, & quidem eorum consanguineorum, qui proximi ad tutelam vocarentur. *art. 8. & 9. ordonnant. van Houwelijck: saack tot Amsterdam. 1588.* Quarundam vero promiscue, proximorum cognatorum, aut curatorum *art. 4. Ordonnant. van Houwel. saacken tot Delft.* Tandem quarundam civitatum municipales leges, conjunctim, cognatorum, & curatorum consensum exigunt. *Tit. 5. art. 12. Ordonnant. vande Weefcam binne Alkmaar.* Quæ omnes tamen aut expresse *art. 18. Ordonnant. van Houwel. saack tot Amsterdam. 1586. Tit. 5. art. 12. ordonnant. vande weefcam. tot Alkmaar.* aut tacite probantes Politicam Hollandiæ constitutionem, Carolinum edictum in viridi observantia esse volunt; certissimo argumento, ab iis intelligi, verbo *cognatorum* in memorata sanctione Carolina, præcipue curatores comprehendendi.

- 10 Sed jam quæri potest, & disceptatum fuit aliquando, quorum curatorum, & consanguineorum, & an omnium consensus in minorum nuptiis requiratur? ego ita sentio, satis esse minori, si eorum cognatorum exhibeat consensum, quos pater testamento curatores nominavit, vel magistratus pupillaris constituit *arg. l. 62. D. de rit. Nuptiarum.* & si non cognati, sed extranei curatores dati fuerint, potiore consanguineorum quam curatorum rationem habendam Grotius cæset, idque forte argumento *l. 18. l. 20. C. de Nupt. & Carolinæ constitutionis,* quæ de propinquis duntaxat loquuntur. Si vero minori neque testamento, neque à judice tutores dati fuerint, eorum duntaxat consanguineorum consensum puto requiri, qui & nobiliores æque in materna quam paterna familia sunt *l. 28. C. de episcop. audient.* & legibus proximi ad tutelam vocantur. *art. 8. 9. ordonn. van Houwel. saack tot Amsterdam. 1588.* Tum ne fraus fiat seu patris seu matris consanguineis, & ut optime consulatur incautæ juventuti, ne forte persuaderi possit virgo nubere humiliori ex paterna familia agnato, cum quo nuptias commodas non futuras autumant per matrem cognati, unde bona forsan promanarunt; quæ, magis familiæ suæ, quam virgini consulentes agnati, suæ gentis viro per hujusmodi matrimonium deferre student. Tum quoque quia æquum est, ut par reverentia à minoribus exhibeatur paternæ & maternæ familiæ consanguineis, cum ii æquo jure in utriusque parentis locum succedant; & nisi testamento aliter prospectum sit, ad tutelam seu curam lege vocentur. <sup>1</sup> Tum quia utriusque familiæ æque interest, ut honestis nuptiis elocetur cognata, honestoque matrimonio jungatur cognatus; at æquum est, ut ab omnibus probetur, quod ad omnes eodem modo pertinet. *l. ult. C. de auctorit. præstand.* In curatoribus vero præcipue exigendum est, ut omnium assensus exploretur; etenim cum matrimonium hodie finiendæ curationis modus sit, æquum est, non solvi tutelam, eo vel dissentiente vel ignorante; qui inter alios tutor fuit ordinatus. *d. l. ult. C. de auctorit. præstand.*

- 11 Quid ergo si dissentiant inter se curatores seu consanguinei? judicis est æstimare, quorum sententia potior haberi debeat, magisque comoda pupillæ

<sup>1</sup> *Lib. 1. r. 8. Hollants Reghigel.*

<sup>2</sup> *Conf. 168. part. 2. libr. 3. IC. Batav.*

Q



pillæ sit. Quod si hæsitaverit ille ob rationum ab utraque parte allatarum pondus, illorum consanguineorum auctoritas potior erit, quibus voluntas ipsius copulandæ virginis accesserit. *l. 18. l. 20. C. de nuptiis.* quæ si cultu verecundiæ propriam noluerit depromere voluntatem, paternorum cognatorum præ maternis potius debet censi arbitrium, quia patri cedere mater cogitur, familiamque paternam non maternam, quoad dignitates, liberi sequuntur. *l. 1. §. 2. D. ad municipal. l. 10. D. de senatorib.* Sed ne forte hi qui gradu proximo, ad minorum successionem vocantur, etiam honestas nuptias impedire conentur; si hujus rei suspicio præcesserit, voluerunt imperatores eorum auctoritatem judiciumque succedere, ad quos, etiam si fatalis fors intercesserit, tamen hereditatis commodum pervenire non possit. *l. 18. C. de Nuptiis.*

Cæterum hoc jure Batavo non tantum curatorum honori consultum, sed 12 & minorum utilitati provisum fuit. Contra honestatem & bonos mores est, neglectis curatoribus & spretis cognatis, qui parentum loco sunt, & nostris commodis invigilant, tutela seu cura exire minores, & familiæ forsitan consumeliosam affinitatem obtrudere posse: at e contra spurcitiâ curatorum, ab honestis nuptiis arceri non posse juventutem, non minus laudabile institutum est. E re minorum est, ut in electione nuptiarum suo prorsus non relinquantur arbitrio; ne ineuntis ætatis inscitia, coturnicum perdicumque more, ad fœmellæ vocem, cupidine rei veneræ abrepti, in deplorandam postea, nec familia dignam, nec moribus, genio & vitæ instituto convenientem incidant matrimonii conditionem: At autem ita alligari juventutem curatorum arbitriis, ut contra eos dissentientes audiri non possent, vel pœnis subjacerent etiam utiles & decoræ ab iis contractæ nuptiæ; nec publica matrimoniorum utilitas, nec Majorum nostrorum adversus minores pietas pati potuit. Ad officium curatorum pertinet, consulendo, dehortando, suadendo, optimam minoribus quærere nuptiarum conditionem; & præcipue vigilare, ne ii instantis veneris cupidine lascivientes, incaute pacta antenuptialia postea no-citura transigant, vel inducta ex consuetudine bonorum communione, quid damni in facultatibus suis capiant. Minorum ab altera parte munus est, amorem & benevolentiam cognatorum curatorumve sibi conservare, eosque parentum loco colere, & hoc grati animi officium, pro molestiis, quas in administrandis bonis, & regenda eorū vita susceperunt, rependere, ut nolint sine horum auctoritate per matrimonium cura exire; sed velint se plane submittere cognatorum judicio, cum conditiones futuri matrimonii sunt expediendæ, & tabulis nuptialibus exarandæ, cogitantes exercitatum esse ætate & experientia, in talibus rebus, senum prudentiam; & è contra infirmum præcipue amore occæcatæ juventutis consilium, multis captionibus suppositum, multorum insidiis expositum. *l. 1. D. de minorib. l. 4. C. de sponsal.* Itaque Majores nostri & curatorum honori & minorum commodis consulentes, recte statuerunt, non esse ad nuptias admittendos minores, nisi curatorum exhibeant consensum, qui si spurcitiâ obnitantur minorum nuptiis, vel adeo iniquas velint

linestipulari pactis autenuptialibus conditiones, sub quibus nullum matrimonium honeste contrahi possit, posse minores contra hujusmodi redemptos forsitan curatores judicariæ cognitionis auctoritatem implorare. *arg. l. 1. l. 18. l. 20. C. de Nupt. junct. l. 28. C. de episcop. audien. quæ ex fide & rationibus curatorum, quod utile erit minoribus, constituet, arg. l. 27. D. de liber. caus.*

13 Præsenti in negotio, à moribus nostris, jus civile pontificiumque discrepant. De posteriori non est, quod mireris, cum nec parentum consensum ne-

14 cessarium velit. Jus vero Romanum huic innititur rationi: anno ætatis decimo quarto, ab aliorum providentia pupillari, liberati masculi puberes, suæ vitæ suorumque bonorum regimen antiquo jure consequebantur, nec quicquam lege duodecim tabularum de curatoribus propter ætatis lubricum adolescentibus dandis, cautum fuit. Hinc puberes ipso pubertatis tempore, in suam tutelam devenisse, suæ tutelæ facti antiqua locutione dicebantur *pr.*

15 *Inst. quib. mod. finit. tutel. junct. l. 8. §. 1. D. de bonor. possess. secund. tabul. l. 9. §. 1. D. de administ. & pericul. tutor.* <sup>1</sup> Postquam vero experientia docuisset, infir-

mmum esse hujusmodi ætatum consilium, vafrorumque fraudibus admodum expositum, & alios esse vel ingenio hebetiores, minusque astutos, vel animi fluxiores, remissiorisque vitæ, ne sapius ante virilem ætatem facultatibus suis laberentur, prius lex Latoria, cujus Cicero meminit, <sup>2</sup> lata fuit; quæ inter alia permittebat, causa judici probata, iis postulare curatorem, qui lasciviores & dissolutius viventes, aliasve ob rationes, regundis bonis suis per ætatem apti non erant. At cum ignominiosa videretur, & sapius pudorem adolescentum suggillaret, diffuentium morum, similisve causæ allegatio; placuit tandem Antonino Philosopho, ut omnes puberes, qui suis rebus propter ætatem superesse nondum possent, non redditis causis, regundis bonis curatores acciperent, de quo his verbis Capitolinus: *de curatoribus vero, cum ante non nisi ex lege Latoria, vel propter lasciviam, vel propter dementia darentur, ita statuit, ut omnes adulti curatores acciperent, non redditis causis.* <sup>3</sup> Quam Marci

<sup>1</sup> *Cornel. Nep. in Exam. Cicer. 1. Or. 2. de orator. 3. De offic. Or. 3. de natur. Deor.*

<sup>3</sup> *Capitol. in Marc. Anton.*

constitutionem ita accipit Gothofredus, quasi coacti fuerint minores etiam invitæ curatores accipere, cui favere videtur Ulpianus in *l. 1. §. 3. D. de minoribus*. Quicquid de eo sit, voluit Justinianus, adolescentes invitos curatores non accipere, præterquam in litem. *§. 2. Inst. de curator. l. 2. §. 3. 4. D. qui petant tutor*. Accipiebant itaque adolescentes volentes, regundis bonis curatores; at vero regundæ vitæ, ob pubertatis annos suæ tutelæ ex lege duodecim tabularum commissis, nullus adjutor vel curator dabatur: hinc illud sapius in jure nostro occurrit; *tutor persona, curator bonis datur*. Et dicitur tutoris officium præcipuum in tuitione, id est, institutione, educatione, defensione pupilli esse, & consequenter duntaxat, quasque ex adjuncto, in administratione rerum, & auctoritate præstanda: at autem curatoris officium præcipue in negotiorum administratione consistere. Vnde Gordianus imperator ait, curatorem *solam rei familiaris administrationem sustinere. l. 8. C. de Nupt.* Ex quibus jam oppido palam lectori meo potest esse, curin conciliandis nuptiis adole-

scientibus curatorum auctoritas necessaria non fuerit, atque qua ratione Romano Gordianus rescripserit in copulandis nuptiis, nec curatoris, nec cognatorum vel affinium ullam auctoritatem posse intervenire, sed spectandam esse ejus voluntatem, de cujus conjunctione tractatur l. 8. C. de nuptiis. scilicet, cum suæ tutelæ committebatur pubes quodam personam suam, nec ei regendæ accipiebat curatorem; cumque matrimonium, corporum animorumque conjugatio esset, nec facultates contrahentium, sed eorum personas duntaxat concerneret, ut auctoritas curatorum pangendis minorum sponsalibus interponeretur, necesse visum non fuit.

Hoc jus in maribus semper obtinuit, non semper in fœminis; illæ enim 16 excepta Vestali, <sup>1</sup> jure Quiritium veteri, & propter sexus infirmitatem, & propter rerum forensium ignorantiam, testibus Ulpiano <sup>2</sup> & Cicerone probantur. <sup>3</sup> Murana. in perpetua erant agnatorum tutela, nec pubescere unquam dicebantur. Quamobrem à Dione memoriæ proditum est, Augustum, summi 17 beneficii loco, & jure singulari, Liviæ uxori & Octaviæ sorori indulgisse, ut si ne tutore auctore, res suas proprio arbitrio gerere iis liceret. <sup>4</sup> Erat quidem inter pupillorum & mulierum tutelam hæc differentia, quod pupillorum pupillarumque tutores & negotia gerebant, & auctoritatem, si quid utile à pupillis gerebatur, interponebant: mulierum vero tutores, earum conventionibus auctoritatem duntaxat addebant. Attamen non magis debebatur, quod tutore minime auctore, mulier promiserat, quam quod pupillus sine tutoris auctoritate spondidisset, uti ex Cicerone pro Cæcinnia liquet. Hinc 18 itaque cum se obligare mulieres, non interposita tutorum auctoritate, cum effectu non possent, <sup>5</sup> nec firma sponsalia, nec nuptias conficere potuerunt, nisi à tutoribus nuptui traderentur. <sup>6</sup> Verum id jus postea mutatum fuit, placuitque tandem & fœminas pubescere, & eas, tum propter sexus infirmitatem, tum ætatis lubricum, in regimine bonorum, curatoribus subesse pr. inst. de curator. In regenda vero vita, suæ tutelæ committi. Hinc cum matrimonium personas, non res contrahentium concernat, scriptum à Paulo fuit, sciendum esse ad officium curatoris non pertinere, nubat puella vel non: sic enim legendum censeo, non, pupilla l. 20. D. de rit. nuptiar. & ab Ulpiano, tutores solos pro pupilla constituere, nec ea invita ad finienda sponsalia nuntium mittere posse. l. 6. D. de sponsal. uti in Pandectis patet.

Quod ipsum jus Digestorum, in puellis neque restrictum jure Codicis, neque mutatum censeo. Id ut sentiam inducit me generale Gordiani Imperatoris rescriptum, quod tam puellis quam masculis minoribus applicari potest. l. 8. C. de nuptiis. Tum & quod Leo & Anthemius Imperatores dicant, minores ætate, seu virginem, seu viduam, & per se, & per curatores arrhas sponsalium nomine accipere posse. l. 5. C. de sponsal. Nec adversantur nostræ sententiæ Severus cum Antonino. l. 1. C. de nuptiis. Honorius cum Theodosio Imperatores l. 20. C. de Nupt. in priorum enim ad Porcium rescripto, loco verborum, cum de nuptiis puella: cum de sponsalibus puella queritur, legendum est, 19

<sup>1</sup> Plutarch. in Num.  
<sup>2</sup> In fragment. tit. 11. Murana.  
<sup>3</sup> Valerius in pr. Inst. de Nupt. Brisson. de ritu nuptiar. pag. (mibi 22. & 23.)  
<sup>4</sup> Dion. lib. 49.

<sup>5</sup> Vide Brisson. d. l. 6. Connan. lib. 8. cap. 2. comm. jur. Civil.

est, & per puellam, talis quæ pupilla est, intelligi debet. Nam id præter verba rescripti, quæ de tutoribus & electione futuri mariti loquuntur, Romani juris scientia suadet, quæ impuberi puellæ nuptiæ negantur. *pr. Inst. de Nupt.* pubes vero sub tutela non est, sed sub cura *pr. Inst. de curator.* Tutorum vero consensum in pupillarum sponfalibus necessarium requiri fatemur, cum ii & personis dentur. *arg. l. 62. D. de rit. nuptiar.* licet hoc tutoris arbitrium non tantæ efficaciam sit quam patris. Nuntium enim mittere ad finienda sponfalia, quæ pater puellæ constituit, vel quibus ipse semel consensit, nisi ex voluntate virginis non potest tutor *l. 6. D. de sponfal.* & ratio est, quia forsitan pater sponfalia filiæ constituit, ne ejus nuptias tutori committeret. *arg. l. 62. D. de rit. nuptiar.* Imo nequicquam mutare curator potest ex iis, quæ inter sponsum & sponfam à patre destinata fuere, etiam si consentiat puella pubes. *l. 4. C. de sponfal.* Sed tamen notandum est, quod tantæ efficaciam non sit tutorum vel curatorum, in præfatis casibus, quam patrum auctoritas, id non accidere ex defectu potestatis & juris in tutoribus: illi enim vitæ dantur, & quasi alii patres pupillas suas quodammodo in potestate habent, ut patriæ similis sit eorum auctoritas in conventionibus pupillorum: verum id contingere ex defectu subjecti & materiæ. Cessat tutela cum nubili ætate, atque ideo sponfalia pupillarum cum effectu solvere nequeunt, quia earum nuptias, post nubilem ætatem impedire non possunt tutores. Deinde cum de mutandis nuptiarum pactis agitur, & hæc juris ratio ab imperatoribus datur, ne in arbitrio redempti forsitan tutoris aut curatoris sit, ea mutare quæ patri utilia filiæ visa fuerunt, & puella calliditate tutoris vel curatoris seducta suo malo consentiat, cum istius sexus adversus propria commoda sæpius laborare inveniatur consilium. *d. l. 4. C. de sponfal.*

20. Cæterum, ut tandem è diverticulo in viam revertamur, si hoc, de quo quaestio est, Severi Antonini rescriptum, de puella pubere loqui velis, & tutoris nomine curatorem intelligi (quod ipsum in jure nostro sæpius fieri, nemo non vel mediocriter in eo tantum versatus novit. *l. 101. §. 2. D. de condit. & demonstr.*) eadem ad hoc, quæ ad posterius, quod nobis non adversari diximus, Honorii & Theodosii ad Theodorum rescriptum, responsio est; nempe quod puellæ puberi consulunt, non autem præcipiunt Imperatores, in matrimonii electione, re gravi, curatoris & propinquorum explorare judicium, sed hæc duo rescripta infra enucleatius examinabimus.

Suadendi itaque & consulendi, non autem jubendi hac in re auctoritas curatoribus apud Romanos fuit: verum cum sub cura manerent usque ad annum ætatis vigesimum quinquem minores, nec suæ curæ committerentur contractis nuptiis, dotisque constitutio penes arbitrium curatorum esset, *l. 60. l. 61. l. 69. §. 5. D. de jur. dotium. l. 7. D. de tutor. & Curat. dat.* ut ea ex facultatibus, & dignitate mulieris maritique, luculenta statueretur, exorare curatorem, ut accommodaret consensum nuptiis quodammodo cogeantur. Nulla quippe bonorum communio, nisi vi expressæ stipulationis *l. 16. §. 3. D. de alim.*

*ment. & cibar. legat. l. 72. D. de jur. dot. inter Romanos conjuges erat. Cæterum ut hoc caput concludamus, ex dictis patet, suis inniti rationibus jus civile, & patrum nostrum summam continere æquitatem, honestatemque.*

## CAPUT DECIMUM QUINTUM

*De restitutione in integrum minorum, si constitutus sponsalibus læsi dicantur.*

## SUMMARI A.

- |   |  |
|---|--|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Jure civili omnibus integrum fuit, mutata voluntate, sponsalibus renunciare.</li> <li>2. Minor, qui clam curatore sponsalia constituit, non eget restitutione in integrum.</li> <li>3. Minor qui sine curatore constitutus, sponsalia contraxit, restitui potest.</li> <li>4. Minor restitui potest, etiamsi curatore auctore contraxerit sponsalia, si se læsum dicat.</li> <li>5. Mæius futura læsionis, ut restituatur minor à sponsalibus, sufficit.</li> <li>6. Virique sexui usque ad annum ætatis vigesimum quintum, restitutionis beneficium indulgetur.</li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>7. Inceptus ultimus vigesimi quinti anni dies pro completo non habetur, cum minor restitui desiderat.</li> <li>8. Majores facti, post quadriennium à legitima ætate transactum, ex sponsalibus suis in minori ætate constitutis, conveniri non possunt.</li> <li>9. Non semper à sponsalibus suis restitui minor potest.</li> <li>10. Non potest puella, curatore auctore, renunciare sponsalibus, quibus spondente patre consensus.</li> </ol> |
|---|--|

**P**ræcedenti capite explicavimus infirma minorum sponsalia, cum obnuntietur curatores; videndum porro est, quomodo mutata ipsorum contrahentium voluntas ea resolvat. De jure Romano non est hic nobis magnopere disputandum, cum certum sit, in Quiritium republica, non tantum minori, sed & majori integrum fuisse conditioni renunciare, & invito sponso ad dissolvendam nuptiarum spem nuntium mittere. *l. 1. C. l. 6. D. de sponsal.* Erant enim Romanis sponsalia, duntaxat mentis ac repromissio futurarum nuptiarum, non contractus actionem pariens. At moribus nostris diversum jus probatur, quippe voluerunt Majores nostri sponsalia vim contractus sortiri, adeoque actionem parere, qua invitum ad perficiendas promissas nuptias cogere possis. Itaque de jure nostro nobis erit disputatio, an minor, ductus pœnitentia, nuptiarum sponsioni, invitâ parte altera, renunciare possit.

In qua quæstione primum nemini dubium potest esse, adversum ea sponsalia restitui minorem posse, quæ curatore aut cognato minime auctore contraxerit, imo ea adeo infirma esse, ut etiam non impetrata in integrum restitutione (quæ tamen majoris cautelæ gratia semper peti solet) ex iis ad consummandas nuptias cogi nequeat. <sup>1</sup> Nam quamvis jure Romano, in constituendis sponsalibus, curatorum auctoritate non indigebant minores, ut quæ eorum personas, non res respiciebant. *l. 20. D. l. 8. C. de ritu nuptiar. l. 5. C. de*

<sup>1</sup> Sande libr. 1. tit. 8. definit. 4. decis. Fris. Gros. lib. ult. c. 48. verb. Dit is niet. Inleydingh tot de Hollandsche Rechtsregel. en aldaer Groenew. n. 20. ut & de legib. abrog. in tit. C. in quib. causis in integr. rest. necessar. non est.

*de sponsal. jure tamen Batavo, etiam hac in re quodammodo ad integrandam, ut loquuntur, minoris personam, curatoris auctoritas requiritur, uti ex Carolina constitutione patet: habetque hic locum ut in cæteris contractibus, hæc regula, minores absque curatore auctore obligari cum effectu non posse. l. 16. pr. & §. 1. D. de minorib l. 3. C. de restitut. in integr. minor. art. 55. vande 100. Burgerl. keur. tot Leyd. art. 27. ordon. vande Weesk. tot Amsterd. Tit. 5. art. 12. & 13. vande Weeskam. tot Alcmaart. uti jam aliquoties Holland. curia judicavit. <sup>1</sup>*

- 3 Deinde si quis minor sine curatore constitutus, sponsalibus constitutis se  
læsum dixerit, quin non prohibeatur causa cognita, implorare in integrum  
restitutionem, neminem dubitare jura sinunt. l. 3. C. de in integr. restitut. minor.  
cur enim magis hac in re, quam in cæteris contractibus, hanc ætatem multis  
captionibus suppositam, multorum insidiis expositam, sine auxilio & adversus  
captiones opitulatione relinquerent mores nostri?
- 4 Quid autem si curatore auctore sponsalia constituerit minor? idem dicen-  
dum est, si circumventus sit. l. 2. §. 3. C. tutor. vel curat. interven. Prodesse  
enim ei interposita auctoritas curatoris debet, non obesse, ne in potestate  
prava curatorum sit, minorem seducendo, cum aliò colludere. Et hoc jure  
utimur.

- Verum qui sui juris & major ætate cum minore contrahit, vi suorum spon-  
salium ad consummationem nuptiarum jure cogi potest, modo curatorem  
non habeat minor, vel ei postea suam auctoritatem accommodet curator:  
etenim hæc ætas alios sibi valide obligare potest, licet non ita aliis oblige-  
tur, quin ex juris civilis beneficio restitui possit. Nec est quod queri possit  
major, contractum non esse utrimque æque obligatorium, cum debuerit esse  
gnarus conditionis ejus, cum quo contraxit. *l. 19. D. de regul. jur.* Id ipsum  
jux fortiori modo in pupillo constitutum est; etenim ille si non inter-  
venerit tutoris auctoritas, nullo modo ex contractu alias utrimque obligato-  
rio, obligatur; attamen ii qui cum pupillo contrahunt, obligantur. *§. 9. Instit.*  
*de inutil. stipulat. l. 13. §. 29. D. de action. empt.* scilicet, placuit meliorem qui-  
dem conditionem suam licere pupillis facere, etiam sine tutoris auctoritate;  
deteriorem vero non aliter quam cum tutoris auctoritate *pr. instit. de auctorit.*  
*tutor.* At vero minor quandoque obligatur, sed ei læso succurritur. Datur hoc  
ætati, cui cum nulla in re facilius quam in electione matrimonii imponi po-  
test, nulla quoque in re facilius & magis subveniendum fuit: illa enim amoris  
facibus accensa, cum primos naturæ stimulos ad generandum sentit, in quam-  
cunque partem facile flectitur, seducitur, abripitur.

Verum qui sui juris & major ætate cum minore contrahit, vi suorum spon-  
salium ad consummationem nuptiarum jure cogi potest, modo curatorem  
non habeat minor, vel ei postea suam auctoritatem accommodet curator:  
etenim hæc ætas alios sibi valide obligare potest, licet non ita aliis oblige-  
tur, quin ex juris civilis beneficio restitui possit. Nec est quod queri possit  
major, contractum non esse utrumque æque obligatorium, cum debuerit esse  
gnarus conditionis ejus, cum quo contraxit. *l. 19. D. de regul. jur.* Id ipsum  
jus fortiori modo in pupillo constitutum est; etenim ille si non inter-  
venerit tutoris auctoritas, nullo modo ex contractu alias utrumque obligato-  
rio, obligatur; attamen ii qui cum pupillo contrahunt, obligantur. *§. 9. Instit.*  
*de inutil. stipulat. l. 13. §. 29. D. de action. empt.* scilicet, placuit meliorem qui-  
dem conditionem suam licere pupillis facere, etiam sine tutoris auctoritate;  
deteriorem vero non aliter quam cum tutoris auctoritate *pr. instit. de auctorit.*  
*tutor.* At vero minor quandoque obligatur, sed ei læso succurritur. Datur hoc  
ætati, cui cum nulla in re facilius quam in electione matrimonii imponi po-  
test, nulla quoque in re facilius & magis subveniendum fuit: illa enim amoris  
facibus accensa, cum primos naturæ stimulos ad generandum sentit, in quam-  
cunque partem facile flectitur, seducitur, abripitur.

- 5 Diximus læsum debere esse minorem ut restituatur, quod non ita intelli- *sponsal. de ll.*  
gendum est, quasi præsentem semper læsionem in sponsalibus requiramus; *abrogat. con-*  
sufficit enim ut ea vel ex moribus sponsi, aliamve ob causam, constante ma- *fil. 78. part.*  
trimonio, futura metuatur. Perpetuum enim nuptiarum vinculum, vitæ tran- *2. IC. Batav.*  
quillitatem, summum hominis bonum vel adimit, si discors sit conjugium; vel *Cypria. cap. 6.*  
auget, si suave & concors. & nulla arte reparari potest, si semel male hic ceci- *§. 10. n. 8.*  
derit alea. *libr. 1. de jur.*  
*commub.*  
Cate-

**Cate-**

1 *Inde faecks van Iohanna Parer, voochdeur van wvije Mr. Barsholmeus van Won, als moeder en voochdeffe van Petronella Gijfberia van Won haer dochter, neffens de testamenteaire voochde, Impetr. van mandement pnael in R. A. contra Mr. Adriaen van Lybert, gedaeghde den laetste Jul. 1658. Inde faecks van Jacob Heyfing Impetr. contra Cornelis Barents als voocht van Hillegont Laurens dochter, anno 1602.*  
2 *Greenevvin l. 1. C. de sponsal. de ill. abrogat. confil. 78. par. 1.*  
3 *J. C. Batav. Cypra. cap. 6. §. 10. n. 8. libr. 1. de jur. connub.*

Cæterum hoc restitutionis in integrum beneficium tam masculis quam 6  
fœminis, usque ad annum ætatis vigesimum quintum, conservatur *l. 1. §. 1. 2. D. de minor.* Nec in sexu discretio est, etiam si citius maribus pubescant mulieres, *pr. Instit. quib. mod. tutel. finitur*: & anno ætatis vigesimo, invitis curatoribus nubentes, in carolinas non incidant pœnas. Non enim hoc edicto occurrit Prætor hujusmodi ætatum desideriis, sed aliorum fraudibus, pollicitus adversus vafrosum hominum captiones opitulationem. *l. 1. D. de minorib.* at autem puellarum, etiam post annum ætatis vigesimum, fragile & infirmum consilium est, insidiis amantum, & amatoris lenociniis facile in transversum pellitur.

Favor quoque ætatis obtinuit, ut inceptus vigesimi quinti anni ultimus 7  
dies pro completo non habeatur, imo si quis bis-sexto natus sit, ut etiam intercalaris numerari debeat *l. 3. §. 3. D. de minorib.* ita quicquid intra ultimum vigesimi quinti anni diem gestum, contractum, promissumve est, non adeo obligat minores invitos, quin intra exactum quadriennium à legitima ætate, læsi restitui possint.

Quid autem si ipsi minores intra quadriennium, ex quo anni vigesimi sexti 8  
dies illuxerit, adversus constituta in minore ætate sponsalia, se restitui in integrum non curaverint, poteruntne conveniri? Non puto; inspicendum enim est amoris & sponsonis initium, & ea ratione subveniendum circumscripto quasi adhuc minori. *l. 3. §. 2. D. de minorib.* ne ex solo temporis cursu infirma sponsalia vires acquirant. *arg. C. 1. & 16. gloss. x. de desponsat impub. in 6. lex autem ult. C. de tempor. in integr. restit. minor.* quæ adversari nobis videtur, locum habet cum ipsi adulti rescindere cupiunt ea, quæ in minore ætate, vel ipsi vel eorum curatores contraxerunt; non vero cum alii contra adultum, ex promissione in minore ætate facta, agere nituntur. Novo igitur adulatorum consensu opus est, ut ex sponsalibus in minore ætate emissis, cum effectu conveniri queant. *T. T. C. si major fact. ratum habuer.*

Monendi tamen hic juvenes sunt, ne hoc beneficio iis concesso temere 9  
abuti conentur. Non enim restituendus is est, qui sine curatore constitutus vel habens curatorem, eo auctore sponsalia contraxerit, & eorum fiducia compresserit virginem, genere, dignitate, divitiis sibi parem, honestæ indolis, probatæ vitæ; & cui nihil imputari potest, quam quod non sapienter amaverit, quod nimiam amoris vim mentem suam turbare siverit, quod & amans & fœmina seducta, cesserit importunis amantis precibus. Non subveniunt leges minori nisi circumscripto *l. 11. §. 3. l. 44. D. de minorib.* nec dicit Prætor se omnem contractum rescissurum; sed animadversurum quicquid cum minore quam viginti quinque annis natu gestum esse dicetur *l. 1. §. 1. D. de minorib.* At in qua re hic adolescens deceptus dici potest? in qua re læsus? futuri matrimonii metus objici non potest, cum non lædatur, qui honestæ & nulla in re cedenti virgini copulatur: non discordis conjugii metus; præstet se bonum maritum, illa jucunda uxor erit: ipse nuptias spondit, quo colore poterit

poterit jam judici probare, æquum esse, justumque mutati animi sui consilium? desideratne virginitatem? ipse eripuit: repolcitne pudicitiam? ipse pepulit: flagitatne castam sponfam? ipse spoliū virginitatis habet. Non æquum est, ut quis improbet mulieris mores, quos ipse ante corrupit. *l. 47. D. solut. matrim.* non par est, culpari eam ab eo, cujus amore capta, & blanditiis subversa fuit. non justum repudium est, nisi meruit id, quæ repudiatur. Omnis quoque restitutio ita faciendæ est, ut unusquisque in integrum jus suum recipiat *l. 24. §. 4. D. de minorib.* at nulla reparabilis arte, quæ semel periit, virginitas est. *l. 1. C. de rapt. virgin.* Argivi facile credebant, Junonem quotannis, cum se in fonte Canatho lavaret, denuo virginem fieri: at mortalibus puellis hujusmodi fons nusquam proripuit. Non itaque sola ætas æquitate destituta, cum injuria alterius, minori favere debet. Quid si ipsa minor sit vitiata puella, ut ætatis quoque favorem mereatur? *l. 11. §. penult. D. de minorib.* si decepta sit, non deceperit, non seduxerit, non pellexit adolescentem? si hæc imprudens, incauta, ille callidus suis rebus satis invigilet, ut, etiam si sine curatore contraxerit, ætate lapsus dici nequeat? si stupratori viginti vel viginti quatuor ætatis anni jam transierint, ut prætereire suæ malitiæ ætatem videatur? nonne ex æquitate subveniendum puellæ est? sua simplicitas nemini nocere, neque alteri sua malitia prodesse debet. *l. 1. D. de dolo malo.* non restituitur minor, si damnum injuria dederit. *l. 9. §. 2. D. de minorib.* deceptis, non decipientibus succurrunt leges *l. 2. §. 2. D. ad SC. Vellejan.* & infirmitas ætatis, non calliditas juvatur. *l. 1. D. de minorib.* Itaque ego censeo; cum minor habens curatorem, eo minime auctore contraxerit, stupraveritque virginem, multum arbitrio & prudentiæ judicis, committendum esse, spectaturi, tum circumstantias rerum, tum personarum condiciones, tum stupratæ simplicitatem, tum stupratoris calliditatem. Non enim semper ea, quæ cum minoribus geruntur, rescindenda sunt, sed ad bonum & æquum redigenda. *l. 24. §. 1. D. de minorib.*

- 10 Vnicum restat, ut hoc loco quæramus, si pater sponsalibus consenserit, an eo defuncto, nuntium mittere sponso, puella curatore auctore possit? Non censeo, nisi adeo mutata interim sit conditio, fortuna, & vita sponsi, ut planum sit, hæc non cogitasse patrem, & palam constat, mutatæ voluntatis justam causam virgini sponsum dedisse. Ratio juris tum in puella est, propter judicii & sexus imbecillitatem, cum mulieres sectari sæpius soleant ea, quæ earum utilitati contraria sunt: tum in curatore, cujus redempti forsan, contra paternam voluntatem, non est admittendum judicium. At hæc intelligenda velim in ea puella, quæ viripotens, volens & sciens despondenti patri consensit: alias certe posse patrem insciæ filiæ, vel pacto pacisci, vel testamento destinare maritum, quem illa post ejus mortem repudiare non posset, nec jus civile *l. 134. D. de Verbor. obligat.* nec mores nostri sinunt. Licet verum sit, nec in puellæ, nec curatorum arbitrio positum esse, ea mutare, quæ à patre circa nuptiarum futurarum condiciones, dotem, aliave pacta, cum sponso docebuntur transacta, destinataque. *l. 4. C. de sponsal.*

R • CAPUT

<sup>1</sup> Sichard. in  
l. 4. C. de  
sponsal.



## CAPUT DECIMUM SEXTUM

*De clandestinis eorum sponsalibus, qui annis minores adultis accensentur.*

## SUMMARI A.

1. Omnes qui adulti & sui juris sunt, cum contrahunt, valide obligantur.
2. *Ætas* major habetur, & perfecta, integra, plena, legitima, status dicitur, quæ annum vigesimum quintum complevit.
3. In utroque sexu, *etatis* viginti quinque annorum, major dicitur.
4. Patriam potestatem, & curam hodie solvit matrimonium.
5. Non relabuntur in patriam potestatem vidui viduæve, soluto matrimonio.
6. Non indigent hodie parentum consensu, in contrahendis nuptiis, vidui viduæve.
7. Honestum est, ut parentum consilium exposcant, cum nuptias cogitant, vidui viduæve.
8. In quo differat consilium à consensu?
9. Quare viduus viduæve non necessario indigeant parentum consensu, cum spondent nuptias.
10. Refellitur eorum opinio, qui in viduarum nuptiis, parentum consensum necessarium volunt.
11. Nuntium mittere invita sponse nequit viduus, qui dissensienti patri obsequi cupit.
12. 13. Si lesos sponsalibus se querantur minores vidui viduæque, favore *etatis* restitui non possunt, nisi ob talem lesionem, ob quam & majori circumscripto subveniretur.
14. Conjugium, apud Romanos, nec emancipationis, nec finiendæ cura modus fuit.
15. Secundis liberorum nuptiis pater consentire, jure Romano, debuit.
16. Nullum est matrimonium, quod liberi sine consensu eorum, in quorum potestate sunt, contrahunt.
17. Mater Romana, in potestate civili, non habuit liberos.
18. Emancipatorum nuptie absque patris consensu inite, nullæ non sunt: sed si filius indignam familiam duxerit, à patre, non matre, exheredari potest.
19. Filia emancipata, & annis minor, contra parentum consensum nubens, ab utroque exheredari potuit: non tamen ejus nuptie minus legitime sunt.
20. Filia annis minor seu emancipata, seu in patris potestate, luxuriose vivens, exheredari potest.
21. L. 18. & l. 20. C. de nuptiis, explicantur.

**E**xcessimus hæcenus illa jura, quæ observantur in sponsalibus adolescentium, tum eorum, qui parentum manui subsunt, tum eorum, qui sui juris curatorum reguntur auctoritate: explicuimus quoque illorum liberorum sponsiones, qui annis majores, parentes superstites habent. Exigit jam operis ordo, ut illorum sponsalia exequamur, tum qui adulti & parentibus orbi sunt; tum qui annis minores adultis accensentur, atque patrem matremve vivos habent. In quorum quidem primi generis adultorum sponsalibus non multum laborandum videtur, si obligationem respicias, quæ cum contrahunt majores, qui sui juris sunt, alicui tertio obligantur. Constat enim eos ex quolibet contractu valide obligari, nec ullo restitutionis in integrum auxilio juvari posse; nisi iis contrahentibus turbatum fuerit cerebrum; vel dolus, metus, error, aliæve pactioni adhærens, nec ætatem concernens ratio prætoris auxi-

auxilium admittat, postuletque: de quibus omnibus, aliis locis, & præcipue cum de repudiis agemus, dabitur dicendi occasio. Præsens caput occupabit alterum genus adulterum; eorum scilicet, qui cum, rei veritate, annis minores sint, maioribus tamen adnumerantur.

Sed antequam progrediamur, duo præmittenda sunt: tum quæ sit major ætas: tum qui sint, qui annis minores adultis annumerantur.

- 2 Cum quæritur de firmitate sponsalium, quæ ab adultis & qui sui juris sunt contracta dicuntur, illa ætas major dicitur, quæ vigesimum quintum annum excessit. Nam post hoc tempus compleri virilem vigorem constat l. 1. §. 2. D. de minor. ideoque perfecta, plena, integra, legitima, robusta, in libris nostris appellatur l. 27. D. de negot. gest. l. 4. §. D. de legit. tutor. pr. Inst. de fiduciar. tutel. Novell. 118. cap. 5. l. 32. §. 2. D. testam. tutel. l. 15. §. 6. D. ad leg. Jul. de adulter. nec supposita amplius multis captionibus, exposita multorum insidiis (uti quæ infra illum annorum numerum est) sed per se satis suis rebus invigilare dicitur d. l. 1. pr. & §. 2. 3. Appellatur quoque status à Papiniano. l. 77. §. 14. D. de legat. 2. quod, teste Hippocrate apud Galenum, ætas viginti quinque annorum sit crescendi, & pubertatis finis.<sup>1</sup> Nec hic ex ratione sexus sit discretio, uti alio anno in fœminis, alio in masculis ætatem terminari diximus, cum disputatur de necessitate consensus parentum reluctantium liberorum desideriiis. Tum enim respicitur corporum constitutio, quæ cum maturius in fœminis, quam in maribus, procreandæ soboli idonea, & ad ferenda conjugis munia, par est, citius quoque illæ viris ad matrimonium admittuntur. At hac ætatis definitione occurrere prætor voluit illorum fraudibus, qui cum minoribus contrahunt, horumque simplicitati prodesse. Itaque cum infirmius muliebre iudicium virili sit, faciliusque ad seducendum iste sexus, non debuit maturius masculino suæ curæ committi: Cum & olim propter consilii lubricum, in perpetua agnatorum fuerit tutela.<sup>2</sup>

- 4 Adultis annumerantur illi minores, tum qui veniam ætatis à Principe impetrarunt: tum qui legitimis nuptiis juncti sunt. In quorum primo genere imitamur jus Civile T. T. C. de his qui ven. atar. in secundo ab eo recedimus. Apud Romanos enim nec patriam potestatem solvit matrimonium, l. 1. §. ult. l. 2. D. de liber. exhib. l. 1. §. 1. D. de agnosc. & alend. liber. l. 27. D. solut. matrim. nec illud finiendæ curæ modus fuit. Quod utrumque mores nostri induxerunt, committentes suæ curæ conjugatos, eosque patriæ potestati eximentes. Non quod contracto matrimonio, veluti servi pœnæ, vel captivi fiant liberi, & ita liberentur à patria potestate; uti Pyrrhus joco magis quam serio scripsit.<sup>3</sup> Non quod conjugii dignitas, una earum sit, quæ liberos invitos amplius in sacris patris esse non sinunt. l. ult. C. de decurionib. Sed quod Majores nostri iudicarunt suæ potestatis esse debere, qui iudicio parentum, novæ constituendæ familiæ idoneus habetur: tum quoque quod absurdum videretur, ut maritus in suam tutelam uxorem acciperet (quod moribus nostris contingit) & ipse adhuc alienæ potestati subjiceretur arg. l. ult. C. de legit. tut. l. 21. D. ad l. Jul. de adulter.

<sup>1</sup> Ulpian. in  
fragm. tit.  
11.

<sup>3</sup> In comm.  
ad consuet.  
Aurel. Tit.  
quibus mod.  
jus patr. po-  
test. solvitur.

Cæterum, semel per nuptias sui juris facti, vel suæ tutelæ commissi conjugati, non relabuntur in patriam potestatem, vel subduntur rursus curationi, etsi, soluto matrimonio, viduus viduave annis minores reperiantur.

<sup>1</sup> Sand. libr.  
2. Tit. 7. de-  
fin. 5. decis.  
Frijf.

Nec quis hic differentiam in sexu constituat. Verum quidem est, mulierem ex parentum potestate in mariti tutelam, ex curatorum curatione in mariti curam transire, ita ut in utroque vitæ genere, alterius subjiciatur regimini: at tamen in mariti tutela, ut sui juris, non in potestate est, si stricte id verbum sumatur. In mariti cura est, ut capitis familiæ; interim conjugii socia: adeo ut soluto matrimonio suæ potestatis maneat, suæque curæ committatur. Imo etiam si dicatur in potestate mariti esse uxor, non tamen in patris reverteretur potestatem invita vidua, qua contractis nuptiis exempta fuit l. ult. D. de his qui sunt sui vel ulien. jur. l. 12. l. 41. D. de adoption. non enim solet jus semel extinctum, per se reviviscere. l. 66. §. 1. D. de legat. 2. l. 10. §. penult. D. de in rem vers. l. 98. §. 9. D. de solut. <sup>2</sup>

<sup>2</sup> Vid. Tira-  
quell. leg.  
connub. gloss.  
3. n. 1. &  
2. Boer. decis.  
Burdigal.  
197. Heen-  
kerck Curia  
quondam no-  
stra Senator.  
pag. 242.  
Batavis.  
Arcad. Sand.  
d. l.

<sup>3</sup> In 2. de  
invenit.

Hic ita prælibatis sciendum est, viduum viduamve, nondum licet adeptos 6  
legitimam ætatem, in contrahendis nuptiis non indigere parentum consensu.  
De necessitate legis loquor, non quid honestas exigat. Nulli enim potest esse 7  
dubium, semper honestum, & in omni ætate, animi pii esse, in re gravi, illorum  
exposcere consensum, qui nos genuerunt. Consilium vero parentum, ut  
exposcant coituri matrimonio vidui, non honestum solummodo, sed ra-  
tione honestatis, necessarium ducimus. Consilium, auctore Tullio, definitur, 8  
aliquid faciendi vel non faciendi excogitata ratio: <sup>3</sup> ideoque explorari at-  
que præstari debet, antequam peragendum perficiatur negotium: uti recte  
Abbas docuit. Consensus vero approbatio negotii est; tum quod gerit-  
ur, tum quod absolutum jam est: ideoque potest, vel in ipso actu, vel post  
interponi, l. ult. C. ad SC. Macedon. Hoc maxime effectu inter se hæc duo  
differunt, quod consilium, cum voluntarium sit, nemo necessario sequi cogat-  
ur: liberum enim est cuique apud se explorare, an id expediat sibi, an non l. 2.  
§. 6. D. mandat. Consensus vero cum requiritur, omnino interponi debet,  
alioqui nullum est, quod is gessit, qui consensum non exoravit. <sup>4</sup> Dicimus  
ergo ratione honestatis necessarium esse, ut vidui explorent consilium paren-  
tum, non esse necessarium ex ratione legis, ut exorent consensum. Etenim  
consilium parentum sequi, sola æquitate tenemur; consensum exorare, ne-  
cessitate legis cogimur. Ratio nostri juris hæc est, quod necessitas paren-  
tum consensus in liberorum nuptiis, patriæ potestatis effectus sit. at diximus  
ea exemptos esse liberos, qui matrimonium contraxere: verum necessitas  
explorandi consilii ex naturali ratione pendet, quæ nos cogit parentibus om-  
nem exhibere honorem. <sup>5</sup> Quam sententiam nostram tum Fœderati Belgii Or-  
dines, tum Amstelædamenses expressa constitutione firmarunt, additis ratio-  
nibus: Want wy verstaan, dat sij door het eerste houwelyck geemancipeert, en haar eijghen  
vooght geworden sijn, art. 47. eghet Reglem. vande Staten Gener. & mits dat sij, quod idē  
est ac, om dat sij in t voorgaande houwelyck haar Ouders consens gehad hebben. art. 13.

Ordon.

<sup>4</sup> Menoch.  
libr. 1. Conf.  
69. n. 16.

<sup>5</sup> Heemsker.  
d. lib. pag.  
242.

*Ordon. van houwel. saak. tot Amster. d'ann. 1588. den 25. Maert.* Nec aliud statuit vel Caroli quinti sanctio, vel Politica Hollandiæ constitutio. Illæ quidem desiderant in minorum nuptiis parentum consensum, at loquuntur de juvenibus, innuptisque virginibus: etenim hæc, quibus utuntur, verba *Jonghe-doghters en Jonghe-gesellen*, tantum abest, ut viduos viduasque complectantur, ut etiam, quotidiano idiomatis nostri usu, iis qui conjuges fuere, opponantur. Sunt, qui hoc jus temperandum volunt ex ratione sexus, ut locum habeat in viduorum, non viduarum nuptiis. In maribus quidem recte constitutum probant, quod soluto matrimonio vidui, ut in cæteris contractibus, ita & in matrimonii electione, emancipatis & viginti quinque annis majoribus comparentur, etiam si legitimæ nondum sint ætatis; quia hi satis firmo creduntur judicio, ut venerem experti, non facile amoris illecebris seduci & abripi possint. At autem, quia fragile & infirmum est scæminarum judicium *l. 4. C. de sponsal.* præsertim viduarum ætate minorum, quæ amore æstuant; propter lubricum ætatis & sexus, non quidem convellendi potestatem concedunt patri, sed abnuendi sponsalia: scilicet, ut non possit quidem solo voluntatis abnutivo inhibere viduarum filiarum nuptias pater, sed tantum exposita causa: ideoque eum citandum volunt, ut nuptiis Præfectis rationes dissensus sui exhibeat. At vero hujus temperamenti, nec Politica constitutio, nec Caroli Quinti sanctio meminerunt, nec nostrum est, jus condere. Imo Fœderati Belgii Ordines *d. art. 47.* & Amstelædamenses *d. art. 13.* hac in re, viduas viduis æquant, quia tam sequior quam dignior sexus contractis nuptiis sui juris constituitur. Nec hic valet argumentum ex lege Romana, dictitante, viduas intra quintum & vigesimum annum degentes, etiam si emancipationis libertate gaudeant, tamen in secundas nuptias sine patris sententia convenire non posse. *l. 18. C. de Nupt.* Diversi enim sunt nostri mores, qui hac in parte, juri civili derogant, atque jus Canonicum sequuntur, dictitans, viduas si nubere velint, iis nubere posse, quos propria voluntate voluerint habere maritos *C. ult. caus. 32. q. 2.* Sunt & clari nominis Jureconsulti, quibus & nos assentimur, qui non volunt Romanam legem præcipere necessitatem paterni consensus, sub pœna irritarum nuptiarum; verum monere, quid factu honestum, & filiali reverentiæ consentaneum sit. Quod ipsum quoque dictant mores nostri, & inculcat aperte Amstelædamense statutum, *d. art. 13.* Imo non negamus parenti jus esse, ratione justa exhibita, obniti viduorum præcipue viduarum minorum secundis nuptiis; verum negamus id jus ei esse tanquam patri, in cujus sacris liberi sunt, sed ut patri, qui liberos emancipavit. Nec volumus, eum citandum esse, ante concessionem nuptialium denunciationum, à nuptiis Præfectis, ut dissensus rationes exhibeat, uti in primis liberorū nuptiis, constitutum est: sed patri intercedendi jus ut cuilibet extraneo concedimus.

**11** Quid autem, si viduus viduave dissentientis patris consilium sequi, & resistere à sponsalibus velit? Nonne idem hic statuendum est, quod in filiis ætate majoribus probavimus? quos diximus vi suorum sponsalium ad perficiendas

*Covarr. de sponsal. 2. part. cap. 3. §. 8. n. 3. Comm. lib. 8. Comment. jur. Civil. cap. 4. n. 5. Alber. Gent. lib. 4. cap. 4. de Nupt.*

nuptias cogi non posse, si dissentientibus parentibus obsequi velint. Verum quidem est, matrimonium planius eximere patriæ potestati liberos, quam major ætas: majores enim filii familias, etsi non in cæteris contractibus, in electione nuptiarum parentum manui subiecti creduntur, non autem per conjugium emancipati. At hisce contradici potest, quod matrimonium, cum liberat à patria potestate, beneficium conferre debeat, non damnum; & exemplo Episcopalis dignitatis, nos nostri juris constituere, in iis quæ profunt, non in iis quæ obsunt; *arg. l. 23. D. ad municipal. ne quod utilitate repertum est, contrario sine recurrat. Bart. in l. 3. D. de his qui sunt sui vel alien. jur. Bald. in l. 5. D. eod.* Qua ratione hodie conjugati, etiam si sui juris sint, hereditatem patris non aditam transmittunt, & nullum reddunt paternum testamentum præteriti, quia hoc iis expedit. Refertque Sande, Frisiæ curiam definitivisse, nepo-

<sup>2</sup> *Libr. 2. Tit. 7. de fin. 5. de cis. Fris.*

tem ex filio conjugato ante patrem defuncto, rupisse avi testamentum. <sup>1</sup> Quid ni ergo dicendum videtur, posse viduos obsequi dissentienti patri, & renunciare sponsalibus, quotiens id iis expedit? Verum si quis jus nostrum bene perpenderit, contrarium sentiendum esse fatebitur. Liberi per matrimonium hodie sui juris facti, Romanorum emancipatis comparantur, qui à contractibus suis, prætextu solius dissensus paterni, restitui in integrum non potuerunt: quorum enim consensum in contrahendo negotio non requirit lex, eorum dissensus in eodem distrahendo nihil operari potest. Filii familias ætate majores, ex sponsione sua cogi non possunt ad contrahendas nuptias, quotiens volunt obsequi voluntati dissentientium parentum; idque ideo quia, ut eorum nuptiis parentes consentiant, lex requirit. at patre minime auctore recte hodie nuptias contrahunt viduæ. Illa quidem beneficia, contracto matrimonio, non amittunt hodie liberi, quæ inter eos & parentes versantur: verum in cæteris negotiis, quæ jus extranei respiciunt, tanquam si non haberent parentes superstites, considerantur.

Quid ergo? cum dissensus patris dirimere nequeat filii vidui sponsionem, <sup>12</sup> nonne viginti quinque annis minori auxilium restitutionis, quod ætati prætor indulgit, prodesse potest? difficilis certe hujus quæstionis definitio videtur. Plurimarum enim nostrarum civitatum statuta, conjugatis, qui à Magistratu pupillari suæ curæ commissi sunt, videntur tantum concedere suorum bonorum administrationem, *art. 6. Tit. 10. Keur. vande Weescam. tot Alcmaar. vel etiam licentiam contrahendi art. 56. vande 100. Burgherl. keur. tot Leyd.* neque quicquam ulterius disponunt. Imo statuta Amstelædamensia negant duntaxat licentiam contrahendi minoribus, usque dum suæ curæ committantur. *art. 26. Ordon. vande Weesc. tot Amsterd.* At volunt interpretes, quotiens statutum permittit minori simpliciter jus contractus, nec aliud ulterius disponit, validum quidem esse quod ab eo gestum est, etiam si rem immobilem alienasset (quo casu tamen jure communi contractus esset nullus. *l. 2. C. de his qui ven. at at. impetr.*) at eum non privari auxilio restitutionis in integrum, huic ætati concessio, si læsio probetur, statuunt. <sup>2</sup> Quasi liberetur quidē hodie conjugatus à cura, eique

<sup>2</sup> *Wames. conf. 26. cent. 1. n. 17. ad for. jur. civil. Menoch. libr. 5. conf. 478. n. 50. & seqq.*

eique committatur bonorum suorum administratio; attamen ut comparatur Romano minori, qui non habens curatorem, contrahere quidem civiliter, & naturaliter se obligare, at restitui potest, si læsus probetur l. 3. l. 5. C. de integr. restit. minor. gloss. in l. 1. C. si de monent. possess. fuer. app. Nec obesse volunt, quod conjugatus pro maiore habeatur: aliud enim esse, maiorem esse; aliud pro maiore reputari putant, noluntque fictionem, sed veritatem, beneficium restitutionis in integrum excludere. Horum sententiam in iudicando probasse Frisiz Curiam Sande, <sup>1</sup> Supremam Belgii Christineus referunt, <sup>2</sup> ideoque frequenter maritos minores ab Amplissimo Frisiz Senatu ætatis veniam petere, & impetrare subinde Herbajus testatur. <sup>3</sup>

Verum enim vero, his non obstantibus, contraria animo meo residet sententia. Vi nostræ consuetudinis inveteratæ, quicumque matrimonium contraxerunt, pro maioribus reputantur, *werden gehouden voor Meerderjarighen*, art. 5. Tit. 10. Keur. vande Weesc. tot Alcajaar. suæ curæ committuntur, *gestelt in haar eyghen vooghdijc*, art. 59. vande 100 Burgerl. keur. tot Leyd. art. 24. Ord. vande Weesc. tot Amsterd. admittunturque ad jus contractus, art. 24. ordonn. vande Weescam. tot Amsterd. Statut. van Friesland. libr. 1. art. 1. Tit. 6. At dicunt interpretes, quoties lex, consuetudo, vel statutum, quem maiorem fingit, dicitur eum tanquam maiorem contrahere posse, cessare in eo restitutionis auxilium, quod minori concessum est ætati. <sup>4</sup> Grotius, tanquam quod expediti juris est, tradit *'thouwelyck maacke bij ons mondigh*. definitque maiores, *die haar selfs en haar eyghen saacken maghtigh'sijn, en oversulcks op eyghen naam dingh-taal moghen ea C. de tempore*. <sup>5</sup> Videmus quoque conjugatos contrahere, non tantum res mobiles, easque minimi pretii, sed & pretiosas, & sine iudicis decreto, res immobiles alienare posse, personam standi in iudicio habere, absque curatore, agere & conveniri: quæ certe omnia minori facere non licent. Nam quamvis administrandis bonis invito curator jure civili non detur; invitatus tamen curatorem accipere debet minor, si litem exercere velit, vel ab alio conveniatur. l. 1. C. qui legit. pers. stand. in jud. §. 2. Inst. de curat. & venia ætatis impetrationis effectus est, suo nomine, & sine curatore, litem exercere minorem annis posse. l. 10. C. de appellat. At autem qui in omnibus, vi consuetudinis, maior habetur, sic contrahit, sic agit, sic muneribus fungitur. l. 3. D. ad SC. Macedon. restitutionis auxilio gaudere non debet, quod soli minori ætati concessum est. Qui veniam ætatis impetravit, læsus, ut minor, restitui non potest: ne ii, qui cum eo contrahunt, principali auctoritate circumscripti esse videantur. l. 1. C. de his qui ven. atat. impetr. at maior est vis consuetudinis nostræ, qua conjugatus maior habetur, quam veniæ ætatis impetratio. Etenim qui hanc impetravit, immobilia sua, sine iudicis decreto, alienare nequit, l. 2. C. de his qui ven. atat. impetr. nisi id ei diserte à Principe concessum fuerit. <sup>6</sup> Verum conjugatus & suæ curæ commissus, hujus quoque rei arbiter est: nisi id speciali statuto interdictum reperiatur, *uti in Rhyndant*, art. 45. Keur. van Rhynd. Nulla ergo ratio est, cur viduus beneficio ætatis restitui posset, ne quis

<sup>1</sup> Libr. 1. Tit. 15. defn. 5. Decis. Fris. <sup>2</sup> Volum. 2. decis. 132. n. 16.

<sup>3</sup> Cap. 13. §. 4. Rer. quotid. libr. sing.

<sup>4</sup> Menoch. d. conf. 478.

Bald. in l. Bald. in l. cum lege. D. de recept. arbitr. Wames. d. conf. 26. cens. 1. n.

<sup>5</sup> 17. ad for. jur. civil. Ca. strens. ad l. por. in integr. restit. Tuld.

in Cod. Tit. de his qui ven. atat. imp. Perez. in cod. Tit. si min se

major. dixer. n. 4.

<sup>6</sup> Libr. 1. cap. 10. n. 3. & libr. 1. cap. 4. Holl. Reghtsgel.

Grot. lib. 2. cap. 10. §. ten derde Holl. Rechts gel. Zypa.

notit. jur. Belg. cap. de tutor §. matrimon. Groenew. in D. l. 2. C. de his qui ven. atat.

cum

cum eo tanquam majori contrahens circumscriptus consuetudine esse dicatur. Deinde minor tutor esse nequit. *pr. Inst. de fiduciar. tutel. Novell. 118. cap. 5. §. 2. Inst. qui testam. tut. l. 32. §. 2. D. de testam. tutel. l. 4. 8. D. de legit. tutorib. & testamento datus, tutor tunc erit, cum major 25. annis factus fuerit. §. 2. Instit. qui testam. tutor. dar.* Non tantum quod ferendum non sit, eundem esse curatorem, & sub cura degere. *l. final. C. de legit. tut.* sed etiam quod absonum sit, eum, cui læso restitutio datur, ad aliena accedere. At moribus nostris minor pater, imo & mater, liberorum suorum tutor, tutrix-

<sup>1</sup> *Indesaaken van hare Konincklike Hoogheyt ey-scherse in cas possess. en verweerdersche in Reconven-sie ter eenre en haare Hoogheyt de Princesse Douariere, &c. ter an-dre sijde by lit. 's Hof van Holl. gepro-nunc. 31 May 1651. ende by appel vande hoghe Rade den 29 Julij 1651. de Princesse Royal vvas beneden de 25 laaren.* que est: certissimo argumento, eos ratione ætatis restitui non posse. Conclu-  
do igitur cum Groenewegen peritissimo hodierni juris-consulto: *Veniam ætatis hodie concedit matrimonium, & minori marito adimit ætatis auxilium.*

Nec plus favoris hic habet ætas, quæ sexu juvatur, uti satis patet ex iis <sup>13</sup> quæ hæcenus diximus. Satis quoque callida, & rerum suarum gnara mulier videtur, quæ nuptias experta est; nec infirmum ejus. & lubricum judicium creditur, quanti matrimonium regundæ domui, & educandis liberis idoneam declaravit, sed satis eam adjuvare judicii sui stabilitas dicitur, ut cum Justiniano loquar *§. fin. Inst. quib. ex caus. manum. non lic. ut ratione ætatis restitui non debeat.* Deus ipse ætatem in vidua non distinxit, sed generaliter dixit, quicquid erit, quo obligaverit se ipsam, statum incumbet ei. *Numer. 30. v. 9. justum vero*  
by lit, quod justitiæ fonti justum visum fuit.

Hicce ita explicatis, nonnihil de jure civili dicamus. Diximus jam sæpius <sup>14</sup> Romanos conjuges, vel parentum potestati, usque dum emancipantur, vel curatorum regimini, usque ad ætatem perfectam, subiectos manere, nec sui juris constitui, vel suæ curæ committi, contracto matrimonio. *l. 12. §. 3. D. qui & à quib. manum. §. 2. Inst. de SC. Tertull. l. 7. C. de nuptiis. l. 4. D. de his qui sunt sui vel alien. jur. l. 12. C. de collat. l. 5. C. de condit. insert.* Hinc paren- <sup>15</sup> tum consensus, tam secundas, quam primas liberorum nuptias, eo jure præcedere debet, & si post divortium, cessante patris voluntate, ad eundem maritum regressa fuerit mulier, minus legitima conjunctio dicitur. *l. 18. D. l. 7. C. de nupt.* Et hoc totum quidem expediti, certique juris est. Verum <sup>16</sup> majus negotium facessit, quid de necessitate parentum consensus, circa emancipatorum ætate minorum nuptias, affirmandum sit? de quo alibi sparsim ac parce, hic plenius dicendum est. Sic sentio. Nullum arguit matrimonium solo liberorum in sacris parentum constitutorum arbitrio contractum læsa patria potestas. *l. 11. D. de statu homin.* Nec hic quicquam valet ætatis, vel sexus distinctio, nisi in tantum, quod filius in eligendis nuptiis expresse patri consentire debeat. *l. 11. D. de sponsal. junct. l. 21. 22. D. de rit. nupt. & dissentire ab eo possit. l. 13. D. de sponsal.* cum sufficiat, filiam non dissentire. *l. 12. D. de sponsal.* imo nec dissentienti licentia filæ nuptias desideranti detur, nisi turpis vel indignus à patre eligatur sponsus. *d. l. 12. §. 1.* Quodad cætera, sine discrimine sexus requirunt leges consensum eorum, quorum in potestate sunt matrimonio coituri. *l. 2. D. 12. §. in Inst. de nupt.*

verum

verum si injuriâ inhibuerint parentes liberorum nuptias, implorata præsidis auctoritas coget patrem & dotem dare & collocare. *l. 19. D. de rit. nupt.* At autem quæ publica auctoritate, & præside auctore nubit, cum dotem mereatur, exheredationem non metuet. *arg. l. 7. §. 2. D. de minorib.* & hæcenus de patris potestate. Matris vero neglectus consensus, cum illi nulla civilis potestas in liberos sit, inobedientiæ & impietatis accusat quidem filium filiamve, at nullas arguendi nuptias potestatem non habet: idque inferunt aperte omnes leges, quæ irritas duntaxat hæc declarant nuptias, quæ sine consensu eorum, in quorum potestate civili sunt conjuges, contractæ sunt.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> *Fransc. Hotman. illust. quest.*

18 Cum emancipatio jus patrum, quod ex lege Romanorum civili fuit, tollat §. 6. *Inst. quib. mod. toll. patria potest.* neuter parentum irritas reddere potest emancipatorum sine eorum consensu contractas nuptias: non enim hæc potestas ex jure naturæ, sed civili defluxit: at emancipati liberi jure naturæ gaudent, & etiam si lædant pietatem quam parentibus debent, quotiens sine eorum consensu nuptias ineunt, attamen contractæ, ideo irritæ non sunt, nec à parentibus irritæ reddi possunt *l. 25. D. de rit. nuptiar.* Nec placet hic mihi Matthæus Monachus, qui, teste Fabroto, Modestinum in genere & sine ætatis distinctione loquentem ita restringit, quasi filio emancipato majori viginti quinque annis uxorem ducere liceat ignorante & invito patre, non etiam minori. Etenim ubi lex non distinguit, nec nobis distinguendum est. Hic tamen lex civilis aliquam inter sexum distinctionem esse voluit: nempe ut exheredari filius tanquam ingratus posset, qui indignam familia, invito parenti obtrudit nulum. *l. 3. §. 5. D. de bonor. posses. contr. tabul. junct. Novell. 115. cap. 3.* Sed duntaxat à patre: nam id jus concessum esse matri non legitur. Ratio discriminis hæc esse potest, quod ad matrem non pertineat, ex qua suscipiat liberos filius, cum ii paternam familiam, non maternam sequantur. *l. 196. §. 1. D. de verbor. signif.* Vel etiam quod civiliter ingratus esse adversum matrem dici non possit filius, cum emancipationis beneficium non ab ea, sed à patre habeat. Vel quoque, quod quasdam pristinæ potestatis reliquias post emancipationem retinere videatur pater; quod de matre dici nequit, cui nulla unquam in liberos civilis potestas fuit. Sic bonorum, quæ liberis emancipatis propria sunt, ususfructus patri cedit: eique impuberum tutela deferatur, quæ duo jura matri non competunt: Sic licet pater emancipato filio, non jure tutorem dederit, confirmatur tamen sine inquisitione *l. 3. D. de confirmand. tutor.* à matre vero datus, non nisi sub inquisitione *l. 1. §. 1. l. 2. D. eodem.*

19 Sicut filius, ita filia emancipata, neglecto parentum consensu, nuptias contrahere potuit. *l. 10. D. de sponsal.* uti id colligi potest, ex omnibus legibus, quæ eorum duntaxat requirunt consensum, in quorum sacris coeuntes sunt. Verum etiam si contractæ nuptiæ, irritæ reddi non potuerunt; attamen præteriri & exheredari potuit emancipata filia, quæ sine patris aut matris consensu se conjunxisset marito. Quod ut sentiam, tum lex *19. C. de inoffic. testam.*

S tum



tum Novell. 115. cap. 3. §. 11. faciunt. Sunt qui putant legem 19. de ea filia loqui, quæ major annis, turpiter, & cum flagitiosa fœditate vivit, id est, quæ se palam prostituit, & hanc exheredari posse volunt. Novellam 115. vero intelligendam dicunt, de ea filia annis majore, quæ clam, semel, aut bis tantummodo, se alterius libidini summisit, & hanc exheredari posse negant: adduntque hanc rationem; ne alioqui nimis larga interpretatio, laxiorem, sexui jam satis lubrico, & infirmo, præbeat delinquendi licentiam, ex qua non solum paternæ familiæ dignitas, sed etiam (cujus præcipua semper ratio habenda est) publica honestas labefacteretur. Verum hæc inter luxuriam distinctio, neque in dicta lege, neque in novella allegata reperitur. *Luxuriosam degere vitam*, idem mihi esse videtur ac, *turpiter & cum flagitiosa fœditate vivere*, nec aliud esse puto, in suum corpus peccare, quam, meretricio more turpem & luxuriosam vitam agere, uti recte sentit Gothofredus. Proverbia quoque, *clam & palam*, in neutro loco reperiuntur. Ideoque magis inclino, ut sentiam, ætate majorem filiam, ut ut turpiter, & cum flagitiosa fœditate vivat, exheredari non posse, quasi parentibus imputanda sit culpa, quod, ante id tempus, eam matrimonio non collocarunt. Sed hæc in transcurso quasi notata velim, cum non adeo ad præsentem quæstionem pertineant. Diximus emancipatam filiam neglecto parentum consensu conjunctam viro, exheredari posse. Quod generale dictum sub ætatis distinctione intelligendum volo, ut ætate minor exheredari possit, major non possit. Nostram hanc opinionem auctoritate dictæ Novellæ 115. cap. 3. §. 11. probamus. Non enim putamus, eam duntaxat loqui, de filia potestati patris subiecta, sed etiam de emancipata. Idque ex eo colligimus, quod distinguit Imperator inter eam, quæ in suum corpus peccat, & eam, quæ sine parentum consensu, marito, libero tamen, se conjungit: scilicet, major filia sub potestate parentum constituta, sine eorum consensu nuptias contrahens, in corpus suum peccat, & cum flagitiosa fœditate vivit, quia nullæ sunt nuptiæ, sine parentum consensu, à filia familias contractæ l. 11. D. de stat. domini. §. 12. Inst. l. 2. D. l. 12. C. de nupt. At quæ emancipata, ingratis parentum se conjungit homini libero, cum legitimæ sint nuptiæ, in corpus suum non peccat. Deinde recenset causas Imperator, ob quas & à matre, avo, aviaque maternis, exheredari liberi possint; at tritum est, Romanas matres, nullam potestatem civilem in liberos habuisse, & potestatem patriam à patre denominatam, patribus solis competisse l. 3. D. de his qui sunt sui vel alien. jur. §. 2. Inst. de patr. potest. Itaque & de ea exheredanda loquitur, quæ patriæ potestati civili subiecta non est. Denique generaliter loquitur Imperator, de quacunque filia, quæ sine parentum consensu nubens, ingrati vitium committit: at autem id æque facit emancipata, quam filia familias; cum ideo non meruerit emancipationis beneficium, ut annis minor ingratis patris se traderet marito. Et hæc quidem, ut affirmemus dictam Novellam de emancipata quoque loqui, dicta satis sunt. Videamus jam, an etiam mater præterire possit ætate minorem filiam, quæ sine consensu ejus nupsit. Et id ex eo primum colligi-

mus

Ant. Fab.  
Tit. 9. princ.  
4. illas. 12.  
Rursus. P.  
mian. scim.

mus, quod Imperator *parentibus* hanc potestatem tribuat; at voce parentum & pater & mater veniunt. *l. 4. §. 2. D. de in jus vocand.* Deinde in principio capituli dictæ Novellæ, inter personas, quæ exheredare possunt, expresso nomine, matrem recenset. Tandem & exheredationis causæ, quæ enumerantur ab Imperatore, naturalis obsequii & grati animi officium respiciunt: at id utrique parenti par & æqualiter debetur. Vult igitur Justinianus (ut me contraham) ex veteri jure consistere quidem, emancipatarum ætate minorum ingratiis parentum, contractas nuptias. *arg. l. 10. D. de sponsal. l. 25. D. de rit. nupt.* attamen ob læsam pietatem & reverentiam, quæ utrique parenti debetur, ab utroque exheredari posse: at vero ætatem majorem suo arbitrio se jungentem viro, exheredandi causam non præbere; cum ingrata non videatur, quæ huc usque casta, postquam parentes distulerint conditionem quærere, sibi ipsa consulens, ex honesto matrimonio, liberos Reipublicæ gignere studet.

His ita præmissis, videamus, an aliquam lucem adferre possimus duobus Imperatorum rescriptis Codici repetitæ prælectionis insertis: quæ ex quorundam sententia, inferre videntur, irritas esse, emancipatæ ætate minoris sine patris matrisve consensu contractas nuptias. Et primum quidem considerandum est, quod *in l. 20. C. de nupt.* (cum loquuntur Imperatores de nuptiis filiarum in sacris positæ) dicant, *expectandum esse patris arbitrium*: cum vero loquuntur de emancipatæ conjunctione, quod his verbis utantur, *et ipsius quoque exploretur ad sensum: in secundas nuptias sine patris sententia non conveniat* *l. 18. C. de nupt.* quodque patre mortuo, matris & propinquorum requiratur judicium. At autem, aliud est, explorare, requirere; aliud expectare: aliud judicium, sententia; aliud consensus. Expectandum est, quod abesse nequit; explorandum, quod abesse potest: & majorum virium est consensus, quam sententia; vel judicium. Sententia, judicium, consilium, exploranda tantum, omitti possunt, & explorata negligi. *l. 2. §. 6. D. mandat.* at consensus parentum, cum requiritur, si non adhibeatur, irritæ sunt liberorum nuptiæ. *§. 12. Inst. de nupt.* Ex quibus primum patet, nullam non esse conjunctionem ab emancipata ætate minore, ingratiis patris, initam. Deinde observandum est, si superstes sit pater, nullius præter ipsius explorandam esse sententiam: at eo mortuo, matris & propinquorum. Idque ideo, quia pater princeps familiæ est, & quædam pristinae potestatis vestigia, & patriæ auctoritatis reliquias, etiam post emancipationem retinet: mater autem in potestate civili liberos nec habet, nec habuit. Patre mortuo, non duntaxat matris, sed & propinquorum requiritur judicium: tum quia mulierum consilium fragile & infirmum est, tum quia quoque ad dignitatem propinquorum defuncti patris spectat, quali inseratur familiæ sui juris constituta, seu virgo, seu vidua iterum nuptura. Itaque explorare debuit emancipata ætate minor parentum sententiam. At autem jam quis quærere posset, si illa, neglectis parentibus, se conjunxisset viro, cum consistant nuptiæ, *arg. l. 10. D. de sponsal. l. 25. D. de rit. nupt.* neque emancipatæ divortium, in arbitrio suo, habeat pater. *l. 5. C. de repud.* an nudum duntaxat consilium sit,

quod impune omitti potest, cum volunt Imperatores explorandum esse ab emancipata parentum iudicium? non puto. Omnis lex præceptum aliquod continere debet, non nudum duntaxat consilium; ejus enim virtus est imperare, vetare, permittere, punire *l. 7. D. de legib.* Sic animum induco meum, emancipatam ætate minorem, seu virgo sit, seu vidua iterum nuptura, ingratiis parentum nubentem, ut ingratam exheredari potuisse *Novell. 115. cap. 3. §. 11. arg. l. 18. & 20. C. de inoff. testam.* Quia naturalis ratio & pietas suadet ut hic consulantur parentes: at ingratos Constantinus vocat, & inofficiosi querelam iis negat, qui obsequium jugiter parentibus debitum, prout naturæ ipsius religio flagitat, non præstant. *l. 28. C. de inoffic. testam.* At vero si dissentiat in electione nuptiarum à parentibus emancipata, ne illi prætextum exheredandi capiant, quasi turpes honestis, cum læsione filialis reverentiæ, ut ingrata prætulisset nuptias & inverecunde parentibus reluctata fuisset, consilium dant Imperatores, ut illa auctoritatem judiciaræ cognitionis imploret: quæ, si plures sint genere ac moribus pares competitores, eum potiore existimabit, quem sibi consulens mulier approbaverit. Quo facto, metu injustæ exheredationis liberabitur puella: ingrata quippe erga parentes judicari nequit, quæ judici consilium suum probavit; nec pietatem & reverentiam parentibus debitam læsisse, quæ, auctore judice, nuptias contraxit. *l. 19. D. de rit. nupt.* Itaque ex dictis patet, hæc Imperatorum constitutiones, & præceptum continere, & consilium; præceptum, ne ingratiis parentum nuptias contrahat ætate minor emancipata, nisi velit justam exheredandi causam parentibus præbere; consilium, ut imploret judiciaræ cognitionis auctoritatem, si in electione nuptiarum à parentibus dissentiat ne illi prætextum exheredandi capiant.

Hactenus explicuimus præfatas constitutiones, quatenus de parentibus emancipatæ loquuntur: restat ut inquiremus quid velint, cum utroque parente orbata puella, sub curatorum defensione constituta sit. Certum est, ad curatorum officium non pertinere, nubat puella, an non *l. 20. D. de rit. nupt.* nec ullam esse vel cognatorum vel affinium in copulandis nuptiis auctoritatem. *l. 8. C. de nupt.* Quæ leges cum generaliter loquuntur, etiam sine ætatis distinctione observandæ sunt. Nec contrarium in *l. 20. C. de nupt.* sancitur. Etenim cum ipsa puella voluntatem suam promere & nuptias eligere sustinet, tum judiciaræ cognitionis auctoritas imploranda non est; ipsa quippe prolata emancipatæ voluntas ratas efficiet, quas elegerit nuptias. At vero si inter honestos matrimonii competitores oriatur certamen, ut dubitetur cui potissimum puella jungenda sit, & illa rubore suffusa nolit dicere quemnam potissimum eligat, ne maritum appetere videatur: tum demum propinquis præsentibus, judex arbitrium suum interponens deliberabit, cui melius adulta societur. Et hæc quidem mea de hisce constitutionibus sententia est, quam, cum nova sit, doctiorum judicio examinandam lubens submitto.

Cæterum epigramatis loco lubet mihi quarundam constitutionum, ad hanc

CAP. 17. DE SPONSALIB. METU CONTRACTIS 141  
hanc materiam pertinentium seriem hic annotare. Potest forte ea aliquid  
lucis conferre sententiæ nostræ. Primum Severus <sup>1</sup> & Antoninus consti- <sup>1</sup> *Cepit regn.*  
tuerunt dissensu inter matrem pupillæ & tutores orto circa sponsalia, arbi- <sup>ann. Christ.</sup>  
trium præsidis provinciæ necessarium esse. l. 1. C. de nupt. Deinde cum <sup>194.</sup>  
Alexandri tempore, <sup>2</sup> suo arbitrio, nuptias contrahere posset emancipata su- <sup>2</sup> *Cepit regn.*  
perstite quoque patre. l. 10. D. de sponsal. (floruit enim Alexandri tempore <sup>ann. Christ.</sup>  
Ulpianus.) Diocletianus <sup>3</sup> & Maximianus sanciverunt, præteriri posse eman- <sup>223.</sup>  
cipatam annis minorem, quæ neglecto matris consensu nupsisset. arg. l. 20. <sup>3</sup> *Cep. regn.*  
C. de inoff. testam. Postea Valentinianus Valens & Gratianus voluerunt, ex- <sup>ann. Christ.</sup>  
plorandam esse patris sententiam, eoque defuncto, matris & propinquorum <sup>284.</sup>  
in copulandis emancipatæ ætatis minoris viduæ nuptiis: qui si inter sese dis-  
sentirent, adhibendam esse judiciaræ cognitionis auctoritatem, scilicet, vo-  
luerunt hi Imperatores, hoc casu, idem observandum esse, quod in pupillar-  
um conjunctionibus, jam ante à Severo & Antonino sancitum erat: quippe  
non virginum sed pupillarum in l. 18. C. de nupt. legendum est, ut recte Cujacius <sup>4</sup> *Libr. 3. ob-*  
sentit. <sup>5</sup> Tandem postea hanc de viduis constitutionem, ad virginum eman- <sup>serv. 5.</sup>  
cipatarum, patre orbatarum, & ætate minorum nuptias ob rationis paritatem <sup>5</sup> *Cep. regn.*  
Honorius <sup>6</sup> & Theodosius Imperatores extenderunt. l. 20. C. de nupt. <sup>ann. Christ.</sup>  
<sup>395.</sup>

## CAPUT DECIMUM SEPTIMUM

### De Sponsalibus metu contractis.

#### S U M M A R I A.

- |   |   |
|---|---|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Basis sponsalium consensus futurorum conjugum est.</li> <li>2. Sponsalis consensus alius suspendens, alius asserens, alius possessorius est.</li> <li>3. Sponsalis consensus definitio traditur, &amp; explicatur.</li> <li>4. Parentum consensus, assensus propria dici potest, &amp; quare?</li> <li>5. Metus definitio exhibetur, &amp; explicatur.</li> <li>6. Metus æstimatio aliquando ex facto colligenda, aliquando judicis disquisitioni committenda est.</li> <li>7. Metus quomodo probari, &amp; ex quibus rebus colligi possit.</li> <li>8. Metus ab alio incuti debet, &amp; non succurrit Praesor, qui sibi ipse metum infert.</li> <li>9. Coactus metu spondere nuptias à patre puella, cum qua cubat, restitui potest.</li> <li>10. Quomodo per novum consensum, &amp; per sequentem coitum, jure Pontificio, &amp; Basaruo nostro pergetur micus, traditur.</li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>11. Nihil interest quis metum intulerit, dummodo is, contra quem agit perterritus, metu illato ad suum lucrum usus fuerit vel ex eo lucrum senserit.</li> <li>12. 13. An restitui possit, qua nuptias pacta fuit, ut oborto naufragio, vel irruentibus hostibus, imminenti morti eriperetur; queritur, &amp; sub distinctione respondetur.</li> <li>14. Reverentia metus definitio traditur, &amp; explicatur.</li> <li>15. Sola, erga patrem reverentia non incutit metum, qui in constantem virum cadit.</li> <li>16. Facilius puellis, quam masculis credi debet, si querantur se nimia reverentia metu consensisse sponsalibus.</li> <li>17. Restituuntur liberi, si minis, verberibus, aliisve durioribus modis, spondere nuptias à parentibus coacti fuerint.</li> <li>28. Vix restitui potest filia, qua metum illa-</li> </ol> |
|---|---|

- tum queritur, postquam coram magi-  
stratu sponsalia confirmaveris.
19. L. 22. D. de rit. nuptiar. explicatur.
20. Ratio datur, quare in jure civili, nusquam  
fit mentio alicujus, qui ob illatum me-  
tum à sponsalibus restitutus fuit.
20. Quare jure canonico nullum ipso jure sit  
matrimonium metu contractum, &  
restitutione non indigeat.
22. Hodie siue quis agat, siue excipiat, & que-

ratu se metu ad spondendum coactum  
fuisse, restitui debet.

23. Hodie in integrum solus Princeps restituit,  
cujus vices apud nos hac in re sustinet  
suprema Hollandia curia.
24. Qui matrimonium contraxit, quasi metu  
coactus duxisset uxorem, restitui hodie  
non potest.
25. Notatur Honorii tertii in cap. 28. x. de  
sponsal. responsum.

**B**asis sponsalium consensus futurorum conjugum, atque eorum est, in quo-  
rum potestate illi sunt l. 2. D. de rit. nupt. l. 7. §. 1. D. de sponsal. Præci-  
puum tamen momentum sponsalibus tribuit ipsorum consponsorum volun-  
tas: l. 11. l. 13. D. de sponsal. Illa enim si adsit, etsi dissentiant parentes, tutores,  
consanguinei, interponatur modo magistratus auctoritas, infirma libero-  
rum, minorumve sponsalia, confirmari, & effectum sortiri possunt. arg. l. 19. D.  
de rit. nupt. l. 20. C. eodem. Si absit; nec parentum. C. 1. x. de desponsat. l. 13. D. de  
sponsal. l. 28. D. l. 12. C. de nupt. nec magistratus, nec ecclesiæ autoritas  
efficient, ne irrita sint constituta sponsalia, etiamsi iis quoque coitus acces-  
serit. C. 2. caus. 27. q. 2. <sup>1</sup> Ex quibus inferri posset, prius de coeuntium, quam  
parentum, cæterorumque quorum interest, consensu, tractandum nobis fuisse;  
at flagitante aliter argumentorum serie, ut alià aliis annexa colligataque vi-  
derentur, & multum hujus materiæ jam dictis inferuimus, & quæ dicenda,  
restant, in hunc locum rejecimus.

<sup>1</sup> Wesenb.  
paratitl. ad  
Tit. de nupt.  
n. 2. Kirzel.  
cap. 4. Theo-  
rem. 1. sy-  
nop. matrim.  
Arnif c. 3.  
sect. 1. de  
jura. connub.

Ob diversos contrahendi nuptias moribus nostris usitatos gradus, spon-  
lis futurorum conjugum consensus, vel *suspendens*, vel *asserens*, vel *possessorius*  
dici potest. *Suspendens* dicitur, qui interponitur, cum privata sponsione nuptias  
spondent sponsus & sponsa; idque nomen sortitur, quia licet, pactis sponsali-  
bus, confestim confectum matrimonium velint consponsi, id tamen nihilo-  
minus aliquot dies futurum suspendunt usitatæ apud nos nuptiales denun-  
tiationes. *Asserens* consensus is dicitur, qui stipulantibus nuptiarum præ-  
fectis, à consponsis interponitur: tum enim publica sponsione, asseruntur pri-  
vatim constituta sponsalia, eaque novo & iterato consensu confirmantur,  
atque spondetur insuper magistratui, sponsum privatim matrimonium, solen-  
niter post aliquot dies in facie ecclesiæ celebratum iri. Hic consensus quam-  
vis *suspendens* quoque dici possit, quia interpositum non confestim se-  
quuntur nuptiæ, rectius tamen *asserens* dicitur ob rationem modo datam;  
estque majorum virium *suspendens*, quia eo colligata sponsalia resolvi non  
possunt, nisi præter consponsorum privatam voluntatem, judicis seu ma-  
gistratus arbitrium accesserit, ut infra ostendemus. *Possessorius* consensus is  
dicitur, qui demum post suspendentem & asserentem, in ipsa contrahenda-  
rum nuptiarum festivitate interponitur. Conglutinat hic consponsos, & ma-  
trimonium constituit, ideoque rectius *nuptialis*, quam *sponsalis* consensus dici  
potest,

potest, & valet de hoc solo hodie, trita & frequentissima hæc juris regula: *consensus non concubitus nuptias facit*. l. 30. D. de regul. jur. Novell. 22. cap. 3. l. 15. D. de condit. & demonstrat. l. 31. §. 13. D. de donat. inter vir. & uxor.

- 3 Sponsalis consensus definiri recte potest, duorum in futuras nuptias amica mentis, ore, vel signis prolata conspiratio, liberque sensus. Consensus in quolibet negotio, ad minimum duorum est, licet plurium esse possit; non enim consentit, qui cum alio non sentit. C. 1. caus. 29. q. 1. & plures æque præcipuos, in unam eandemque rem consentire, multorum contractuum naturæ non repugnat. l. 1. §. 2. D. de pactis. At sponsalitiis consensus proprie & præcipue duorum duntaxat est, nec plurium, ut omnes invicem copulentur, esse potest. respicit enim inter consensos futurum matrimonium, quod inter duos tantum coarctavit
- 4 Deus. Hinc palam evadit, cum parentes assentiantur duntaxat liberorum nuptiis; liberi vero futuram animorum conjunctionem spondeant soli; parentes tantum auctoritatem suam liberorum nuptiis accommodant; liberi vero ipsas nuptias contrahant; parentum arbitrium assensum potius quam consensum dici oportere. Attamen, si alicui hisce nominibus promiscue uti placeat, non adeo nos ille adversos habebit, qui idem facimus magnis auctoribus. *pr. Inst. de nupt. l. 2. D. de rit. nupt. l. 7. l. 12. C. de nupt.* Non enim scrupulose admodum, in maxime proprias omnium verborum & genuinas significationes inquirimus. Dicimus porro consensum hunc esse *conspirationem in nuptiis*. Nam qui non futurum respicit, & promittit matrimonium, sponsalitiis consensus non est. *In futuras nuptias* non præsentem dicimus: quia nuptialis consensus dum interponitur, matrimonium constituit; at sponsalitiis futurum duntaxat spondet, & eodem modo, quo à sponsalibus nuptiarum, sponsalitiis à nuptiali consensu discernitur. Dicimus *ore prolatam conspirationem*: quia naturæ consensus pactio prior est; nec statim cum quis contrahit, cum alio sentit, sed tum cum ex sententiarum conspiratione, verbis, vel signis, proferuntur, & quasi uniuntur diversorum hominum voluntates. Etenim non est obligatorius consensus, qui in mente reconditus est, qui non sentitur, non percipitur: ideoque duorum ignorantium quid mutuo velint, separatus & reconditus de eadem re sensus, ut ut mentalis sit, non tamen civilis & obligatorius est. *Verbis, vel signis prolata* dicimus: quia nullo solo consensus sponsalitiis expediri potest, nec verba necessaria sunt, nisi tanquam indicia eorum, quæ contrahentes mente agitant, voluntque. *Amicam* dicimus *conspirationem*: quia ex amore profluit, eumque perpetuum futurum spondere sponsalis consensus debet, cum matrimonium quoque amica animorum conjunctio sit. *Liberumque sensum*: quia si in ulla, maxime in matrimonii sponcione, animi libertas requiritur. Animum enim & corporum conjunctionem spondet sponsalis consensus, quorum neutrum sine cõjunctum voluntate conjungi potest: non animus animo, cum vinculum, per quod colligantur, amor sit; at hic proprio profluit motu, cogi vel imperari nesciens: non corpus corpori, quatenus in matrimonio generandi facultas spectatur: hæc enim nullius obnoxia voluntati, per animi solius

folius consensum, qui corpori præst ad agendum duntaxat deduci potest. Cessent igitur ab hoc contractu omnis vis, metus, error, dolusque: non amice conspirat, qui cogit; non, qui fucum facit & fallit: non idem sentit cum alio, qui in re propolita errat *C. 1. caus. 29. q. 1. l. 15. D. de jurisdiction. l. 116. §. 2. D. de regul. jur.* imo non sentit quidem, qui metu adigitur invitus *l. 1. D. de eo quod met. caus.* delusus, errans, metuens, ore consentit, animo non sentit. *l. 1. §. 3. D. de pact.* Verum cum sanctissimam hanc nuptiarum sponsonem non sine fraude sæpius paciscatur hominum malitia, operæ precium duco breviter ea tradere, quæ de dolo, metu, & errore circa hanc nostram materiam, explanatione digna sunt.

Metus in edicto Prætoris, ut restitutio in integrum læso dari possit, deficiente Ulpiano, *majoris malitatis timor est l. 5. D. de eo quod met. caus.* scilicet, non suspicio temeraria futuri timoris. *l. 9. D. eodem.* sed præsens timor, præsens metus, licet quoque ipsum quod metuitur periculum non præsens, sed futurum sit. *l. 1. D. eodem.* Etenim in metu perculso, ut edicto locus sit, perturbatio mentis requiritur, at remoti metus suspicio non perturbat mentem. *Majoris malitatis timorem* Jurisconsultus dicit duplicem ob rationem; primum, requirit adeo instans vel futurum magnum periculum, ut desperet metu perculsus id se avertere posse: deinde *majoris* in comparativo, non *maxima malitatis* in superlativo dicit, ut innuat, in restitutionibus ob illatum metum, non semper ad maximam malitatem, quæ timeri potest, respiciendum esse, sed & ad quamlibet aliam: tum quoque comparativo usus est Jurisconsultus, ut innuat, malum debere esse quod agitur, sed majus malum quod metuitur. Quod ut nos præsentī negotio accommodemus, malum est, ut quis repugante animo ei spondeat nuptias quem odit; at majus est, ni faciat, quod metuit, vitæ scilicet; vel gravioris alterius rei periculum. Cum timorem dicit Jurisconsultus, non vanum metum, quem strepitus foliorum incutit, puerorum terriculamentum intelligit *l. 184. D. de regul. jur. l. 13. C. de transact. sed justum, atrocem, & ut Cælius dicit, qui merito in constantissimum hominem cadat l. 6. D. de eo quod met. caus.* In qua tamen descriptione superlativum pro positivo à Jurisconsulto ponitur, ut vani hominis metum excludat: etenim non semper leges, ut succurrant metu perculso, Stoicam pene constantiam aut militarem fortitudinem requirunt, sed ad quemcunque communis vitæ strepitum non facile commotum animum. *Homini* quoque nomine utriusque sexui communi usus fuit Jurisconsultus, ut & sequiorem comprehenderet, in quo non requiritur metus, qui in constantem virum, sed qui in constantem mulierem cadit. & notari potest Honorius tertius, qui in sceminis metum requirit, in constantem virum cadentem. *C. 28. x. de sponsal.* at Panormitanus in dicto capite, omisso viri nomine, legit duntaxat, in constantem, ut & mulier comprehendatur, quem tamen reprehendit Canisius.\*

\* In cap. 1. n. 6. x. de sponsal.

\* In cap. 28. n. 2. x. de sponsal.

Metus iusti & atrocis æstimatio aliquando ex facto colligitur; aliquando ejus disquisitio ad judicem pertinet. *l. 3. D. ex quib. caus. major.* Ex facto justus

stus æstimatur metus mortis l. 3. §. 1. D. de eo quod met. caus. l. 3. D. ex quib. caus. major. l. 13. C. de transact. servitutis. l. 4. l. 8. §. 1. D. de eo quod met. caus. carceris l. 7. §. 1. l. 22. l. 23. §. 1. D. de eo quod met. caus. vulnerum, verberum, cruciatus corporis. l. 3. D. ex quib. caus. major. l. 13. C. de transact. l. 4. l. 7. C. de his quæ vi metue. l. 3. §. 1. D. eodem. stupri in virgine vel vidua l. 8. §. 2. D. de eo quod met. caus. junct. l. 1. C. de rapt. virg. amissionis omnium vel majoris partis bonorum: læsæ existimationis & honorum quoque, ut si quis metuat, adservatus militibus, in publico procedere. l. 23. §. 1. D. de eo quod met. caus. nam eleganter Ulpianus ait: in vinculis etiam eos accipimus, qui ita alligati sunt, ut sine dedecore in publico comparere non possint. l. 10. D. ex quib. caus. major. & recte Augustinus, qui fidens conscientia sua, famam negligit, crudelis est. C. 10. caus. 12. q. 1. <sup>1</sup> Ad judicem pertinet disquisitio metus, cum is ex affectu, & qualitate inferentis, & patientis, ex loco, ex tempore, æstimandus, probandusque est: multum hic sibi vindicant circumstantiæ: personæ metum inferentis antea vita, an probus, honestus, iracundus, truculentus sit, an minas exequi soleat: an polleat auctoritate, viribus, opibus, ut possit: metu perculsi itidem conditio, ætas, sexus, natura, consideranda sunt, an imbecilla, an facile terreatur, an juvenula, an provectior ætate, an virgo, an virago. Non omnes æque impavidi sumus, atque adeo Stoici, & vasti animi, ut si totus illaberetur orbis, impavidos ferirent ruinæ: leporinum animal mulier est, & tenella virgo naturâ timida, facile gravioribus minis commovetur, mentisque trepidationem sentit. filia, inquit Quintilianus, vix nutricum minasuleris, vel eorum, à quibus educatur, tristitiam. <sup>2</sup> attamen sicuti non omnibus masculis idem robur circa pectus natura dedit, ita hæc audacior altera est, minusque meticulosa. Locus quoque, tempusque, examinanda sunt: an die clara, an nocte concubia: an in urbe præsentibus aliis, an clam absque arbitris, in loco solitario metus incussus dicatur. l. 23. D. de eo quod met. caus. l. 35. C. de transact. loci obscuritas & solitudo per se satis horrorem timidis animis incutiens, multum auget minitantis audaciam, & dejicit metuensis constantiam. Interest quoque an in ædibus vim inferentis, vel metu perculsi, res peracta dicatur. Sæpe hic conjecturis standum, sæpe testibus, & uni etiam testi rationem sui testimonii reddenti, si ei gravissima conjectura auxilio sit. <sup>3</sup> Alias uti in cæteris, ita & in hoc matrimonii contractu, communis juris regula observanda est, nec uni fides habenda testi, etiamsi præclaræ curiæ honore fulgeat, omnique exceptione major sit. l. 12. D. l. 9. §. 1. C. de testib. Testimonium duorum metum illatum esse testantium, mille aliis spontaneam voluntatem intervenisse asserentibus, præferendum est, quia mentis trepidatio ex vultu colligi potest; animi autem libera voluntas visui non patet. <sup>4</sup>

8 Cæterum metus metuenti, dolo malo, ab alio incuti debet: nam qui sibi causa metus est, nec ab alio timet, ad edictum non pertinet: itaque si quis quid dederit, promiseritve, ut liberetur ab eo, qui suo jure utitur, & experitur, huic non succurrit prætor: edictum enim delictum coercet, vel qui alte-

<sup>1</sup> Corvarruco. tom. 1. pars. 2. cap. 3. §. 4. n. 30. & seqq. de matrim. Cypræ. libr. 1. cap. 13. §. 14. & seqq. de jur. conub. Alber. Gentil. libr. 2. cap. 10. de nupt. Canis. in cap. 14. x. de spons. Basil. Pont. libr. 4. cap. 4. de sacram. matrim. Arnif. cap. 3. sect. 8. de jur. conub. Carpz. libr. 2. Tit. 2. de fin. 29. jurisprudent. consist. <sup>2</sup> declamat. 259. <sup>3</sup> Kitzel. cap. 4. Theor. 16. synopsis. matrim. <sup>4</sup> Sanch. libr. 4. disputat. 27. §. 1. de matrim. Christi. Hen. diss. 2. quest. 5. de caus. matrimon.



rius metu ad suum lucrum non jure utitur; at nullum committit delictum, qui persequitur, quod ei jus tribuit, quamvis non sine ratione metuat ille, contra quem agit: qua ratione non repetit liberta, quod dedit, vel promisit patrono, ne in servitutem redigatur, cum ingrata sciret se de suo statu periclitari. l. 21. de eo quod met. caus. & Diocletianus cum Maximiano Faustinae rescripsit, accusationis instituta vel futura metu, alinationem seu promissionem factam rescindi postulantis, improbum esse desiderium. l. 10. C. de his qua vi metuve gest. Requiritur ergo, ut edicto locus sit, ut ab alio, & quidem non jure honoris, quem quis sustinet

<sup>2</sup> Basil. Pont.  
libr. 4. cap.  
13. & 19.  
de sacra-  
ment. ma-  
trim.

metus inferatur l. 3. §. 1. D. de eo quod met. caus. 1.

Quid ergo? an is restitui ex edicto prætoris potest, qui occasionem sibi 9  
metum inferendi sua culpa dedit, quamvis non jure, metus atrox ei ab alio inferatur? uti si quis deprehensus clam stuprare puellam, iracundo patri stricto gladio vel candenti ferro mortem minitanti, ut evadat præsens periculum, spondeat futuras nuptias? Placet mihi affirmans sententia, cum dicat Ulpianus, ei per edictum quod metus causa succurri, qui in furto, adulterio, vel alio flagitio deprehensus, quid dederit, vel promiserit, quia timuit mortem vel vincula, & potuit etiam non jure occidi. l. 7. §. 1. D. de eo quod met. caus. Nec adversatur nobis, quod ex juris interpretatione non admittatur propriæ culpæ excusatio; cum non intelligatur quis sentire damnum, quod ex sua culpa sentit. l. 203. D. de regul. juris. Nec itidem, quod non liberetur quis ab ejus rei præstandæ necessitate, quam sibi sponte imposuit, cum liberum esset non promittere l. 7. §. 1. D. qui satisfac. coguntur. Etenim necessitatem perficiendi nuptias non sibi ipse sponte injecit, qui stupravit virginem, sed necessitas spondendi, illato metu, ei imposita fuit. Sua culpa stuprum commisit, non sua culpa spondit nuptias; primum voluntate fecit, secundum necessitate coactus, de qua quidem ne somniaverat antea. Etenim stuprum raro committitur animo spondendi nuptias; imo potius non spondendi, sed fruendi tantummodo puellâ: sponte stuprum commisit, non sponte matrimonium promisit. Minus negotii facessit, si quis nobis objiciat, quod supra ex Paulo de ingrata liberta attulimus. l. 21. D. de eo quod met. caus. Quippe hic stuprator se sponte quidem in puellæ amplexus conjecit, at occidendi justam causam patri non dedit: patronus vero ingratham libertam jure in servitutem redigere potest. l. ult. C. de revocand. donat. Deinde licet stuprator irato patri occasionem metum sibi inferendi præbeat, ipse tamen sibi metum non infert, sed ei per patrem puellæ metus incutitur: at patronus metum libertæ non infert, cum per judicem causa cognita jus suum persequitur, sed ipsa sibi ingrata liberta facinoris sui conscia metum injicit, & justè timet, cum non ab alio timeat, sed à se ipsa. Denique non per judicem, sicuti patronus in d. l. 21. jus suum reposcit pater, sed sui ipsius judex & vindex, mortis metu illato, extorquet invito, quod ille debere se non putat: at liberta ingrati vitium suum sciens, ultro ad patronum venit, offertque dona, ut ab accusatione desistat: liberta sollicitat patronum, juvenem adoritur pater: liberta sponte promittit, extorquet

quet pater sponſionem invito. itaque reſtitui liberta non poteſt. l. 10. C. de his <sup>1</sup> Baſil. Pont. qua vi metuve geſt. ſtuprator poteſt. <sup>2</sup> Tandem non adverſatur nobis, quod Pont. libr. 4. c. 13. n. 2. 3. Ulpianus ait, ceſſare repetitionem ejus, quod ob ſtuprum datum eſt, vel quod de ſacram. quis in adulterio deprehenſus, ut ſe redimeret, dedit. l. 3. 4. D. de condiſt. ob matrim. turp. vel injuſt. cauſ. aut quotiens utriuſque tam dantis quam accipientis verſatur turpitudine. d. l. 3. l. 4. §. 1. Etenim nil datum à noſtro juvene ſtupratore, <sup>3</sup> Gayl. libr. 2. obſerv. 93. ſed tantum promiſſum conjugium eſt: at ſicuti datum repeti, ita promiſſum n. 28. Al- peti jure nequit, cum utriuſque turpis eſt cauſa. l. 8. D. de condiſt. ob turp. vel beric. Gentil. injuſt. cauſ. Deinde nihil noſtro caſu promiſſum eſt, ob ſtuprum, vel turpem libr. 3. cap. cauſam promittentis, quam metuit futuram, quod lex requirit. l. 4. pr. & §. 1. 10. de nupt. D. eodem. ſed ob metum ab irato patre illatum: turpe quidem eſt, & contra Panorm. in C. 15. x. de ſponſ. bonos mores, honeſto loco natam virginem ſtupro polluere; at turpe non ſponſ. eſt nuptias ſpondere, ut periculum mortis evadas: & denique etiamſi pro- <sup>4</sup> Pars. 2. de matrim. c. 11. pter tam dantis quam accipientis turpitudinem non detur condiſtio, ſi tamen <sup>5</sup> Cap. 3. ſect. 8. n. 32. de jure comm. quid turpiter ſit extortum, metu atroci illato, id ex edicto quod metus cauſa <sup>6</sup> Libr. 1. cap. 13. §. 25. repeti poteſt. l. 7. §. 1. D. de eo quod met. cauſ. Concludimus ergo, ad edictum <sup>7</sup> de jur. com- quod metus cauſa pertinere eum, qui puellæ à ſe vitiatæ irato patri, ut majus <sup>8</sup> Tit. 5. poſt. ac imminens malum effugeret, nuptias ſpondit <sup>9</sup> 1. n. 2. 3. Gai- glosſ. in cap. 2. x. de his qua <sup>10</sup> molog. Syn. vi metuve. uti id aperte Alexander tertius conſtituit C. 15. x. de ſponſal. <sup>11</sup> Tit. 2. diſ- <sup>12</sup> Tit. 2. diſ- <sup>13</sup> Tit. 2. diſ- <sup>14</sup> Tit. 2. diſ- <sup>15</sup> Tit. 2. diſ- <sup>16</sup> Tit. 2. diſ- <sup>17</sup> Tit. 2. diſ- <sup>18</sup> Tit. 2. diſ- <sup>19</sup> Tit. 2. diſ- <sup>20</sup> Tit. 2. diſ- <sup>21</sup> Tit. 2. diſ- <sup>22</sup> Tit. 2. diſ- <sup>23</sup> Tit. 2. diſ- <sup>24</sup> Tit. 2. diſ- <sup>25</sup> Tit. 2. diſ- <sup>26</sup> Tit. 2. diſ- <sup>27</sup> Tit. 2. diſ- <sup>28</sup> Tit. 2. diſ- <sup>29</sup> Tit. 2. diſ- <sup>30</sup> Tit. 2. diſ- <sup>31</sup> Tit. 2. diſ- <sup>32</sup> Tit. 2. diſ- <sup>33</sup> Tit. 2. diſ- <sup>34</sup> Tit. 2. diſ- <sup>35</sup> Tit. 2. diſ- <sup>36</sup> Tit. 2. diſ- <sup>37</sup> Tit. 2. diſ- <sup>38</sup> Tit. 2. diſ- <sup>39</sup> Tit. 2. diſ- <sup>40</sup> Tit. 2. diſ- <sup>41</sup> Tit. 2. diſ- <sup>42</sup> Tit. 2. diſ- <sup>43</sup> Tit. 2. diſ- <sup>44</sup> Tit. 2. diſ- <sup>45</sup> Tit. 2. diſ- <sup>46</sup> Tit. 2. diſ- <sup>47</sup> Tit. 2. diſ- <sup>48</sup> Tit. 2. diſ- <sup>49</sup> Tit. 2. diſ- <sup>50</sup> Tit. 2. diſ- <sup>51</sup> Tit. 2. diſ- <sup>52</sup> Tit. 2. diſ- <sup>53</sup> Tit. 2. diſ- <sup>54</sup> Tit. 2. diſ- <sup>55</sup> Tit. 2. diſ- <sup>56</sup> Tit. 2. diſ- <sup>57</sup> Tit. 2. diſ- <sup>58</sup> Tit. 2. diſ- <sup>59</sup> Tit. 2. diſ- <sup>60</sup> Tit. 2. diſ- <sup>61</sup> Tit. 2. diſ- <sup>62</sup> Tit. 2. diſ- <sup>63</sup> Tit. 2. diſ- <sup>64</sup> Tit. 2. diſ- <sup>65</sup> Tit. 2. diſ- <sup>66</sup> Tit. 2. diſ- <sup>67</sup> Tit. 2. diſ- <sup>68</sup> Tit. 2. diſ- <sup>69</sup> Tit. 2. diſ- <sup>70</sup> Tit. 2. diſ- <sup>71</sup> Tit. 2. diſ- <sup>72</sup> Tit. 2. diſ- <sup>73</sup> Tit. 2. diſ- <sup>74</sup> Tit. 2. diſ- <sup>75</sup> Tit. 2. diſ- <sup>76</sup> Tit. 2. diſ- <sup>77</sup> Tit. 2. diſ- <sup>78</sup> Tit. 2. diſ- <sup>79</sup> Tit. 2. diſ- <sup>80</sup> Tit. 2. diſ- <sup>81</sup> Tit. 2. diſ- <sup>82</sup> Tit. 2. diſ- <sup>83</sup> Tit. 2. diſ- <sup>84</sup> Tit. 2. diſ- <sup>85</sup> Tit. 2. diſ- <sup>86</sup> Tit. 2. diſ- <sup>87</sup> Tit. 2. diſ- <sup>88</sup> Tit. 2. diſ- <sup>89</sup> Tit. 2. diſ- <sup>90</sup> Tit. 2. diſ- <sup>91</sup> Tit. 2. diſ- <sup>92</sup> Tit. 2. diſ- <sup>93</sup> Tit. 2. diſ- <sup>94</sup> Tit. 2. diſ- <sup>95</sup> Tit. 2. diſ- <sup>96</sup> Tit. 2. diſ- <sup>97</sup> Tit. 2. diſ- <sup>98</sup> Tit. 2. diſ- <sup>99</sup> Tit. 2. diſ- <sup>100</sup> Tit. 2. diſ- <sup>101</sup> Tit. 2. diſ- <sup>102</sup> Tit. 2. diſ- <sup>103</sup> Tit. 2. diſ- <sup>104</sup> Tit. 2. diſ- <sup>105</sup> Tit. 2. diſ- <sup>106</sup> Tit. 2. diſ- <sup>107</sup> Tit. 2. diſ- <sup>108</sup> Tit. 2. diſ- <sup>109</sup> Tit. 2. diſ- <sup>110</sup> Tit. 2. diſ- <sup>111</sup> Tit. 2. diſ- <sup>112</sup> Tit. 2. diſ- <sup>113</sup> Tit. 2. diſ- <sup>114</sup> Tit. 2. diſ- <sup>115</sup> Tit. 2. diſ- <sup>116</sup> Tit. 2. diſ- <sup>117</sup> Tit. 2. diſ- <sup>118</sup> Tit. 2. diſ- <sup>119</sup> Tit. 2. diſ- <sup>120</sup> Tit. 2. diſ- <sup>121</sup> Tit. 2. diſ- <sup>122</sup> Tit. 2. diſ- <sup>123</sup> Tit. 2. diſ- <sup>124</sup> Tit. 2. diſ- <sup>125</sup> Tit. 2. diſ- <sup>126</sup> Tit. 2. diſ- <sup>127</sup> Tit. 2. diſ- <sup>128</sup> Tit. 2. diſ- <sup>129</sup> Tit. 2. diſ- <sup>130</sup> Tit. 2. diſ- <sup>131</sup> Tit. 2. diſ- <sup>132</sup> Tit. 2. diſ- <sup>133</sup> Tit. 2. diſ- <sup>134</sup> Tit. 2. diſ- <sup>135</sup> Tit. 2. diſ- <sup>136</sup> Tit. 2. diſ- <sup>137</sup> Tit. 2. diſ- <sup>138</sup> Tit. 2. diſ- <sup>139</sup> Tit. 2. diſ- <sup>140</sup> Tit. 2. diſ- <sup>141</sup> Tit. 2. diſ- <sup>142</sup> Tit. 2. diſ- <sup>143</sup> Tit. 2. diſ- <sup>144</sup> Tit. 2. diſ- <sup>145</sup> Tit. 2. diſ- <sup>146</sup> Tit. 2. diſ- <sup>147</sup> Tit. 2. diſ- <sup>148</sup> Tit. 2. diſ- <sup>149</sup> Tit. 2. diſ- <sup>150</sup> Tit. 2. diſ- <sup>151</sup> Tit. 2. diſ- <sup>152</sup> Tit. 2. diſ- <sup>153</sup> Tit. 2. diſ- <sup>154</sup> Tit. 2. diſ- <sup>155</sup> Tit. 2. diſ- <sup>156</sup> Tit. 2. diſ- <sup>157</sup> Tit. 2. diſ- <sup>158</sup> Tit. 2. diſ- <sup>159</sup> Tit. 2. diſ- <sup>160</sup> Tit. 2. diſ- <sup>161</sup> Tit. 2. diſ- <sup>162</sup> Tit. 2. diſ- <sup>163</sup> Tit. 2. diſ- <sup>164</sup> Tit. 2. diſ- <sup>165</sup> Tit. 2. diſ- <sup>166</sup> Tit. 2. diſ- <sup>167</sup> Tit. 2. diſ- <sup>168</sup> Tit. 2. diſ- <sup>169</sup> Tit. 2. diſ- <sup>170</sup> Tit. 2. diſ- <sup>171</sup> Tit. 2. diſ- <sup>172</sup> Tit. 2. diſ- <sup>173</sup> Tit. 2. diſ- <sup>174</sup> Tit. 2. diſ- <sup>175</sup> Tit. 2. diſ- <sup>176</sup> Tit. 2. diſ- <sup>177</sup> Tit. 2. diſ- <sup>178</sup> Tit. 2. diſ- <sup>179</sup> Tit. 2. diſ- <sup>180</sup> Tit. 2. diſ- <sup>181</sup> Tit. 2. diſ- <sup>182</sup> Tit. 2. diſ- <sup>183</sup> Tit. 2. diſ- <sup>184</sup> Tit. 2. diſ- <sup>185</sup> Tit. 2. diſ- <sup>186</sup> Tit. 2. diſ- <sup>187</sup> Tit. 2. diſ- <sup>188</sup> Tit. 2. diſ- <sup>189</sup> Tit. 2. diſ- <sup>190</sup> Tit. 2. diſ- <sup>191</sup> Tit. 2. diſ- <sup>192</sup> Tit. 2. diſ- <sup>193</sup> Tit. 2. diſ- <sup>194</sup> Tit. 2. diſ- <sup>195</sup> Tit. 2. diſ- <sup>196</sup> Tit. 2. diſ- <sup>197</sup> Tit. 2. diſ- <sup>198</sup> Tit. 2. diſ- <sup>199</sup> Tit. 2. diſ- <sup>200</sup> Tit. 2. diſ- <sup>201</sup> Tit. 2. diſ- <sup>202</sup> Tit. 2. diſ- <sup>203</sup> Tit. 2. diſ- <sup>204</sup> Tit. 2. diſ- <sup>205</sup> Tit. 2. diſ- <sup>206</sup> Tit. 2. diſ- <sup>207</sup> Tit. 2. diſ- <sup>208</sup> Tit. 2. diſ- <sup>209</sup> Tit. 2. diſ- <sup>210</sup> Tit. 2. diſ- <sup>211</sup> Tit. 2. diſ- <sup>212</sup> Tit. 2. diſ- <sup>213</sup> Tit. 2. diſ- <sup>214</sup> Tit. 2. diſ- <sup>215</sup> Tit. 2. diſ- <sup>216</sup> Tit. 2. diſ- <sup>217</sup> Tit. 2. diſ- <sup>218</sup> Tit. 2. diſ- <sup>219</sup> Tit. 2. diſ- <sup>220</sup> Tit. 2. diſ- <sup>221</sup> Tit. 2. diſ- <sup>222</sup> Tit. 2. diſ- <sup>223</sup> Tit. 2. diſ- <sup>224</sup> Tit. 2. diſ- <sup>225</sup> Tit. 2. diſ- <sup>226</sup> Tit. 2. diſ- <sup>227</sup> Tit. 2. diſ- <sup>228</sup> Tit. 2. diſ- <sup>229</sup> Tit. 2. diſ- <sup>230</sup> Tit. 2. diſ- <sup>231</sup> Tit. 2. diſ- <sup>232</sup> Tit. 2. diſ- <sup>233</sup> Tit. 2. diſ- <sup>234</sup> Tit. 2. diſ- <sup>235</sup> Tit. 2. diſ- <sup>236</sup> Tit. 2. diſ- <sup>237</sup> Tit. 2. diſ- <sup>238</sup> Tit. 2. diſ- <sup>239</sup> Tit. 2. diſ- <sup>240</sup> Tit. 2. diſ- <sup>241</sup> Tit. 2. diſ- <sup>242</sup> Tit. 2. diſ- <sup>243</sup> Tit. 2. diſ- <sup>244</sup> Tit. 2. diſ- <sup>245</sup> Tit. 2. diſ- <sup>246</sup> Tit. 2. diſ- <sup>247</sup> Tit. 2. diſ- <sup>248</sup> Tit. 2. diſ- <sup>249</sup> Tit. 2. diſ- <sup>250</sup> Tit. 2. diſ- <sup>251</sup> Tit. 2. diſ- <sup>252</sup> Tit. 2. diſ- <sup>253</sup> Tit. 2. diſ- <sup>254</sup> Tit. 2. diſ- <sup>255</sup> Tit. 2. diſ- <sup>256</sup> Tit. 2. diſ- <sup>257</sup> Tit. 2. diſ- <sup>258</sup> Tit. 2. diſ- <sup>259</sup> Tit. 2. diſ- <sup>260</sup> Tit. 2. diſ- <sup>261</sup> Tit. 2. diſ- <sup>262</sup> Tit. 2. diſ- <sup>263</sup> Tit. 2. diſ- <sup>264</sup> Tit. 2. diſ- <sup>265</sup> Tit. 2. diſ- <sup>266</sup> Tit. 2. diſ- <sup>267</sup> Tit. 2. diſ- <sup>268</sup> Tit. 2. diſ- <sup>269</sup> Tit. 2. diſ- <sup>270</sup> Tit. 2. diſ- <sup>271</sup> Tit. 2. diſ- <sup>272</sup> Tit. 2. diſ- <sup>273</sup> Tit. 2. diſ- <sup>274</sup> Tit. 2. diſ- <sup>275</sup> Tit. 2. diſ- <sup>276</sup> Tit. 2. diſ- <sup>277</sup> Tit. 2. diſ- <sup>278</sup> Tit. 2. diſ- <sup>279</sup> Tit. 2. diſ- <sup>280</sup> Tit. 2. diſ- <sup>281</sup> Tit. 2. diſ- <sup>282</sup> Tit. 2. diſ- <sup>283</sup> Tit. 2. diſ- <sup>284</sup> Tit. 2. diſ- <sup>285</sup> Tit. 2. diſ- <sup>286</sup> Tit. 2. diſ- <sup>287</sup> Tit. 2. diſ- <sup>288</sup> Tit. 2. diſ- <sup>289</sup> Tit. 2. diſ- <sup>290</sup> Tit. 2. diſ- <sup>291</sup> Tit. 2. diſ- <sup>292</sup> Tit. 2. diſ- <sup>293</sup> Tit. 2. diſ- <sup>294</sup> Tit. 2. diſ- <sup>295</sup> Tit. 2. diſ- <sup>296</sup> Tit. 2. diſ- <sup>297</sup> Tit. 2. diſ- <sup>298</sup> Tit. 2. diſ- <sup>299</sup> Tit. 2. diſ- <sup>300</sup> Tit. 2. diſ- <sup>301</sup> Tit. 2. diſ- <sup>302</sup> Tit. 2. diſ- <sup>303</sup> Tit. 2. diſ- <sup>304</sup> Tit. 2. diſ- <sup>305</sup> Tit. 2. diſ- <sup>306</sup> Tit. 2. diſ- <sup>307</sup> Tit. 2. diſ- <sup>308</sup> Tit. 2. diſ- <sup>309</sup> Tit. 2. diſ- <sup>310</sup> Tit. 2. diſ- <sup>311</sup> Tit. 2. diſ- <sup>312</sup> Tit. 2. diſ- <sup>313</sup> Tit. 2. diſ- <sup>314</sup> Tit. 2. diſ- <sup>315</sup> Tit. 2. diſ- <sup>316</sup> Tit. 2. diſ- <sup>317</sup> Tit. 2. diſ- <sup>318</sup> Tit. 2. diſ- <sup>319</sup> Tit. 2. diſ- <sup>320</sup> Tit. 2. diſ- <sup>321</sup> Tit. 2. diſ- <sup>322</sup> Tit. 2. diſ- <sup>323</sup> Tit. 2. diſ- <sup>324</sup> Tit. 2. diſ- <sup>325</sup> Tit. 2. diſ- <sup>326</sup> Tit. 2. diſ- <sup>327</sup> Tit. 2. diſ- <sup>328</sup> Tit. 2. diſ- <sup>329</sup> Tit. 2. diſ- <sup>330</sup> Tit. 2. diſ- <sup>331</sup> Tit. 2. diſ- <sup>332</sup> Tit. 2. diſ- <sup>333</sup> Tit. 2. diſ- <sup>334</sup> Tit. 2. diſ- <sup>335</sup> Tit. 2. diſ- <sup>336</sup> Tit. 2. diſ- <sup>337</sup> Tit. 2. diſ- <sup>338</sup> Tit. 2. diſ- <sup>339</sup> Tit. 2. diſ- <sup>340</sup> Tit. 2. diſ- <sup>341</sup> Tit. 2. diſ- <sup>342</sup> Tit. 2. diſ- <sup>343</sup> Tit. 2. diſ- <sup>344</sup> Tit. 2. diſ- <sup>345</sup> Tit. 2. diſ- <sup>346</sup> Tit. 2. diſ- <sup>347</sup> Tit. 2. diſ- <sup>348</sup> Tit. 2. diſ- <sup>349</sup> Tit. 2. diſ- <sup>350</sup> Tit. 2. diſ- <sup>351</sup> Tit. 2. diſ- <sup>352</sup> Tit. 2. diſ- <sup>353</sup> Tit. 2. diſ- <sup>354</sup> Tit. 2. diſ- <sup>355</sup> Tit. 2. diſ- <sup>356</sup> Tit. 2. diſ- <sup>357</sup> Tit. 2. diſ- <sup>358</sup> Tit. 2. diſ- <sup>359</sup> Tit. 2. diſ- <sup>360</sup> Tit. 2. diſ- <sup>361</sup> Tit. 2. diſ- <sup>362</sup> Tit. 2. diſ- <sup>363</sup> Tit. 2. diſ- <sup>364</sup> Tit. 2. diſ- <sup>365</sup> Tit. 2. diſ- <sup>366</sup> Tit. 2. diſ- <sup>367</sup> Tit. 2. diſ- <sup>368</sup> Tit. 2. diſ- <sup>369</sup> Tit. 2. diſ- <sup>370</sup> Tit. 2. diſ- <sup>371</sup> Tit. 2. diſ- <sup>372</sup> Tit. 2. diſ- <sup>373</sup> Tit. 2. diſ- <sup>374</sup> Tit. 2. diſ- <sup>375</sup> Tit. 2. diſ- <sup>376</sup> Tit. 2. diſ- <sup>377</sup> Tit. 2. diſ- <sup>378</sup> Tit. 2. diſ- <sup>379</sup> Tit. 2. diſ- <sup>380</sup> Tit. 2. diſ- <sup>381</sup> Tit. 2. diſ- <sup>382</sup> Tit. 2. diſ- <sup>383</sup> Tit. 2. diſ- <sup>384</sup> Tit. 2. diſ- <sup>385</sup> Tit. 2. diſ- <sup>386</sup> Tit. 2. diſ- <sup>387</sup> Tit. 2. diſ- <sup>388</sup> Tit. 2. diſ- <sup>389</sup> Tit. 2. diſ- <sup>390</sup> Tit. 2. diſ- <sup>391</sup> Tit. 2. diſ- <sup>392</sup> Tit. 2. diſ- <sup>393</sup> Tit. 2. diſ- <sup>394</sup> Tit. 2. diſ- <sup>395</sup> Tit. 2. diſ- <sup>396</sup> Tit. 2. diſ- <sup>397</sup> Tit. 2. diſ- <sup>398</sup> Tit. 2. diſ- <sup>399</sup> Tit. 2. diſ- <sup>400</sup> Tit. 2. diſ- <sup>401</sup> Tit. 2. diſ- <sup>402</sup> Tit. 2. diſ- <sup>403</sup> Tit. 2. diſ- <sup>404</sup> Tit. 2. diſ- <sup>405</sup> Tit. 2. diſ- <sup>406</sup> Tit. 2. diſ- <sup>407</sup> Tit. 2. diſ- <sup>408</sup> Tit. 2. diſ- <sup>409</sup> Tit. 2. diſ- <sup>410</sup> Tit. 2. diſ- <sup>411</sup> Tit. 2. diſ- <sup>412</sup> Tit. 2. diſ- <sup>413</sup> Tit. 2. diſ- <sup>414</sup> Tit. 2. diſ- <sup>415</sup> Tit. 2. diſ- <sup>416</sup> Tit. 2. diſ- <sup>417</sup> Tit. 2. diſ- <sup>418</sup> Tit. 2. diſ- <sup>419</sup> Tit. 2. diſ- <sup>420</sup> Tit. 2. diſ- <sup>421</sup> Tit. 2. diſ- <sup>422</sup> Tit. 2. diſ- <sup>423</sup> Tit. 2. diſ- <sup>424</sup> Tit. 2. diſ- <sup>425</sup> Tit. 2. diſ- <sup>426</sup> Tit. 2. diſ- <sup>427</sup> Tit. 2. diſ- <sup>428</sup> Tit. 2. diſ- <sup>429</sup> Tit. 2. diſ- <sup>430</sup> Tit. 2. diſ- <sup>431</sup> Tit. 2. diſ- <sup>432</sup> Tit. 2. diſ- <sup>433</sup> Tit. 2. diſ- <sup>434</sup> Tit. 2. diſ- <sup>435</sup> Tit. 2. diſ- <sup>436</sup> Tit. 2. diſ- <sup>437</sup> Tit. 2. diſ- <sup>438</sup> Tit. 2. diſ- <sup>439</sup> Tit. 2. diſ- <sup>440</sup> Tit. 2. diſ- <sup>441</sup> Tit. 2. diſ- <sup>442</sup> Tit. 2. diſ- <sup>443</sup> Tit. 2. diſ- <sup>444</sup> Tit. 2. diſ- <sup>445</sup> Tit. 2. diſ- <sup>446</sup> Tit. 2. diſ- <sup>447</sup> Tit. 2. diſ- <sup>448</sup> Tit. 2. diſ- <sup>449</sup> Tit. 2. diſ- <sup>450</sup> Tit. 2. diſ- <sup>451</sup> Tit. 2. diſ- <sup>452</sup> Tit. 2. diſ- <sup>453</sup> Tit. 2. diſ- <sup>454</sup> Tit. 2. diſ- <sup>455</sup> Tit. 2. diſ- <sup>456</sup> Tit. 2. diſ- <sup>457</sup> Tit. 2. diſ- <sup>458</sup> Tit. 2. diſ- <sup>459</sup> Tit. 2. diſ- <sup>460</sup> Tit. 2. diſ- <sup>461</sup> Tit. 2. diſ- <sup>462</sup> Tit. 2. diſ- <sup>463</sup> Tit. 2. diſ- <sup>464</sup> Tit. 2. diſ- <sup>465</sup> Tit. 2. diſ- <sup>466</sup> Tit. 2. diſ- <sup>467</sup> Tit. 2. diſ- <sup>468</sup> Tit. 2. diſ- <sup>469</sup> Tit. 2. diſ- <sup>470</sup> Tit. 2. diſ- <sup>471</sup> Tit. 2. diſ- <sup>472</sup> Tit. 2. diſ- <sup>473</sup> Tit. 2. diſ- <sup>474</sup> Tit. 2. diſ- <sup>475</sup> Tit. 2. diſ- <sup>476</sup> Tit. 2. diſ- <sup>477</sup> Tit. 2. diſ- <sup>478</sup> Tit. 2. diſ- <sup>479</sup> Tit. 2. diſ- <sup>480</sup> Tit. 2. diſ- <sup>481</sup> Tit. 2. diſ- <sup>482</sup> Tit. 2. diſ- <sup>483</sup> Tit. 2. diſ- <sup>484</sup> Tit. 2. diſ- <sup>485</sup> Tit. 2. diſ- <sup>486</sup> Tit. 2. diſ- <sup>487</sup> Tit. 2. diſ- <sup>488</sup> Tit. 2. diſ- <sup>489</sup> Tit. 2. diſ- <sup>490</sup> Tit. 2. diſ- <sup>491</sup> Tit. 2. diſ- <sup>492</sup> Tit. 2. diſ- <sup>493</sup> Tit. 2. diſ- <sup>494</sup> Tit. 2. diſ- <sup>495</sup> Tit. 2. diſ- <sup>496</sup> Tit. 2. diſ- <sup>497</sup> Tit. 2. diſ- <sup>498</sup> Tit. 2. diſ- <sup>499</sup> Tit. 2. diſ- <sup>500</sup> Tit. 2. diſ- <sup>501</sup> Tit. 2. diſ- <sup>502</sup> Tit. 2. diſ- <sup>503</sup> Tit. 2. diſ- <sup>504</sup> Tit. 2. diſ- <sup>505</sup> Tit. 2. diſ- <sup>506</sup> Tit. 2. diſ- <sup>507</sup> Tit. 2. diſ- <sup>508</sup> Tit. 2. diſ- <sup>509</sup> Tit. 2. diſ- <sup>510</sup> Tit. 2. diſ- <sup>511</sup> Tit. 2. diſ- <sup>512</sup> Tit. 2. diſ- <sup>513</sup> Tit. 2. diſ- <sup>514</sup> Tit. 2. diſ- <sup>515</sup> Tit. 2. diſ- <sup>516</sup> Tit. 2. diſ- <sup>517</sup> Tit. 2. diſ- <sup>518</sup> Tit. 2. diſ- <sup>519</sup> Tit. 2. diſ- <sup>520</sup> Tit. 2. diſ- <sup>521</sup> Tit. 2. diſ- <sup>522</sup> Tit. 2. diſ- <sup>523</sup> Tit. 2. diſ- <sup>524</sup> Tit. 2. diſ- <sup>525</sup> Tit. 2. diſ- <sup>526</sup> Tit. 2. diſ- <sup>527</sup> Tit. 2. diſ- <sup>528</sup> Tit. 2. diſ- <sup>529</sup> Tit. 2. diſ- <sup>530</sup> Tit. 2. diſ- <sup>531</sup> Tit. 2. diſ- <sup>532</sup> Tit. 2. diſ- <sup>533</sup> Tit. 2. diſ- <sup>534</sup> Tit. 2. diſ- <sup>535</sup> Tit. 2. diſ- <sup>536</sup> Tit. 2. diſ- <sup>537</sup> Tit. 2. diſ- <sup>538</sup> Tit. 2. diſ- <sup>539</sup> Tit. 2. diſ- <sup>540</sup> Tit. 2. diſ- <sup>541</sup> Tit. 2. diſ- <sup>542</sup> Tit. 2. diſ- <sup>543</sup> Tit. 2. diſ- <sup>544</sup> Tit. 2. diſ- <sup>545</sup> Tit. 2. diſ- <sup>546</sup> Tit. 2. diſ- <sup>547</sup> Tit. 2. diſ- <sup>548</sup> Tit. 2. diſ- <sup>549</sup> Tit. 2. diſ- <sup>550</sup> Tit. 2. diſ- <sup>551</sup> Tit. 2. diſ- <sup>552</sup> Tit. 2. diſ- <sup>553</sup> Tit. 2. diſ- <sup>554</sup> Tit. 2. diſ- <sup>555</sup> Tit. 2. diſ- <sup>556</sup> Tit. 2. diſ- <sup>557</sup> Tit. 2. diſ- <sup>558</sup> Tit. 2. diſ- <sup>559</sup> Tit. 2. diſ- <sup>560</sup> Tit. 2. diſ- <sup>561</sup> Tit. 2. diſ- <sup>562</sup> Tit. 2. diſ- <sup>563</sup> Tit. 2. diſ- <sup>564</sup> Tit. 2. diſ- <sup>565</sup> Tit. 2. diſ- <sup>566</sup> Tit. 2. diſ- <sup>567</sup> Tit. 2. diſ- <sup>568</sup> Tit. 2. diſ- <sup>569</sup> Tit. 2. diſ- <sup>570</sup> Tit. 2. diſ- <sup>571</sup> Tit. 2. diſ- <sup>572</sup> Tit. 2. diſ- <sup>573</sup> Tit. 2. diſ- <sup>574</sup> Tit. 2. diſ- <sup>575</sup> Tit. 2. diſ- <sup>576</sup> Tit. 2. diſ- <sup>577</sup> Tit. 2. diſ- <sup>578</sup> Tit. 2. diſ- <sup>579</sup> Tit. 2. diſ- <sup>580</sup> Tit. 2. diſ- <sup>581</sup> Tit. 2. diſ- <sup>582</sup> Tit. 2. diſ- <sup>583</sup> Tit. 2. diſ- <sup>584</sup> Tit. 2. diſ- <sup>585</sup> Tit. 2. diſ- <sup>586</sup> Tit. 2. diſ- <sup>587</sup> Tit. 2. diſ- <sup>588</sup> Tit. 2. diſ- <sup>589</sup> Tit. 2. diſ- <sup>590</sup> Tit. 2. diſ- <sup>591</sup> Tit. 2. diſ- <sup>592</sup> Tit. 2. diſ- <sup>593</sup> Tit. 2. diſ- <sup>594</sup> Tit. 2. diſ- <sup>595</sup> Tit. 2. diſ- <sup>596</sup> Tit. 2. diſ- <sup>597</sup> Tit. 2. diſ- <sup>598</sup> Tit. 2. diſ- <sup>599</sup> Tit. 2. diſ- <sup>600</sup> Tit. 2. diſ- <sup>601</sup> Tit. 2. diſ- <sup>602</sup> Tit. 2. diſ- <sup>603</sup> Tit. 2. diſ- <sup>604</sup> Tit. 2. diſ- <sup>605</sup> Tit. 2. diſ- <sup>606</sup> Tit. 2. diſ- <sup>607</sup> Tit. 2. diſ- <sup>608</sup> Tit. 2. diſ- <sup>609</sup> Tit. 2. diſ- <sup>610</sup> Tit. 2. diſ- <sup>611</sup> Tit. 2. diſ- <sup>612</sup> Tit. 2. diſ- <sup>613</sup> Tit. 2. diſ- <sup>614</sup> Tit. 2. diſ- <sup>615</sup> Tit. 2. diſ- <sup>616</sup> Tit. 2. diſ- <sup>617</sup> Tit. 2. diſ- <sup>618</sup> Tit. 2. diſ- <sup>619</sup> Tit. 2. diſ- <sup>620</sup> Tit. 2. diſ- <sup>621</sup> Tit. 2. diſ- <sup>622</sup> Tit. 2. diſ- <sup>623</sup> Tit. 2. diſ- <sup>624</sup> Tit. 2. diſ- <sup>625</sup> Tit. 2. diſ- <sup>626</sup> Tit. 2. diſ- <sup>627</sup> Tit. 2. diſ- <sup>628</sup> Tit. 2. diſ- <sup>629</sup> Tit. 2. diſ- <sup>630</sup> Tit. 2. diſ- <sup>631</sup> Tit. 2. diſ- <sup>632</sup> Tit. 2. diſ- <sup>633</sup> Tit. 2. diſ- <sup>634</sup> Tit. 2. diſ- <sup>635</sup> Tit. 2. diſ- <sup>636</sup> Tit. 2. diſ- <sup>637</sup> Tit. 2. diſ- <sup>638</sup> Tit. 2. diſ- <sup>639</sup> Tit. 2. diſ- <sup>640</sup> Tit. 2. diſ- <sup>641</sup> Tit. 2. diſ- <sup>642</sup> Tit. 2. diſ- <sup>643</sup> Tit. 2. diſ- <sup>644</sup> Tit. 2. diſ- <sup>645</sup> Tit. 2. diſ- <sup>646</sup> Tit.

test. Etenim apud Pontifices magna vis est copulæ; vertit futuras nuptias, in præsentibus, & sæpius inducit præsumptionem interpositi consensus ex tacita coeuntium mente. *c. 30. x. de sponsal. c. 5. x. de condit. appof. ne scortationem, & lethale peccatum commisisse, non contracto matrimonio, coeuntes dicantur.*

<sup>1</sup> Covarruv.  
tom. 1. part.  
1. de sponsal.  
cap. 4. §. 1.  
n. 1.

At vero moribus, quibus nos utimur, contrahi matrimonium nequit, nisi nuptialis consensus in facie ecclesiæ interponatur, ut nihilominus scortari dicantur, qui post incussum metum, liberrima voluntate sponsis nuptiis, concumbunt; utque stricto jure nulla sit, & apud nos frivola præsumtio, novo consensu confirmasse sponsalia, qui post illatum metum, confestim forsan, nec postea amplius, lumbos in puella fregerit. At vero ex æquitate aliud dicendum est, si postquam evasit manus iracundi patris, sponte sua, absque ullo metu iteraverit amplexus puellæ; tum enim iusta præsumtio est, eum sponsalia prius metu extorta, novo suo ac libero consensu, hisce ligamentis, ipsoque

<sup>2</sup> Menoch.  
libr. 3. præ-  
sunt 4. n. 25.  
26. 33. &  
seqq. Bez. de  
divort. &  
repud. pag.  
(mibi) 95.

<sup>3</sup> Kitzel. cap.  
4. Theor. 17.  
synops. ma-  
trim. Gayl. d.  
1. n. 2. Alber.  
Gent. libr. 3.  
c. ult. de nupt.  
Canis. in cap.  
21. x. de  
sponsal. Basl.  
Pont. libr. 4.  
cap. 17. de  
sacram. ma-  
trim.

facto, confirmare voluisse: nam certe quis ferret, cum injuria stupratæ, & ignominia patris ejus, metum illatum querentem, qui postea sæpius, fiducia horum sponsalium, florem adamatæ virginis delibaverit *arg. C. 21. x. de spon-*

<sup>4</sup> Libr. 8.  
comment. jur.  
cap. 4. n. 5.

<sup>5</sup> Dissertat.  
2. quæst. 6.  
de caus. ma-  
trimon.

<sup>6</sup> Cypria.  
libr. 1. cap.  
13. §. 23. n.  
1. de jnr.

<sup>7</sup> connub. Me-  
noch. libr. 3.  
præf. 4. n.  
22. & seqq.

<sup>8</sup> Petr. Lomb.  
bard. libr. 4.  
seruant. di-  
stinct. 29.

*sal.* <sup>2</sup> Verum si ædibus stupratæ puellæ incluso, hætenus non nisi cum magno vitæ periculo, evadendi spes fuerit: isque lætitiâ vultu simulans ne dolentem proderet animum, aliquot noctes, puellam ductaverit, coactus id fecisse dici debet, nec ideo confirmasse novo consensu priora ob incussum metum pacta sponsalia: manente enim causa manet effectus. <sup>3</sup> Quam rationem, ut Pontificis venia ab uxore sua diverteret, suffragatam fuisse Ludovico duodecimo Gallorum Regi Connanus scribit. <sup>4</sup> Qui cum Ludovici undecimi filiam invitatus duxisset, invitatus se carum ei postea præstitit, ne alioquin uxoris, ut dicebat, querelæ, apud patrem & natura præacerbum & potestate Regem, capitales ei essent. Factum tamen Regis, & Papæ assensum improbat Christenius, reprehendens Connanum hoc divortium defendentem: nos autem nolimus de factis Regum judicare. Caterum si quis dotem constituerit, aliudve fecerit, ex quo novus in nuptias consensus colligi posset, postquam adversantem animum promere, & dissentire suæ potestati commissio plane integrum liberumque fuit; rationem nullam meretur, qui præcessit metus. <sup>6</sup>

Diximus in edicto Prætoris quod metus causa, requiri ut metus non à se, sed ab alio, metuenti inferatur: jam notandum est, nihil interesse, an is metum intulerit, qui convenitur, an alios summiserit, ut metum incuterent, parentes scilicet suos, necessarios, familiares, amicos, vel quos libet alios. *l. 9. §. 1. l. 16. D. l. 5. C. de eo quod met. caus.* Etenim quod meo nomine & propter me fit, id ego facere videor. Quod si plures adfuerint, cum metus incuteretur, vel confuse, noctu puta, in tenebris, loco obscuro omnia sint peracta, ut auctor metus designari non possit, æque edicto locus erit, contra eum qui lucrum sensit. nam cum metus habeat in se ignorantiam, merito quis non astringitur, ut designet quis ei metum adhibuit: & ideo adhuc tantum actor astringitur ut doceat metum in causâ fuisse, ut alicui acceptam pecuniam faceret, vel rem traderet, vel quid aliud faceret.

l. 14.

*l. 14. §. 3. D. de eo quod met. caus.* Imo sufficit in hoc edicto, ut quis probet metum sibi illatum fuisse, licet is, qui convenitur, crimine careat, modo ex hac re lucrum senserit. *l. 14. §. 3. D. de eo quod met. caus.* Quid ergo? poteruntne resolvi sponsalia ab eo constituta, cui latro, vel casus fortuitus, citra culpam dolumque malum ejus, cui nuptiæ promissæ sunt, justum & atrocem metum incussit? E. G. si quæ in discrimine naufragii posita, alicui promittat matrimonium, si eam salvam suis reddiderit: vel si quæ, ut manibus violenti hostis, vel mortem minitantis latronis eripiat, cum alia evadendi spes non esset, nuptias mihi spondeat: vel si ob delictum militare suspendendus miles, pactis sponsalibus, virginis precibus, ac intercessione à patibulo eximatur. Negant interpretes hisce casibus edicto locum esse: volunt, enim, vim, metum, ac necessitatem à pacifcente adhibita fuisse, vel ad minimum, eum iis ab alio illatis ad suum lucrum usum; ut promittentis restitutio, pacifcentis pœna sit: atque tanquam regulam generalem statuunt, metum à fortuna, metuenti incussum, non vitare quod gestum est. <sup>1</sup> Ego quidem quod de milite dictum est, expedi- <sup>1</sup> Covarr.  
ti juris esse puto. Non enim in edicto consideratur metus, quem magistratus <sup>tom. 1. part.</sup>  
recte intulit, scilicet jure licito, & jure honoris quem sustinet. *l. 3. §. 1. D. de eo* <sup>2. de matr.</sup>  
*quod met. caus.* Imo hic miles delictis suis sibi metum intulit; verum præsentem <sup>cap. 3. n. 4.</sup>  
timorem mortis pactis sponsalibus, sua intercessione ei abstulit virgo. Eadem <sup>Havemann.</sup>  
ratione, si quis juste carceri inclusus promittat nuptias, ut puellæ intercessio <sup>libr. 1. cap.</sup>  
ne liberetur, redemptus detrectare conjugium non potest, metus enim non <sup>4. post. 2.</sup>  
fuit causa pacti, sed spes libertatis: at si in carcerem detrusus fuit, ut promit- <sup>Gamolog. Ba-</sup>  
teret nuptias, quicquid ob hanc causam, factum fuit, nullius momenti est. <sup>fil. Pont. libr.</sup>  
*l. 22. D. de eo quod met. caus.* <sup>4. cap. 19. de</sup> Cæterum in cæteris casibus distinguendum ar- <sup>sacram. ma-</sup>  
bitror. Si naufragio oborto, irruentibus hostibus, vel invadentibus la- <sup>trim.</sup>  
trunculis, promissis nuptiis invitaverit, incitaveritque puella adiutorem <sup>2. Arnif. c. 3.</sup>  
suum ad auxilium ferendum, cum nec ille metum summisisset, nec sine vitæ <sup>sect. 8. n. ult.</sup>  
suæ periculo opem ferre posset, facile concesserim, denegandam esse virgini <sup>de jur. con-</sup>  
ex edicto quod metus causa, vel actionem, vel exceptionem Nam qui ita <sup>nub.</sup>  
puellam servavit, cum agit, ut conficiantur promissæ nuptiæ, potius operæ <sup>3. Panormit.</sup>  
suæ mercedem petere, quam quid contra bonos mores, vel facere, vel fe- <sup>in cap. 14. n.</sup>  
cisse videtur. *l. 9. §. 1. D. de eo quod met. caus.* Imo non adeo hæc mulier <sup>ult. x. de</sup>  
metu coacta, quin & volens nuptias promississe æstimanda est. etenim volun- <sup>sponsal. &</sup>  
tas ejus mixta videtur fuisse ex spontaneo & invito: invita sponpondit matri- <sup>matrim.</sup>  
monium, si causam spectes, quæ periclitantem eam extrinsecus ad sponden-  
dum impulit: volens & sponte, si causam proximam consideres, consilium  
nempe mortis evitandæ. Nec est quod forte queratur puella, se fore vitæ so-  
ciam ei, qui dignitate, familia, fortuna admodum impar est; cogitare debet,  
se vitæ sociam fore ei, cujus vitæ periculo, imminenti morti vitam suam eri-  
puit. Paulus ait, donationem etiam sine modo factam gratiæ rependendæ  
ergo, quod quis aliquem à latrunculis vel hostibus eripuisset, irrevocabilem  
esse; si tamen donatio, non merces eximii laboris appellanda est, quia contemplationem

<sup>1</sup> Quintil. declam. 259. salutis certo modo aestimari non placuit. l. 34. §. 1. D. de donat. & 5. sentent. Tit. II. n. 6. Attamen hoc jus ex æquitate temperandum est, si adeo magna sit inter adjutorem, & servatam puellam, dignitatis & conditionis imparitas, ut decori foret ejus familiæ, eam tali nubere, velitque illa, grandi pecuniæ summa, rependere exantlatum à Jove illo auxiliari laborem, uti aliquando judicatum fuisse, ex Autumno refert Christineus. <sup>2</sup>

<sup>2</sup> Volum. 2. decif. 114. in fine. Verum si periclitanti virgini, quam minimo, vel nullo vitæ suæ periculo <sup>13</sup> servare potuit, noluit succurrere juvenis, nisi extortis prius sponsalibus, edicto locum esse puto. Etenim qui opem negat periclitanti, ni spondeat nuptias, metum auget, & contra bonos mores sponsalia extorquet, imo vim facit: Deinde, & ei irascitur prætor, qui alieno metu ad suum lucrum utitur, quamvis ipse metum non incusserit. l. 14. §. 3. D. de eo quod met. caus. at non & id is facit, qui auxilium periclitanti negat, ni nuptias promittat? Denique edictum non præcipue metum inferenti irascitur, sed maxime perterritis succurrit; atque rescindit, quod ex fortuna metum patientis, iniquum aestimatur, etiam si is, qui convenitur, crimine careat. d. l. 14. §. 3. at autem, nonne maxime iniquum esset, ut illa teneretur puella, quæ maximo vitæ periculo territa, ad postulationem negantis auxilium, ni spondeat, nuptias promittit? quamvis ut diximus à crimine alienus non sit, qui in summa necessitate versanti sponsalia extorquet.

Hactenus de metu in genere: pauca nobis dicenda restant de reverentiæ <sup>14</sup> metu. Qui ita definitur Basilio Pontio; *existimatio futuri mali, quod nobis metumimus ab his, in quorum legitima potestate sumus, & quos cultu & honore dignamur.* <sup>3</sup> Cedit ergo hic metus in liberos erga parentes, seu primi, seu ulterioris gradus: in uxorem erga maritum: in pupillos, erga tutores seu curatores; in libertum erga patronum. l. 1. §. 5. & 6. D. quar. rerum act. non dat: in subditos erga magistratum: dicitur *futuri mali existimatio*: quia nuda erga aliquem reverentia, sine cogitatione alicujus mali, mentis trepidationem non adeo infert, ut eo ipso libertas voluntatis impediatur: dicitur *mali existimatio quod nobis metumimus*; ut indigitemus reverentiæ metum esse, cum proprio animi motu futurum malum sibi ob oculos ponit perterritus, etiam si ii quos reveremur, nihil mali adhuc minentur. Etenim si hic perculsus insuper alterius minis, vel verberibus, ad spondendum adigatur, non reverentiæ duntaxat, sed mixtus ex reverentia, & illato, vel inferendo malo metus est: dicitur, *in quorum potestate sumus, vel quos reveremur*, ut significemus, aliquod jus illis in nos esse oportere, quos reveremur, ut reverentiæ metus existere possit.

Sed ut duntaxat de solo reverentiæ metu liberorum erga parentes dicamus, <sup>15</sup> ex quibus planum esse poterit, quid de aliis ejusdem conditionis metus generibus sentiendum sit, animadvertendum ante omnia est, patres alios esse natura mites, & leviter tantum offendi, cum iis non præstatur exacta obedientia; alios esse asperiores, severioresque, ægre ferentes eorum voluntati liberos adversari: atque ex adverso, liberos alios esse timidioris naturæ, & facile moveri;

moveri; alios constantioris, & non facile terreri: Quibus notatis, dicimus, non esse audiendum filium, imo objurgandum potius, qui obsecutus mitissimi patris judicio, sponsalia contraxit, & ea postea, quasi non sponte, sed ex nimia erga patrem reverentia spondidisset, resolvere conatur. <sup>1</sup> Etenim aliud reverentia est, aliud reverentiae metus; elicit reverentia consensum, ac inducit suaviter, non extorquet: qui ideo agit, quia parenti obsequium debet, metu non agit, neque invitatus, sed sponte sua, ex pietate; nec compulsus dici potest, qui mitis ingenii patris imperio paruit, cujus ira unius diei, imo unius horae soleat esse. Nec aliud dicendum est, si paulo severior sit pater, & ægre ferre soleat ejus voluntati liberos adversari, modo sola usus fuerit paterna gravitate. l. 26. §. 1. D. de pignor. & hypoth. hæc enim liberam consentiendi facultatem liberis non demit. Jussum vocat Imperator parentum in liberorum nuptias arbitrium; pr. Inst. de nupt. jussus majoris est, uti consensus paris & æqualis: jussus aliquo modo refraganti & dubitanti datur, uti consensus desideranti & cupienti: <sup>2</sup> at nihilominus idem Imperator docet, sine spontanea liberorum voluntate, nuptias contrahi non posse. l. 2. l. 21. D. l. 12. l. 14. C. de nupt. Ut liquido appareat, filium sponte sua spondere, qui sola erga severiorem naturâ patrem reverentia ad spondendum inducitur: eum sponte consentire, qui jubenti patria gravitate patri paret. Obsequi parentum voluntati ex filiali reverentia, liberorum gloria est, non metus, & sicuti sola dignitas, ita sola reverentia non inducit metum. l. 6. C. de his qua vi metuy. gest.

- 16 At hæc quidem in genere vera sunt, verum ex discretione sexus temperamentum aliquod adhiberi debet. Masculi, cum constantioris naturæ sint, & optime hodie norint, in obtrudendis nuptiis, paternum imperium neque vim, neque necessitatem ullam habere, non adeo facile reverentiâ erga parentes ad spondendum inviti inducuntur, quin (si tergiversentur postea in præsentia amicorum pactas nuptias publice perficere, idque cum ignominia sponse, & contumelia patris) in iis locum habere possit illud apud Terentium Simonis:

*Quid alias malim, quam hodie has fieri nuptias?*

*Nam gnatus quod pollicitus est, haud dubium est mihi,*

*Si nolis, quin eum merito posim cogere.* <sup>3</sup>

Verum prudentiæ judicis committendum puto, an non audienda sit filia, quæ liberum flagitante nuptiarum præfecto consensum, queritur, se nimia erga patrem reverentia inductam sponalibus consensisse, jam autem non posse consentire futuris nuptiis, à quibus animus abhorret; si ex tenellæ virginis juniori ætate, imbecilli corporis aspectu, judicii que infirmitate; patris ex adverso omnibus nota austeritate, & impotenti animo, forte appareat filiam nimia reverentia, ita se subjecisse patri, ut, repugnante animo, verbis duntaxat nuptias promiserit. arg. l. 1. §. 5. 6. D. quar. rerum act. non datur. Etenim loquitur tum filia, ubi primum licet.

- 17 Caterum, si honestæ persuasionis, & imperii paterni limites exceßerit pater,

<sup>1</sup> Cod. de p. tom. 1. de matr. part. 2. cap. 3. §. 6. n. 3. 4. C. de p. cap. 13. §. 18. Lib. 1. de jur. com. Th. in suppl. q. 47. art. 6. Ames. de cas. consens. lib. 5. cap. 35. n. 26. Camis. in cap. 14. n. 11. n. de sponsal. Basil. Pen. lib. 4. cap. 5. de sacra. matrim. Arnis. cap. 3. sect. 8. n. 26. de jur. com. Ch. Christ. differt. 2. q. 4. de caus. matrim. Eras. tract. de Christian. matrim. <sup>2</sup> Acac. pri. vil. 6. cap. 2. n. 1. 2. de pri. vil. parent. & liberor.

<sup>3</sup> Act. 3. scen. 2. And.

ter, atque verberibus, execrationibus, exheredationis vel abdicationis minis, verbis oburgatoriis; importunis ac indefessis obtestationibus, aliisque severioribus modis, ad invisas nuptias impulerit abhorrentem liberorum animum, extorseritque invitis consensum, iusta & admittenda ab eo, cui ea de

<sup>1</sup> Kitzel. cap.

4. Theor. 17.

Synops. ma-

trim Zepper.

libr. 4. cap.

20. de legib.

Mosaic. Al-

ber. Gentil.

libr. 3. c. 11.

de nupt. Co-

rrarr. Cypr.

d. l.

<sup>2</sup> Bass. Pont.

libr. 4. cap.

5. de sacram.

matrim.

re notio est, contra contracta sponsalia, liberorum luctatio est. <sup>1</sup> Non enim credi potest voluisse, qui ejusmodi duri patris violento imperio obsecutus fuit. l. 4. D. de regul. jur. Nec hic metus reverentiæ duntaxat est, cum non sibi filius futurum periculum fingat, sed verius, propter minas paternas, instantis, vel futuri mali causa, moveatur. Idem est, si grave supercilium duxerit pater, torta ac contracta nimium fronte aspexerit, nec placidus, sed ira æstuans, titubante animo, ut horrorem incuteret, locutus fuerit, etiamsi nec verbera, nec graviores minas adjunxerit, modo facile, si ei non obtemperetur, sævire soleat: durioris enim mali cogitatio, cum noscat sævitiam patris sui filius, justum metum, ut edicto locus sit, operatur. <sup>2</sup>

Quid autem si contracta asseruerit sponsalia, sponponderitque magistratui confectum iri matrimonium filia? Certe locus publicus, iteratus & novus consensus, judici exhibita privata, & solennis in præsentia amicorum facta sponsio, cum libera, & oportuna daretur dissentienti facultas, vix ullam admittunt metus ex reverentia suspicionem l. 35. C. de transaction. l. 23. D. de eo quod met caus. <sup>18</sup>

Cæterum, an non his, quæ de metu reverentiæ diximus, adversari videtur <sup>19</sup> Celsus cum ait, *si patre cogente ducit uxorem, quam non duceret, si sui arbitrii esset, contraxit tamen matrimonium, quod inter invitos non contrahitur, maluisse hoc videtur: l. 22. D. de rit. nuptiar.* Quippe si pater filium, ut contrahat nuptias, cogere possit, frustra de reverentiæ metu disputatur. Verum sciendum est, jure Romano, neque patrem, filium cogere, neque filium sine patris consensu nuptias contrahere potuisse l. 13. D. de spons. l. 2. D. l. 14. C. de nupt. sed cum voluntate filii, patris auctoritatem conspirare debuisse. Celsum autem loqui de tali casu, cum ex pluribus puellis, ex persuasionem patris, hanc duxit filius, quam forsitan si sui arbitrii fuisset, & animi sui affectum secutus fuisset, non duxisset. Itaque cum inter invitos non contrahatur matrimonium, cumque fuerit filio dissentienti libertas, ille tamen, ut uxorem haberet, in electione sponsæ accommodaverit sese patri, maluisse matrimonium videtur, idque prætulisse cœlibatui, ut ei de coactione querenti objici possit illud Terentii: *tu coactus tua voluntate es.* <sup>3</sup> Scilicet huc res evadit: coactio Celli exhortatio & paterna persuasio est, quæ voluntatis libertatem non impedit; qua qui motus duxit uxorem, quam forte non duxisset, si sui arbitrii fuisset, cum, licet gravate, non invitus tamen paruerit honeste suadenti, & paterne jubenti patri, ejusque judicio juveniles suos calores submiserit, contraxit matrimonium volens, non coactus vi, non metu reverentiæ perculsus. Non enim mihi, ut in Celso difficultas tollatur, probari posse videtur illud axioma, *coacta licet voluntas tamen voluntas est*, etiamsi id plurimi interpretes admittant: nam in contrahendis nuptiis omnino-

<sup>3</sup> Aët. 4.  
scen. 1. Andr.

nimodo liberam liberorum voluntatem requirunt leges, ut potius filii quocunque modo coacti miserendum, eique à jurisconsulto subveniendum fuisset, quam imputandum, quod cogenti pro imperio patri paruerit. Ille quoque vix dici potest metu impulsus vel coactus matrimonium contraxisse, qui non modo sponsalia constituit, sed & duxit uxorem; cum in domum solennis deductio fieri non potuerit, nisi interim manifestam habuerit occasionem sponsus, dissensum suum testandi, si non placuisset ducenda sponsa. Itaque qui duxit, maluisse matrimonium filius videtur, etiamsi ante ut sponsalia constitueret, duceretque hanc mulierem, persuasione paterna coactus fuerit.

- 20 Tandem & hæc duo notanda sunt. Primum, in jure civili nusquam agi de restituendo in integrum eo, qui metu perterritus sponsalia constituit. Deinde jure canonico contracta metu sponsalia ipso jure irrita seu nulla dici. *gloss. in C. 2. x. de his que vi metus r. caus. gloss. in C. 22. caus. 22. q. 4. C. 2. x. de eo qui duxit in matrimon. quam poll. C. 13. x. de sponsal. & matrim. & hoc speciale in matrimonio esse, cum gloss. in d. C. 2. ait Panormitanus, licet cæteri contractus per metum initi regulariter contrahentes obligent, donec ex edicto quod metus causa, in integrum restituantur. l. 21. §. 3. & ibi gloss. D. de eo quod met. caus. Prioris juris ratio hæc est, quod cum liberum esset unicuique, mutata voluntate, sponsalibus renunciare. l. 1. C. de sponsal. junct. l. 2. §. 2. D. de repud. & divorc. supervacaneum visum fuerit jurisconsultis, de iis, vel actione prætoriana rescindendis, vel exceptione elidendis, speciatim agere. Posterioris juris rationem hanc dant interpretes, quod plena libertas consensus in contrahendo matrimonio desideratur: quod quoties fit, ajunt, non sufficere quemlibet consensum, nisi & ei adsit qualitas libertatis. At vero hæc interpretum ratio fictitia mihi & febriculosa videtur: An non in quolibet contractu, consensus dissentendi libertatem includit? attamen per prætorem restituitur, qui læsus est. Nec video quomodo dici possit, consensui nuptiarum annexam esse adeo qualitatem libertatis, ut qui metu percussus contraxit matrimonium, non possit dici interposuisse, licet non integram, remissam ad minimum voluntatem, quæ quotiens contractui advenit, operatur ut constet gestum, donec per prætorem ex edicto quod metus causa, rescindatur. l. 9. §. 3. l. 21. §. 4. 5. D. de eo quod metus caus. Veram itaque puto hanc esse juris canonici rationem, quod cum Pontifices constituissent contractum semel matrimonium, quamcunque etiam ob rationem, solve nulli fas esse, C. 19. caus. 27. q. 2. atque etiam judicarent iniquum esse, ut quis constringeretur manere in matrimonio metu contracto; ne separarent, quos videri poterat Deus conjunxisse, si momento tantum ex reinissa etiam coeuntium voluntate constitissent nuptiæ: voluerunt potius statuere ipso jure nulla esse, & nunquam constitisse sponsalia metu contracta, id est, matrimonia: nam quotiens hac in re de sponsalibus loquuntur, sponsalia de præsentī, id est veras nuptias intelligunt. ut in cap. 15. x. de sponsal. Eadem ratione frigidorum, & ad generationem ineptorum matrimonia ipso jure nulla, & nunquam vero constricta fuisse vinculo dicunt,*



dicunt, quamvis simulata in speciem tantum legitima visa fuere. Aliam rationem dat Panormitanus, nempe, in matrimonio tria hæc esse debere, sacramentum, prolem, fidem: duo ultima in omni, primum etiam in infidelium conjugio. *C. final. extr. de condition. apposit. c. 10. caus. 27. q. 2.* per metum vero dicit excludi sacramentum, quia matrimonium metu contractum referre nequit unitatem Christi cum ecclesia, quæ sponte, & ex plenissima voluntate profecta fuit: signum autem respondere debet signato. Prolem dicit excludi, quia nullam spem putat esse posse reliquam, metu coalitos conjuges generandæ soboli operam duros, cum necesse sit, ut alter alteri displiceat. Bonum fidei itidem dicit excludi ob periculum, ne coactus metu dilabatur ad alienos amplexus, atque adulteria meditetur, cum odio habeat, quam repugnante animo duxit. *C. 3. caus. 31. q. 2.* Sed valeant hæc rationes apud Pontificios, quibus sponsalia de præsentis nuptiæ sunt, & nuptiæ sacramentum: quorum primum invita dici juris scientia, posterius aperte falsum esse, in præcedentibus asseruimus.

Cæterum ab hoc jure pontificio mores nostri desciverunt. Nostra sponsalia, quæ nobis futurarum nuptiarum promissiones sunt, ipso jure nulla non sunt, quia metu contracta: per omnia enim cæteris contractibus, qui consensu perficiuntur, adæquata habentur, similesque sortiuntur effectus, in quibus regula valet, ratum esse quicquid metu gestum est, donec id prætor ratum non habeat. *l. 1. junct. l. 21. §. 5. D. de eo quod met. caus.* Quia voluit, quodcumque egit, qui metu coactus egit; atque voluntatem suam, si non omnino liberam, remissam tamen, interposuit contractui. *d. l. 21. §. 4. & 5.* Voluit nuptias spondere metu compulsus, quia voluit præsentem mortem effugere; voluisset potius non spondere, sed cum præoptaret evadere instans periculum, voluit quamvis repugnante animo, voluit tamen, quod sublato periculo neutiquam voluisset. At remissa voluntas sufficit, ut contractus, qui consensu perficitur, subtilitate juris subsistat, verum ei prætor succurrit, qui metu illato ad contrahendum coactus fuit. *l. 21. §. 5. D. eod. l. 5. D. ad l. Jul. de vi publ.* Itaque sive quis ad spondendum metu compulsus agat, ut restituatur sibi scriptis emissa nuptiarum sponsio, sive conventus excipiat; vanam esse actoris actionem ex sponsalibus metu extortis, ne ei oblit qualiscunque contractui interpositus consensus, in integrum restitutionis auxilium implorare debet. *l. 9. §. 3. D. de eo quod met. caus. l. 5. D. ad leg. Jul. de vi publ. l. 7. C. de his qua vi metuve gest.*

Restitutio hæc in integrum, non à quocunque magistratu, qui jurisdictioni præest, uti jure Romano obtinuit. *l. ult. C. ubi & apud quem cognit. restit. in integr. agit. sit.* sed duntaxat à solo Principe (tanquam non justitiæ sed gratiæ esset) nostris & Gallorum moribus impetratur: idque fit hoc modo; suprema Hollandiæ curia, quæ hac in re Principis partibus apud nos defungitur, *Instruct. vande hoghe Rade in Holl. art. 23.* cognita summarie restitutionis causa ex supplici libello ejus, qui restitui desiderat, mandat judici ad quem principa-

*Arnol. cor-  
vin. Method.  
enarr. cod. in  
Tit. C. ubi &  
apud quem  
cognit. restit. in  
integr. agit.  
sit.*

lis causæ cognitio pertinet, ut impetrantem restituat, si preces ejus veritate nitantur *Ampl. vande Instruct. vande hove van Holl. art. 7. & quod notandum est, hoc restitutionis auxilium, in contractibus, etiam ipso jure nullis, quamvis non necessarium sit, attamen ad majorem cautelam adhibendum esse, versatissimi in foro nostro Batavo jurisconsulti judicant.*<sup>1</sup>

- 24 Sed ut revertamur unde digressi sumus, caveat lector, ea quæ de metu diximus à sponsalibus ad confectas solenni ritu nuptias transferre: etenim si quis hodie post matrimonii celebrationem, metum allegare vellet, non illerisu maximo exploderetur? Privata præsentibus necessariis atque amicis nuptiarum sponso. l. 35. C. de transf. eaque tabulis nuptialibus consignata, novoque confirmata coram judice consensu: nuptialis denique in facie ecclesiæ, loco publico, interpositus assensus, cum dissentire, & jus publicum invocare in potestate esset, omnem prorsus metus illati suspensionem excludunt. l. 23. D. de eo quod met. caus. Ut ineptum putem Honorii tertii responsum, audiendam esse mulierem, quæ benedictione ad valvas ecclesiæ publice accepta, ante subsecutam carnalem copulam, à sponso aufugit, & metu, non libero animo se protulisse nuptialem consensum prætexit. C. 28. x. de sponsal. & matrim. Nonne illa in publico constituta loco, aliquem potestate præditum invocare, auxilium sacerdotis exposcere, resistere cogenti, liberumque animi sui arbitrium exponere potuit? Hactenus de metu, ad errorem transgrediamur.

<sup>1</sup> Groenovo. de leg. abrogat. in Tit. C. in quib. caus. in integr. restit. necess. non fit.

## CAPUT DECIMUM OCTAVUM

## De sponsalibus per errorem contractis.

## SUMMARIA.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Error mentis hallucinatio est. &amp; ejus definitio traditur.</p> <p>2. Error animi, erratio pedum, Donato dicitur.</p> <p>3. Errantis nulla voluntas est.</p> <p>4. Subvenendum est ei, qui per errorem sponsalia contraxit.</p> <p>5. Erroris divisio traditur, &amp; Gratiani quadripartita improbat.</p> <p>6. Nominis error, cum de corpore constat, in jure nostro non consideratur.</p> <p>7. Explicatur C. 26. x. de sponsal. &amp; matrim. &amp; notatur Innocentius Papa.</p> <p>8. Persona error, vel nudus, vel qualificatus dici potest.</p> <p>9. Nulla sunt sponsalia, cum fidem dederit Titius Cornelia, quam putabas esse Semproniam.</p> <p>10. Propter errorem persona nulla sunt sponsalia, etsi stuprum adjectum fueris spon-</p> | <p>sioni, nisi nesciveris puella sponsorem errare.</p> <p>11. Cum Fulvia privati filia, pro consulis filia despondetur, ex aequitate subveniendum est lapso seu erranti, nisi rem habuerit cum virgine.</p> <p>12. In asserente, vel nuptiali consensu, hodie error persona committi nequit.</p> <p>13. Qualitates circa quas error versatur, interne, externa vel mixta sunt.</p> <p>14. Error circa qualitates internas, id est, animi dotes vel vitia, non infirma reddit sponsalia.</p> <p>15. Error religionis excusat sponsum, nisi sponsi coetum addiderit.</p> <p>16. Error circa externas corporis, seu fortune qualitates non obest firmitati sponsalium.</p> <p>17. De errore conditionis seu servitutis, &amp; morbi remissivo.</p> |
|--|---|

18. *Qualitas mixta, stuprum voluntarium, non violentum est.*
19. *Succurrendum est ei, cui erranti de virginitate pro virgine sponsa est.*
20. *Notatur Leo imperator, quod dixerit, de violata, tanquam integra desponsa, veterum legibus nihil fuisse cautum.*
21. *Explicatur locus Levit. 21. vers. 7. & 14.*
22. *Carpitur ius Pontificium, quod negaverit dissolutionem sponsalium juratorum propter precedentem scortationem sponse.*
23. *Etiam si publica sponsalia, errans circa pudicitiam sponsa, sponsus constituerit, restitui potest.*
24. *An à ducta solenni ritu, pro virgine vitiatam muliere, divertere maritus possit?*
25. *Infirmum argumentum est, non fuisse virginem traditam viro, quia ex prima consuetudine, genitalis lectus sanguine tinctus non reperitur.*
26. *Pudicitia lex Deuter. 22. v. 13. & seqq. à Mose relata, explicatur.*
27. *Non creditur fama viciniæ, neque ipsi mulieri, se virginem non fuisse ductam, ut destrahatur matrimonium.*
28. *Qui sciens vitiatam duxit, vel contracto*

- matrimonio, vitii gnarus eam cognoverit, repudiare uxorem nequit.*
29. *Vitiata pro virgine ducta, ante concubium repudiari à marito potest.*
30. *Vitiatam, quam virginem credebat, repudiare sponsus potest, etiam si eam cognoverit.*
31. *Qui sciens vitiatam sibi desponsat, vel post sponsonem cum ea rem habet, sub pretextu erroris retractare sponsalia nequit.*
32. *An repudiare sponsam possit, qui sciens stuprum, missit, & se pro sponso gerit? sub distinctione respondetur.*
33. *Ob finistram suspensionem vulgi de pudicitia sponsa, quam nascivis antea sponsus, tanquam errore lapsus à sponsalibus suis restitui nequit.*
34. *Non cogitur nuptias perficere sponsus ante decidam litem, qua sponsa de pudicitia ab alio movetur.*
35. *Qui sibi per errorem, violentum stuprum passam desponsavit, restitui potest.*
36. *Vidua pro virgine sponsa repudiari nequit.*
37. *An errans circa pudicitiam sponsi, sponsa retractare sponsalia possit?*

Uti metus, inentis trepidatio, ita mentis allucinatio error est: atque ab Augoustino describitur, existimatio vel approbatio veri pro falso, & certi pro incerto, vel è converso: at hæc erroris descriptio ad scientias pertinet: nobis vero in præsentī negotio errare dicitur, qui aliud pro alio incius sumit. l. 15. D. de jurisdiction. l. 57. D. de obligat. & action. Error proprie est deflexio à via, quum scilicet viæ ignari extra iter institutum deflectimus, hinc deductum illud verbum ad significandum, cum mens circa rem vel rei propositæ qualitatem aberrat. Donatus tamen, inter errorem, & errationem hæc interesse existimat, quod error animi sit, erratio pedum. Quicquid de significatione propria verbi sit, non anxie disputamus, quibus sufficit scire, quid sit jurisconsultis error, cum dicunt metu perculsi voluntatem utcunque l. 21. §. 5. D. de eo quod met. caus. errantis nullam esse, l. 116. §. 2. D. de regul. jur. l. 20. D. de aqua & aqua pluvi. arcend. scilicet, metu coactus quamvis invitus, quamvis perturbatus agat, scit quid agat, & remissa voluntate licet, consentit tamen contractui, at qui errat, nescit quid agat, ideoque non consentit l. 15. D. de jurisdiction. Consensus enim voluntatis actus est, qui præsupponit actum intellectus, ut Thomas loquitur. Itaque si metu perculso subveniendum sit, cujus adhuc aliqua fuit in contrahendo voluntas, multo magis erranti succurrendum est, cum nihil tam contrarium sit consensui quam error, qui imperitiam detegit. d. l. 15. D. de jurisdiction. ut recte Pomponius scripserit: In omnibus nego-

<sup>1</sup> Libr. 4.  
sentent. di-  
stinct. 30. q.  
1. art. 1.

*negotiis contrahendis, siue bona fide sint, siue non sint, si error aliquis intervenit, ut aliud sentiat (puta) qui emit, aut qui conducit. aliud qui cum his contrahit, nihil valet quod acti sit. Et idem in societate quoque (ad iunge matrimonii) cœunda respondendum est, ut si dissentiant, aliud alio æstimante, nihil valet ea societas, qua in consensu consistit. l. 57. D. de obligat. & action.*

5 Error duplex duntaxat dici recte potest, personæ seu rei alius, alius quali-  
tatis; & probata multis Gratiani quadripartita erroris distinctio, in C. 1. *caus.* 29.  
q. 1. ut nimis laxa, in vitio cubat: nam fortunæ & conditionis error, qua-  
6 litatis est: solius vero nominis error, in iure nostro, nullum sortitur effectum,  
dummodo de corpore constet. l. 32. D. de verbor. oblig. l. 9. §. 1. D. de contra-  
7 bend. *emprion.* Nec aliud statuit Innocentius Pontifex in cap. 26. x. de sponsal.  
licet id multi autument: quod ut ostendamus, lubet istud capitulum enuclea-  
tius explicare. facti species hæc est. Quidam juvenis, postquam sæpius ir-  
rito ausu Lucretiæ pudicitiam attemptasset, ut calliditate caperet, quam  
blanditiis expugnare non poterat, ad dolum sese convertit, & nomen Johan-  
nis ementitus, fiducia huiusmodi sponsionis, *Johannes te desponsat*, in amplexus  
pellexit adamatam virginem, eique pudoris florem eripuit. Postea ille vo-  
luptate expleta, negat sibi animum contrahendi nuptias fuisse, asseritque no-  
men Johannis se ementitum, sponsalia dedisse, simulasse nuptias, ut libidine  
& stuans, virginis complexu suum satiaret amorem. Queritur puella fluxam  
juvenis fidem, contenditque non ereptam virginitatem nisi in lecto geniali,  
legitima data & accepta sponsalia asserit, postulatque ideo, ut judiciaria co-  
gnitio iustas declaret contractas esse nuptias, in quas & ipsa consensit. Re-  
spondet Pontifex: *si ille eam non proposuit ducere in uxorem, nec unquam consensit in  
prædictam personam, non debet ex illo facto conjugium judicari; cum in eo nec substantia  
conjugalis contractus, nec forma contrahendi conjugium valeat inveniri. quoniam ex al-  
tera parte dolus solummodo adfuit, & defuit omnino consensus, sine quo cetera nequeunt  
facilius perficere conjugale.* Sunt plurimi, inter quos Panormitanus, Lombardus, Pontius,  
4 qui volunt Pontificem, cum respondet, non respicere iudicium  
fori, sed iudicium Poli: siue Pontificem non respondere, non esse inter hanc  
puellam & juvenem contractum matrimonium in foro judiciali: verum non  
esse in foro pœnitentiali, ut illis loqui placet: *gloss in d. C. 26. x. de spons.* Quorum  
sententia si vera sit, non est, cur Pontificem reprehendas, certe à parte juvenis,  
non fuit matrimonium, quatenus id in foro conscientiæ solo animi contrahi-  
tur consensu, non verbis tantum extrinsecus ore prolatis: nec iste libidino-  
sus, complexus virginem, conjugali affectui indulgit, sed illicitæ veneri: eo-  
dem modo adulter est, & fornicaria æstuat libidine, qui comprimens pro-  
priam uxorem, cogitationes suas maritali affectu circa formam alienæ mu-  
lieris occupatas habet: dignus itaque hic juvenis fuit, cui ut scortatori pœni-  
tentia injungeretur. Verum si quis cum Canisio dicat, neque in foro exteriori  
censendum esse hisce verbis contractum matrimonium, velitque animadver-  
tendum esse stupri pœna in stupratorem, si honesta fuerit virgo, atque refer-

*Treutler.  
disput. 6.  
Thes. 6.  
Sanch. libr.  
1. disput. 9.  
de matri-  
mon. & quæ-  
cit.*

*In cap. 26.  
n. 1. x. de  
sponsal.  
Libr. 4.  
sentent. di-  
stinct. 27.  
Libr. 2. cap.  
2. & 5. de  
sacram. ma-  
trim.*

vandam puellæ ad dotem duntaxat actionem, dicatque hanc esse Pontificis sententiam: Ille quidem Lombardum, Panormitanum, & gloss. adversarios habebit; sed non (quatenus de foro est quæstio) Cujacium Albericū Gentilem,<sup>1</sup> Bezam,<sup>2</sup> Kitzeium,<sup>3</sup> Christenium<sup>4</sup> & alios, qui quoque contendunt, non loqui Pontificem, quomodo in foro pœnitentiæ esset hæc facti species definienda, sed quomodo hæc inter juvenem & puellam lis, cum disputatur in foro exteriori, uti loquuntur, judicio esset determinanda; atque pontificios interpretes contrarium fingere, ut ab errore sublevent Pontificem. Nam duplicis fori in hoc capitulo nusquam meminit Papa; nec distinxit inter forum & forum, sed inter quæstionem facti & juris; dicitque si facti species ita ut proponitur, simpliciter inspiciatur, præsumendum esse forte pro conjugio. at cum ille consultor scripsisset Papæ, se circa factum non errare, sed se certo scire, juvenem non proposuisse ducere puellam, nec consensisse iis nuptiis: cum non videret Papæ, quomodo id illi constitisset, intactam reliquit quæstionē facti, & ac si ita se res haberet, quod juris est, rescripsit: imitatus in eo Scævola institutum, non ad quæstiones facti, sed juris respondentis. Hoc autem Papæ responsum, nempe nullum esse hoc matrimonium, quamvis velit hunc dolosum stupratorem gravissimis plectendum pœnis, cum Canisio<sup>5</sup> Albericus Gentilis tueretur<sup>6</sup> sed magis juris subtilitate, quam juris ratione. Nam, ut mihi videtur, illa decisione iniquius nihil cogitari, nec ab impietate excusari Pontifex potest. Etenim præterquam quod nominis error nullum vitiat contractum, dummodo de corpore constet. l. 9. §. 1. D. de contrah. emptio. l. 3. 2. D. de verb. oblig. §. 9. Inst. de legat. & non qui fallit, sed qui decipitur, queri possit: nullus hic nominis error intervenit, qui cognitus, sponsalibus impedimento fuisset: non à parte juvenis; ille enim minime ignorabat nomen suum; quod certe esset hominis nimium supini, & stulti. l. final. C. de hered. instituend. non à parte virginis; nam cui persona placet, ob nomen displicere non potest; nec propter nomen, quod ille sibi esse finxerat, sui copiam juveni fecit puella, sed propter verbis contractas nuptias. Imo ipse Pontifex rationem decisionis suæ in errore nominis minime fundat, sed in eo quod nec forma contrahendi matrimonium invenitur; nec substantia conjugalis contractus in proposita facti specie reperiatur. In tertia persona, nec se, sed Johannem desponsavit juvenis, cum in prima spondentem loqui & se despondere quem oporteat. Deinde desuit conjugalis consensus & nihil præter dolum adfuit. At certe quis non miretur futilitatem & fatuitatem harum rationum? dixit juvenis, Johannes te desponsat, ergo de se non est locutus, neque nominis tantum error est, sed personæ? aliud esset, si dixisset ego Johannes te despondeo. at cui præbuit amplexus puella? nonne illi juveni, cui se commiscere nolebat nisi contracto matrimonio? quis delibavit florem virginis? nonne ille, qui matrimonium contraxerat? cujus hic est error personæ? an puellæ quæ contrahenti nuptias sui corporis copiam fecit? an juvenis, qui ignorare non poterat, de quo ille ipse loqueretur? At dicit Gentilis in corpore esse erratum, nam etsi puella senserit se stipulari illius juvenis nuptias, juvenis tamen hisce verbis

<sup>1</sup> libr. 3. cap.<sup>5</sup> de nupt.<sup>2</sup> tract. de

repud. &amp; di-

vort pag. 97.

<sup>3</sup> Kitze. c. 4.

Theor. 15. sy-

nopf. matrim.

&amp; DD. quos

cit.

<sup>4</sup> dissert. 2.

q. 7. de caus.

matrim.

<sup>5</sup> in d. C. 26.

x. de sponsal.

<sup>6</sup> d. lib. 3. c. 5.

quem sequi-

tur Have-

mann. libr. 1.

Tit. 5. possit.

ult. Gamolog.

synopt.

verbis *Johannes te desponsat*, non de suis, sed de ficti alicujus nuptiis locutus fuit. At vero Paulus ait, si *Stichum stipulatus de alio sentiam, tu de alio, nihil actum erit.* l. 83. §. 1. D. de verbor. obligat. cui congruit Ulpianus cum dicit, si ego me *Stichum, tu Pamphilum absentem vendere putasti, cum in corpore dissentiamus, apparet nullam esse venditionem* l. 9. D. de emptiō. vendit. Sed valeat hæc ratio in foro animæ, ut pœnitentia injungatur huic dissimulatore, non in foro judicii, ne dicatur ille contraxisse matrimonium: scivit puellam, illius, non ficti alicujus nuptias stipulatam fuisse, cui stipulationi cum ille responderet, *Johannes te desponsat*, ignorare non potuit existimasse puellam, quæ se illi, nisi contracto matrimonio, commiscere noluerat, eum Johannem appellari, & hisce verbis nuptias contrahere. Deinde, si quid ambiguum fuerit, nonne contra eum facienda interpretatio est, qui potuit legem contractus, cum sciret mentem stipulantis, apertius conscribere? l. 39. D. de pact. l. 21. l. 34. D. de contrah. empt. audi quid Pomponius ait, si stipulatus fuero de te vestem tuam quacunque muliebris est dare spondes? magis ad mentem stipulantis, quam ad mentem promittentis id referri debet: ut quid in re sit aestimari debeat, non quid senserit promissor l. 110. D. l. 99. D. de Verbor. obligat. Paulus vero & Ulpianus loquuntur, tum cum alter alterius mentem ignorat, & ita in corpore dissentiunt, tum de servo absente: qui casus longe diversus est à nostro, in quo quid sentiat puella, scit juvenis, & non de re absenti, sed præsentis est sermo. Cæterum si non in corpore hic dici possit erratum, nec nominis error vitiet contractum, videamus porro, an non ex eo nullum sit matrimonium, quod forma contrahendi defuerit. Dixit enim juvenis in tertia persona, *Johannes te desponsat*, cum in prima dicere debuisset ego *Johannes te despondeo*: quem insolentem & inusitatum despondendi modum cum admiserit mulier, videtur potius libidinem suam isto velamento obtegere voluisse, quam hisce verbis contractas nuptias putasse. At hæc præsumptio adversatur verbis capituli, quæ referunt castam fuisse mulierem, ut quæ noluerit, nisi contracto matrimonio, concumbere. Nec insolens forma despondendi est, *Johannes te desponsat*, cum multi ament potius in tertia, quam prima persona loqui, sitque ille loquendi modus quorundam populorum dialectus, & maxime in usu: & quid refert, an in prima, vel tertia persona sponsalia concipiam, si uterque sciat, de nostris sponsalibus agi? Tandem ait Papa substantia conjugal contractus, id est, consensus defuit, & nihil præter dolum adfuit. ergo sat causæ contractum non dici matrimonium, quia expleta libidine, juvenis dicit sibi non fuisse contrahendi nuptias animum? Verum in foro animæ, soli confessioni partis statur, cum cæteræ probationes deficiunt, at in foro exteriori ex verbis contrahentium, quæ fuerit eorum in contrahendo mens, concluditur; nec auditur ille, qui se profitetur verbis forte, non animo spondidisse, cum id in alterius vergat præjudicium, quia nemo dixisse existimandus est, quod non mente agita verit. l. 7. §. 2. D. de supellect. legat. Solius Dei est humanas perscrutari cogitationes; hominis vero, ex verbis ore prolatis mentem dicentis colligere, cum vocis ministerio utamur. d. l. 7. §. 2. Ineptissima:

ma certe hæc ultima conclusio Papæ est, nihil præter *dolum à parte juvenis adfuit*, ergo nullum est, quod legitimum puella putavit matrimonium? quid ergo fraudulentum hujus veteratoris consilium, idque in mente occultum, damno erit incautæ & honestissimæ virginis? nonne melius Christiano Pontifice ethnici jurisconsulti judicant, cum volunt, quotiens reus dolum adhibuit, ex eo quod actor intellexit, judicandum esse: & quotiens in stipulatione ambigua oratio est, commodissimum esse id accipi, quo res de qua agitur in tuto sit. l. 80. D. de Verbor. obligat. Dicamus igitur contractum esse matrimonium, ut in tuto collocetur honos & pudicitia virginis, ut juveni dolus suus non proficit, ut nulli concedatur ludicris pollicitationibus eludere conjugium, rem seriam, & sub hujusmodi simulata nuptiarum sponsione, virginibus pudicitiam eripere; & certe si ejusmodi comminatis fraudes, simulationes, ac mentales reservationes admittantur, omnia tollentur inter homines commercia, cum verbis nulla haberi fides possit. Hæc ad refutationem hujus capituli satis, quod adeo injustum, adeo iniquum autumavit Beza, ut dixerit, *ego vero si magistratus essem, hunc nodum alio nodo expedirem, quo videlicet impurus hujusmodi sacri conjugii temerator, & honesta mulieris corruptor strangularetur*: Sed hic theologus nimis rigidus censor Kitzelio videtur.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Cap. 4.

Theor. 15.

Synops. matrimon.

<sup>2</sup> Covarruv. tom. 1. part. 2. de matrim.

cap. 3. §. 7. n. 2. Basili. Pont.

lib. 4. cap. 20. n. 3. de sacram. ma-

trimon. Panor.

in C. 2. x. conjug.

irruor. Petr.

Lombard. &amp; Thomas in

lib. 4. sentent. distinct.

90. &amp; q. 1. art. 2.

<sup>3</sup> Soacc. part. 2. de sponsal.

pag. (mibi) 66. Alber.

Gentil. lib. 3. cap. 2. de

nupt. Arnif.

cap. 3. sect. 3. m. 1. de jur.

conubior.

Cæterum ut jam è diverticulo in viam revertamur, personæ error considerari potest, vel cum suspendens, seu asserens sponsalitiis, vel cum nuptialis consensus interponitur, vel etiam cum in lecto geniali consummatur matrimonium. Cum suspendens tantum interponitur consensus (ut de eo primum agamus, qui etiam sui naturâ primus exhibetur) error personæ, vel nudus, vel qualificatus, doctrinæ gratia, dici potest. Nudus est, cum verbis duntaxat pacti fuerint sponsalia consponsi: qualificatus, cum insuper sponsioni coitum adjecerunt. Cum nudus duntaxat personæ error intervenit, nulla esse sponsalia, utpote consensu destituta, nemo ambigit, idque non tantum ex ecclesiastica constitutioe, ut vult gloss. In C. 1. caus. 29. q. 1. sed & ex natura rei; dici enim non potest consensisse in Corneliam, qui lapsus in persona, forte cum tenebræ essent, putavit se nuptias promittere Sempronix; erratum in corpore est, quod quotiens fit, nullam esse venditionem Ulpianus ait l. 9. D. de contrah. empt. vendit. Et hæc quidem sententia omnium interpretum calculo probatur.<sup>2</sup> Quid autem si insuper rem cum Cornelia habuerit Titius autumans se Semproniam amplecti? Si sciverit Cornelia se pro Sempronia haberi, & Titii errorem captans, se ejus libidini summiserit, tanquam esset Sempronia, nulla est à parte Titii sponsio, utpote ejus consensu in hanc puellam destituta. l. 9. D. de contrah. empt. vendit. l. 4. D. de legat. 1. <sup>3</sup> nec enim admissus coitus facit, quominus in corpore seu persona à Titio erratum fuerit, imo commissus à Cornelia dolus, cum sciens passa fuerit stupratorem, circa ejus personam errare, maxime meretur, ne ereptæ virginitatis ulla hac in re habeatur ratio arg. l. 1. D. de action. empt. Etenim nec calliditas & malitia sua puellæ prodesse debet l. 1. D. de dolo mal. nec illa videtur, quæ stupratoris sui mentem scivit

10 scivit & consensit. l. 145. D. de regul. jur. Si vero non improbato more versata fuerit Cornelia; si virgineo flammeo minime obvoluta ne cognosceretur, non captaverit errorem Titii, sed crediderit, se jam amari ab eo, verumque ejus esse amorem à Semproniam; si ille nunquam appellativo nomine appellaverit virginem, ut illa ignorare potuerit eum errare, & sponsioni adjectus coitus fuerit: quamvis cum nudus intervenerit error, facile restituatur, qui in corpore, seu persona erravit, attamen cum nullus hic adsit puellæ dolus, nulla ut capteret juvenem fraus, cum illa divinare non potuerit de alia, quam cui loqueretur, cogitare Titum; existimaverim, ex æquitatis ratione (etiamsi stricto jure hæc sponsalia deficere videatur sponsi consensus) stupratæ contra stupratorem quoquo modo succurrendum esse: & hoc casu laudaverim Bezzæ consilium, imitandum esse Jacobi, qui delusus Leam pro Rachaele duxerat, exemplum, atque subsequenti consensu corrigendum præcedentem errorem. Etenim commissus hic error maxime culpæ Titii adscribi potest: potuit ille, & debuit melius inquisivisse, quænam esset virgo cui loqueretur, antequam ejus florem delibaret; nec ratio est, ut ex tam supino alterius errore, puella pudicitæ damnum patiatur: est quidem illa vituperanda, quod ante celebratum more solenni matrimonium, juxta juvenem, in lecto quasi geniali, excalescere sustinuerit, verum virginea & amore æstuans lubricitas, quæ in eadem cum stupratore versatur culpa, adeo ei objici nequit, ut potior nimium supinum suum errorem prætegentis juvenis, quam sub fide matrimonii ereptam pudicitiam querentis puellæ, habenda ratio esset.

<sup>1</sup> Tract. de divor. & repud.

11 Cæterum videamus, quid in sequenti casu dicendum sit. Eiusdem nominis duæ Fulviæ sunt, consulis una, altera privati filia: utramque de facie non novit adolescens: similitudine nominis delusus, privati Fulviæ nuptias promittit, credens eam esse consulis filiam, ignara hujus erroris quoque desponsata virgine? Hic error qui intervenit, verus error personæ dici nequit, cum de corpore constitit; nec simpliciter qualitatis, cū una Fulvia pro alia sit accepta: ex æquitate tamen à consummandis nuptiis excusandus juvenis est, quia ejus consensus directus non fuit in puellam, ut Fulviam, sed ut consulis filiam. Verum si ille insuper delibaverit virginis florem, frivola & sera erit hujus erroris allegatio. Nam temeritas, & nimis supina errantis negligentia, puellæ ejus erroris nesciæ, damno esse non debet, & suam fatuitatem sibi ille imputare debet, qui fallitur, si ipse sit erroris sui causa, quod nimium festinaverit. Aliud est, si cum sciret hæc Fulvia juvenem errare, se gesserit, tanquam consulis filia esset; tum enim virgini nec sua calliditas prodesse, nec juveni sua facilitas nocere debet. l. 1. D. de dol. mal. & ante matrimonium intempestiva venus nullarum apud nos virium est, nisi urgenti aliqua ratione & æquitate juvetur. Nulli perro dubium est, cognito errore, si ad amplexus virginis profuierit sponsor, eum nova quasi voluntate, priora propter errorem infirma sponsalia confirmare, atque approbare C. 2. x. de conjug. servor.<sup>3</sup>

<sup>2</sup> Thomas. in supplement. art. 2. q. 51. in resp. ad 5. Petr. Lomb. libr. 4. sentent. distinct. 30. & ib. Thom. q. 1. art. 2. <sup>3</sup> Panorm. & Felin. in d. c. 2. Kitzel. cap. 4. Theor. 18. synopsis. matrim. Covarr. tom. 1. part. 2. de matrim. cap. 3. n. 1.

12 Cæterum in asserente, vel nuptiali consensu, nullus circa personam seu corpus

X

corpus



corpus contrahentis hodie error committi potest: nam ut noster est nuptias auspicandi & celebrandi mos; asserens consensus, in loco publico, præsentibus parentibus, vel necessariis amicisque consponsorum, & nuptiarum præfectis; nuptialis, præsentē populo, in facie ecclesiæ exhibetur; idque post tot futurorum conjugum familiaria colloquia & congressus, ut plane dementis esset, post nuptiarum festivitatem, errorem personæ allegare velle. Aliud fuit in veterum ævo, cum matrimonia, clam & sine arbitris, idque privatis in ædibus sæpius consummarentur. Sic patri Labani, cum tum temporis privati arbitrii res esset matrimonii contractus, nec ut legitime coirent conjuges, requireretur publica magistratus auctoritas, facile fuit inductam à se Leam, quasi & ei pactus nuptias esset, vel lege primogenituræ, sorori præferri illa deberet, vel id sibi facere patrio jure liceret, pro Rachaele summittere sponso Jacobo, clam & in tenebris cubile sponsæ ingredienti. *Genes. 29. C. I. caus. 29. q. 1.* Verum hodie hisce rationibus persuadere filiæ, ut crederet hoc facere jus patri esse, impossibile esset, nec sine dolo & fraude ipsius submissæ puellæ, in thalamo nuptiali, alia, quam ducta sponsa, tradi sponso posset. Hactenus de errore personæ.

Qualitates, circa quas error præsentī in negotio versatur, in internas, exter- 13  
ternas, & mixtas optime dispescuntur: internæ, animi vitia sunt, dotefque, quibus & assignanda religio est: externarum tres dici possunt esse species, corporis, fortunæ, & conditionis: mixtæ sunt eæ, quæ & corporis pretium minuunt, & animam inquinant. examen Erroris, circa qualitatem ipsius conjugii essentialē, ut cum scholasticis loquar, nobis hujus loci esse non videtur: cum non tam propter contrahentium errorem, quam propter juris prohibitionem, irrita sint & sponsalia & matrimonia, quæ ob alterius impotentiam generandi, vel proximiorē sanguinis necessitudinem, contrahi jure non possunt.

Error circa qualitates internas, quæ animam afficiunt, infirma non efficit errantis sponsalia: ipse enim sibi imputare debet, quod in mores, & animi affectus puellæ, in tempore, non inquisiverit; itaque si quis nuptias promiserit capitosæ, cervicosæ, iracundæ, loquaculæ, inurbanæ, obstipæ mentis mulieri, quam lenis animi, morigeram, verecundam, honestis præditam moribus credebat, firma ejus erunt sponsalia, & nimis sera post spon- 14  
sionem in affectus mentis inquisitio. *C. I. caus. 29. q. 1.* Excipias tamen, velim, circa religionem, errorem: nam quamvis hodie facilis sit indagatio, cujus sectæ quis sit, nisi horrendum & inauditum quid animo foveat, attamen propter seductionis periculum, si non stricto jure, cum illa dici non possit non consensisse matrimonio futuro, quæ circa religionem sponsi duntaxit lapsus 15  
fuit, erranti puellæ succurrendum judico. *l. 5. C. de sponsal. l. 16. C. de Episcop. audient. Novell. Leon. 93.* concors matrimonium, cujus nos studiosos esse oportet, sperari vix potest, inter quos religionis viget diversitas, sed metuenda potius jurgia, rixæ, & perpetuæ altercationes; cum unusquisque liberos com-  
munes

<sup>1</sup> *Vinn. com-  
men. ad In-  
stit. Tit. de  
nupt. Have-  
mann. libr.  
Libr. 1. Tit.  
4. posit. 6. de  
jur. connub.  
corvarru.  
tom. 1. part. 2.  
de matrim.  
cap. 3. §. 6. n.  
2. Kitzel. c.  
4. Theor. 18.  
synops. ma-  
trim.*

munes suæ fidei fundamentis imbuere studet, quæ sibi invicem ita sæpius op-  
posita sunt, ut alter de alterius salute æterna desperare fere cogatur. At vero  
non ille credendus est vero fidei zelo duci, qui post concubitum, vel inter-  
positum coram nuptiis præfectis asserentem suum in nuptias consensum, re-  
ligionis ignorantiam prætextit.

Eadem ratione non ei subveniendum est, qui se errare prætextit circa ex-  
ternas corporis, seu fortunæ qualitates, cum sua sit culpa, quod ante spon-  
sionem in formam, & res mulieris, non melius inquisiverit, nec dici possit non  
consensisse in nuptias, quia circa has qualitates, sine quibus felix potest esse  
matrimonium, erravit. C. 1. *caus.* 29. q. 1. Itaque si quis nuptias promiserit  
deformi, claudæ, breviusculæ, manu vel digito mutilatæ mulieri, quam for-  
mosam, rectam, majusculæ staturæ, omnibus membris integram putabat,  
cum hæc ignorare maxime supinæ adscribi debeat negligentia, ducere cogi-  
tur, *arg. l. 43. §. 1. D. de contrah. empt.* in hisce enim quæ in promptu erant, se ipse  
decepit sponsus. Idem dicendum est in errore fortunæ, uti si quis pro dite  
pauperem, pro patricia plebeiam, pro nobili ignobilem sibi desponsaverit;  
ratio juris est, quod bonorum vel dignitatis consideratio, non pertineat ad  
matrimonii substantiam, quod personarum conjunctio, non rerum est. Id-  
que jus præcipue obtinere debet in nostra republica; quippe familiaria &  
quotidiana fere mulierum & virorum, cum procantur, colloquia, hæc plera-  
que ignorare, ne vel maxime stupido atque incurioso permittunt. Relegata  
apud nos omni servitutis specie, & quia de morbis amplior dicendi dabitur  
infra locus, de errore circa hæc duo, ad qualitates externas quoque perti-  
nentia, hic loqui super sedemus: Hoc tantum nota, ut non nihil de morbo hic  
dicam, cum corporis vitium sit, nullius morbi errorem irrita reddere sponsa-  
lia, nisi is, qui post sponsalia obveniens, totum etiam rescinderet contractum.

18 Stuprum nobis qualitatis mixtæ nomine venit; est enim luxuriantis animi  
signum, & puellaris quantumlibet amabilis formæ gratiam obfuscet: de  
voluntario loquimur non violento; illud exercetur ab alio, in oppressa carne,  
sine labe animæ patientis. C. 3. *caus.* 32. q. 5. Potest tamen & id considerari,  
cum vi subactæ, quam virginem putabat, nuptias quis sponderit, uti suo  
loco referemus. In præsent negotio, constans omnium interpretum senten-  
tia est, jure meritoque illam repudiari posse, cui furtim zona ab alio soluta  
fuit, etiamsi etiam asserentem consensum interposuerit sponsus pulsæ pu-  
dicitæ ignarus. l. 5. C. de sponsal. 4 Adeo enim essentialis quædam qua-  
litas in puella virginitas censetur, maximum bonum, altera dos, ut eadem  
mulier non videatur, quæ integra promittitur, & corrupta traditur. Auro puro  
& obryzo comparatur illibata virgo, & præflorata æri: at nulla venditio est,  
si æs pro auro veneat, vel plumbum pro argento: quia cum in substantia er-  
ror sit, consensu emptoris destituitur contractus. l. 9. §. 2. l. 14. D. de con-  
trahend. empt. Nec est, si quis mihi contradicat, errorem circa corporis aut ani-  
mi qualitates, non infirmare sponsalia; virginitatem autem corporis, & pu-

*Adelpb.  
ff. 4. scen. 2.*

dicitiā, animi bonum esse. Is enim ante omnia sciat, pudicitiam & virginitatem adeo necessarias in virgine requiri, ut, iis amissis, omnis virtus in muliere ruere dicatur, & salvi ei nihil linqui; ita ut iuridice Comicus dicat: *cui secunda dos, qua debebat esse, periit pudicitia, pro virgine nuptum dari nequit*,<sup>1</sup> utque clamet Rhetor, *periit, cui periit pudor*. Deinde consideret, esse quod negligentia suā imputare debeat, qui circa corporis, quæ oculis patent, & animæ qualitates, quæ investigari facile possunt, erravit: at interfecta virginitas, latens damnum est, quod visui non patet, & cuius investigatio difficilis est. Verum est, si non dolo, ut fallat alterum, pro divite se quis gesserit, ob errorem unius non rescindi sponsalia: sed honores, divitiæ, pulcritudo, fortunæ munera sunt, verum casta & sibi recti conscia mens, virtutis: absque terrenis & externis bonis felix potest esse conjugium; at vix sine sperata conjugis pudicitia. Oblectationis & amoris gratia ducitur uxor, at quænam oblectatio ex delibato flore, ex devirginata virgine? imo quæ non metuendæ rixæ, animorum abalienatio, dissidia, cum in summo conjugum oblectamento, ipse coitus marito testis sit infamiæ uxoris, & prostitutæ alteri pudicitia? Quis tam extrahonestatem projectum animum gerit, ut æquo animo pateretur adulteratum aurum sibi obtrudi, cum purum & obryzum stipulatus esset? Metus quoque majoris mali iuste deterrere sponsorem ab hisce nuptiis potest: nam, vel impotenti erga stupratorem amoris, vel effrenæ suæ libidini succubuit puella? si prius, metus iustus est, ne ex parvula forsan superstitie amoris scintillula magnum resuscitetur incendium, possideatque corpus sponsus, stuprator animam: si posterius, quantum id pejus, tanto magis metuendum adulterii crimen; quippe impudicam natura mulierem facile

*Parva poterunt impellere causa*

*In scelus, ad mores facilis natura reverti.*

Temperamentum libidini deditum non mutat matrimonium; & ut Arnifæi verbis utar, *assuetæ vago pastui volucres, etiamsi optimo cibo domi saginentur, facile tamen ad ingenium redeunt, & malum cum periculo & inedia, foris luctari, quam domi tuto distendi pabulo.*<sup>2</sup> Verum est, si quis stupratam pro virgine emerit, valere venditionem l. 11. §. 1. D. de contrahend. empt. Sed id obtinet, cum non improbo more in celando vitio versatus fuerit venditor. l. 1. D. de action. empt. nec cum sciret errare emptorem, tacuerit: alias *redhibitionem quidem ex hac causa non esse, verum tamen ex empto competere actionem ad resolvendam emptionem, ut pretio restituto mulier reddatur* Ulpianus ait in l. 11. §. 5. D. de action. empt. & id quidem in serva, quæ æstimationem habet, cum virginei floris æstimatio nulla sit; labes hæc non tempore evanescit, non auro extinguitur. Contractus qui bonæ fidei, & qui stricti juris sunt, si iis dolus causam dederit, ipso jure, vel per exceptionem rescinduntur. l. 7. D. de dol. malo. l. 3. §. ult. D. pro socio. l. 36. D. de verbor. obligat. l. penult. C. de inuit. stipulat. at quo colore à dolo excusari potest illa puella, quæ fucum velo virginitatis tegit, ut amantem capiat? in cuius sponsalibus, ut verbis Leonis concludam, *nihil verum, nihil genui-*

<sup>1</sup> Cap. 3.  
sect. 3. n. 15.  
de jur. con-  
mubior.

20 genuinum conspicitur, ubi meretricium se offert scelus, ubi causa sunt disidiorum & odii, ubi animorum alienatio? &c. Novell. 93. In qua novella (quæ graphice depingit illarum mulierum scelus, quæ corruptæ, castimoniam præ se ferunt) Philosophi Imperatoris obiter notandus error est, cum dicit hanc quæstionem de præflorata pro integra desponsata, veteribus legibus non fuisse decisam: contrarium enim ex Mosis loco patet *Deuter. 22. v. 20.* ubi Dei legem de violata furtim pudicitia tradit. Ex qua etiam, ut progrediamur, aperte patet, nostram de violata puella, quam retulimus sententiam, juri divino congruam esse: si enim lapidibus obrui potuit stuprata pro virgine ducta, multo magis licuis sponso, ante matrimonii celebrationem repudiare vitiatam, quam integram putaverat, uti id exemplo suo Josephus comprobasset, nisi ab angelode pudicitia Mariæ melius edoctus fuisset. *Matth. 1. v. 18. 19. 20.* Neque

21 vir ille sanctus propter hoc animi sui de repudio propositum, quasi non justum fuisset, si ita se res, ut ille autumabat, habuisset, reprehenditur ab angelo, sed melius informatur de incarnationis mysterio. Locus vero *Levit. 21. v. 7. 14.* quem hic quidam interpretes adferre solent, propositæ quæstioni applicari nequit: loquitur enim Moses de summo sacerdote, qui typus Christi fuit, in quo & hoc speciale fuit, quod neque viduam, neque repudiatam ducere ei licuerit; quod nec ipse, nec ejus sponsa, ulla corporis parte mutilatus esse debuerit: cum interim privatis meretricem, aut aliqua corporis parte mutilatam ducere, noxium non esset.

22 Jus Pontificium à nostra sententia pro parte declinans, nuda sponsalia propter antecedentem scortationem, quam ignoraverat sponsus, dissolvi permisit: non itidem jurejurando corroborata. *C. 25. x. de jurejurand.* Hanc enim jurisjurandi voluit esse vim, ut pacta jurata, quotiens sine dispendio salutis æternæ servari possent, servari debeant. At vero eodem loco idem Innocentius tertius dicit, repudiare posse sponsam sponsum, etiamsi jurejurando interposito sponderit nuptias, si post sponsonem, illa contra regulam desponsationis veniens, furtim zonam sibi solvi ab alio passa fuerit: *d. C. 25.* Verum, nonne & ea contra legem fidei & candoris peccat, quæ devirginata castitatem præ se ferens, nisi integram volentem sponsum errare patitur? Dicit Pontifex in jurejurando, qua te astringis non deserturum uxorem tuam, hanc esse conditionem, si illa in legem conjugii non peccet: at vero, nonne in sponsonem matrimonii tacita hæc est conditio, si virgo sis? Ita certe ex omnium interpretum sententia. Quidni ergo vitiatam repudiare possim etiamsi jurejurando ei nuptias promiserim? Jusjurandum arctius non obligat cum vi contractus teneor; & accedit obligationi, non obligationem efficit. Itaque periurus non est, qui non præstat, quod verbis promisit, cum ei non præstatur, quod stipulatus fuit: nec violator est fidei, qui fingenti id quod non est, erroneam non servat fidem. Recte Paulus ait, qui juratus promisit judicio fisci, non videtur pejerasse, si ex concessa causa hoc deferuit *l. final. D. qui satisfdar. cog. l. ult. D. ad Municipal.* at an non ille probatam causam habet renun-

ciandi sponsioni, qui non vult stupratam ab alio ducere, cum lenocinii accusetur, & fatuus, injustusque dicatur, qui adulteram in domo retinet uxorem? l. 2. §. 2. 6. l. 29. D. ad l. Jul. de adulter. C. 1. caus. 32. q. 1. at turpius ejicitur, quam non admittitur hospes. Josepho certe homini pio ac justo, nec impium, nec injustum visum fuisset, Mariam prægnantem dimittere, nisi de castitate sacratissimæ virginis edoctus fuisset. Pontificibus forte solis crimen erit, propter antecedentem scortationem, non ducere, quam jurato quis ducere promisit, cum negligat remissionem peccatorum demereri: nam inquit Clemens tertius; *Inter opera charitatis non minimum est, errantem ab erroris sui semita revocare: ideoque statuimus, ut omnibus, qui publicas mulieres de lupanari extraxerint, & duxerint in uxores: quod agunt, in remissionem proficiat peccatorum* C. 20. x. de sponsal. Nobis certe ob contractas cum impudica, stuprata, meretrice, nuptias, non remittuntur peccata, nec sumus creduli Papæ. Itaque dicimus hic in vitio cubare jus canonicum, & erranti sponso, ob præcedentem fornicationem, etiamsi jurato nuptias promiserit, subveniendum esse putamus: imo nec aliud statuendum arbitramur, etiamsi etiam asserenti interposito consensu, coram nuptiis Præfectis, confirmaverit jurata sua sponsalia sponsus, dummodo non ante sciverit devirginatam esse puellam l. 5. C. de sponsal. Etenim concordia non multum accusari potest, quod ante id tempus in castitatem sponsæ non melius inquisiverit, cum clam, furtim & in occulto semper, stuprum committatur, ut ejus probatio non tantum, sed & ejus disquisitio difficillima sit, nisi utrum gerat stuprata, & impudicitiam matris infans prodat, quamvis & hæc quoque oculere possit astutia mulierum, usque ad partus tempus. <sup>23</sup>

Hoc loco propter affinitatem prioris, libet hisce interponere & hanc quæstionem; utrum marito à se dimittere liceat uxorem ante nuptias vitiatam, & pro virgine atque intemerata ductam: Non quærimus, an maritus distrahere <sup>24</sup> matrimonium possit, quia queritur, thorum genialem, ex prima consuetudine, non ostendisse interfectæ virginitates notas: infirmum enim hoc est prostituta castitatis argumentum, nisi gravioribus indiciis juvetur, cum sæpius hæc incorrupti pudoris notas, integris etiam & intactis puellis, grandior provectiorque ætas neget: & certe si quis ductæ uxoris suæ intemeratam pudicitiam duntaxat æstimare vellet, ex signis interfecti hymenis, quam misere illi ludos facere posset astutia mulierum; si enim tempus destinaverit, sponsa festivitati nuptiarum, quo ejus menstrua vel incipiunt, vel manare fere desinunt, acta & transacta res erit, devirginata, depudicata habebitur in thoro geniali nova nupta, cujus tamen ante interfecta furtim virginitas ab alio fuit. Taceo nequitias, quibus. ut primo congressu virgines videantur, utuntur vitiatae, in illis regionibus, quæ hæc illibati pudoris signa requirunt, de quibus Ambrosius Pareus. libr. 24. de generat. cap. 40. & Leo Africanus. <sup>25</sup> Apud Aristænetum vitiatae verenti, pro integra tradi viro, respondet nutrix: *Noli vereri filia; tum ego te docebo, qui mulier ante nuptias, adhuc sponso te probes virginem.* <sup>3</sup> Non me fugit, quid de hac rea Deo constitutum fuerit. Deuter. 22. Sed & scio esse, qui credunt hanc de

<sup>2</sup> Vid. Bez. de divor. & repud. pag. (mibi) 101. Kitzel. cap. 4. Theor. 19. Synop. matrimon. Christ. differt. 2. q. 8. de caus. matrimon. Christ. vol. 3. decis. 124. n. 4. Zepper. libr. 4. cap. 20. de leg. Mosaic. Annon. Wallæ: in epist. & consule. pag. (mibi) 484. Arnif. cap. 3. sect. 3. n. 9. de jur. communior.  
<sup>3</sup> Iohann. Leo libr. 3. Histor. African. cap. 34. & Bayrius tract. de mend. human. corp. morb. libr. 5. c. ult. <sup>3</sup> Epistol. 6. libr. 1.

de pudicitia divinam legem, moribus gentis Israël, quæ solebat accelerare nuptias juvenicularum, accommodatam fuisse: vel Deum etiam grandioribus natu, ut præmium custoditæ castitatis, miraculose satis, illæsi pudoris hæc signa concessisse: vel, ne sine necessitate multiplicemus miracula, ab hac lege Mosis eximias & liberas fuisse, quibus morbo, ætate provectiori, aliave ex causa turbatus crederetur virginittatis hymen. <sup>1</sup> Deinde & Seldenus refert, <sup>2</sup> Rabbinos velle, non pertinere hanc legem ad virgines annis duodecim ac die unico minores, nec quoque ad majores annis duodecim præter sex menses, quas plenæ pubertatis puellas appellant: ut & non ad oriundas ex tali familia, cujus sexui sequiori, tam menstruus, quam virgineus sanguis omnino deesse solet. Imo si quacunque ex causa sindonem non adeo sanguine tinctam referrent Neogami, ut liquidum satis esset indicium, virginem fuisse in lectum nuptialem inductam sponsam, Judicis fuisse dicunt, de adempta virginittate judicare: quem in Divina Republica, divino præditum spiritu, non errasse, credendum est.

Hæ & aliæ, quæ solent adferri exceptiones ac restrictiones legis Moisaicæ, facile admittuntur ab iis, qui existimant Mosem, virginittatis indicium ex sanguine rupti hymenis probasse: Et fateor ego, verba ea quibus hæc lex describitur, difficile aliam interpretationem pati. Deinde & mihi hæc sententia (quæ & Paulo Fagio, viro in ritibus Judæorum expertissimo, probatur) confirmari videtur ex eo, quod idem Fagius ex Mose Nachmanno, Seldenus ex Gemara Babylonia referunt, morem antiquitus obtinuisse in Judæa; non in Galilæa; ut bini sponsis attribuerentur Paranympbi; alter sponso, alter sponsæ: quorum officium erat, tempore deductionis in thalamum, conjugibus officia præstare: eorum, antequam coirent, cubiculum & Nuptialem lectum explorare, & (ne quid insidiarum, in judicio virginittatis explorando, alter alteri imponeret) totam noctem, in eadem domo, imo ut vult Gemara Babylonia, in eodem cubiculo pernoctare, animique hilaritate excubias, ceu custodes Regis ac Reginae agere: egredientibus sponso & sponsa, protinus irrumpere, vel, cum in ipso cubiculo mansissent, re peracta, explorare demum omnia, & agnita ab ipsis priora lintea, in quibus se oblectaverant Neogami, accipere & tradere matri, atque virginittatem ea nocte puellæ ereptam, cæteris consanguineis referre. <sup>3</sup> Verum Lyranus sentit <sup>4</sup>, nimis turpe videri, ut pannus sordibus muliebribus ex primo viri congressu infectus expandetur coram judicibus. Deinde conciliari non posse, qua fronte, & ratione, ausus fuisset maritus accusare uxorem, interfectæ ante nuptias virginittatis, qui nescire non poterat, esse penes mulieris parentes, sindonem sanguine tinctam, rupti ab eo hymenis testem, eamque ab illis custodiri signo autentico consignatam. Ideoque vult ille, amplectendam esse illorum Ebræorum sententiam, (quam receptiorem dicit Seldenus <sup>5</sup>) qui contendunt, Parabolica seu Metaphorica locutione, hoc loco, uti Mosem, & verba illa expandent-  
que vestimentum, explicanda esse hoc modo, parentes per verba testium declarabunt, demon-

<sup>1</sup> Selden.  
libr. 3. cap. 1.  
<sup>2</sup> Or. 2. de Vxor.  
Ebræ. Alber.  
Gentil. libr.  
7. cap. 9. de  
nuptiis.  
<sup>3</sup> D. l.

<sup>4</sup> Paul. Fag.  
ad Paraphras. Chald.  
Deuter. 22.

<sup>5</sup> Ad Deuter.  
22.

<sup>6</sup> Libr. 3.  
cap. 1. Vxor.  
Ebræa.

<sup>2</sup> Orig. libr. Josephus, neque Philo de hac re verba facientes, aliquid de sindone in testimonium afferenda memorent. dicatque tantummodo prior auctor actionem intendat (maritus) & acuset iis, quæ habet, signis, seu judiciis usq. Verum quicquid de jure divino, circa hoc negotium observatum fuerit: certum est mores nostros non admittere argumentum ademptæ furtim virginitatis, desumptum ex eo, quod lectus genialis ex conjugum primo prælio, sanguine rupti hymenis tinctus non reperiatur, cum sciamus multa in causa esse posse, ne sequatur iste sanguis: interque rei Anatomicæ peritos satis constare, in virginum sectionibus, pelliculam ejusmodi, quam hymena vocant, & primo coitu rumpi, hinc sanguinem fluere dicunt, nullam inveniri: Imo ut Tertullianus ait, *Virginem quandoque ab ætate esse desinere, non à viro corruptam.* <sup>3</sup>

<sup>3</sup> De vir. Sed quæ ad alia excurrit, jam jam ad institutum revocetur oratio. Non 27  
quærimus, an distrahi possit quod solenni ritu contractum est matrimonium, cum queritur maritus, fama vulgi, & rumore vicinæ, traduci pudicitiam ductæ uxoris. Imo etiam si quoque illa fateatur, sibi ante nuptias ab alio stuprum fuisse illatum. Recte in simili Cælestinus ejus nominis tertius Pontifex ait: *rumor viciniæ non adeo judicandus est validus*, quod nisi rationabiles & fide dignæ probationes accedant, possit bene contractum *matrimonium irritari*: id est, si latinius loqui velis, *irritum reddi*. C. 5. x. de eo qui cognov. consang. uxor. Possent enim colludere conjuges, & fateri commissam libidinem, hac spe, ut hoc prætexu, infelix & discors conjugium dissolvatur. Ita ut hoc casu, tum conscientia ipsorum conjugum tutius, tum publicæ utilitati, ne ex distracto matrimonio scandalum oboriatur ecclesiæ, melius sit, ut ob penuriam probationum, viri periculo, non virgo, virgo fingatur, atque credatur, quam ut distrahatur conjugium. Itaque si præter hæc nulla alia ostendantur ereptæ pudicitia ante nuptias argumenta, ne quidem disputandum puto, an turbari debeat coalitum matrimonium? ne sæpius innocentibus mulieribus, à levibus, & expleta libidine satiatis viris, ficto ejusmodi crimine, vel propter levissimam suspicionem, famæ & honoris periculum creetur. Denique non quærimus, an distrahi possit matrimonium, si devirginatam mulierem, ante nuptias sciverit maritus: nec etiam si postquam cognoverit sibi ludos factos, maritali amplexu se oblectaverit cum uxore sua: priori enim casu sero accusat mores, quos uxorem ducendo probavit. l. 13. §. ult. D. ad l. Jul. de adulter. ac injuste queritur, qui scivit alium fraudare, & consensit, l. 145. D. de regul. jur. cum sua culpa damnum sentiat. l. 203. D. de regul. jur. C. 86. x. de regul. jur. in 6. Posteriori casu remisisse uxori flagitium, & voluisse abolitam hanc injuriam sua dissimulatione, æstimabitur; nec ratio est, cur dimitti magis devirginata pro virgine ducta, quam adultera posset, quæ viro suo scienti adulterium, postea consuevit? major sceleritas est, constante matrimonio, à muliere commissum adulterium, quam ante nuptias scortatio; & majori

majori contumelia afficitur maritus, ex libidine ductæ uxoris, quam ex commissâ ante sponsonem lascivia sponsæ: Deinde sciens vitium, vel se commissit ductæ jam uxori, libidinis causa, vel maritali affectione? si prius, indignus est, ut distrahatur matrimonium, cum libido ejus in causa sit, ut mulierem eodem modo quo acceperat, restituere parentibus non possit: si posterius, cum jam hoc ipso remiserit uxori crimen, cur improbet ejus mores, quos jam probavit? *l. 47. D. solut. matrim.* & cur non videri debet potius, conjugis & matrimonii pertæsus, intentare divortium, quam stimulus odio amissi pudoris, & affectæ sibi contumeliæ?

Quærimus ergo, an resolvi possit in solubile alias matrimonii vinculum, cum probationes luce meridiana clariores testentur depudicatam pro virgine traditam, quam cognito vitio intactam prorsus reliquit maritus? Certe si quis recte perpenderit, & ad rigidam juris trutinam revocaverit vim argumentorum, quæ tum pro affirmante, tum pro negante sententia, à clari nominis jurisconsultis Carpoz ovio, Forstero, Wesenbecio aliisque proferuntur, nisi sibi vim facere velit, fatebitur ex ratione subtilius disputandi, distrahendum esse ejusmodi matrimonium, quod errore mariti, dolo ac fraude uxoris coitum est. Quamvis enim consensisse in mulierem videatur maritus, qui in qualitate, non in corpore erravit. *l. 10. l. 14. D. de contrah. empt.* nec Ulpiano teste, emptio venditio nulla sit, cum mulier pro virgine veneat, quia in sexu non erratur *l. 11. §. 1. D. eod.* actio tamen hoc casu datur emptori ex empto ad resolvendam emptionem, ut pretio restituto mulier reddatur, cum sciens eum errare venditor passus sit. *l. 11. §. 5. D. de action. empt.* & quotiens in materia, quæ ad substantiam rei pertinet, erratur, nulla est emptio venditio. *l. 9. §. 1. D. de contrah. empt.* at dolo malo sciens vitium, errare sponsum passa fuit pro virgine ducta vitata; & essentialis quædam qualitas in puella virginitas est. Deinde simplicis qualitatis error, cum in corpore consentiamus, nullam quidem, nec ut resolvatur, efficit emptionem, at & id quidem præcipue si emptorem errare sciverit venditor, tenetur is emptori, quanti interest non esse deceptum *l. 1. junct. l. 21. §. 2. D. de action. empt.* Verum cum corpus liberum, & gratissima virginum virginitas, quæ sola apud maritum ex rebus dotalibus semper remanet, & reddi nequit, æstimari nequeant, quid aliud restat, quam ut restituta dote mulier parentibus reddatur, & resolvatur matrimonium. Quippe hoc meretur fraus & dolus mulieris, quæ adeo perfricuit frontem, ut eumentis pudicitis coemptorem quærere ausa fuit: quæ libidinis suæ secura, nuptias, castitatis certissimum confugium, appetere sustinuit: quæ innoxium maritum, & hujus contumeliæ ignarum, populi ludibrio & omnium irrisui, exponere verita non fuit: contra rationem quoque est, ut posset mulier, legitimo matrimonio, cum contumelia innoxii mariti, abstergere infamiam notam, quam libidine sua commeruit; cum delicta suos duntaxat tenere debeant auctores: taceo inquieti matrimonii incommoda, quæ maritum ex hoc uxoris flagitio manent.

Y

Verum



Verum licet hæc ita urgeri possint, vicit tamen subtilitatem disputandi juris pontificii auctoritas: strictum jus, conjugal, quæ à Christiano exigitur pietas: vindicandam privato contumeliam publica utilitas. Voluit cum Gratiano Innocentius tertius, non esse dimittendam uxorem, propter libidinem ante nuptias commissam C. 1. *caus.* 29. q. 1. C. 25. x. *de jurejurand.* Quorum sententiam, non unam, nec ineruditam rationem confirmare Wesenbecius ait: exigit Christiana pietas, ut errorem hunc uxori remittat maritus, tum quia eam post concubitum, talem ut acceperat, reddere parentibus nequit; tum ne negando uxori justum matrimonii usum, occasio sit, ut ejecta & eo notata magis, ad priorem labatur libidinem, cum continentia donum non habeat; tum ut propter infantem misereatur matris ex se forsan gravidæ, ne quoque hujus nativitas dubia dicatur. Christianum etiam est, cum sciamus à Deo conjugia ordinari, patienter ferre qualescunque eventus, quos nobis hac in re divina providentia immittit: præcipue cum & hic sibi imputare possit maritus, quod ante nuptias in pudicitiam sponsæ non melius inquisiverit. Nec quoque metuendum adeo propterea est, inquietum futurum matrimonium, quin & concors sperari possit, modo adsit marito prudentia, ut tegat vitium: misericordia, ut remittat culpam: humanitas, ut nunquam exprobet uxori errorem. Publica utilitas exigit, ne occulta vitia denudentur, & quæta discutiantur matrimonia. l. 26. D. ad l. *Jul. de adulter.* ne Tanaquil aliqua, aut Xanthippe, incitato marito, quasi non satis pudice ante matrimonium vixisset uxor, plurimos motus ciere possit; cum alioquin & facile invenirentur, qui cupientes bene concordatum turbare matrimonium, ad hoc confugerent, ut dicerent, mulierem ante contractas nuptias, stuprum fuisse passam. l. 11. §. 11. l. 26. D. ad l. *Jul. de adult.* Melius quoque est, ut unus & alter mustrare revera commissum vitium cogatur, quam ut mille alii, quos jam expleta libidine, non tam uxorum, quam conjugii tædet, eo jure abutentes, matrimonia rite perfecta, malis exemplis, & cum suggillatione uxorum famæ, sæpe retractare conarentur. Hoc suadet rei gravitas, hoc conjugum favor, hoc publicum bonum, hoc jure utimur. Vt maxime unicuique invigilandum sit, caute admodum negotiari, cum hujusmodi merces comparantur, quarum vitia plerumque nisi postquam comparatæ sunt, cognoscuntur. Attamen mirari hic licet summam Christianarum legum lenitatem, quæ non tantum ex divinæ legis severitate, ante parentum ædes, lapidibus obruendam nolunt stupratam pro virgine ductam, verum etiam distrabi non sinunt coitum, cum summa mariti contumelia, vitiata matrimonium.

Egimus hætenus de vitiata pro virgine ducta, cum qua ad ultimam amoris 27. lineam pervenit maritus: jam videamus quid statui oporteat, cum ipso nuptiali die, post publicam tamen matrimonii celebrationem, sed ante coitum cum sponso, devirginata reperiatur nova nupta, perspicuis signis? sive in thoro nuptiali ex tumore uteri animadvertat maritus, sponsam prægnantem esse, sive ex quibusdam notis colligat, eam peperisse, seque protinus propriat ab ejus amplexi-

amplexibus: etenim necessario quæ peperit, cum viro concubuit, atque repletus uterus, & navis plena, admissi stupri signum certum est. Inter hanc certe, & prioris quæstionis speciem, magna differentia est. Etsi laudarem ejus viri prudentiam atque pietatem, qui miffitando vitium, quod forsan solus, cum stupratore, vel eo mortuo, cum uxore novit, remittit culpam, nec vult, amoris lenociniis sub spe certa matrimonii, seductam forte, & natura castam, distracto matrimonio, ignominia exponere. Attamen si deceptus æstimaverit, miffitando non esse sibi ferendam injuriam, placeret mihi Patricii sententia, quæ in Basilicis legitur, & quam ex Constantino Harmenopulo ita in latinum convertit fermonem Cujacius: *egit quis statim ac invenit uxorem suam corruptam die solenni nuptiarum, & eam expulsi: illa vero negat. Romanus ita decrevit. Si ipsa nuptiarum nocte, statim lecto exierit vir, & testatus sit domesticis atque cognatis mulieris, devirginatam esse eam, rem aliter judicari. Sed si die nuptiarum hoc non fecerit, nec quicquid dixerit de vitio, sed obmutuerit, non esse ei jus expellendi eam. Quod si die nuptiarum manifestum fecerit, vitatam esse eam, solvi matrimonium debere, adulteris muliere haudquaquam condemnata, quia ante nuptias peccavit.* Tum enim queri nil potest mulier, cui delusus maritus accommodare contumeliosam, ut putat, humanitatem recusat, cum non depreiata, sed intacta ab eo, parentibus suis restitatur, & sui ipsius culpa sit, si quid ignominia ex distracto sentiat matrimonio. Idque æquius est, quam ut ob fraudem & flagitium mulieris omnium irrisui exponatur innocentia mariti; atque ille forte, & ante tempus, & alieni fœtus pater fiat. Sed tandem revertamur ad institutum, & de nuptiarum sponsionibus, non de contractis nuptiis agamus.

29 Si quis contractis, tum privatis, tum publicis sponsalibus, in scius pulsæ ab alio pudicitia, rem habuerit cum sponsa sponsus; culpandus quidem est, quod ante nuptiarum festivitatem, ad intempestivum convolaverit coitum, & persuadendus, si fieri possit, ut hanc culpam remittat sponsæ, eamque sibi reconciliari patiatur; attamen comperto stupro, si velit à sponsalibus, virginis, non devirginatæ datis resilire, restitui debet. Nec queri potest puella; rem post coitum integram non esse, seque depreciam repudiari; quippe non abstulit sponsus virginitatem, quæ altera virginis dos est, sed prætentam & promissam non invenit delusus. Oblectavit se cum sponsa sponsus, verum est, sed ut cum virgine: consensit in coitum, sed ut cum intacta, ut eo ipso error purgatus dici nequeat. Imo iterata sponsæ luxuria, dolus ac fraus simulatæ virginittis, quid aliud merentur, quam alienatum sponsi animum, & sponsæ ignominiam? & si firmiori vinculo, hoc casu sponsos ligaret coitus, omni ope niterentur præflorata, idque iis facile esset, constitutis sponsalibus in intempestivos amplexus pellicere sponsos suos. <sup>3</sup>

30 Aliud est, si quis compressam ab alio sibi sciens desponsat, vel post sponsionem ducat. Is enim nec errorem allegare l. 1. in fin. D. action. empt. l. 43. §. 1. D. de contrah. empt. nec damnum, nec injuriam sibi inferri, queri potest. cum hæc omnia sua culpa sentiat. l. 203. D. de regul. jur. C. 86. x. de regul. de sponsal.

<sup>2</sup> Cicer. libr. 1. de invent.

<sup>2</sup> Epitom. libr. 4. Tit. 12. §. 10.

<sup>3</sup> Carpxov. libr. 2. Tit. 10. de fin. 187. & 198. Jurispr. confist. Less. de justis. & jur. libr. 2. cap. 10. dub. 3. n. 29. Sanch. libr. 1. disput. 10. n. 12. de matrimon. <sup>4</sup> Cypræ. cap. 13. §. 55.

libr. 1. de jur. comm. Bech. stad. cap. 2. n. 28. part. 1. de sponsal. jur.

*jur. in 6.* & dolus & fraus à parte præflorata puellæ abest, cum nemo dicatur fraudare eum, qui scit & consentit. *l. 145. D. de reg. jur.* ut injustum esset, quem consilium mutare posse, expleta libidine, cum alterius incommodo, & reprobare mores mulieris, quos, ductando eam, probavit *l. 47. D. solut. matrim. l. 13. §. ult. D. ad leg. Jul. de Adulter.* Itaque hic sponsus, si apud alios & graves viros male audiat, & irrideatur, intempestivi amoris sui patienter ferens pœnam, applicet sibi in solatium illud pontificum dogma: *ducens ex lupanari publicam meretricem, meretur remissionem peccatorum. C. 20. x. de sponsal.* Idem putat Cypræus dicendum in eo, qui sponsus, sciens stuprum sponsæ mussitat, atque se nihilominus pro sponso gerit, quasi per errorem contracta priora sponsalia tacito consensu, hoc modo probaret. <sup>1</sup> Verum hanc sententiam veram existimo, cum post stupri notitiam, verbis vel signis aperte indicaverit sponsus, durare suum in sponsam animum, & in sponsalia constituta consensum. Stultis enim succuri non solet, sed errantibus. *l. 9. §. 5. D. de jur. & facti ignor.* Alias autem contrarium dicendum censeo, quotiens quis simulate se sponsum gerens, ne consilium suum inolescat sponsæ, probationes interim quærat, ut stuprum probet.

<sup>1</sup> Cap. 13.  
§. 44. libr. 1.  
de jur. con-  
nubior.

<sup>2</sup> Cap. 7.  
§. 11. n. 2. 3.  
libr. 1. de jur.  
conub.

Putant aliqui, inter quos Cypræus clari nominis jurisconsultus est, si spon- <sup>32</sup>  
sa ex vulgi suspitione, & populi rumore parum honestæ famæ esse cœperit, id, satis esse ignaro antea hujus famæ sponso, ut possit sponsam recusare. <sup>2</sup> Tum quod populi rumor aliquid veri semper secum trahat; tum quod æque vulgi sibilo traducatur, cui periit inquinatæ pudicitæ existimatio, quam ipse pudor, juxta illud Poëtæ.

*Parum distare videtur*

*Suspensus, vereque reus.*

Tum quod quæ male audit fœmina, marito dum dedecori est, sùt dividiàm inferat, odium ac tædium; cum, ut vitæ solatium sit, contrahatur matrimonium: ut voluerit Cæsar, non tantum crimine, sed & criminis suspitione cedere uxorem. Verum hæ rationes, quamquam aliquod pondus videantur habere, tanti tamen non sunt momenti, ut cum injuria & ignominia sponsæ, sponsum incertam tantum querentem famam audiendum censeam: quippe multum inter se distant vulgi rumor, & rei veritas; leve vulgus & levis ejus suspicio est, ut vix fidem mereatur. Imo audivimus sæpe, procos repulsam passos, ex invidia & amoris impatientia, vel vindictæ cupiditate, non bellam de virginibus sparsisse famam, cum interim illæ castissimæ essent, & ne lasciviori quidem colloquio inquinatæ. Et certe, ut noster est mos ambiendi puellas, sat temporis ante constituta sponsalia sponsus habuit in nomen & famam virginis inquirendi, ut potius neglexisse, quam nescivisse popularem rumorem, ac jam magis ex animi inconstantia, quam ob vulgi suspicionem amorem mutare velle, censi debeat. Nec tamen mihi probanda videtur Carpzovii sententia affirmantis, <sup>3</sup> non esse concedendum sponso, differre nuptias, donec lis de stupro, contra insimulantem, à sponsa intentata, decidatur:

<sup>3</sup> Libr. 2. Tit.  
14. definit.  
234. Jurispr.  
et. 1. 1. 1.

tur. Nam tum sponsus non levi vulgi suspicione movetur, sed justam hæsitandi rationem habet, cum quis se ad probandam lasciviam accingit. Nec adversatur nobis, quod quilibet præsumatur bonus, usque dum malus probetur, quod virgines habeantur castæ donec impudicæ probentur: quodque præsum-<sup>1</sup> tionis bonæ potius, quam detractationi injustæ acquiescendum sit. Nam sit <sup>Panormit. in C. l. x. de adulter.</sup> apud sponsum in honore sponsa, credatur virgo, præsumatur casta, revocet & ille ad animum injuriam sponsæ hac famigatione factam; at cum contractum conjugium, propter interfectam furtim ante nuptas virginitatem, retractari nequeat, non cogatur nuptias consummare, quamdiu de sponsæ pudicitia coram judice disceptatur.

- 34 Recte distinximus stuprum violentum à voluntario. Voluntarium impudicam committentis animam arguit, & corpori sanctitatem aufert: at quod in oppressa carne exercetur, etsi eo expleatur libido aliena, ob perseverantiam tamen continentia propriæ, pudica mens, & corporis sanctitas servatur. C. 3. c. 4. *caus.* 32. q. 5. Leges scædissimam earum mulierum nequitiam ulciscuntur, quæ pudorem suum alienis libidinibus prosternunt; earum vero, quæ irreprehensa voluntate, per vim stupro compressæ sunt, casum dolent. l. 20. C. ad leg. *Jul. de adulter.* quippe animus peccat, non corpus, & ubi consilium abest, culpa abest: nec commisit stuprum, quæ non consensit stupro. Recte apud Ovidium Neptuni stuprum, quod vi oppressa passa fuerat Helena excusat.

*An quia vim nobis Neptunius attulit Heros,*

*Rapta semel, videor bis quoque digna rapi?*

*Crimen erat nostrum, si delinita fuisset:*

*Cum sim rapta, meum quid nisi nolle fuit?*

Quid tum? obligatusne erit ex sponsione sua sponsus ducere vi subactam, quam virginem sibi spondit? non puto: licet enim infamis non sit, quæ vim passa fuit, nec mentem impudicam violentus concubitus arguat, ut eo nomine recusari nequeat, à dolo tamen excusari non potest, quæ, vi licet, devirginata, pro virgine se ignoranti sponso obtrusit. Ulpianus ait, ex empto venditorem teneri, si improbato more, in celanda servitute, quam scit, versatus fuerit. l. 1. §. 1. D. de *action. empt.* Debit enim contracti vitii admonuisse juvenem, quem sciebat circa virginitatem errare. Hoc exigit à puella, bona fides, quæ maxime in spondendis nuptiis exuberare debet. Verum quidem est, nullam esse culpam mulieris, quod vi subacta virginitatem amisit, ideoque eam nulli pœnæ obnoxiam esse, nec infamia notari: attamen ejus formæ, & corporis apud graves viros minor æstimatio est, ut damnum sentire errans sponsus, sine sua culpa non debeat.<sup>2</sup>

- 35 Quid vero, si quis viduam pro virgine errans sibi desponsaverit? censeo teneri spondentem, cum legitimæ nuptiæ nihil turpe in se contineant, nec decus corporis amiserit, quæ justî mariti uxor fuit. Licet infamis non sit vim passa, ex violento tamen coitu, à parte stupratoris infamia oritur, quæ quodam-

<sup>2</sup> *Cypr. libr.*

1. cap. 13.

§. 48. de *jur. comm.*

dammodo ipsum puellæ corpus comitatur, minusque desideratum reddit: at in legitimi matrimonii usu nihil est, quod reprehendi potest. Status puellaris, sterilis virginitas est; fertilis, matrimonium; & fructifera virgo, iusta & casta uxor est, ut virginem suo modo habeat, quæ viduam ducit. Deinde violentum stuprum, cum clam committatur, & sine arbitris, oculi potest, & stuprata efficere, ne omnibus innotescat, ut excusari error sponsi possit; at matrimonium palam, in facie ecclesiæ contrahitur, ut supina ejus negligentia, & affectata quoque ignorantia excusari nequeat, qui viduæ, tanquam virgini, nuptias spondit.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Perez. in  
Cod. Tit. de  
Sponsal. n. 6.

Haecenus de sponsa, quæ stuprum passa, virginem se esse simulavit: Hoc 36  
unicum adhuc quæri potest, an idem jus sit sponsæ erranti circa pudicitiam  
sponsi, quod esse diximus sponso, qui circa virginitatem sponsæ erravit? In  
qua quæstione non eadem omnium sententia est. Negantium partes susti-  
nent Cyprius,<sup>2</sup> Sanches,<sup>3</sup> Basilius Pontius,<sup>4</sup> Christenius: Affirmantium, Carp-  
zovius,<sup>5</sup> & Havemannus;<sup>6</sup> qui tamen prioribus accedere videtur, cum dicat,  
nimium durum esse, si hoc jus concedatur sponsæ, cum semel duntaxat cum  
muliere congressus fuit sponso, velitque non propter unum desipientis juven-  
tutis lapsum, sed quia sæpius meretrices duxit, & se plane libidini mancipa-  
vit, hoc stricto jure utendum esse. Sanches enim & Pontius, quamvis sim-  
pliciter negent, erranti sponsæ hac in re succurrendum esse, id tamen conce-  
dunt, si mores ejus admodum vitiosi reperiantur, & ille libidinosus sæpius  
lupanaria frequentaverit, vel meretriciam vitam cum quadam muliere du-  
xerit. Negantium rationes in diversa mulierum, & virorum conditione positæ  
sunt. Florem virginitatis, scæminarum, non virorum dotem esse dicunt, ideo-  
que in virgine perire omnem formæ quantumvis amabilis gratiam, in qua vel  
semel tantum periit pudor; non ita in viro, cujus nulla corporis gratia, com-  
misso stupro perit. Deinde animadvertunt, majorem verecundiam scæmineo  
sexui, quam virili, indidisse naturam, ut multo magis detestanda sit à virgine  
commissa libido, quam ab adolescente masculino: cum & in scæmina partus  
suppositio, adeoque sobolis incertitudo augeat sceditatem. Denique non  
præsumunt adolescentem, qui juvenili licentia lumbos fregit in muliere im-  
pudica, futurum infidum ductæ uxori, cum tum maritus habebit, qua se ob-  
lectare honeste poterit: at volunt vix sperari posse, ut intermittat luxuriam  
justo matrimonio sociata, quæ extra nuptias pudorem suum prostituit, &  
subacta cervice, libidinosi stupratoris jugum tulit. Tandem allegant, nus-  
quam Deum improbare, vel distrahere matrimonium, quod errans virgo cir-  
ca pudicitiam sponsi, cum eo, qui vel scortatus fuit, vel stuprum commisit,  
contraxit; at autem jussisse, lapidibus obruendam esse puellam, quæ clam vi-  
ciata tanquam virgo nupsisset viro, Deuter. 22. vers. 13. 14. & seqq. & adul-  
terii poena plectendam, quæ alterius sponsa, alteri noctem concessisset.  
Deuter. 22. vers. 23. 24. cum tamen maritus cum innupta concubens scæmi-  
na, ne quidem adulter dicatur, nec lex à Deo scripta fuerit, ut propter cum  
mere-

<sup>2</sup> Lib. 1. cap.

13. §. 57. de

jure Commub.

<sup>3</sup> Lib. 1. disp.

63. n. 9. de sa-

crum matr.

<sup>4</sup> Dissert. 2.

de repudiis,

quæst. 9. de

caus. matrim.

<sup>5</sup> Lib. 2. Tit.

10. definit.

188. Jurispr.

Constit.

<sup>6</sup> Lib. 1. Tit. 4.

post. 10 n. 11.

& lib. 1. Tit.

12. post. 7.

Gamolog.

synops.

meretrice concubitum, liceat uxori à marito divertere. Scilicet, undecunque patet, laxiores verecundiæ habenas maribus, quam fœminis permisisse naturam; ut sponsalia dissolvi non debeant, etiam si ante fidem datam sponsus veneri vagæ deditus fuerit, & sese libidinibus contaminaverit.

Et hæc omnia pro sponso argumenta sunt, speciosa quidem, attamen quæ rem totam pressius perpendentes Carpzovium, aliosque interpretes movere nequeunt, ut sponsæ partes deserant: iisque opponunt primum, illud Ambrosii: *non licet viro, quod mulieri non licet: eadem à viro, qua ab uxore debetur castimonia.* c. 4. *caus.* 32. q. 4. Deinde illud Augustini: *Si ducturi estis uxores, servate vos uxoribus vestris. Quales vultis eas invenire, tales & ipsa inveniant vos. Quis juvenis est, qui non castam velit ducere uxorem? & si accepturus est virginem, quis non intactam desideret? intactam quaris? intactus esto: puram quaris? noli esse impurus. Non enim illa potest, & tu non potes.* C. 2. *caus.* 32. q. 6. Ulpianus ait, periniquum esse, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipse non exhibet. l. 13. §. 5. *D ad leg. Jul. de adulter.* Quapropter Leo & Anthemius statuerunt, sine arrharum dispendio, propter impudicam sponsi conversationem, nuntium à sponsa remitti posse. l. 5. *C. de sponsal.* Nec est, quod fœdior in muliere, quam in viro libido sit, cum & minor æstimeretur, qui juventutis primitias meretrici dedit; Deum offendit scortator; stupri pœna plectitur jure civili, qui honestam virginem corrumpit; atque infamia facti notatur, qui libidine intemperatæ cupiditatis viles & abjectas puellas stuprassè compertus est. l. 25. *C. ad leg. Jul. de adul.* ut errans puella cogi non debeat, libidinoso sponso, quem castum credebat, nubere: præsertim cū insuper justus maneat metus, ne contractis nuptiis consueta rursus frequentet scorta maritus. Nam istud genus hominum, magnum sui desiderium in iis, qui vagæ veneri dediti fuere, relinquere solet. Apud Aristænetum Apollogenes queritur, se sentire duobus mentem percitam amoribus; duxerat uxorem, assuetus meretrici. Et quamvis fœdior in puella, quam adolescente sit libido; gravius tamen vindicandam viri, quam mulieris lasciviam Augustinus dicit, quia ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo regere fœminas. C. 4. *caus.* 32. q. 6. Verum quidem est, invisum heredem, ex stupro viri, non nasci uxori, neque alienam sobolem supponi posse à sponso sponsæ, uti quidem à sponsa, marito. Sed & verum est, multa incommoda stupratorem premere, cum filium nostrum alere debeat, quem prorsus negligere nequit; cumque ex luxuria progeneri liberi, sæpius parentibus suis molesti, & dedecori soleant esse; quæ incommoda, quodque alendi onus, & uxorem premunt, & ad communes conjugum facultates postea perveniunt. Deus quidem expressa lege non jubet, ut rescindatur ex arbitrio uxoris, contractum cum libidinoso matrimonium: attamen nusquam vetat, propterea sponsalia dirimi posse. Omnem scortationem, etiam à viro factam, odit, damnat, ac punit Dominus. Et Ebræorum magistri, quamvis in lege non habeatur, mulieris divortium à viro licitum esse, volunt tamen, castam uxorem, per judicem, libellum repudiij adultero marito extorquere posse. \* Sed ne quis ex di-

\* *Libr. 2.  
epist. xii.*

\* *Buxtorf.  
part. 1. n. 86.  
& seq. de  
sponsal. &  
divor. Ebræi*

VOL-

vortiorum Ebræorum licentia, diversam esse virorum & mulierum circa pudicitiam conditionem amplius arguat, utrique conjugii propter adulterium conjugis, divertendi jus dat novum testamentum, doctore Christo. Tandem jure deterrere à scortatoris sponsi nuptiis puellam potest justus metus, ne aliquid occultioris & contagiosi mali, ex meretricio concubitu contraxerit sponsus, manifestaturum forsan se contracto matrimonio, cum jactura & periculo sanitatis utriusque. Experientia certum est, dirum morbi Gallici venenum, aliquod tempus, imo annum quoque latere posse, antequam se prodatur. Hæc sunt quæ ab utraque parte proferuntur argumenta. si quis à me quærat, quid sentiam? priorem sententiam operam foro navantibus magis probari, posteriorem æquitate & ratione non carere puto. Huc usque de errore.

## CAPUT DECIMUM NONUM

*De sponsalibus dolo malo contractis.*

## SUMMARIA.

- |   |   |
|---|---|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Dolo quid? vi comparatur &amp; errorem complectitur.</li> <li>2. Dolo malus abesse debet à sponsalium contractu.</li> <li>3. Dolo malo agit, qui se patricium, nobilem, ditem fingit, cum plebejus &amp; pauper sit.</li> <li>4. Publica, jurata, &amp; irrita contracta sponsalia, si dolo intervenierit, retractari possunt.</li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>5. Philtris, amatoris poculis, &amp; venesciis, pudicos animos ad libidinem deflectere summum scelus est.</li> <li>6. Si qua pro sponsa ducta, in lecto geniali summittatur incito sponso, &amp; illa &amp; qui eam juvant, severo castigandi sunt.</li> <li>7. Excusatur Lea pro Rachabæ Jacobo clam à patre summissa.</li> </ol> |
|---|---|

**D**olus, mentis calliditas, ad decipiendum alterum adhibita. l. 1. §. 2. D. de dolo malo. vi comparatur, & complectitur errorem. Etenim, qui dolo capitur, errat; & voluntati vim infert, qui fraude persuadet l. 1. §. 3. D. de serv. corrupt. quapropter ait Prætor, *qua dolo malo facta esse dicentur, si de his alia actio non erit, & justa causa esse videbitur, judicium dabo.* l. 1. §. 1. D. de dolo malo. 2. Quod edictum cum in aliis conventionibus obtineat, quam maxime locum habere debet, in sponsalium contractu, cum in eo potissimum exuberare debeat bona fides, sanctissimum humani pectoris bonum. Quæ enim speranda animorum conjunctio, cum sponsalia laquei reperiuntur? nuptiæ cassis, puella præda? cum captat sponsus, sponsa decipitur & plorat? Illa sanctissima matrimonii societas amore & benevolentia coire debet, non arte & dolo. Optime Acontio apud Ovidium rescribit Cydippe:

*At fuerat melius, si te puer iste tenebat  
Quem tu nescio quas, dicis habere faces:  
More bonos solito, spem non corrumpere fraude,  
Exoranda tibi, non capienda fui.*

Raptus

Raptus genus esse, dolo pellicere in matrimonium puellam Erasmus ait. <sup>1</sup> De Chr  
absit itaque à Nuptiarum sponsione, omnis fallacia, calliditas, machinatio ad <sup>stian. conjug.</sup>  
circumveniendum, fallendum, decipiendum parata, nisi quis velit restituta in  
integrum per Prætores parte altera, prædam, quam venabatur, ereptam si-  
bi cum dedecore deplorare. <sup>2</sup> Nam sicuti in amore, & ambiendis puellis, can- <sup>3</sup> Cypræ. cap.  
dide & aperte agere laurum meretur & laudem, ita fallere & candoris obli- <sup>13. §. 58. de</sup>  
visci, ignominiam & pœnam. <sup>jur. conjug.</sup>

- 3 Committitur dolo, cum se nobilem jactat plebejus, aureos montes præ- <sup>Synops. ma-</sup>  
tendit pauper, patriciis ortum se fingit infimæ sortis homo, ut fallat nolentem, <sup>trim. cap. 4.</sup>  
nisi nobili, patricio, diti se jungere; quique calliditate sua, adimit puellæ pote- <sup>Theor. 15.</sup>  
statem in ejus conditione in inquirendi: Quales pessimæ artes insuper ex judi- <sup>Christen. dis-</sup>  
cis arbitrio pœna extraordinaria coërcentur: ne quis sibi licentiam mentien- <sup>sert. 2. q. 10.</sup>  
di in sanctissimo nuptiarum contractu impunitam fore autumat. <sup>3</sup> Nec mu- <sup>de caus. ma-</sup>  
tat, etiam si sponsalia publica sint constituta, juris jurandi religione, vel quo- <sup>trim.</sup>  
que coitu firmata, dummodo fraus doloque intervenerit: etenim concubitus <sup>3</sup> Cypr. d. l.  
extra matrimonium scortatio est, nec vim ullam iniquis sponsalibus addit. Sæ- <sup>§. 36. Covar.</sup>  
pe solent sponsioni concubitū adjungere astutæ puellæ, ut dolo captos majo- <sup>tom. 1. part.</sup>  
ribus intricent pedicis, utque efficiatur, quasi re non amplius integra, diffici- <sup>2. de ma-</sup>  
lior resiliendi potestas. Scribit Cypræus, suo seculo inebriatos juvenes sæpius <sup>trim. cap. 3.</sup>  
collocatos fuisse in eodem cum puellis lecto, ut sponsalia coitu firmarent. <sup>Carpz. lib. 2.</sup>  
4 Quod certe flagitium duplex crimen continet: primum enim Cerere & vino <sup>Tit. 3. de fin.</sup>  
dementatur juvenus; deinde Veneris illecebris illicitur ad iniquam nuptiarum <sup>57. Jurispr.</sup>  
sponsionem. Qualis impudentissimarum mulierum machinatio meretur, ut <sup>confistor.</sup>  
potius illæ gynæceo includantur, quam jungantur matrimonio. Et à morum <sup>4 d. cap. 13.</sup>  
censoribus severe castigandi sunt, si qui, seu parentes, seu necessarii, seu amici <sup>§. 8.</sup>  
5 in hisce dolis struendis puellas juverint.

Execrandarum mulierum, & detestandorum hominum est, pudicos in libi-  
dinem inflectere animos, philtris, poculis amatoriiis, veneficiis, atque hoc <sup>5</sup> Erasmus.  
modo decantatos ad spondendam matrimonium impellere. <sup>de Christiani-</sup>  
5 Hic dolo eo <sup>matri. Have-</sup>  
magis cæteris plectendus est, quia non sine periculo alterius vitæ vel ad mi- <sup>mann. libr. 1.</sup>  
nimum turbatæ mentis struitur. Philtra nocere animis, vimque furoris habe- <sup>Tit. 4. poffil.</sup>  
re, Pater amotum canit, <sup>14. Gamol.</sup>  
6 atque in libris nostris amatorium medicamen- <sup>Gbristen.</sup>  
tum veneni nomine continetur. <sup>l. 3. §. 1. 2. D. ad leg. de Cornel. de fcar. & qui</sup>  
id bibendum dant, etiam si dolo non faciant: tamen quia mali exempli res est, <sup>Cypræ. Kitz.</sup>  
humiliores in metallum, honestiores in insulam, amissa bonorum, parte rele- <sup>d. l.</sup>  
gantur. Quod si eo mulier, aut homo perierit, summo supplicio afficiuntur <sup>6 De arte</sup>  
l. 38. §. 5. D. de panis. Et certe malesana juvenus est, quæ credit herbarum vi- <sup>amand.]</sup>  
ribus & medicamentis effici posse, ut quis turpem, absentem, moribusque in-  
dignum amet, quem odit. Hæc nugis anilibus, hæc amentium somniis  
proxima sunt. Herbarum radices & Circæa gramina, Veneris sunt irritamen-  
ta, & ad libidinem homines proniores reddunt; sed non sunt illices amoris,  
neque amorem conciliant, ubi is non est. affectus hic à voluntate proficisci-



tur, quam nulla gramina cogere possunt. Quod & ex Veteribus sapientiores sensisse, argumento est, quod magicam ei rei potestatem adjunxerint, quasi propria vis amatoriis non inesset, l. 4. C. de Malef. & Mathem. Cujus incantationis criminis quisquis se reum facit, flammis feralibus merito consumitur. Hic enim, *modestia animi sublata, stimulis, furoreque amatorio rationem ad insaniam adigit.* Novell. Leon. 65. Et si aliqua conciliandi amorem inesset herbis vis, malo tamen exemplo adhiberentur, cum libero amoris vis fieri non debeat: non imperatur, sed ingeneratur; non irritatur, sed sensim conciliatur hic affectus: qui petitur matrimonio, flecti debet, non cogi: valent hic preces, benevolentia, palpus, & blanditiæ, maxima apud animos muliebres, amorum Philtra.

<sup>2</sup> Tibull. eleg. 4.

*Blanditis vult esse locum Venus ipsa querelis,  
Supplicibus miseriis flentibus ipsa favet. <sup>1</sup>*

<sup>2</sup> Libr. 4. Man. Commen.

Infamis etiam est voluptas, quæ ex amore, malis artibus inducto, expletur, gravi supplicio expianda. Tradit Nicetas: Manuelem Comnenum, Sclerum Sethum cæcari jussisse, quod virgini cuidam, à qua contemnebatur, à se amata ac attentata, per lenam malum persicum misisset: quo puella in sinu recepto, amore & libidine insaniens, se stuprandam ei præbuerat. scilicet, oculis, quos in amore duces habuerat, orbatus ille fuit, ut qua parte peccaverat, multaretur. At igne perire debuisset, qui nefarium amoris ignem accenderat.

6

Quæri hoc loco solet, quid juris, cum in thoro nuptiali, sponso pro Rachele summittitur Lia? ille mihi cum ratione insanire velle videretur, qui dolo malo submissam virginem, hodie à scortationis crimine excusare vellet: etenim contractum cum Rachele publice matrimonium, non finit esse legitimas cum Lia nuptias: quis hic consensus in eam, quæ incio, dolo malo supponitur? sine quo tamen nullæ conficiuntur nuptiæ. Imo severe hodie vindicandum adulterium erit, si quæ ut ducta uxor, alterius sponso se summittat, vel à patre, avove submitti patiatur; nulla enim, quam simplex puella, hodie ignorare potest, patri id jus non esse, vel dubitare, rescindi posse privata parentis auctoritate, sororis publice confectum matrimonium. Nec exigua coercendi sunt poenâ, qui hujusmodi mulieris machinationem, ope vel consilio, juvarunt. Po-  
tuit & Jacob optimo jure, Liam, nec verbis, nec re, sibi desponsatam repudiassse uxorem: nec ejus cum ea coaluit matrimonium, nisi ex novo utriusque consensu. C. 1. caus. 29. q. 1. Excusatur tamen Lia à peccato, quia uti errans eam Jacobus, ita illa Jacobum affectu uxorio complexa fuit, credens patri, vel sibi quoque pactas nuptias, vel lege primogenituræ, vel imperio paterno, se jure, loco sororis, viro submitti. <sup>3</sup> Et dicit Magister sententiarum, peccatum non fuisse commissum, quia Dei consilio in mysterio ita actum est. <sup>4</sup>

7

<sup>3</sup> Thom. in suppl. q. 51. art. 1. Summ. Theol. Bez. de divort. & repud. Cypr. cap. 13. §. 33. de jur. Conn. Vinn. ad Inst. Tit. de Nupt. pr. n. 3. <sup>4</sup> Libr. 4. dist. 30.

## CAPUT VIGESIMUM

*Quibus verbis contrahantur sponsalia.*

## SUMMARI A.

1. Ad sponsalia constituenda nudus contrahentium consensus sufficit.
2. Septuplici forma, quandoque sponsalia constituere Romani.
3. Unus offerre & alter oblatas acceptare nuptias debet, ut constituatur sponsalia.
4. Acceptatio, & repromissio sponsalium, confestim cum offeruntur, fieri debent.
5. Quodnam hoc in negotio, cum de sponsalium acceptatione agitur, dicitur longum tempus?
6. Qui sponsalia postulat, quoque promittere: qui acceptat, repromittere censetur.
7. L. ult. D. de sponsal. explicatur.
8. Quantum ad pudorem, non quantum ad vim sponsalium, interest, an ea sponsus, an sponsa offerat prior.
9. Quomodo per epistolam, nuntium, inter nuntium, proxenetam, interpretem, & procuratorem contrahantur sponsalia? & quomodo hi inter se differant?
10. Epistola confestim rescribere debet puella, si obligatum sibi mittentem velit.
11. Per procuratorem sponsalia, non nuptiae, jure Romano contrahi possunt.
12. Sponsalia inter presentes, & verbis & si.
13. gnis contrahi possunt: verbis, ab iis qui fari sciunt: signis, à mutis & surdis.
13. Laudatur virgo, quae rubore perfusa, vultu annuit parentibus, de ejus nuptiis agentibus.
14. Non sunt captanda signa, ut praeter mentem proferentium, sponsalia inferant.
15. Nihil refert, quibus verbis, & quomodo prolatis, ut fuerint contrahentes, dummodo de mente illorum constiterit.
16. Dubia verba contra eum explicanda sunt, qui iis dolo malo usus est, ut captaret alterius simplicitatem.
17. Traduntur & explicantur varia orationes promittendi nuptias.
18. Formula juris canonici in spondendis nuptiis usitata, & interpretum, quae ei congruit, rejicitur.
19. Si serius desit contrahentium animus, solo verborum sono non contrahuntur sponsalia.
20. Non est imponendum iurjurandum ei, quem constat ironico locutum esse, vel joco sponsalia constituisse.
21. Qui coisum sponsioni adjecit, vix creditur joco nuptias promississe.

<sup>1</sup> Sæpius jam diximus in constituendis sponsalibus contrahentium consensum exigere: methodus operis postulat, ut hoc loco explicemus, quomodo, & quibus verbis is interponi debeat. Dixit Ulpianus, nudum consensum ad constituenda sponsalia sufficere l. 4. D. de sponsal. & significanter, hoc signato verbo sufficit usus fuit; voluit enim indigitare, nihil deesse, nihil superfluum esse in sponsalibus, quibus adest contrahentium consensus: qui solus ita sufficit sponsioni, ut sit ejus anima, & vita; & tam necessario requiritur, ut si non interveniat, nulla sit sponsio. Nudum consensum sufficere ait Jurisconsultus, & id nudis verbum non sine emphasi adhibet; vult enim significare, posse quidem sponsalia certis ritibus perfici; at non minus firma esse, etiam si absque omni solennitate, nudoque tantum consensu expediantur. Quod ut planius intelligatur, sciendum est, septuplici forma quandoque sponsalia apud Romanos peracta fuisse: & primum quidem, ut ea conventio, non clam, non furtim,

Z 2

non

non remotis arbitris fieret, testatio interposita fuit, aliquando cum, aliquando sine scriptura. l. 7. D. de sponsal. & quanvis numerus testium huic negotio adhiberi solitus, nusquam in libris nostris exprimitur: eos etiam decem aliquando, nec pauciores quam septem adhibitos fuisse, tum ex eo quod in concubinato ineundo, & divortiis faciendis numerus septem testium legitimus habeatur l. 3. D. de concubin. l. 9. D. de divor. & repud. <sup>1</sup> tum ex Ambrosio colligitur cum scribit: *si inter decem testes confectis sponsalibus, & nuptiis consummatis, quævis viro fœmina conjuncta mortali, non sine magno peirculo adulterium perpetrat, quid putas fore, &c.* <sup>2</sup> Deinde ut in re seria appareret contrahentium animus, conventiones de dote, donatione ante nuptias, antiquo veterum more, solenni stipulatione interposita aliquando confecerunt l. 2. D. de sponsal. l. 134. D. de verbor. obligation. certa verborum formula, quasi ritu & certo aliquo carmine confirmantes contractus suos l. 1. §. 4. D. de prator. stipul. §. 1. Inst. de verbor. obligat. & ipsa quoque nuptiarum sponsio, certis & solennibus quibusdam verbis huic rei accommodatis peracta sæpius fuit. Annulus pronubus à sponso sponsæ dabatur. l. 36. §. 1. D. de donation. inter vir. & uxor. Sponsalitia munera mittebantur l. 1. §. 1. D. de donat. l. 25. D. deposit. l. 5. l. 27. l. 32. §. 22. & 27. D. de donat. inter vir. & uxor. l. 12. D. de public. in rem action. l. 2. C. de donat. ante nupt. Præterea ritus & solennitatis partem, osculum obtinuit, quod sponsus sponsæ dabat l. 16. C. de Donat. ant. nupt. Et tandem arrhæ sponsalitæ à sponso dabantur quasi pignoris loco, fore, ut pactam sibi puellam, uxorem ducat. l. 3. l. 5. C. de sponsal. l. 56. C. de Episcop. & cleric. l. 38. D. de rit. nupt. de quibus omnibus videat lector accuratius agentem Hotmanum <sup>3</sup> Sed ut diximus, omnes hæ solennitates adhiberi quidem potuerunt, at si omitterentur, non eo minus firma legitimaque habebantur nudo duntaxat contrahentium consensu constituta sponsalia.

Cæterum nudus sufficit consensus, sed utriusque contrahentium, qui coituri matrimonio sunt; non solius sponsi, non solius sponsæ. Sunt enim sponsalia mutua nuptiarum promissio, ut ab utroque futuro conjugè sponderi debeant. Requiritur ergo, ut offerenti repromittantur nuptiæ, ut sponsalia constituantur: <sup>4</sup> quod adeo rigide post Grammaticum <sup>5</sup> intelligit Wamesius, <sup>6</sup> ut velit, constituta non haberi sponsalia, si quæ spondenti nuptias juveni, sui corporis copiam fecerit, nec repromiserit matrimonium. At vero hoc durius dicitur, quam ut probare possim, si expleta libidine nitatur stuprator prostituere mulierem: etenim non tantum is acceptare offerentis sponsalia, & repromittere nuptias dici debet, qui quid velit, verbis exprimit, sed & qui signis perspicuis. Nam ut recte Cassiodorus, *possunt & homines sine oris effatu, velle suum declarare*, vel ut Ovidius loquitur, *multa supercilio, multa notis loqui*. verba vero non ad aliud inventa sunt, nec alio fine requiruntur in constituendis sponsalibus, quam ut voluntatem dicentis demonstrent. l. 7. §. final. D. de supellect. legat. At autem, quæ spondenti nuptias, & hujus sponsionis fiducia flagitanti coitum, se submittit, nonne illa factò acceptat offerentis sponsalia;

&amp;

<sup>1</sup> Comm. libr. 8. cap. 13. commut. iur. civil. <sup>2</sup> Ad virg. laps. cap. 5.

<sup>3</sup> Franc. Hotm. tract. de sponsal. cap. 3.

<sup>4</sup> Cypre. cap. 3. §. 8. n. 2. libr. 1. de jur. commut. Hæremann. libr. 1. Tit. 6. pos. 1. Gamol. synops. <sup>5</sup> Consil. 26. n. 3. <sup>6</sup> Conf. 94. n. 12. cent. 5. ad jus civil.

& repromittit nuptias? animo consentit hæc puella, signa animi evidentia sunt, benevoli oculi, (qui veri cordis nuntii. & nimis arguti, quemadmodum animo affecti sumus, loquuntur) blanditiæ, basia, concredita virginitas. Cur non hic verba facta cedere debent, & plus esse, voluntatem coitu, quam verbis demonstrare *l. 1. §. 3. l. 2. D. de pactis. l. 48. §. 3. D. de adilit. edict. c. 52. x. de appellat gloss. in. C. ult. Verb. subarravit x. de desponsat. Impuber.* Et certe si hæc Grammatici doctrina in foro obtineret, facile esset puellas fallere, quæ non adeo cautæ semper sunt, ut verbis acceptent oblata sponsalia, & nuptias verbis repromittant.

4 Itaque, si verbis, si conspicuis signis, acceptatio & repromissio fieri debent, ut sponsalia constituantur; idque confestim cum offeruntur nuptiæ: Nam ex intervallo, & longum post tempus facta repromissio, non obligaret offerentem invitum: Quippe postquam discesserunt à se invicem, re infecta, qui contrahere nitebantur, uti corporum, ita quoque animorum factus intelligitur discessus ac dissensus, & nisi nova voluntate approbent priorem, de quo sermo

<sup>1</sup> Haveman.  
lib. 1. Tit. 4.  
posit. 3. Ga-  
mol synopt.  
Kitzel. c. 4.  
Theor. 1.  
synopt. ma-  
trimon.

5 fuit, contractum, non obligantur. Tempus præsentis in negotio longum dicitur unius diei spatium, vel id quod excurrit etiam minimum, postquam offerens nuptias, ad alia discessit negotia. *l. 1. §. 1. D. de verbor. obligat. l. 12. D. de duob. reis constit.* extranea scilicet, & talia, quæ cum nuptiarum sponsione nihil commune habent *l. 6. D. eodem. l. 137. D. de verbor. obligat.* alias tam diu quam de sponsalibus agunt contrahentes, nec ad alios discedunt actus, sponsionem oblatam acceptare & repromittere nuptias, alteri integrum est. *l. 1. §. 1. l. 137. D. eod. l. 12. D. duob. reis const.* nisi jam alter oblatam sponsionem suam revocaverit. Id autem offerenti facere licet, antequam acceptavit alter sponsionem, postquam aliquod momentum naturæ intervenerit, ut ille respondisse potuerit. *d. l. 137.* quod quotiens facit, qui obtulit nuptias, non lædit alterum, cui ex contractu à sua parte nondum perfectio, hæcenus nullum jus quæsitum fuit: at contra honestatem est, in re tam seria, non constantiori esse animo, atque singulis horis, & offerre nuptias, & oblatam revocare sponsionem. Idem, ut in temporis nimio intervallo diximus, juris est, si quis sponsalia obtulerit, adjectâ quadam conditione, eaque repudiaverit puella, postea autem facti pœnitens, priorem sub conditione sponsionem acceptet: etenim ille non obligabitur sponsor, nisi ex novo ejus consensu; emortua quasi non acceptata à puella priori sponsione.

<sup>2</sup> Covarruv.  
tom. 1. part.  
2. de ma-  
trim. cap. 4.  
n. 10. seqq.  
Cypr. cap. 3.  
§. 9. libr. 1.  
de jur. con-  
nub. Have-  
man. d. l.  
Trevistan.  
privil. 7. n.  
56. & seqq.  
de sponsal.  
<sup>3</sup> Libr. 1. de  
spus. s. q. 1.  
de matrim.

6 Cæterum si quis ab alio postulet sponsalia, stipuleturque futuras nuptias, quamvis eo ipso, à sua parte, revera, neque repromittat matrimonium, neque acceptet oblatam sponsionem, moribus tamen nostris habetur, ac si repromitteret, & acceptaret. Et sponsalium postulatio, seu ab alio stipulatio, repromissionis & acceptationis vim habet. Ut à simplicitate nostrorum morum alienum sit, quod Sanchez tradit, acceptantem, at non repromittentem nuptias puellam, obligatum habere juvenem, obligatam non esse. Etenim in omni obligatione, tum natura contractus, tum mens contrahentium inspi-

<sup>1</sup> *Folin. in.*  
*C. ex parte.*  
*col. 3. x. de*  
*re script.*

requirerem speciale mandatum, sine mandato gerit. <sup>1</sup> At in contrahente alterius nomine sponsalia, speciale requiritur mandatum, se ad certam designatamque personam referens *arg. C. final. x. de procurat. in 6.* nec sufficit generale. *l. 34. D. de rit. nupt. & generalis est regula inscium, per factum alterius neminem obligari. l. 73. §. 1. D. de regul. jur.*

Sed Ulpiano, cum dicit inter absentes, per epistolam, vel alium (procurato- IO  
rem intellige) sponsalia expediri posse, adversari videtur, quod diximus, re-  
promissionem nuptiarum post intervallum factam non valere: at autem mul-  
tum temporis sapius interlabi necesse est, antequam mittenti epistolam, re-  
scribatur. Deinde contrahendæ nuptiæ non admittunt procuratorem, ut  
propter earum cum sponsalibus affinitatem, idem in hisce constituendis di-  
cendum esse videatur *arg. l. 16. D. de sponsal.* Verum ut ad primum prius respon-  
deam, ammadvertendum est, cum inter absentes per epistolam transiguntur  
sponsalia, considerari debere, tum demum ab absente sponderi nuptias, cum  
illius literas legit puella, quæ si statim rescribat, ab eo momento acceptam  
esse conditionem, repromissumque matrimonium, nec ullum temporis inter-  
vallum inter sponsonem & repromissionem haberi interjectum. Verum te-  
netur puella confestim rescribere, ut interjecto commodi temporis spatio pro  
ratione loci & distantiae, ejus mens appareat scribenti: alias si scribentis vo-  
luntatem silentio transmiserit, nimiaque procrastinatione illius expectatio-  
nem defatigaverit, post nimum & longius intervallum, acceptans conditio-  
nes oblatas, obligatum non habebit eum, qui interim animum suum muta-

<sup>2</sup> *Trevissan.*  
*privil. 6. n.*  
*12. & segg.*  
*de sponsal.*  
*Havermam.*  
*libr. 1. tit.*  
*6. possit. 3.*  
*Garnol.*  
*Synops.*

vit, atque amorem suum alio flexit. <sup>2</sup> Porro ut quoque breviter diluamus, II  
quod ex nuptiarum cum sponsalibus affinitate deductum argumentum est,  
sciendum est, ut quid per procuratorem expediri possit, requiri, ut actio, quæ  
ex contractu nascitur, in procuratoris persona consistere, & ab eo in man-  
dantem cedi possit. *l. 4. §. 2. D. de adquirend. vel amittend. possess. l. 8. §. final. D.*  
*mandat.* at actio quæ ex sponsalibus oritur, in persona procuratoris confi-  
stere & cedi domino potest, ipsum vero conjugis vinculum, (quod perfectio  
sponsalium est, & actionem ex sponsalibus perimit) ut in persona procura-  
toris subsistat, isque id postea cedat domino, naturâ impossibile est. Sed de  
his latius postea. <sup>3</sup> Hic tantum nota, etiam si inter absentes sponsalia consti-  
tui possint, melius tamen esse, & magis ex dignitate matrimonii, ut ea inter  
præsentes transigantur: tum quod majoribus difficultatibus soleant premi  
absentium contractus; tum quod præsentia contrahentium planius testetur  
liberam, & non mutatam eorum in nuptias futuras voluntatem. jam videa-  
mus quomodo sponsalia inter præsentes peragantur.

Olim, cum sponsalia solenni stipulatione interposita conficiebantur, hæc  
vel simili verborum formula, quæ non uno loco apud Plaurum occurrit,  
opus erat.

Agor. Audin tu patrue? dico, ne dictum neges,  
Tnam mibi majorem filiam despondeas.

Han.

Han. *Pactam rem habeto.*

Agor. Spondesne igitur?

Han. Spondeo.

Megad. *Quid nunc! etiam mihi despondes filiam? Eucl. illis legibus,*  
*Cum illa dote, quam tibi dixi.*

Meg. Spondesne ergo? Eucl. spondeo.

Meg. *Istud di bene vortant. Eucl. ita defaxint.\**

<sup>1</sup> *Pamul. off.*  
<sup>2</sup> *scen. 1.*

<sup>3</sup> *Aulul. off.*  
<sup>2.</sup> *scen. 2.*

At postquam placuit, nudo pacto, & absque stipulatione sponsalia confici posse; quæcunque verba, quæcunque signa, dummodo mentem contrahentium demonstrent, hodie sufficiunt. Signa requiruntur in mutis, & surdis, qui fari nequeunt: in quibus nutus & gestus, mentis quasi interuncii sunt, verborum defectum vicaria quadam supplentes opera. C. 23. 25. x. *de sponsal. & matrim.* Verba regulariter requiruntur ab iis qui fari possunt, sufficiunt tamen & eorum signa, dummodo ea satis ostendant animi consensum. *arg. l. 21. D. de legat. 3. l. 12. C. de fideicom. l. 2. D. de pact. junct. l. 2. D. de nupt. l. 30. D. de regul. jur.* Imo quoniam ipsum nuptiarum nomen bene moratis & indelibatis virginibus sanguinem diffundit; cumque exornet puellam, de cujus nuptiis agitur, frons ad pudorem composita, facies modestiæ & ingenuitatis colore purpurans, & mixta tenerrimis lacrymis taciturnitas, satis est, ut vultu annuat sponso, quæ à parentibus despondetur, l. 12. D. *de sponsal. gloss. in c. ult. x. de sponsal.* vel manum porrigat, vel in signum consentientis animi osculandam se præbeat. l. 16. C. *de donat. ant. nupt.* timida quasi mentem etiam testatis verbis expromere, ne appetentiæ procacioris esse & expetere maritum videatur, C. 13. *caus. 3. 2. q. 2.* Sic Aristænetus Cydippem legentem pomo inscripta hæc verba: per Dianam Acontio nubam: ita describit. *Adbuc iurjurandum, quamvis & invitum nec legitimum præferebat, quam amatorium sermonem verecundata projecit, dimidiamque reliquit vocem ultimam: in qua nuptiarum mentio, quas etiam alijs loquentibus erubescunt honestæ virgines.* Apud Heliodorum Cariclaæ de nuptiis interrogata modeste procos amovet; magis, inquiens, decebat meum fratrem Theagenem pro me loqui, quam mecum viros verba facere. <sup>3</sup> At vero caute agendum est, ne captetur mens puellæ, ex signis animi consensum non plane inferentibus; non enim statim ex complexu manuum, ex osculo à juvene fixo, ex facie rubore diffusa, cum nuptiæ nominantur, recte colligi potest, puellam sponcioni consentire: <sup>4</sup> potest enim & osculum invitæ sarripere, & manum puellæ non sponte porrectam, vel non in eum finem, ut consentiret nuptiis, suis implicare procus. Imo ut est Batava puellas osculandi licentia, oscula nisi mente & sponte in signum consensus dentur & figantur, vana, evanida, nulliusque momenti habentur. Recte diximus, cum verbis transiguntur sponsalia, nihil interesse, quæcunque ea sint, an barbara, an usitata, à blæso, balbutiente, an ab oratore prolata, dummodo mentem contrahentium satis explicant. Attamen quam maxime curandum est, ut omnis verborum ambiguitas, omnis captiosa obscuritas ab hoc sponsalium negotio absit,

<sup>1</sup> *Lat. Cy.*

*pro. cap. 3.*

*§. 2. & seqq.*

*cap. 4. §. 2.*

*& seqq. cap.*

*4. §. 23. n.*

*13. libr. 1. de*

*jur. commub.*

*Horvemann.*

*libr. 1. Tit. 6.*

*pos. 5. Ga-*

*mol. synopsis.*

*Arms. cap.*

*3. sect. 1. n. 6.*

*de jur. com-*

*munib. Bas.*

*Pons. libr. 2.*

*cap. 14. de*

*sacramat.*

*Alber. Gen-*

*til. libr. 2.*

*cap. 7. de*

*nupt.*

<sup>4</sup> *Sanct.*

*libr. 1. dispn.*

*22. n. 6. de*

*matrimon.*

Pres. Every  
hard. conf.  
178. conf.  
147. libr. 1.  
IC. Batav.  
Christen.  
dissert. 1.  
q. 45. de  
caus. matr.  
3 Bassl. Mon-  
ner. cap. 3. de  
matrim.  
4 Covarruv.  
tom. 1. part.  
2. cap. 4. §. 1.  
n. 6. de ma-  
trim. Have-  
man. d. l.  
posit. 7. Cy-  
pra. libr. 1.  
cap. 4. §. 15.  
de iur. com.  
Less. de iustit.  
O iur. libr.  
2. cap. 10.  
dubit. 3.  
5 Kitzel. c. 4.  
Theor. 15.  
synops. ma-  
trimon.  
6 Wames.  
conf. 94. n. 1.  
cent. 5. confil.  
ad ius civil.  
7 Andr. ab.  
3. sen. 1.  
8 Christen.  
d. l. Wames.  
d. conf.  
9 Thom. Tre-  
visan. privil.  
2. n. 13. &  
segg. de spon-  
sal. Covar-  
vuv. tom. 1.  
part. 2. de  
matrim. cap.  
4. n. 1. &  
segg. Zoer. in  
Pind. Tit. de  
nupt. n. 4.  
Perez. in  
Cod. Tit. de  
sponsal. n. 5.  
Camf. in c. 9.  
n. de sponsal.  
20 Libr. 2.  
o. 10. de sa-  
cram. matr.

in quo quam maxime exuberare bona fides debet. & cogitare quemlibet oportet, non esse operosam gloriam fallere credentem puellam, cujus simplicitas potius digna favore fuit. Quod si quis amphibologia, phaleratis verbis, subdolo sensu, perplexa oratione captare simplicitatem amantis puellæ conatus fuerit, primum ad communem verborum intelligentiam recurrendum est, & ea in eo sensu retinenda sunt, quem solent recte intelligentibus generare C. 7. x. de sponsal. & matrim. Deinde contra eum explicanda, qui ut capteret alterum, ea protulit, & legem contractui dedit. l. 39. D. de pact. l. 33. D. de contrah. empt. cum potuerit, re integra, apertius dicere. l. 21. D. de contrah. empt. ne cui sua calliditas proficit & alteri sua simplicitas obstat. l. 1. D. de dol. malo. Ut recte interpretes sentiant, hisce verbis, *nullam nubam quam tibi: nullam ducam quam te: te non derelinquam: tu mea eris donec in hac terra vivam*: si coitus accesserit, sponsalia contrahi. Quippe quamvis hæc verba in alium sensum, quam matrimonii promissionem flecti possint; eo tamen tempore prolata, quo de sponsalibus agitur, & sui corporis copiam præbet puella, aliam interpretationem non patiuntur. Imo cum bona fide egerit virgo, sponso autem simulatione, dolo, mendacioque fuerit usus, atque aliud presserit mente, quam verbis profitebatur efferre, contra eum recte ambigua oratio explicatur, nec inspicitur mentalis ejus reservatio, sed quid illo sciente senserit puella. Idem est, si quis dixerit: *tantum honoris tibi exhibebo, quantum dedecoris accerseris copula: si ex me concipias, afficiam te honore*. Ick sal u eeren, Ick sal u ter eeren brenglien. Nam quamvis hæc verba explicari possint, de agnoscenda prole; in quo honor aliquis mulieris consistit, ne vulgo concepisse illa, & ejus filius, spurius seu vulgo quæsitus dicatur; quo refertur illud Terentii: *nam quod peperisset jussit tolli*. ex usu tamen communi loquendi, qui observari debet l. 34. D. de regul. juris. l. 50. §. 3. D. de legat. 1. l. 7. §. 2. D. de suppellect. legat. nuptiarum sponsonem continent. Cæterum, si non eripuit virgini pudicitiam juvenis, ex circumstantiis perscrutandum erit, qua mente à contrahentibus prolata & accepta fuerint sponsonis verba: quædam enim commodum admittunt sensum, extra matrimonii in præsens sponsonem: uti si quæ Argenis dicat Polyarcho suo, *nemini nubam quam tibi: nullius nisi Polyarchi erit Argenis*, præsentem in nuptias consensum hac oratione non exhibere virginem, sed futuram sponsonem, si aliquando matrimonii desiderio teneatur, promittere, recte intelligi potest; at tamen interim alteri nubere, non poterit. Sic quoque in vitæ periculo versanti si quis diceret, *te non derelinquam*, multum cogitatione sua, à spondendis nuptiis abesse posset. & ita de cæteris judicandum est, de quibus late Pontius.

Cæterum, jus Pontificum multum differentia ponit inter hæc verba, *accipia vel accipiam te uxorem*. primis, sponsalia, postremis nuptias contrahi, & si accedat copula; consummari docens C. penult. x. de sponsal. & matrim. quam recte & pie, diximus supra & latius docebimus infra. Hujus juris interpretes multum interesse putant, utrum quis dixerit: *de cætera habeo te pro uxore*: semper

*semper providebo tibi tanquam uxori: volo te habere in uxorem: volo te tenere in uxorem; meam: promitto quod te ducam uxorem: volo tecum contrahere matrimonium: volo ducere uxorem:* quarum priores quatuor species respondere illis verbis, *accipio te uxorem*, & matrimonium constituere; posteriores, *hiscæ, accipiam te uxorem*, & inferre dumtaxat sponsalia volunt; hæc autem verba, *nullam habebo aliam uxorem, nisi te*; nec sponsalia nec matrimonium. Verum habeant Pontificii hæc sua jura: nobis in constituendis sponsalibus, nisi de sponsalium spon-  
Menoch. libr. 3. præsumpt. 3. last. Cyprian. libr. 1. cap. 4. §. 5. & seqq. de jur. contrah. Canis. in cap. 9. x. de sponsal. Facchin. libr. 3. contrahens. cap. 41. 42.  
sionibus loquamur, hujusmodi verborum in præsens vel futura tempus conceptorum differentia nota non est: tum quia hodie nulla matrimonia jure coalescunt nisi in facie ecclesiæ vel coram publico tribunali, ex auctoritate magistratus celebrentur; ut ridiculus esset, qui apud nos quæreret, an matrimonium habeatur contractum, cum quis cuique privato in loco dixit, *duco te uxorem*, *accipio te maritum*. Deinde sæpe loquuntur homines verbis præsentis temporis de actu futuro, ut arctius videantur sese promissionibus astringere: quibus si adjungas regionis nostræ consuetudinem, apud quam est vis & norma loquendi. l. 24. D. de regul. jur. l. 50. §. 3. D. de legat. in alio quasi orbe versaretur, qui dubitaret, non promittere eum nuptias, qui dicit se puellam accipere uxorem. Paris igitur significationis apud nos sunt orationes: *Ich sal u tot mijn vrouw neemen: ick sal u trouwen: ick belove u te trouwen: & ick neem u tot mijn vrouw: ick geef u mijn trouw: ick trouw u:* atque tam hæc quam illæ peræque & tantum sponsalia inducunt. Quid enim aliud dicere voluerunt hujusmodi sponsores, quam, *ick verbinde mijn u te sullen trouwen: ick verlove mijn, u tot en vrouw te sullen eghen: ick belove u tot mijn man wettigh te sullen aenneemen.* quippe qui vult consequens, vult antecedens, qui vult majus, vult minus. l. 1. §. 4. D. de verb. obl. l. 56. D. de proc. adeoque qui dicit se contrahere nuptias, vult sponsalia, quæ ad illas via sunt. Dicit jus Pontificium, impuberes sponsalia contrahere, qui verbis in præsens conceptis matrimonio assentiuntur, quoties ætas nondum admittit nuptias. C. 14. x. de desponsat. Impuber. cur non æque ex mente contrahentium, verba præsentis nuptias inferentia, cum eas ita contrahere jus publicum scientibus sponsores non admittat, in futurarum nuptiarum sponsores, id est sponsalia resolvenda sunt? certe hujusmodi verborum subtilitatem in sponsalibus venari, à simplicitate, & integritate nostrorum morum alienum est, nec rei gravitas admittit: ut recte de Batavis, quod de Germanis Schneidewinus, dicere possimus, *rude vulgus non intelligit, hanc juris canonici grammaticam.*<sup>2</sup>

- 19 Cæterum, si serius desit spondentis animus, sciente altero, sola verborum figura & vocis sono non contrahuntur sponsalia l. 19. §. 3. D. de adilit. edict. l. 1. §. 3. D. de pactis. l. 3. §. final. D. de obligat. & act. recte Varro, *agi ex sponso non potest cum eo, qui jocandi causa dixit spondere; cum animo non spondeat.*<sup>3</sup> & apud Ovidium Cydippe,

*Sed si nil dedimus, præter sine pectore vocem,  
Verba suis frustra a viribus orba tenes.*

A a 2

Nec

<sup>2</sup> Tit. de nups part. 1. de sponsal. 6.

<sup>3</sup> Libr. 5. de ling. Latin.



Nec queri potest puella, cum non fallat, qui jocatur, novit enim illa quod dicitur, joci causa dictum l. 145. D. de regul. jur. C. 14. caus. 22. q. 2. & sane cum par sit constructionis & destructionis doctrina arg. l. 35. D. de regul. jur. l. 38. D. de pactis cum ex calore animi, nunciato repudio, non solvatur matrimonium. l. 3. D. de repud. & divort: cur constituta habebuntur sponsalia, ob verba quædam calore animi imprudenter, & jocandi causa effutita? Etenim neque lubricum linguæ statim arripi debet arg. l. 7. §. 3. D. ad leg. Jul. majest. nec acquiritur hereditas, cui miles inter ludendum dixit, tu meus heres eris §. 1. Instit. de milit. testam. Volunt multi & non infimi nominis viri, contendente puella, serio animo sponsalia fuisse constituta, juveni id neganti jusjurandum deferendum esse: quorum sententiæ & ego subscribo, modo de mente spondentis aliqua ratione dubitari possit: alias si manifeste constet, cum ironice locutum, jocatumque fuisse, jurisjurandi religionem non temere exigendam puto. Ille autem audiendus non est, qui postquam deliberat virginis florem, jocosâ contendit sponsalia pacta, asserente & affirmante contrarium puella: etenim hujusmodi jocus illicitus est, & vix intelligi potest intervenisse ironicam locutionem, cum facta seriam coeuntium ostendunt mentem. Hic desino plura de hac materia tradere, cum ea ab auctoribus passim hoc capite à nobis citatis fuscè satis simulque & doctè explicata sint; & cum ad notitiam juris nostri parum faciat, quibus modis, quibusve verbis juxta Ebræorum disciplinam contrahantur sponsalia, curiosum eorum lectorem ad Seldenum Buxtorfiumque remitto.<sup>4</sup>

<sup>1</sup> Kitzel. cap. 4. Theor. 9. synops. marriage. Basile. Donner. cap. 3. de marriage. post alios.  
<sup>2</sup> Alber. Gentil. libr. 3. cap. 8. de nupt. Christi. sten. disserti. 1. quest. ult. de caus. matrimon. 3. Lib. 2. cap. 2. Vxor. Ebræ. 4. Part. 1. n. 45. & seqq. de spons. & divort. Ebræor.

## CAPUT VIGESIMUM PRIMUM

## De Conditionibus, quæ sponsalibus adjici solent.

## SUMMARIUM.

- |   |  |
|---|--|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Sponsalia &amp; dici adjunctionem &amp; conditiones recipiunt.</li> <li>2. Hotmani opinio statuentis sponsalia nec pare nec sub conditione contrahi posse, refutatur.</li> <li>3. Sponsalia qua pare, præferantur iis que sub conditione contrahuntur.</li> <li>4. Sponsalia sub conditione honesta contrahi possunt.</li> <li>5. Conditionis definitio traditur, &amp; explicatur.</li> <li>6. Inter conditiones non recte referuntur orationes, quæ in præteritum vel futurum tempus concipiuntur.</li> <li>7. Quomodo implentur &amp; quando impleta habeantur conditio, remissive.</li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>8. Conditiones alia tacite, alia expresse sunt.</li> <li>9. Expresse conditiones suspendunt obligationem sponsalium: tacite, obligationis additionem.</li> <li>10. Tacite conditiones alia præteritum &amp; præsens, alia futurum respiciunt tempus.</li> <li>11. Expresse conditiones non recte dispenduntur in necessarias &amp; accidentales.</li> <li>12. Accidentalis conditio, alia possibilis, alia impossibilis est.</li> <li>13. Impossibile quid dicitur, vel naturâ, vel lege, vel factio.</li> <li>14. Sub impossibili naturâ conditione constituta sponsalia, irrita sunt.</li> <li>15. Conditiones lege impossibiles, alia contra substantiam.</li> </ol> |
|---|--|

*substantiam matrimonii, alia simpliciter turpes sunt.*

16. *Conditiones contra substantiam matrimonii appositæ, quarum virum sint jure Canonico & jure Barabo, si post contractum matrimonium impleri debeant, explicatur.*
17. *Conditiones contra substantiam pacta, si ante perfectionem matrimonii compleri debeant, quarum virum sint jure Barabo, explicatur.*
18. *Errata sunt sponsalia sub conditione, lege impossibili constituta, præcipue si inter consensos res sit integra.*
19. *Conditiones sola honestate impossibiles adjectæ sponsalibus, quarum virum sint jure canonico, traditur.*
20. *Conditiones sola honestate impossibiles, si non impleantur, hodie vitiant contractum.*
21. *Non semper turpis est conditio, si corporis copiam mihi feceris, si te nudam conspici pariaris.*
22. *Non semper turpis est conditio, si virgo sis.*
23. *Virginitas nec oculis cerni, nec manibus obstetricum explorari potest.*
24. *Honestæ conditio est, si sis virgo, stipulata ab eo, qui habuit, sine vidua.*
25. *Inhonestæ conditio est, si te virginem ex compressu comperero.*
26. *Inhonestæ conditio est, si ex me conceperis.*
27. *Facto impossibilis conditio vitiat contractum.*
28. *Possibilis conditio alia potestativa, alia fortuita, alia mixta est, & vitias contractum non impleta.*
29. *Conditio in potestate & alterius arbitrio posita, vitiat contractum, si non impleatur.*
30. *Qui conditionem sponsionis adiecit, nisi & alter eam pactus sit, renunciare ei, invita parte altera, potest.*
31. *Non intelligitur recedere à conditione, quæ ea pendente, virgini stuprum intulit.*
32. *De sponsalibus sub modo & causa contractus, remissive.*

**I** Capite secundo hujus libri dispeſcimus sponsalia in quæ pure, & quæ sub conditione contrahuntur: pure contracta diximus esse duplicia; vel quorum obligatio simul & actio confestim existit; §. 2. *Inst. de verbor. obligat.* vel quorum quidem obligatio repente nascitur, at actio in præsens non datur, quod fit, quotiens in diem concipitur stipulatio. l. 46. *D. de verbor. obligat. l. 44. §. 1. D. de oblig. & action.* Sub conditione vero contracta dici, diximus ea, quorum ipsam quoque obligationem adjecta conditio, incertum an existitura suspensam tenet l. 64. *D. de verbor. obligat. §. 4. Instit. eod.* Quæ divisio hoc modo breviter explicari potest: ubi quis pure stipulatus fuerit nuptias; & cessit & venit dies, id est, & debentur, & peti possunt nuptiæ: ubi in diem; cessit dies, at nondum venit, id est, nata nuptiarum obligatio est, at ut consummentur, agi nondum potest: ubi sub conditione; nec cessit nec venit dies pendente adhuc conditione, id est, & obligatio & actio ex incerta conditionis existentia suspensæ pendent. *arg. l. 213. D. de verbor. significat.* Videamus jam, an nuptiarum sponsio & diem & conditionem admittant, ut revincamus hanc partitionem recte sponsalium divisionibus insertam esse. Franciscus Hotmanus vir doctus & de jure nostro optime meritis, autumat sponsalia neque pure neque sub conditione contrahi posse: *Non pure, quia pure promissum statim peti potest. Sponsa autem peti jure divino, nisi post tempus aliquod, non potest: Non sub conditione, quia promissio conditionalis obligationem suspendit, incertumque relinquit, utrum res debeatur, an non, quoniam in incerti casus eventum obligatio collata est. l. 64. D. de verbor. obligat. §. 4. Instit. eod. at sponsalia jure divino obligationem pariunt: ut si in adulterii crimine sponsus alteram ducere, sponsa alteri nubere.*

Cap. ult.  
tract. de  
sponsal.

non possit. qua ratione motus concludit ille vir, dicendum duntaxat fuisse; Sponsalia contrahi in diem posse, vel certam, uti Kal. Mai. proximis: vel incertam, cum utrisque commodum videbitur, ut in manum conveniant, & nuptias celebrent. Verum enim vero fatendum est, si vel jus divinum (quo ut quidam volunt, pacta statim duci non potuit sponsa) vel nostros mores respiciamus (quibus promissarum nuptiarum festivitas fieri nequit, nisi ad minimum post duarum septimanarum à die sponsionis publicæ moram) recte dici non posse, sponsalia pure contrahi; eo nempe sensu, ut sponsa pacta statim cogi possit, in manum sponsi convenire & nuptias celebrare. Debent enim & ille & illa, vi juris publici, expectare effluendum, dum nuptiæ denunciantur, definitum lege hoc tempus, antequam adversus se invicem ad ipsam nuptiarum celebritatem, & ut corpora misceantur, agere possunt: qua ratione recte dici potest, omnia nostra publica sponsalia non nisi in diem ex tacita consponsorum mente constitui, nec aliter concipi posse; & nasci quidem ex iis statim nuptiarum obligationem, at ipsas nuptias, priusquam dies venerit, peti non posse: ideoque similia esse stipulationibus in diem conceptis, ex quibus præsens nascitur obligatio; at peti res, priusquam venerit dies, non potest l. 44, D. de obligat. & act. l. 46. D. de verbor. obligat. Verum, cum nos dicimus sponsalia pure contrahi posse, non hoc asserimus, quotiens id fit, confestim paratam esse ad ipsam nuptiarum festivitatem actionem, id est, quod statim ipsa nuptiarum celebratio, & cum animorum conjunctione corporum traditio peti possit; sed esse natam sponso & obligationem & actionem, qua confestim cogere potest sponsam adire nuptiis præfectos, publica contrahere sponsalia, & constituto legibus tempore perficere nuptias. Et certe si quis confestim agere potest, ut ea fiant, per quæ pervenitur ad id quod petitur, & sine quibus id quod petitur, consequi nequit, nonne is pure obligatum habere sponsorem dici potest? Dicimus ergo, cum pure contrahuntur sponsalia, committi statim stipulationem, id est, paratam esse ad celebrandas nuptias obligationem & actionem; sed ut ipse actus perficiendi nuptias fiat, includi temporis commoditatem; idque ex ipsa sponsorum mente, qui secundum leges coire matrimonio cogitarunt. sic pure facta stipulatio dici potest, Carthagini dare spondes, quamvis re ipsa habeat tempus adjectum, quo promissor utatur ad pecuniam Carthagini dandam. §. 5. Inst. de verbor. obligat nam id non rei substantiam, sed solam executionem respicit. l. 73. D. de verbor. obligat. Alterum Hotmani argumentum minus stringit. Etenim sponsalia pure contracta obligationem pariunt jure divino; sub conditione contracta suspendunt obligationem, & committitur tum demum stipulatio, cum conditio existit. §. 4. Inst. de verbor. obligat. Et quamvis dici possit, cum dicit Moses, 3 adulterium committere sponsam, quæ alterius quam sponsi coitum admittit, jus divinum loqui casu, quo pure nuptiarum stipulatio facta fuit; dicimus quoque adulterii ream esse sponsam, quæ pendente conditione, si ea modo potest ea existat, pudorem suum alteri prostermit. arg. l. 64. D. de verb. oblig. Dicimus ergo

ergo cum juris Pontificii interpretibus, sponsalia & pure, & sub conditione recte contrahi. C. 1. C. 5. & *ib. gloss. x. de condit. apposit.* Præferimus tamen quæ pure, iis, quæ sub conditione constituuntur: tum propter negotii, quod geritur dignitatem (nam indignum videtur, incerto conditionis eventui committi, an exitura sit inter duos individua vitæ consuetudo, perpetua animorum & corporum conjunctio.) tum quod matrimonium sub conditione incerta promissum, non ex constanti amore, non ex omnimoda desponsantium voluntate, liberrimoque consensu iniri videatur, cum casum etiam, incertumque rei alicujus eventum habeat auctorem: certe fluctuat animo, & in vagum loqui videtur sub conditione promissor: at in constituendis sponsalibus omnem animi fluctuationem abesse, & deliberatam propensamque voluntatem adesse oportet. Deinde plus est statim aliquid dare; minus, post 4 tempus. §. 5. *Inst. de fidejuss.* ut magis sponsum sibi devinctum reddat sponsa, testeturque majorem suum erga eum amorem, quæ absolutam suam de futuris nuptiis interponit fidem, quam quæ sub conditione. Hæc tamen non ita dicta velim, quasi semper & prorsus, quæ sub conditione contrahuntur, despicienda sponsalia sint: quippe pientissimis etiam viris ea olim probata fuere. Bohaz promisit matrimonium Ruthæ, sub conditione, *si proximior vindex non vindicabit te: Libr. Ruth. c. 3. v. 13.* Filii Jacobi (sed hi dolo malo) Sichemo Principi promiserunt Dinæ nuptias sub conditione, *si eritis sicut nos & circumcisus fuerit vobis omnis mas. Genes. cap. 34. v. 15.* 16. Placuit Jacobo nuptiarum cum Rachele sponsio sub conditione servitii septem annorum *Genes. 29. v. 18.* 19. Davidi cum Micale, sub conditione, si centum præputia Pelischthorum attulerit. *Samuel. cap. 18. v. 24.* Imo & aliquando prudentis est viri conditionem pacto adjicere, ut latenti dolo ac fraudi in tempore occurrat. Hoc tantum volo, quotiens res & occasio ferat, præferenda esse ea sponsalia, quia plus amoris testantur, quæ constituuntur, cum dexteræ in in mutua fœdera absolute & pure cœunt. Videamus jam quid sit conditio, & quæ in præsentī negotio considerari possint.

5 Conditio (quod nomen non à condicere, non à condire, sed à condere derivari cum Donello, <sup>1</sup> & Pontio <sup>2</sup> sentio) aliis, *certus eventus, in quem dispositio suspenditur*, nobis definitur, *oratio contractui adjecta, qua id omne quod agitur, in eventum, incerto an exiturum suspenditur.* Orationem dicimus, quia conditio plerumque verbis, pacto adjicitur, quamvis sciamus quasdam esse conditiones, quæ in constitutis sponsalibus, sui natura, etiam si non loquantur sponsores, inesse intelliguntur *arg. l. 4. §. 2. D. de pact.* Dicimus contractui adjectam, ut definitionem applicemus instituto nostro, cum nobis non sit animus eas recensere conditiones, quæ legatis vel heredum institutionibus in ultimis voluntatibus adjici solent. Dicimus *conditionem suspendere id quod agitur, in exiturum incerto eventum.* ut indigitemus tum adjectam esse contractui conditionem, *cum in aliquem casum differtur obligatio: ut, si aliquid factum fuerit, vel non fuerit, committatur stipulatio.* §. 4. *Inst. de verbor. obligat. l. 213. D. de verbor. signif. ut spes*

<sup>1</sup> Libr. 8.  
comment. jur.  
civil. cap. 30.  
<sup>2</sup> Basil. Pont.  
libr. 3. cap. v.  
n. d. de su-  
eram. matrim.

non remotis arbitris fieret, testatio interposita fuit, aliquando cum, aliquando sine scriptura. l. 7. D. de sponsal. & quanvis numerus testium huic negotio adhiberi solitus, nusquam in libris nostris exprimitur: eos etiam decem aliquando, nec pauciores quam septem adhibitos fuisse, tum ex eo quod in concubinato ineundo, & divortiis faciendis numerus septem testium legitimus habeatur l. 3. D. de concubin. l. 9. D. de divort. & repud.<sup>1</sup> tum ex Ambrosio colligitur cum scribit: *si inter decem testes confectis sponsalibus, & nuptiis consummatis, quavis viro femina conjuncta mortali, non sine magno peiculo adulterium perpetrat, quid putas fore, &c.*<sup>2</sup> Deinde ut in re seria appareret contrahentium animus, conventiones de dote, donatione ante nuptias, antiquo veterum more, solenni stipulatione interposita aliquando confecerunt l. 2. D. de sponsal. l. 134. D. de verbor. obligation. certa verborum formula, quasi ritu & certo aliquo carmine confirmantes contractus suos l. 1. §. 4. D. de prator. stipul. §. 1. Inst. de verbor. obligat. & ipsa quoque nuptiarum sponsio, certis & solennibus quibusdam verbis huic rei accommodatis peracta sæpius fuit. Annulus pronubus à sponso sponsæ dabatur. l. 36. §. 1. D. de donation. inter vir. & uxor. Sponsalitia munera mittebantur l. 1. §. 1. D. de donat. l. 25. D. de posit. l. 5. l. 27. l. 32. §. 22. & 27. D. de donat. inter vir. & uxor. l. 12. D. de public. in rem action. l. 2. C. de donat. ante nupt. Præterea ritus & solennitatis partem, osculum obtinuit, quod sponsus sponsæ dabat l. 16. C. de Donat. ant. nupt. Et tandem arrhæ sponsalitæ à sponso dabantur quasi pignoris loco, fore, ut pactam sibi puellam, uxorem ducat. l. 3. l. 5. C. de sponsal. l. 56. C. de Episcop. & cleric. l. 38. D. de rit. nupt. de quibus omnibus videat lector accuratius agentem Hotmanum<sup>3</sup> Sed ut diximus, omnes hæ solennitates adhiberi quidem potuerunt, at si omitterentur, non eo minus firma legitimaque habebantur nudo duntaxat contrahentium consensu constituta sponsalia.

Cæterum nudus sufficit consensus, sed utriusque contrahentium, qui coituri matrimonio sunt; non solius sponsi, non solius sponsæ. Sunt enim sponsalia mutua nuptiarum promissio, ut ab utroque futuro conjugè sponderi debeant. Requiritur ergo, ut offerenti repromittantur nuptiæ, ut sponsalia constituantur: <sup>4</sup> quod adeo rigide post Grammaticum<sup>5</sup> intelligit Wamesius,<sup>6</sup> ut velit, constituta non haberi sponsalia, si quæ spondenti nuptias juveni, sui corporis copiam fecerit, nec repromiserit matrimonium. At vero hoc durius dicitur, quam ut probare possim, si expleta libidine nitatur stuprator prostituere mulierem: etenim non tantum is acceptare offerentis sponsalia, & repromittere nuptias dici debet, qui quid velit, verbis exprimit, sed & qui signis perspicuis. Nam ut recte Cassiodorus, *possunt & homines sine oris essatu, velle suum declarare*, vel ut Ovidius loquitur, *multa supercilio, multa notis loqui*. verba vero non ad aliud inventa sunt, nec alio fine requiruntur in constituendis sponsalibus, quam ut voluntatem dicentis demonstrent. l. 7. §. final. D. de supellect. legat. At autem, quæ spondenti nuptias, & hujus sponsionis fiducia flagitanti coitum, se submittit, nonne illa factò acceptat offerentis sponsalia;

&amp;

<sup>1</sup> Comm. libr. 8. cap. 13. commut. iur. civil. <sup>2</sup> Ad virg. laps. cap. 5.

<sup>3</sup> Franc. Hotm. tract. de sponsal. cap. 3.

<sup>4</sup> Cypre. cap. 3. §. 8. n. 2. libr. 1. de iur. commut. Havemann. libr. 1. Tit. 6. posit. 1. Gamol. synopt. <sup>5</sup> Consil. 26. n. 3. <sup>6</sup> Conf. 94. n. 12. cent. 5. ad ius civil.

& repromittit nuptias? animo consentit hæc puella, signa animi evidentia sunt, benevoli oculi, (qui veri cordis nuntii, & nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur) blanditiæ, basia, concredita virginitas. Cur non hic verba facta cedere debent, & plus esse, voluntatem coitu, quam verbis demonstrare *l. 1. §. 3. l. 2. D. de pactis. l. 48. §. 3. D. de adilit. edict. c. 52. x. de appellat gloss. in. C. ult. Verb. subarravit x. de desponsat. Impuber.* Et certe si hæc Grammatici doctrina in foro obtineret, facile esset puellas fallere, quæ non adeo cautæ semper sunt, ut verbis acceptent oblata sponsalia, & nuptias verbis repromittant.

4 Itaque, si verbis, siue conspicuis signis, acceptatio & repromissio fieri debent, ut sponsalia constituantur; idque confestim cum offeruntur nuptiæ: Nam ex intervallo, & longum post tempus facta repromissio, non obligaret offerentem invitum: Quippe postquam discesserunt à se invicem, re infecta, qui contrahere nitebantur, uti corporum, ita quoque animorum factus intelligitur discessus ac dissensus, & nisi nova voluntate approbent priorem, de quo sermo

<sup>1</sup> Haveman.  
lib. 1. Tit. 4.  
post 3. G.  
mol synopt.  
Kitzel. c. 4.  
Theor. 1.  
synopt. ma-  
trimon.

5 fuit, contractum, non obligantur. Tempus præsentis in negotio longum dicitur unius diei spatium, vel id quod excurrit etiam minimum, postquam offerens nuptias, ad alia discessit negotia. *l. 1. §. 1. D. de verbor. obligat. l. 12. D. de duob. reis constit.* extranea scilicet, & talia, quæ cum nuptiarum sponsione nihil commune habent *l. 6. D. eodem. l. 137. D. de verbor. obligat.* alias tam diu quam de sponsalibus agunt contrahentes, nec ad alios discedunt actus, sponsionem oblatam acceptare & repromittere nuptias, alteri integrum est. *l. 1. §. 1. l. 137. D. eod. l. 12. D. duob. reis const.* nisi jam alter oblatam sponsionem suam revocaverit. Id autem offerenti facere licet, antequam acceptavit alter sponsionem, postquam aliquod momentum naturæ intervenerit, ut ille respondisse potuerit. *d. l. 137.* quod quotiens facit, qui obtulit nuptias, non lædit alterum, cui ex contractu à sua parte nondum perfectò, hæcenus nullum jus quæsitum fuit: at contra honestatem est, in re tam seria, non constantiori esse animo, atque singulis horis, & offerre nuptias, & oblatam revocare sponsionem. Idem, ut in temporis nimio intervallo diximus, juris est, si quis sponsalia obtulerit, adjunctâ quadam conditione, eaque repudiaverit puella, postea autem facti pœnitens, priorem sub conditione sponsionem acceptet: etenim ille non obligabitur sponsor, nisi ex novo ejus consensu; emortua quasi non acceptata à puella priori sponsione.

<sup>2</sup> Covarruv.  
tom. 1. part.  
2. de ma-  
trim. cap. 4.  
n. 10. seqq.  
Cypr. cap. 3.  
§. 9. libr. 1.  
de jur. con-  
nub. Have-  
mann. d. l.  
Trevistan.  
privil. 7. n.  
56. & seqq.  
de sponsal.  
<sup>3</sup> Libr. 1. de  
spus. 5. q. 1.  
de matrim.

6 Cæterum si quis ab alio postulet sponsalia, stipuleturque futuras nuptias, quamvis eo ipso, à sua parte, revera, neque repromittat matrimonium, neque acceptet oblatam sponsionem, moribus tamen nostris habetur, ac si repromitteret, & acceptaret. Et sponsalium postulatio, seu ab alio stipulatio, repromissionis & acceptationis vim habet. Ut à simplicitate nostrorum morum alienum sit, quod Sanchez tradit, acceptantem, at non repromittentem nuptias puellam, obligatum habere juvenem, obligatam non esse. Etenim in omni obligatione, tum natura contractus, tum mens contrahentium inspi-

ciendæ sunt: at qui sponsalia offert, si illa acceptentur, & se, & acceptantem virginem obligare cogitat. Deinde sponsalium ea natura est, ut nisi uterque spondeat nuptias, sponsalia non sint; sunt enim illa reciproca nuptiarum sponsio. Itaque qui duntaxat acceptat alterius sponsionem, si non intelligatur eo ipso tacite repromittere nuptias, sponsalia constituere dici non potest; cum omni contractui generaliter hoc insit, quod non debeat, nisi id specialiter actum sit, ex alterius contrahentis voluntate pendere. Itaque qui acceptat alterius oblata sponsalia, & repromittere matrimonium, & sua repromissione, alterius promissionem compensare intelligitur: nisi constiterit voluisse virginem, sibi tempus deliberandi petiisse, atque interim ex sua sponsione obligatum esse juvenem, isque voluntati puellæ acquieverit: at tum non sponsalia contracta, sed in pendenti esse, ut contrahantur, dici debent.

Ait Ulpianus, in sponsalibus constituendis parum referre, per se, & coram, an per internum, vel per epistolam, an per alium hoc factum sit. l. ult. D. de sponsal. In qua lege multa consideranda sunt. Primum, dicit Jurisconsultus ad vim sponsalium parum referre, an quis præsens per se, vel absens per alium ea constituat, quia nudus duntaxat contrahentium requiritur consensus l. 4. D. de sponsal. qui & præsens præsenti, & absens absenti exhiberi potest. Aliud fuit jure veteri, cum sponsalia stipulatione interposita tantum constituebantur: illa enim non fiebat, nisi inter præsentes l. 1. D. de verbor. obligat. §. 12. Inst. de inutil. stipulat. quia contrahentes se invicem, cum quid stipulantur, exaudire debent. l. 1. D. de verbor. oblig. l. 3. D. de inutil. stipul. & alter alteri stipulari nemo poterat. §. 19. de Inst. inutil. stipul. at hodie, ut diximus, cum nudo pacto contrahantur sponsalia, constat, & absenti absentem desponderi posse, & hoc quotidie fieri. l. 4. §. 1. D. de sponsal. cum nudum consensum absens absenti per alium exhibere possit l. 2. D. de pact. l. 1. §. final. D. de contrah. empr. Denique nec in sexu distinguit Jurisconsultus, uter prior stipuletur nuptias, sponsus, vel sponsa: quia nec hodie ad vim sponsalium pertinet, quamvis ad honestatem pertineat, ut viri (sicuti veteribus moris fuit) stipulentur, & spondeant sibi uxores futuras l. 2. D. de sponsal. Etenim puellaris verecundiæ est, expeti ad nuptias, appetentiæ procacioris, eas appetere: virginei pudoris, ambiri à viro, meretriciæ libidinis, ambire virum. C. 13. caus. 32. q. 2. & gravior est sponsa, desiderata à sponso, quam secutuleia, quæ desideravit sponsum. Deinde intelligit Jurisconsultus, per se quem constituere sponsalia, vel verbis, seu signis, cum præsens est, vel epistola seu nuncio misso, cum absens est. Nuncius epistolæ par est, & epistola nuncio; nuncius simpliciter notam facit voluntatem mittentis; hæc formula, uti eam exhibet Lucianus in Phalaride, ubi ita legatix: *ceterum hæc vobis exponenda mandavit Phalaris. Ego inquit, à Delphi, talem mei existimationem esse, & c.* simili modo in sponsalibus: *misit me Titius ad te, & hoc mihi negotium exponendum injunxit; ego inquit Titius, me te ducturum spondeo.* In epistola per literas ipse mittens loquitur, & præsentem consensum exhibet, ut non male epistola, nuncius tacitus Epicteto; nuntius, epistola loquens Cujacio dicitur.

catur. <sup>1</sup> vel ut mihi videtur, epistola, nuncius per literas: nuncius, epistola per vocem loquens. Vtroque autem modo, uti dixi, qui nuncium vel epistolam mittit, per se contrahit sponsalia, cum in contractibus, qui nudo consensu perficiuntur, per æque valeat, quod scriptura, quam quod vocibus lingua figuratis significatur. *l. 38. D. de obligat. & act. l. 62. D. mandat.* Qui absentes per alios promittunt nuptias (quod quoque Ulpianus dicit fieri posse) vel ipsi dicuntur contrahere, vel alii pro iis. Ipsi contrahunt absentes per internuncium, (cujus solius ille meminit) vel per proxenetam, vel per interpretem. Internuncius est, qui inter duos medius, quæ tractantur, modo huic, modo illi nunciat. Sic Terentius in Eunuchis, *ne quis forte internuncius clam à milite ad istam cursitet.* Differt à nuntio, qui ab una parte duntaxat mittitur; differt à proxeneta, qui insuper verbis & persuasionibus instigat paciscentes, atque conciliatorem contractus agit. Itaque recte definitur proxeneta ab Harmenopulo, qui nuptiis conciliandis sese interpretē, & veluti sequestrum interponit, eumque Budæus appellat generali significatione, inventorem, ac conglomeratorem hominum. Interpres est, qui inter duos diversæ linguæ homines (qui etiam si præsentibus, quia se invicem non intelligunt, absentibus annumerantur. *l. 1. §. final. D. de verbor. obligat.*) solo linguæ ministerio defungitur; cæterum neuter horum propriam astringit fidem, sed duntaxat nudi ministerii actum præbet: quapropter mediantibus hisce, ipsi paciscentes, per se, etiam si absint, contrahere intelliguntur. Alius pro absente constituit sponsalia procurator, ille enim officium præbet, non ministerium. <sup>2</sup> Agit quidem mandatu domini. *l. 1. D. de procurat.* uti nuncius, interpret, internuncius, proxeneta: attamen insuper & sibi agit, acquiritque quod gerit. *l. 72. D. de procurat.* nec nisi per cessionem, in mandantem transfunditur negotium gestum *l. 49. §. 2. D. de acquir. vel amittend. possess.* nisi utili actione velit agere dominus *l. 27. §. final. l. 28. l. 68. D. de procurator.* In quo & hoc, in hac re speciale est, quod speciale debet habere mandatum. *l. 34. D. de rit. nupt.* nec hoc alteri, sine expresso ad id mandato, mandare possit. *arg. C. ult. x. de procurat. in 6.* Revocari mandatum potest, sed id in tempore fieri debet, & antequam expleverit mandatum procurator: si vero inter moras, antequam perfecerit negotium procurator, dominus aliam sibi desponsaverit, obligatus quidem erit sponsalibus per procuratorem pactis ad interesse nuptias sequi; at ut tempore priora, firma erunt sua puellæ data sponsalia, nisi & hæc sciverit mandatum datum, & non in tempore revocatum. Si vero post sponsas per procuratorem nuptias, alteri se despondet dominus, nulla erunt posteriora, in præjudicium prioris disponsatæ sponsalia. Et his quidem modis per se quis, præsens, vel absens; vel per alium, absens sponsalia contrahere potest: Romani verò sententia, <sup>4</sup> Ulpianum, per alium, accipere quemcunque hominem, etiam eum, qui sine mandato defert voluntatem alterius forte fortuna à se auditam, perspicue falsa est. Etenim negotiorum gestorem non admittunt sponsalia, cum ante sponsonem nulum negotium sit, quod geri possit. Deinde falsitatis se alligat, qui actum requi-

<sup>1</sup> Ad African. tract. 8. in l. 51. D. de edict. pag. (mihi) 552.

<sup>2</sup> Aët. 2. sicut.

<sup>3</sup> Cujac. d. l.

<sup>4</sup> Confil. 295.



<sup>1</sup> *Felin. in. C. ex parte. col. 3. x. de rescript.*

requirerem speciale mandatum, sine mandato gerit. <sup>1</sup> At in contrahente alterius nomine sponsalia, speciale requiritur mandatum, se ad certam designatamque personam referens *arg. C. final. x. de procurat. in 6. nec sufficit generale. l. 34. D. de rit. nupt. & generalis est regula infcium, per factum alterius neminem obligari. l. 73. §. 1. D. de regul. jur.*

Sed Ulpiano, cum dicit inter absentes, per epistolam, vel alium (procurato-  
rem intellige) sponsalia expediri posse, adversari videtur, quod diximus, re-  
promissionem nuptiarum post intervallum factam non valere: at autem mul-  
tum temporis sæpius interlabi necesse est, antequam mittenti epistolam, re-  
scribatur. Deinde contrahendæ nuptiæ non admittunt procuratorem, ut  
propter earum cum sponsalibus affinitatem, idem in hisce constituendis di-  
cendum esse videatur *arg. l. 16. D. de sponsal.* Verum ut ad primum prius respon-  
deam, ammadvertendum est, cum inter absentes per epistolam transiguntur  
sponsalia, considerari debere, tum demum ab absente sponderi nuptias, cum  
illius literas legit puella, quæ si statim rescribat, ab eo momento acceptam  
esse conditionem, repromissumque matrimonium, nec ullum temporis inter-  
vallum inter sponsonem & repromissionem haberi interjectum. Verum te-  
netur puella confestim rescribere, ut interjecto commodi temporis spatio pro  
ratione loci & distantia, ejus mens appareat scribenti: alias si scribentis vo-  
luntatem silentio transmiserit, nimiaque procrastinatione illius expectatio-  
nem defatigaverit, post nimium & longius intervallum, acceptans conditio-  
nes oblatas, obligatum non habebit eum, qui interim animum suum muta-

<sup>2</sup> *Trevissian. vit, atque amorem suum alio flexit. Porro ut quoque breviter diluamus, II*  
*privil. 6. n. quod ex nuptiarum cum sponsalibus affinitate deductum argumentum est,*  
<sup>12. & seqq. de sponsal.</sup> sciendum est, ut quid per procuratorem expediri possit, requiri, ut actio, quæ  
*Havemann. ex contractu nascitur, in procuratoris persona consistere, & ab eo in man-*  
*libr. 1. Tit. dantem cedi possit. l. 4. §. 2. D. de acquirend. vel amittend. possess. l. 8. §. final. D.*  
<sup>6. post. 3. Gamol. mandat, at actio quæ ex sponsalibus oritur, in persona procuratoris confi-</sup>  
<sup>*Synopt.*</sup> stere & cedi domino potest, ipsum vero conjugis vinculum, (quod perfectio  
sponsalium est, & actionem ex sponsalibus perimit) ut in persona procura-  
toris subsistat, isque id postea cedat domino; naturâ impossibile est. Sed de

<sup>3</sup> *Libr. 2.* his latius postea: <sup>3</sup> Hic tantum nota, etiam si inter absentes sponsalia consti-  
tui possint, melius tamen esse, & magis ex dignitate matrimonii, ut ea inter  
præsentes transigantur: tum quod majoribus difficultatibus soleant premi  
absentium contractus; tum quod præsentia contrahentium planius testetur  
liberam, & non mutatam eorum in nuptias futuras voluntatem. jam videa-  
mus quomodo sponsalia inter præsentem peragantur.

Olim, cum sponsalia solenni stipulatione interposita conficiebantur, hæc  
vel simili verborum formula, quæ non uno loco apud Planum occurrit,  
opus erat.

Agor. Audin tu patrue? dico, ne dictum neget,  
Tuam mihi majorem filiam despondeas.

Han.

Han. *Pactam rem habeto.*

Agor. Spondesne igitur?

Han. Spondeo.<sup>1</sup>

Megad. *Quid nunc! etiam mihi despondes filiam? Eucl. illis legibus,*  
*Cum illa dote, quam tibi dixi.*

Meg. Spondesne ergo? Eucl. Spondeo.

Meg. *Istud di bene vortant. Eucl. ita de faxint.\**

At postquam placuit, nudo pacto, & absque stipulatione sponsalia confici posse; quæcunque verba, quæcunque signa, dummodo mentem contrahentium demonstrent, hodie sufficiunt. Signa requiruntur in mutis, & surdis, qui fari nequeunt: in quibus nutus & gestus, mentis quasi interuncii sunt, verborum defectum vicaria quadam supplettes opera. C. 23. 25. x. *de sponsal. & matrim.* Verba regulariter requiruntur ab iis qui fari possunt, sufficiunt tamen & eorum signa, dummodo ea satis ostendant animi consensum. *arg. l. 21. D. de legat. 3. l. 22. C. de fideicom. l. 2. D. de pact. junct. l. 1. 2. D. de nupt. l. 30. D. de regul. jur.* Imo quoniam ipsum nuptiarum nomen bene moratis & indelibatis virginibus sanguinem diffundit; cumque exornet puellam, de cujus nuptiis agitur, frons ad pudorem composita, facies modestiæ & ingenuitatis colore purpurans, & mixta tenerrimis lacrymis taciturnitas, satis est, ut vultu annuat sponso, quæ à parentibus despondetur, l. 12. D. *de sponsal. gloss. in c. ult. x. de sponsal. vel manum porrigat, vel in signum consentientis animi osculandam se præbeat. l. 16. C. de donat. ant. nupt.* timida quasi mentem etiam testatis verbis expromere, ne appetentiæ procacioris esse & expetere maritum videatur, C. 13. *caus. 3. 2. q. 2.* Sic Aristænetus Cydippem legentem pomo inscripta hæc verba: per Dianam Acontio nubam: ita describit. *Adhuc iurjurandum, quamvis & irritum nec legitimum præferebat, quum amatorum sermonem verecundata projecit, dimidiamque reliquit vocem ultimam: in qua nuptiarum mentio, quas etiam aliis loquentibus erubescunt honestæ virgines.* Apud Heliodorum Cariclaæ de nuptiis interrogata modeste procos amovet; magis, inquiens, *decebat meum fratrem Theagenem pro me loqui, quam mecum viros verba facere.* At vero caute agendum est, ne capteretur mens puellæ, ex signis animi consensum non plane inferentibus; non enim statim ex complexu manuum, ex osculo à juvene fixo, ex facie rubore diffusa, cum nuptiæ nominantur, recte colligi potest, puellam sponcioni consentire: potest enim & osculum invitæ surripere, & manum puellæ non sponte porrectam, vel non in eum finem, ut consentiret nuptiis, suis implicare proci. Imo ut est Batava puellas osculandi licentia, oscula nisi mente & sponte in signum consensus dentur & figantur, vana, evanida, nulliusque momenti habentur. Recte diximus, cum verbis transiguntur sponsalia, nihil interesse, quæcunque ea sint, an barbara, an usitata, à blæso, balbutiente, an ab oratore prolata, dummodo mentem contrahentium satis explicent. Attamen quam maxime curandum est, ut omnis verborum ambiguitas, omnis captiosa obscuritas ab hoc sponsalium negotio absit,

A a

in

<sup>1</sup> *Penul. off. s. scem. 3.*

<sup>2</sup> *Aulul. off. s. scem. 2.*

<sup>3</sup> *Lat. Cy. pra. cap. 3. §. 2. & seqq. cap. 4. §. 2. & seqq. cap. 4. §. 23. n. 13. lib. 1. de jur. conub. Harveman. lib. 1. Tit. 6. post. 5. Gamol. synops. Arnif. cap. 3. sect. 1. n. 6. de jur. conub. Bas. Pont. lib. 2. cap. 14. de sac. matr. Alber. Gen. sil. lib. 2. cap. 7. de nupt. Sanch. lib. 1. dispus. 22. n. 6. de matrim.*

Pres. Every

hard. conf.

178. conf.

147. libr. 1.

IC. Batav.

Christen.

dissert. 1.

q. 45. de

caus. matr.

3. Bassl. Mon-

ner. cap. 3. de

matrim.

4. Covarruv.

tom. 1. part.

2. cap. 4. §. 1.

n. 6. de ma-

trim. Have-

mann. d. l.

posit. 7. Cy-

pra. libr. 1.

cap. 4. §. 15.

de iur. com.

Less. de iustis.

et iur. libr.

2. cap. 10.

dub. 3.

5. Kitzel. c. 4.

Theor. 15.

synop. ma-

trimon.

6. Wamf.

conf. 94. n. 1.

cent. 5. consil.

ad ius civil.

7. Andr. ab.

3. scen. 1.

8. Christen.

d. l. Wamf.

d. conf.

9. Thom. Tre-

vizan privit.

2. n. 13. &

seqq. de spon-

sal. Covar-

vuv. tom. 1.

part. 2. de

matrim. cap.

4. n. 1. &

seqq. Zoz. in

Pind. Tit. de

nupt. n. 4.

Perez. in

Cod. Tit. de

sponsal. n. 3.

Canif. in c. 9.

x. de sponsal.

Libr. 2.

o. 10. de sa-

crum. matr.

in quo quam maxime exuberare bona fides debet. & cogitare quemlibet oportet, non esse operosa in gloriam fallere credentem puellam, cujus simplicitas potius digna favore fuit. Quod si quis amphibologia, phaleratis verbis, subdolo sensu, perplexa oratione captare simplicitatem amantis puellæ conatus fuerit, primum ad communem verborum intelligentiam recurrendum est, & ea in eo sensu retinenda sunt, quem solent recte intelligentibus generare C. 7. x. de sponsal. & matrimon. Deinde contra eum explicanda, qui ut capteret alterum, ea protulit, & legem contractui dedit. l. 39. D. de pact. l. 33. D. de contrab. empr. cum potuerit, re integra, apertius dicere. l. 21. D. de contrab. emtion. ne cui sua calliditas prosit & alteri sua simplicitas obfici. l. 1. D. de dol. malo. Ut recte interpretes sentiant, hisce verbis, nulli nubam quam tibi: si coitus accesserit, sponsalia contrahi. Quippe quamvis hæc verba in alium sensum, quam matrimonii promissionem flecti possint; eo tamen tempore prolata, quo de sponsalibus agitur, & sui corporis copiam præbet puella, aliam interpretationem non patiatur. Imo cum bona fide egerit virgo, sponzor autem simulatione, dolo, mendacioque fuerit usus, atque aliud presserit mente, quam verbis profitebatur efferre, contra eum recte ambigua oratio explicatur, nec inspicitur mentalis ejus reservatio, sed quid illo sciente senserit puella. Idem est, si quis dixerit: tantum honoris tibi exhibebo, quantum de decoris accerserit copula: si ex me concipias, officiam te honore. Ick sal u eeren, Ick sal u ter eeren brenglien. Nam quamvis hæc verba explicari possint, de agnoscenda prole; in quo honor aliquis mulieris consistit, ne vulgo concepisse illa, & ejus filius, spurius seu vulgo quæritus dicatur; quo refertur illud Terentii: nam quod peperisset iusit tolli. ex usu tamen communi loquendi, qui observari debet l. 34. D. de regul. juris. l. 50. §. 3. D. de legat. 1. l. 7. §. 2. D. de supellect. legat. nuptiarum sponsonem continent. Cæterum, si non eripuit virgini pudicitiam juvenis, ex circumstantiis perscrutandum erit, qua mente à contrahentibus prolata & accepta fuerint sponsonis verba: quædam enim commodum admittunt sensum, extra matrimonii in præsens sponsonem: uti si quæ Argenis dicat Polyarcho suo, nemini nubam quam tibi: nullius nisi Polyarchi erit Argenis. præsentem in nuptias consensum hac oratione non exhibere virginem, sed futuram sponsonem, si aliquando matrimonii desiderio teneatur, promittere, recte intelligi potest; at tamen interim alteri nubere, non poterit. Sic quoque in vitæ periculo versanti si quis diceret, te non derelinquam, multum cogitatione sua, à spondendis nuptiis abesse posset. & ita de cæteris judicandum est, de quibus late Pontius.

Cæterum, jus Pontificum multum differentia ponit inter hæc verba, accipio vel accipiam te uxorem. primis, sponsalia, postremis nuptias contrahi, & si accedat copula; consummari docens C. penult. x. de sponsal. & matrimon. quam recte & pie, diximus supra & latius docebimus infra. Hujus juris interpretes multum interesse putant, utrum quis dixerit: de cætera habeo te pro uxore: semper

*semper providebo tibi tanquam uxori: volo te habere in uxorem: volo te tenere in uxorem: meam: promitto quod te ducam uxorem: volo tecum contrahere matrimonium: volo ducere uxorem:* quarum priores quatuor species respondere illis verbis, accipio te uxorem, & matrimonium constituere; posteriores, hisce, accipiam te uxorem, & inferre duntaxat sponsalia volunt; hæc autem verba, nullam habeo aliam uxorem, nisi te; nec sponsalia nec matrimonium. \* Verum habeant Pontificii hæc sua jura: nobis in constituendis sponsalibus, nisi de sponsalium spon-  
 sionibus loquamur, hujusmodi verborum in præsens vel futura tempus con-  
 ceptorum differentia nota non est: tum quia hodie nulla matrimonia jure coat-  
 lescunt nisi in facie ecclesiæ vel coram publico tribunali, ex auctoritate ma-  
 gistratus celebrentur; ut ridiculus esset, qui apud nos quaereret, an ma-  
 trimonium habeatur contractum, cum quis cuique privato in loco dixit,  
*duco te uxorem, accipio te maritum.* Deinde sæpe loquuntur homines verbis  
 præsentis temporis de actu futuro, ut arctius videantur sese promissionibus  
 astringere: quibus si adjungas regionis nostræ consuetudinem, apud quam  
 est vis & norma loquendi. l. 24. D. de regul. jur. l. 50. §. 3. D. de legat. in alio  
 quasi orbe versaretur, qui dubitaret, non promittere eum nuptias, qui dicit  
 se puellam accipere uxorem. Paris igitur significationis apud nos sunt ora-  
 tiones: *Ich sal u tot mijn vrouw neemen: ick sal u trouwen: ick belove u te trouwen: &c*  
*ick neem u tot mijn vrouw: ick geef u mijn trouw: ick trouw u:* atque tam hæc quam  
 illæ per æque & tantum sponsalia inducunt. Quid enim aliud dicere voluerunt  
 hujusmodi sponsores, quam, *ick verbinde mijn u te sullen trouwen: ick verlove mijn,*  
*u tot en vrouw te sullen eghen: ick belove u tot mijn man wettigh te sullen aenneemen.*  
 quippe qui vult consequens, vult antecedens, qui vult majus, vult minus. l. 1.  
 §. 4. D. de verb. obl. l. 56. D. de proc. adeoque qui dicit se contrahere nuptias,  
 vult sponsalia, quæ ad illas via sunt. Dicit jus Pontificium, impuberes sponsa-  
 lia contrahere, qui verbis in præsens conceptis matrimonio assentiuntur,  
 quoties ætas nondum admittit nuptias. C. 14. x. de desponsat. Impuber. cur  
 non æque ex mente contrahentium, verba præsentis nuptias inferentia, cum  
 eas ita contrahere jus publicum scientibus sponsores non admittat, in fu-  
 turarum nuptiarum sponsiones, id est sponsalia resolvenda sunt? certe hujus-  
 modi verborum subtilitatem in sponsalibus venari, à simplicitate, & inté-  
 gritate nostrorum morum alienum est, nec rei gravitas admittit: ut recte  
 de Batavis, quod de Germanis Schneidewinus, dicere possimus, *rude vulgus*  
*non intelligit, hanc juris canonici grammaticam.* \*

- 19 Cæterum, si serius desit spondentis animus, sciente altero, sola verborum  
 figura & vocis sono non contrahuntur sponsalia l. 19. §. 3. D. de adilit. edit.  
 l. 1. §. 3. D. de pactis. l. 3. §. final. D. de obligat. & act. recte Varro, *agi ex sponso*  
*non potest cum eo, qui jocandi causa dixit spondet; cum animo non spondet.* \* & apud  
 Ovidium Cydippe,

*Sed si nil dedimus, præter sine pectore vocem,  
 Verba suis frustra viribus verba tenes.*

A a 2

Nec

<sup>1</sup> Menoch.  
 libr. 3. præ-  
 sumt. 3. las.  
 Cypria libr.  
 1. cap. 4. §. 5.  
 & seqq. de  
 jur. contrab.  
 Canis. in cap.  
 9. x. de spon-  
 sal. Facchin.  
 libr. 3. con-  
 trovers. cap.  
 41. 42.

<sup>2</sup> Tit. de  
 nups. part. 1.  
 de sponsal. 6.

<sup>3</sup> Libr. 5. de  
 ling. Latin.

Nec queri potest puella, cum non fallat, qui jocatur, novit enim illa quod dicitur, joci causa dictum l. 145. D. de regul. jur. C. 14. caus. 22. q. 2. & sane cum par sit constructionis & destructionis doctrina arg. l. 35. D. de regul. jur. l. 38. D. de pactis cum ex calore animi, nunciato repudio, non solvatur matrimonium. l. 3. D. de repud. & divor. cur constituta habebuntur sponsalia, ob verba quædam calore animi imprudenter, & jocandi causa effutita? Etenim neque lubricum linguæ statim arripi debet arg. l. 7. §. 3. D. ad leg. Jul. majest. nec acquiritur hereditas, cui miles inter ludendum dixit, tu meus heres eris §. 1. Instit. de milit. testam. Volunt multi & non infimi nominis viri, contendente puella, serio animo sponsalia fuisse constituta, juveni id neganti jusjurandum deferendum esse: quorum sententiæ & ego subscribo, modo de mente spondentis aliqua ratione dubitari possit: alias si manifeste constet, eum ironice locutum, jocatumque fuisse, jurisjurandi religionem non temere exigendam puto. Ille autem audiendus non est, qui postquam deliberat virginis florem, jocosâ contendit sponsalia pacta, asserente & affirmante contrarium puella: etenim hujusmodi jocus illicitus est, & vix intelligi potest intervenisse ironicam locutionem, cum facta seriam cœuntium ostendunt mentem. Hic desino plura de hac materia tradere, cum ea ab auctoribus passim hoc capite à nobis citatis fuscè satis simulque & doctè explicata sint; & cum ad notitiam juris nostri parum faciat, quibus modis, quibusve verbis juxta Ebraeorum disciplinam contrahantur sponsalia, curiosum eorum lectorem ad Seldenum<sup>3</sup> Buxtorfiumque remitto.<sup>4</sup>

<sup>1</sup> Kitzel. cap. 4. Theor. 9. synopsis. marriage. Basl. Monner. cap. 3. de marriage. post alios.  
<sup>2</sup> Alber. Gentil. libr. 3. cap. 8. de nupt. Christi. sten. disserti. 1. quest. ult. de caus. matrimon.  
<sup>3</sup> Lib. 2. cap. 2. Vxor. Ebra.  
<sup>4</sup> Part. 1. n. 45. & seqq. de spons. & divor. Ebraeor.

## CAPUT VIGESIMUM PRIMUM

*De Conditionibus, quæ sponsalibus adjici solent.*

## SUMMARIUM.

- |  |   |
|--|---|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Sponsalia &amp; dici adjunctionem &amp; conditiones recipiunt.</li> <li>2. Hotmani opinio statuentis sponsalia nec pare nec sub conditione contrahi posse, refutatur.</li> <li>3. Sponsalia qua parræ, præferantur iis qua sub conditione contrahuntur.</li> <li>4. Sponsalia sub conditione honesta contrahi possunt.</li> <li>5. Conditionis definitio traditur, &amp; explicatur.</li> <li>6. Inter conditiones non recte referuntur orationes, quæ in præteritum vel futurum tempus concipiuntur.</li> <li>7. Quomodo impleatur &amp; quando impleta habeatur conditio, remittitur.</li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>8. Conditiones alia tacite, alia expressæ sunt.</li> <li>9. Expressæ conditiones suspendunt obligationem sponsalium: tacite, obligationis actionem.</li> <li>10. Tacite conditiones alia præteritum &amp; præsens, alia futurum respiciunt tempus.</li> <li>11. Expressæ conditiones non recte dispenduntur in necessarias &amp; accidentales.</li> <li>12. Accidentalis conditio, alia possibilis, alia impossibilis est.</li> <li>13. Impossibile quid dicitur, vel naturâ, vel lege, vel facto.</li> <li>14. Sub impossibili naturâ conditione constituta sponsalia, irrita sunt.</li> <li>15. Conditiones lege impossibiles, alia contra substantiam.</li> </ol> |
|--|---|

*substantiam matrimonii, alie simpliciter turpes sunt.*

16. *Conditiones contra substantiam matrimonii appositæ, quarum virum sint jure Canonico & jure Basavo, si post contractum matrimonium impleri debeant, explicatur.*

17. *Conditiones contra matrimonii substantiam pactæ, si ante perfectionem matrimonii compleri debeant, quarum virum sint jure Basavo, explicatur.*

18. *Errata sunt sponsalia sub conditione, lege impossibili constituta, præcipue si inter conposos res sit integra.*

19. *Conditiones sola honestate impossibiles adjectæ sponsalibus, quarum virum sint jure canonico, traduntur.*

20. *Conditiones sola honestate impossibiles, si non impleantur, hodie vitiatur contractum.*

21. *Non semper turpis est conditio, si corporis copiam mihi feceris, si te nudam concipere patiaris.*

22. *Non semper turpis est conditio, si virgo sis.*

23. *Virginitas nec oculis cerni, nec manibus obstetricum explorari potest.*

24. *Honestæ conditio est, si sis virgo, stipulata ab eo, qui libit, sine vidua.*

25. *Inhonestæ conditio est, si te virginem ex compressu comperero.*

26. *Inhonestæ conditio est, si ex me conceperis.*

27. *Facto impossibilis conditio vitiatur contractum.*

28. *Possibilis conditio alia potestativa, alia fortuita, alia mixta est, & vitiatur contractum non impleta.*

29. *Conditio in potestate & alterius arbitrio posita, vitiatur contractum, si non impleatur.*

30. *Qui conditionem sponsi adjectis, nisi & alter eam pactus sit, renunciare ei, in vita parte altera, potest.*

31. *Non intelligitur recedere à conditione, quæ ea pendente, virgini stuprum intulit.*

32. *De sponsalibus sub modo & causa contractis, remissive.*

I Capite secundo hujus libri dispecuimus sponsalia in quæ pure, & quæ sub conditione contrahuntur: pure contracta diximus esse duplicia; vel quorum obligatio simul & actio confestim existit; §. 2. *Inst. de verbor. obligat.* vel quorum quidem obligatio repente nascitur, at actio in præsens non datur, quod fit, quotiens in diem concipitur stipulatio. l. 46. *D. de verbor. obligat.* l. 44. §. 1. *D. de oblig. & action.* Sub conditione vero contracta dici, diximus ea, quorum ipsam quoque obligationem adjecta conditio, incertum an existitura suspensam tenet l. 64. *D. de verbor. obligat.* §. 4. *Instit. eod.* Quæ divisio hoc modo breviter explicari potest: ubi quis pure stipulatus fuerit nuptias; & cessit & venit dies, id est, & debentur, & peti possunt nuptiæ: ubi in diem; cessit dies, at nondum venit, id est, nata nuptiarum obligatio est, at ut consummentur, agi nondum potest: ubi sub conditione; nec cessit nec venit dies pendente adhuc conditione, id est, & obligatio & actio ex incerta conditionis existentia suspensæ pendet. arg. l. 213. *D. de verbor. significat.* Videamus jam, an nuptiarum sponsio & diem & conditionem admittant, ut revincamus hanc partitionem recte sponsalium divisionibus insertam esse. Franciscus Hotmanus vir doctus & de jure nostro optime meritus, autumat sponsalia neque pure neque sub conditione contrahi posse: *Non pure, quia pure promissum statim peti potest. Sponsa autem peti jure divino, nisi post tempus aliquod, non potest: Non sub conditione, quia promissio conditionalis obligationem suspendit; incertumque relinquit, utrum res debeatur, an non, quoniam in incerto casu eventum obligatio collata est.* l. 64. *D. de verbor. obligat.* §. 4. *Instit. eod.* at sponsalia jure divino obligationem pariunt: ut si e adulterii crimine sponsa alteram ducere, sponsa alteri nubere.

<sup>2</sup> Cap. ult.  
tract. de  
Sponsal.

non possit. qua ratione motus concludit ille vir, dicendum duntaxat fuisse; Sponsalia contrahi in diem posse, vel certam, uti Kal. Mai. proximis: vel incertam, cum iurisque commodum videbitur, ut in manum conveniant, & nuptias celebrent. Verum enim vero fatendum est, si vel jus divinum (quo ut quidam volunt, pacta statim duci non potuit sponsa) vel nostros mores respiciamus (quibus promissarum nuptiarum festivitas fieri nequit, nisi ad minimum post duarum septimanarum à die sponsionis publicæ moram) recte dici non posse, sponsalia pure contrahi; eo nempe sensu, ut sponsa pacta statim cogi possit, in manum sponsi convenire & nuptias celebrare. Debent enim & ille & illa, vi juris publici, expectare effluendum, dum nuptiæ denunciantur, definitum lege hoc tempus, antequam adversus se invicem ad ipsam nuptiarum celebritatem, & ut corpora misceantur, agere possunt: qua ratione recte dici potest, omnia nostra publica sponsalia non nisi in diem ex tacita consponsorum mente constitui, nec aliter concipi posse; & nasci quidem ex iis statim nuptiarum obligationem, at ipsas nuptias, priusquam dies venerit, peti non posse: ideoque similia esse stipulationibus in diem conceptis, ex quibus præsens nascitur obligatio; at peti res, priusquam venerit dies, non potest l. 44. D. de obligat. & act. l. 46. D. de verbor. obligat. Verum, cum nos dicimus sponsalia pure contrahi posse, non hoc asserimus, quotiens id fit, confestim paratam esse ad ipsam nuptiarum festivitatem actionem, id est, quod statim ipsa nuptiarum celebratio, & cum animorum conjunctione corporum traditio peti possit; sed esse natam sponso & obligationem & actionem, qua confestim cogere potest sponsam adire nuptiis Præfectos, publica contrahere sponsalia, & constituto legibus tempore perficere nuptias. Et certe si quis confestim agere potest, ut ea fiant, per quæ pervenitur ad id quod petitur, & sine quibus id quod petitur, consequi nequit, nonne is pure obligatum habere sponsorem dici potest? Dicimus ergo, cum pure contrahuntur sponsalia, committi statim stipulationem, id est, paratam esse ad celebrandas nuptias obligationem & actionem; sed ut ipse actus perficiendi nuptias fiat, includi temporis commoditatem; idque ex ipsa sponsorum mente, qui secundum leges coire matrimonio cogitarunt. sic pure facta stipulatio dici potest, *Carthagini dare spondes*, quamvis re ipsa habeat tempus adjectum, quo promissor utatur ad pecuniam Carthagini dandam. §. 5. Inst. de verbor. obligat nam id non rei substantiam, sed solam executionem respicit. l. 73. D. de verbor. obligat. Alterum Hotmani argumentum minus stringit. Etenim sponsalia pure contracta obligationem pariunt jure divino; sub conditione contracta suspendunt obligationem, & committitur tum demum stipulatio, cum conditio existit. §. 4. Inst. de verbor. obligat. Et quamvis dici possit, cum dicit Moses, adulterium committere sponsam, quæ alterius quam sponsi coitum admittit, jus divinum loqui casu, quo pure nuptiarum stipulatio facta fuit; dicimus quoque adulterii ream esse sponsam, quæ pendente conditione, si ea modo potest existeret, pudorem suum alteri prostermit. arg. l. 64. D. de verb. oblig. Dicimus ergo

ergo cum juris Pontificii interpretibus, sponsalia & pure, & sub conditione recte contrahi. C. I. C. 5. & *ib. gloss. x. de condit. apposit.* Præferimus tamen quæ pure, iis, quæ sub conditione constituuntur: tum propter negotii, quod geritur dignitatem (nam indignum videtur, incerto conditionis eventui committi, an exitura sit inter duos individua vitæ consuetudo, perpetua animorum & corporum conjunctio.) tum quod matrimonium sub conditione incerta promissum, non ex constanti amore, non ex omnimoda desponsantium voluntate, liberrimoque consensu iniri videatur, cum casum etiam, incertumque rei alicujus eventum habeat auctorem: certe fluctuat animo, & in vagum loqui videtur sub conditione promissor: at in constituendis sponsalibus omnem animi fluctuationem abesse, & deliberatam propensamque voluntatem adesse oportet. Deinde plusest statim aliquid dare; minus, post  
 4 tempus. §. 5. *Inst. de fidejuss.* ut magis sponsum sibi devinctum reddat sponsa, testeturque majorem suum erga eum amorem, quæ absolutam suam de futuris nuptiis interponit fidem, quam quæ sub conditione. Hæc tamen non ita dicta velim, quasi semper & prorsus, quæ sub conditione contrahuntur, despicienda sponsalia sint: quippe pientissimis etiam viris ea olim probata fuere. Bohaz promissit matrimonium Ruthæ, sub conditione, *si proximior vindex non vindicabit te: Libr. Ruth. c. 3. v. 13.* Filii Jacobi (sed hi dolo malo) Sichemo Principi promissere Dinæ nuptias sub conditione, *si eritis sicut nos & circumcisi fueris vobis omnis mas. Genes. cap. 34. v. 15.* 16. Placuit Jacobo nuptiarum cum Rachele sponsio sub conditione servitii septem annorum *Genes. 29. v. 18. 19.* Davidi cum Micale, sub conditione, si centum præputia Pelischthorum attulerit. *Samuel. cap. 18. v. 24.* Imo & aliquando prudentis est viri conditionem pacto adjicere, ut latenti dolo ac fraudi in tempore occurrat. Hoc tantum volo, quotiens res & occasio ferat, præferenda esse ea sponsalia, quia plus amoris testantur, quæ constituuntur, cum dexteræ in in mutua fœdera absolute & pure cœunt. Videamus jam quid sit conditio, & quæ in præsentī negotio considerari possint.

5 Conditio (quod nomen non à condicere, non à condire, sed à condere derivari cum Donello, <sup>1</sup> & Pontio <sup>2</sup> sentio) aliis, *certus eventus, in quem dispositio suspenditur*, nobis definitur, *oratio contractui adjecta, qua id omne quod agitur, in eventum, incerto an exiturum suspenditur.* Orationem dicimus, quia conditio plerumque verbis, pacto adjicitur, quamvis sciamus quasdam esse conditiones, quæ in constitutis sponsalibus, sui natura, etiam si non loquantur sponsores, inesse intelliguntur *arg. l. 4. §. 2. D. de pact.* Dicimus *contractui adjectam*, ut definitionem applicemus instituto nostro, cum nobis non sit animus eas recensere conditiones, quæ legatis vel heredum institutionibus in ultimis voluntatibus adjici solent. Dicimus *conditionem suspendere id quod agitur, in exiturum incerto eventum.* ut indigitemus tum adjectam esse contractui conditionem, *cum in aliquem casum differtur obligatio: ut, si aliquid factum fuerit, vel non fuerit, committatur stipulatio.* §. 4. *Inst. de verbor. obligat. l. 213. D. de verbor. signif.* ut  
 spes

<sup>1</sup> Libr. 8.  
 comment. jur.  
 civil. cap. 30.  
<sup>2</sup> Basl. Pont.  
 libr. 3. cap. 5.  
 n. D. de sa-  
 cram. matri-  
 mon.



spes tantum futuræ obligationis existat, non ipsa obligatio. *l. 54. D. de verbor. signif. §. 4. Inst. de verbor. obligat.* nam quod futurum est, & ex casu pendet, necesse non est evenire, cum possit non evenire: qua ratione ex Aristotelis, Chrysippi, & Stoicorum omnium sententia, jurisconsulti nostri, omnes fere à Stoicis instituti, futura, incerta, & nec vera nec falsa esse dixerunt: Verum tamen est quod Paulus ait, in rerum natura omnia certa esse, cum futura utique fiunt, & certo exitura sunt: alioquin futura non essent: sed & idem Paulus ait, nos nostram inscientiam aspicere debere, cum futura incerta dicimus *l. 28. §. 5. D. de jud.* Ex quibus colligi potest, non recte inter condiciones referri eas orationes, quæ in præteritum vel præsens tempus concipiuntur. Etenim cum, quæ naturâ certa, vel incerta sunt (uti sunt omnia, quæ vel præsentia vel præterita sunt) non morentur obligationem *l. 37. D. de reb. cred. §. 6. Inst. de verb. oblig. l. 16. D. de injust. rupt. irrit.* inter condiciones, quæ obligationem suspensam

<sup>1</sup> *Alciat. in l. 213. n. 24. D. de verbor. signif.*

tenent, numerari nequeunt. *l. 10. §. 1. D. de cond. inf.* referuntur tamen ab Interpretibus inter condiciones, quia, quamvis obligationem aut statim perimant, aut omnino non differant *l. 100. D. §. 6. Inst. de verb. oblig.* ipsos tamen contrahentes, ignorantes quid actû est, dum id explorent, interim suspensos tenent, & ratione istius explorationis, inquisitionisque futuræ, naturam initorum sub conditione sponsalium quodammodo assequi dicuntur. Diximus porro *conditionem suspendere id quod agitur*, ut indigitemus, tum demum nasci obligationem, & committi stipulationem, cum conditio pacto adjecta existit. *§. 4. Inst. de verbor. obligat. l. 213. D. de verbor. signif.* est enim omnis conditio eo nata ingenio ut sui postulet complementum, antequam ex pacto cui adjicitur, actio oriri possit. *C. 9. x. de cond. appos.* Cæterum, quibus verbis exprimantur condiciones, quomodo impleri debeant, quando impletæ habeantur, & quæ hic subtilius disputantur, videat lector apud Basilium Pontium.<sup>2</sup>

<sup>2</sup> *Libr. 3. cap. 16. de sacram. matrimonii.*

Conditiones futurum respicientes tempus, aliæ internæ, aliæ externæ sunt, quas alii corrupto latino sermone, intrinsecas vel extrinsecas dicunt, sed elegantius, tacitas vel expressas dixeris. Tacitæ seu internæ dicuntur, quæ citra stipulationem spondentium, vel sui natura, vel potestate legum sponsalibus insunt. Sui natura: uti, si furere non cæperis: si generationi aptus sis: omnisque qualitas, quæ rei natura in sponsoribus requiritur, adsit. *arg. l. 99. D. de condit. & demonstr.* Potestatem legum: uti, si liber homo sis: *l. 3. C. de incest. & inutil. nupt.* si civis Romanus sis: *pr. Inst. de nupt.* si sponsa patris non sis: *l. 12. §. 1. D. de rit. nupt.* si consentiant parentes: *pr. Inst. de nupt.* aliudve non inveniatur impedimentum, propter quod nos matrimonio jungi lex civilis negaret. Ex quibus tanquam ex adversis colligi potest, expressas, seu externas eas esse condiciones, quæ sui natura contractui non insunt, sed ex stipulatione contrahentium adjiciuntur: uti, si consul fueris: si decem mille in dotem accipias: si navis ex Attica venerit. Inter hæc & priores non leve discrimen est: expressæ seu externæ vim dant sponcioni, cum existunt: tacitæ vero cum deficiunt, tollunt sponsalia, quod ad obligationem pure contracta: conditio-

ditionum expressarum existentia requiritur, ut nascatur obligatio: in tacitis conditionibus requiritur, ut res ita maneat, sicuti creditur esse, ne alias stipulatio pure contracta resolvatur: expressæ itaque sponsalium obligationem ipsam suspendunt; tacitæ obligationis actionem, exitumque.

10 Tacitæ conditiones in multiplici sunt differentia: vel etiam præsens, vel futurum respiciunt tempus: præsens, uti si *stuprum non fueris passa*: de quibus fufe satis capite egimus decimo octavo. Futurum; idque vel ante perfectionem matrimonii duntaxat, uti si *fuerere non ceperis*; vel etiam post contractas nuptias, uti si *generationi aptus sis*. Nullum enim est matrimonium per ignorantiam contractum cum eo, cui ea facultas deest, quâ patres & matres sumus: quapropter & hæc conditio æque matrimonii, quam sponsalium dici potest. Verum de hisce, quæ ante nuptiarum festivitatem, futurum respiciunt tempus, sub titulo de repudio; de cæteris, sub titulo de divortiiis amplior dabitur dicendi locus.

11 Cæterum, expressas conditiones dispescunt Interpretes, in necessarias, quæ vi & necessitate naturæ existere debent, uti si *sol cras orietur*, si *moriatur avunculus*: & accidentales, quarum nimirum existentia fortuita, non necessaria est, uti si *navis ex Africa venerit*, si *consul eris*. At hæc distinctio minime animo meo adlubescit: etenim quomodo obligationem suspendere potest, quod ordine naturæ exiturum, certum est? Ulpianus ait: *qui sub conditione stipulatur, quæ omnino exitura est, pure videtur stipulari* l. 9. §. 1. D. de novat. & Papinianus dicit, purum esse legatum, relictum sub conditione, quæ non potest non existere. l. 79. D. de condit. & demonstr. & certe cum adjecta conditio suspensos debeat habere contrahentes, an unquam ex sponsione sua obligabuntur, quomodo quis sanæ mentis dubitare potest, an cras orietur sol, an morietur avunculus, ut dubium ei sit, an unquam committeretur stipulatio? Itaque moram in se habent, & tempus huiusmodi conditiones, & dicendum est, quotiens adjectæ reperiuntur, non tam respexisse consensos harum orationum, si *orietur sol in cancro*, si *moriatur avunculus*, futuram existentiam, quam tempus celebrandi matrimonii rejecisse, post tempus mortis avunculi, post ortum solis in cancro; ut pure sit facta stipulatio, sed in diem certum, vel incertum dilata actio. l. 79. D. de condit. & demonstr. & ut si, idem valeat ac, cum orietur sol in cancro: quæ præpositiones paris sæpius esse significationis in jure nostro, non infrequens est. l. 45. §. 3. D. de verbor. obligat. Quid ergo, nonne hæc conditiones, si *moriatur avunculus*, si *sol orietur in cancro*, suspensam interim reddere possunt ipsam sponsalium obligationem? Imo certe, idque duobus modis; primum, cum expresse egerint contrahentes, ne ante id tempus eos ipsa sponsio obligaret: deinde, si respexerint præsentem morbum, quo tum, cum sponsalia constituebantur, laborabat avunculus. At vero in primo casu, non sub conditione, sed ex die facta dici debet sponsio, cum suspensam conditio non teneat obligationem, sed ipsi contrahentes, nisi post certum tempus, se obligatos nolint. In secundo casu, non ge-

<sup>1</sup> Bez. de  
repud. & di-  
vort. pag.  
(mihi) 10.  
Cypræ. cap. 8.  
§. 2. n. 2. l. 1.  
de tur. con-  
nub.

neralis hæc oratio, si morietur avunculus, sed hæc specifica, si ex isto morbo morietur, conditionem facit, quæ cum ratione suæ existentia incerta est, recte obligationem suspendit. <sup>1</sup> Verum quod dicunt hæc oratione, si sol orietur in cancro, sub conditione stipulationem factam esse, quia incertum est, quamvis certa sit dies & hora orituri solis in cancro, an non alteruter contrahentium ante id tempus mortuus erit; non ratiocinari, sed ludere mihi videntur: pura enim hæc est stipulatio, & certum, diem suo tempore venturum, quo agi poterit: atque extrinsecus accidit sponcioni, si moriatur ante ortum solis in cancro alter contrahentium, quod actio ad celebrandas nuptias institui non possit.

Accidentalis porro conditio vel impossibilis, vel possibilis est. Impossibile <sup>12</sup> quid trifariam dicitur, vel natura, vel lege, vel facto. Naturâ, cum fatalis <sup>13</sup> rerum necessitas impedimento est, quo minus existat, quod stipulatum fuit: uti, si cælum digito attigeris, si mare ebiberis, si biduo Gadibus Romam pervenias, §. 11. Inst. de inutil. stipulat. l. 16. D. de injust. rupt. irrit. fact. test. Sed hæc postrema conditio propter adjectum tempus natura impossibilis est, nam sine temporis determinatione, Gadibus Romam pervenire, facile est. Lege impossibile dicitur, omne quod inhonestum, quodque contra bonos mores, legesque est. l. 35. §. 1. l. 61. l. 137. §. 6. D. de verbor. obligat. l. 112. §. 4. D. de legat. 1. l. 29. §. 1. D. de testam. milit. Nam, ut ait Papinianus, qua facta ledunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & (ut generaliter dixerim) contra bonos mores sunt: nec facere nos posse credendum est. l. 15. D. de condit. institut. Facto impossibile dicitur, quod quidem alteri præstare facile est, at illi impossibile, qui id præstandum in se recepit l. 4. §. 1. D. de statuliber. Sic Regi Galliæ viginti millia peditum suppetias mittere Anglo facile est; at impossibile minori Principi. Hisce ita explicatis, videamus jam quarum virium singula sint in constitutis sponsalibus.

Sub naturâ impossibili conditione pacta sponsalia moribus nostris nulla <sup>14</sup> sunt. Contractus enim sponsalia sunt, & ideo contrahentium consensum desiderant: at in omnibus contractibus, nullo excepto, receptum est, ut per adjectionem impossibilis naturâ conditionis vitientur, quia ea consensum excludit. §. 11. Inst. de inutil. stipulat. quod eleganter Mæcianus his verbis expressit: non solum stipulationes impossibili conditioni applicata nullius momenti sunt, sed etiam ceteri quoque contractus, veluti emptiones, locationes impossibili conditione interposita, aque nullius momenti sunt: quia in ea re, qua ex duorum pluriumve consensu agitur, omnium voluntas spectatur, quorum proculdubio, in huiusmodi actu talis cogitatio est, ut nihil aliæ existiment, apposita ea conditione, quam sciunt impossibilem l. 31. D. de obligat. & action. ut ludere, nec animum contrahendi habere, imo cum ludibrio rejicere virginem videatur, qui sponsalibus impossibilem conditionem adjicit: ejus enim votum & mens tantum absunt à matrimonii & inexplicabilis ejus vinculi sponcione, quantum est inter cælum & hæc citima. Nec adversatur nobis Gregorius nonus, cum ait, conditiones appositæ matrimonio, si turpes vel impossibiles sint, propter favorem ejus, pro non adjectis haberi.

C. ult.

C. ult. x. de condit. apposit. Etenim de matrimonio sub impossibili conditione contracto, non rescindendo; non de promisso sub impossibili conditione conjugio, contrahendo loquitur Pontifex. <sup>1</sup> Quid autem si promissis sub impossibili conditione nuptiis, rem habuerit cum virgine sponsor? Placet Bezæ <sup>1</sup> Innocentii tertii responsum, (quod tamen de honestis conditionibus apposis duntaxat loquitur) ejusmodi hominem videri à conditione recessisse. C. 3. & 6. x. de condit. apposit. quam sententiam Melancthonem quoque probasse refert Cypræus, <sup>3</sup> additque hanc rationem, ne alias sophistica & petulans improborum hominum locutio imponat misero & imbecilli foeminarum sexui. Verum, sit magnis hisce Theologis sua & imminuta auctoritas, at ut sunt nobis nostra jura & mores, an eorum sententia, & pia quidem & consulens animabus hominum, & favens imbecilliori sexui, in foro nostro defendi possit, admodum dubito. Etenim, sicuti jure Canonico, paucis hisce prolatis verba, *accipio te in uxorem*, ita apud nos matrimonium non contrahitur, ut præsumtio nulla possit hodie esse, propter adjectum coitum, quasi novo consponsorum consensu, contracto matrimonio, à conditione impossibili recessum fuisse. Deinde, si sophistica locutione usus fuerit sponsor ut deciperet virginem, ratio est, ut vitiatæ succurratur, & aliud est sophistica locutio, aliud, sponsioni apposita impossibilis conditio. Quid si ea adeo stulta adjecta fuerit, ut puellæ quantumvis credulæ, quantumvis simplici imponi non potuerit? uti si nuptias promiserit juvenis, si illa instar avis in Indiam volaverit: certe credendum potius est, impotenti libidini suæ succubuisse puellam, & hoc nomine jam prætegere culpam, quam credidisse sibi satis hisce sponsalibus cautum, vel stupratorem, animum constituendæ obligationis habuisse. l. 4. §. 1. D. de statuliber. & hætenus de conditione naturâ impossibili.

15 Conditiones quæ lege impossibiles dicuntur, in duplici sunt differentia: vel enim matrimonii substantiæ adversa, vel simpliciter turpes sunt. Contra matrimonii substantiam hæc dicuntur: *si generationem prolis exiteris: si venenum sterilitatis causa assumeris: si pro quaestute adulterandam tradideris: donec inveniam aliam honore vel facultatibus digniorem* C. ult. x. de condit. apposit. Hæc enim omnia talia sunt, ut salvis vinculo, fine, & scopo conjugii committi nequeant. Simpliciter turpes sunt, vel lege, uti, *si furtum feceris: si patrem verberaveris: si veneficium perpetraveris: vel sola honestate, uti, si te nudam conspiciendam mihi præbueris: si te veneri operam dans virginem invenero: si coitum admiseris: si pregnantem te fecero.*

16 Conditiones substantiæ matrimonii repugnantes considerari possunt, quatenus vel ante, vel post contractas nuptias impleri debent. Si posterius pactum fuerit, ex locum habere in sponsalibus jure pontificio possunt, jure Batavo non possunt. Etenim jure Pontificio, quotiens nudus adest coeuntium consensus, contrahuntur nuptiæ, nec ullæ solennitates ex necessitate legis requiruntur. C. 2. caus. 27. q. 2. ut facile fuerit privatis matrimonio co-

<sup>1</sup> *Formul.  
van't hon-  
wel.*

turis, hujusmodi conditionem sponsalibus apponere. At moribus nostris non ita perficiuntur matrimonia, sed demum post nuptiales denunciations, in facie Ecclesiae vel coram tribunali, solenniter contrahuntur: id autem quotiens fit, exigit verbi divini minister, vel is qui nuptiis praest, à futuris conjugibus, sub jurisjurandi quasi religione hanc sponsonem: perpetuum fore matrimonium & inviolatum, amoremque conjugalem itidem fore perpetuum, & caste victuros conjuges in casto conjugio, secundum sancta Evangelii praecepta, ad dei gloriam & ecclesiae honorem. <sup>1</sup> qua promissione, quam ultimam interponunt coalituri conjuges, si quid antea diversum sponsum fuerit, in nihilum redigitur. At autem videamus, quid jure Pontificio sancitum fuerit, conditione matrimonio contra ejus substantiam apposita: ait Gregorius nonus, hoc casu, *matrimoniale contractum, quantumcunque sit favorabilis, effectum carere C. ult. x. de condit. appof.* quia, ut ait gloss. hujusmodi conjugium deficit fides, proles, & sacramentum, tria matrimonii bona *in d. c. final. C. 10. caus. 27. q. 2.* per quae quid intelligatur, alibi diximus. Verum prima fronte dubitari posset, quare non potius Pontifex sanciverit, rejiciendas esse turpes hujusmodi conditiones, & firmum dicendum, quod alias rite contractum est matrimonium. Injustum enim videtur, ideo carendum fore virgini, adamato marito, quia adulterium committere pernegat, quia generationem prolis evitare renuit, quia sumpto veneno sterilitatem procurare, vel poculo abortitionis conceptum abigere non vult. Verum est, & hæc nigro calculo notanda esset sententia, & omnibus modis damnanda, si ea mens Papæ esset. Verum non loquitur ille, casu, quo alter contrahentium, contracto matrimonio, in quod consenserunt ambo, hujusmodi pactum vel modum conjugio potius, quam sponsalibus adjectum adimpliere pernegat; non quoque cum alter conditioni contra matrimonii substantiam appositæ vel contradixit, vel tacuit; hisce enim casibus firmum esse matrimonium, & rejici pactum seu conditionem docet Covarruvias. <sup>2</sup> Sed docet, non posse dici consensum nuptialem, qui conditioni naturæ matrimonii adversanti, ab ambo-

<sup>2</sup> *Tom. 1. de  
matrim.  
part. 2. cap.  
3. §. 1. n. 14.  
& seqq. Kir-  
zel. cap. 4.  
Theor. 12.  
synops. ma-  
trim.*

<sup>3</sup> *Petr. Lombard. libr. 4.  
sentent. dis-  
tinct. 31.*

<sup>4</sup> *Libr. 3. c. 4.  
& 9. 11. de  
sacram. ma-  
trimon.*

bus consponsis innectitur, ideoque hujusmodi sponsores nunquam esse potuisse, vel fuisse conjuges, quos copulavit libidinosa crudelitas, & crudelis libido, verius quam amor conjugalis, hominum desideranda propagatio, spes & finis nuptiarum. C. 6. 7. *caus. 32. q. 2.* <sup>3</sup> Aliter dictum capitulum Pontius interpretatur, ad quem lectorem remitto: <sup>4</sup> non enim proposuimus nimium inhærere explicationi canonum juris pontificii, sed potissimum tradere, in quibus mores nostri ab eo differant.

Diximus conditiones turpes quoque considerari posse, quatenus ante ma- 17  
trimonii festivitatem impleri debent, exempli gratia: *ducam te uxorem, si conceptum aliquo modo ex me factum, sumito veneno extinxeris.* Cujusmodi, certe conditionum turpium flagitiosos stipulatores & scelestos auctores judico, ne tale quid committant etiam contracto matrimonio, non tantum à nuptiarum sacris arcendos, sed insuper extraordinaria pœna à judice castigandos esse.

esse; præcipue eos, qui ambo sponte & nulla ratione incitata voluntate, huiusmodi conditionem probaverunt. Verum si puellæ ex se prægnanti nuptias spondeat juvenis, sub conditione, si abortum veneno procuraverit, illa vero coacta ut extorqueat sponsalia, simulet se annuere sponsioni, at postea conditionem implere renuat, judicarem condignis pœnis excipiendum esse scelestum hunc sponforem, cum mandator cædis pro homicida habeatur. *l. 15. §. 1. D. ad leg. Cornel. de sicar. & quasi nulla apposita fuisset sponsalibus conditio, cogendum uxorem ducere stupratam, quamvis stricti juris rigor adversetur; cum non consentiat, qui sub impossibili conditione consentit.* <sup>1</sup> Aliud dicendum esse existimaverim, si quis ut potiatur virgine, matrimonium promiserit sub conditione, non quidem substantiæ matrimonii adversanti, sed tamen lege turpi; uti si furtum feceris, si patrem fuste exceperis. Quæcunque enim puella sub tali conditione virginitatem suam committit stupratori, propriæ libidini succumbere potius, quam fiducia futurarum nuptiarum seduci creditur, cum nescire non possit, non habere mentem spondendi, qui alterum impossibili alligat conditioni. Nec adversatur nobis jus canonicum, cum doceat conditiones turpes aut impossibiles, quæ non sunt contra matrimonii substantiam, tanquam non appositæ censeri *C. ult. x. de condit. apposit.* loquitur enim de conditionibus contracto matrimonio, non sponsalibus adjectis. in contracto autem matrimonio, propter ejus favorem, jure positivo constitutum est, ut repellatur turpis adjecta conditio. In sponsalibus vero, cum constet jure naturali dependentem esse consensum à conditione, jus positivum nihil mutavit, sed impleri debet turpis conditio, antequam committatur stipulatio: <sup>2</sup> excipit tamen Pontius, nisi turpis conditio refundatur in ipsum matrimonium.

<sup>1</sup> Basil. Pont.  
libr. 12. cap.  
7. n. 2. de  
sacram. ma-  
trim.

<sup>2</sup> Wamef.  
conf. 94. n. 2.  
cent. 5. ad  
jus civil.  
<sup>3</sup> Basil. Pont.  
libr. 12. cap.  
7. n. 2. 3. de  
sacram. ma-  
trimon.

- 19 Multo magis ergo, si intacta à proco manserit virgo, sub lege turpi conditione constituta sponsalia invalida erunt. Etenim generaliter novimus, turpes stipulationes nullius esse momenti. *l. 26. D. de verbor. obligat. & officio prætoris contineri, ex huiusmodi obligationibus actionem denegare l. 27. D. eod.* Imo ludere potius voluisse, quam animo consensisse matrimonio ille videtur, qui tam absurdam & lege impossibilem conditionem sponsioni adjecit. Nec est, si quis dicat rem esse mali ex emplī, huiusmodi conditione sponsalibus adiecta, quæ spem nuptiarum tanquam præmium ostendit, inconsultam juventutem ad scelera committenda invitare, ideoque potius eam tanquam non adjectam habendam esse, uti jure civili in testamentis constitutum est, *l. 7. 8. 9. 14. 15. 27. D. de condit. Institut.* Nam ego potius ab huiusmodi stipulationibus condigna pœna deterrendos esse homines judico, quam contra mentem ipsorum contrahentium firma habenda sponsalia. Intermitto plura de hisce conditionibus tradere, uti quarum stipulatio vix, imo ne vix quidem in Batavum pectus cadat, ut jam etiam iis nimium inhæsisse videar, qui præcipue utilitati patriæ meæ inservire gestio. Si quis autem fusius hanc materiam tractatam desideret, adeat Sanchem, Pontium, Covarruviam, aliosque.

Conditiones honestate prohibitas diximus esse; *si copulam admiseris*: si te nudam à me conspici patiaris: si te virginem invenero, & hujus commatis plura: quæ quidem nulla publica pœna hodie vindicantur, attamen contra bonos mores sunt, & infamia facti perpetrantes afficiunt. In hisce ita constitutum est jure canonico, ut pactæ pro non adjectis habeantur, ac peræque firimum maneat, quod contractum est matrimonium. *Cult. x. de condit. apposit.*

<sup>1</sup> *Kitzel cap. 4. Theor. 13. Synops. matrimon.* Verum perscrutandum est, quid velint cum hæc statuunt Interpretes; <sup>1</sup> nam contracto matrimonio, turpis conditio non est, si copulam admiseris; imo nullæ sunt nuptiæ, si congregi sponso nequeat sponsa; nec quoque turpe est conspici nudam à marito uxorem; nec nuptam, virginem invenire. Quod si autem de sponsalibus de futuro loquaris, turpe non videtur coitum admittere: nam jure canonico, eo ipso quasi ex novo accedente contrahentium consensu, sponsalia de futuro vertuntur in præsentem, & procreandæ soboli operam dedisse iusto in conjugio dicuntur conjuges. *C. 3. 5. 6. x. de condit. apposit.* <sup>2</sup> Sed sciendum est, hæc conditiones considerari posse, cum contracto clam matrimonio, ante ejus publicam festivitatem, congregi sponso, vel se nudam conspiciendam præbere nolit sponso; & ille velit, propter non impletam conditionem, à conjugio recedere: etenim etsi nec impudicum, nec turpe sit, ut contracto matrimonio nuda à marito conspiciatur, vel ei commisceatur uxor: id tamen si fiat extra lectum geniale, clam parentibus, antequam sponsa à paranympis sponso traditur, sola viri libidinosis oculis, & libidini satisfaciendi gratia, contra honestatem est. Nam licet concubitus, qui clandestinum matrimonium sequitur, quantum ad conjuges non reputetur stuprum; ante nuptias tamen commissus dicitur stuprum & fornicatio cæteris hominibus, *C. 1. caus. 30. q. 5.* Eodem sensu turpis dicitur conditio, si virginem te invenero, invitatenim conjuges ante festivitatem matrimonii ad coitum, vel exigit ut sponsa contracto jam matrimonio, iudicio peritorum (qui tamen hac in re sæpius falluntur) se summittat, an virgo fuerit; quod prius contra honestatem est, posterius contra castitatem uxoris. <sup>3</sup> & idem de cæteris conditionibus, quæ sola honestate turpes sunt, judicandum est. Ex quibus patet, cum disputatur jure canonico, an conditiones turpes matrimonio appositæ vitient contractum, non quæri, an iis impletis contrahatur, verum an non impletis, resolvatur contractum matrimonium? & vix conditio, sed potius modus vel pactum dici debet, quod perfecto consensu matrimonio, adimpleri ante ejus publicam celebrationem debet. <sup>4</sup> Etenim ut recte Pontius sentit, id quod sub conditione fit, necesse est, ut sit posterius ratione & natura, conditionis eventus; nam prius impleri conditio, quam contractus perfici debet. at nostro casu, contracto jam clam matrimonio, conditio impleri deberet, quod frivolum est: ut recte idem Pontius concludat, hac stipulatione, *contrahe tecum si consenseris in copulam, sive si coieris*, non suspendi matrimonium: nam si de consensu, aut concubitu illicito actum sit inter contrahentes, rejicitur turpis conditio à contracto matrimonio: si autem licitum intel-

<sup>3</sup> *Kitzel c. 4. Theorem. 13. Synops. matrimon.*

<sup>4</sup> *Vid. Wamess. conf. 94. n. 2. contur. 5. ad ius Civil. Sarch. lib. 5. disput. 16. n. 3. de matrimon.*

lexerint

lexerint coitum, cum post contractum interponi deberet, ut conditio suspensum matrimonium habere non potest. <sup>1</sup> Sed hæc Pontificiis relinquamus, <sup>1</sup> *Libr. 3. cap. 8 n. 5. de sacram. matrimonii* & ad mores nostros progrediamur.

20 Turpe puellæ est obfcænis verbis abblandiri luxurioso amanti, turpius se nudam conspiciendam præbere, at omnem verecundiam superat voluntarium stuprum: quid ergo si sub inhonestis ejusmodi conditionibus promittantur hodie nuptiæ? Dubium non est, si conditioni paruerit puella, quamvis offenderit virgineum pudorem, alligatum esse sponsioni suæ juvenem: sed quæstio est, an cogere ad perficiendas nuptias sponsorem possit, quæ pudica impudico proci desiderio parere noluit? Ego sentio, non esse sponsalia contracta, nisi impleta conditione. Etenim non consentit, qui conditioni consensum alligat, nisi ea existat *l. 213. D. de verbor. signif.* Imo qui sub inhonesta conditione promittit matrimonium, alienatum à contractu suum animum ostendit, cum sciat pudicam puellam, id quod contra bonos mores est, facere non posse. *l. 15. D. de condit. instit. l. 79. §. 1. D. de jur. dot.* Quid ergo? licetne hoc modo insidiari pudicitiae virginum? & metu ne alias non coalescat desideratum conjugium, impellere imbecillem hunc sexum ad illicitos concubitus? eritne invicta castitas damno puellæ? carebitne ideo adamato sponsio, quia negavit, quod pudica dare non potuit, nec ille pudicus flagitare debuit? quia integram virginatatem reservavit thoro nuptiali, & pudicos mores casto conjugio? quid non potius statuendum, etiam si jus strictum aliud suadeat, in præmium propugnatae pudicitiae, virgini addicendum esse juvenem, rejecta tanquam non adjecta sponsioni turpi conditione? Verum enim vero etiam si à morum censoribus graviter puniendus sit, qui hisce modis insidiatur castitati virginum; non tamen video, quomodo obligatus censebitur nuptias perficere, cum non impleta conditione, consensisse sponsioni dici non possit, cumque sine voluntate sua nemo obligetur. Deinde generaliter constitutum est turpes stipulationes nullius esse momenti. *l. 1. §. 11. D. l. 26. D. de verbor. obligat. l. 31. D. oblig. & action.*

21 Cæterum, possunt aliquando hæ conditiones; *si corporis copiam mihi feceris: si te nudam conspici patiaris*: honeste pacisci à viro modesto, & gravi, non ex libidine impudica, sed ex pio prolis desiderio, ut semper turpes dici nequeant: nimirum, cum spargitur fama, virginem perpetuo laborare menstruo, vel id nunquam pati; esse nimis arctam & ineptam ad coitum, aliove occulto laborare corporis vitio, ut infœcunda credatur. Etenim justum est, qui prolis generandæ causa, & ut habeat contra concupiscentiam remedium, uxorem ducit, ante nuptiarum celebrationem securum reddi, aptam esse conjugio sponsam. Nec concedendum puellæ sibi consciæ est, fallere posse excipientem quod honestum est: ne cum nimia ipsius mulieris, & aliqua mariti, nominis sugillatione, ob hujusmodi latens vitium, contractum postea resolvatur matrimonium. Imo corporum nudorum aspectum, etiam si nulla occultioris alicujus vitii suspicio esset, in republica sua flagitavit Plato, in Eutopia



<sup>1</sup> *In de trou- ringh. Dia- leg. ad nupt. Cratis & Hipparchie.* pia sua laudavit Morus, ut ex eorum convenientia & concentu quasi, fertile futurum matrimonium colligeretur: & refert Catzius, Majoribus nostris ali- quando moris fuisse, fere nudam à duabus sponsi necessariis inspicere sponsam, & à duobus sponsæ cognatis, nudum sponsum, ante matrimonii festivitatem, ut securi redderentur futuri conjuges, eorumque parentes, nullum corporis vitium sub veste latere, quod vel obesse generationi prolis evidenter, vel avertere amorem decepti conjugis à conjugæ posset. <sup>2</sup> At autem, si illud nec turpe nec foedum æstimatum fuerit Majoribus nostris, cum etiam nulla existeret morbi alicujus suspicio, quanto magis id hodie æquum censeretur debet, quotiens publicus rumor & vicinæ fama dicit, morbosam esse mulierem, & ineptam conjugio. Patiatur itaque sub conditione tali desponsata, explorari, an hujusmodi lateat sub veste occultum corporis vitium, vel per obstetricem, honestasque matronas, si illæ huic operi sufficere possint. C. 4. 14. x. de probat. <sup>3</sup> sin minus, uti si quæ nimis arcta ad coitum dicatur, per sponsum ipsum, nisi potius nolit nuptias, quam hæc pati.

Similis conditio est, si virgo sis, quamvis enim illa pactoracite, insit, etiam non stipulata, attamen non male facit, qui illam sponcioni adjicit, quotiens interfectæ virginitatis rumor vagatur. Etenim hac stipulatione (cum difficile probatu sit puellam virginem non esse, eaque probatio incumbat ei, qui quam devirginatam asserit) onus probandi à se in virginem rejicit. Nec illa tum turpis est conditio, cum dubia habetur mulieris pudicitia ex vicinæ rumore, & suspicione vulgi: vitiata enim pro virgine nuptum dari nequit, & prudentis est viri, ante nuptias hujus rei certum esse velle, cum postea sera sit ejus inquisitio. Itaque probare tum debet puella, obstetricum judicio nullas deceptæ virginitatis notas in corpore suo apparere, <sup>4</sup> & prægnantem se non esse (illud enim ad obstetricum arbitrium ex constitutione Divorum fratrum pertinet. l. 1. D. de ventr. inspiciend.) Verum an virginitas ejus mulieris, quæ nec peperit, nec concepit unquam, recte & semper explorari possit, aliis affirmandum relinquo: mihi quidem licet hymen forsitan aliquis in virginibus sit (quod ipsum tamen peritiores Anatomici nugas putant esse muliebres <sup>5</sup>) virginitatem tamen vel oculis cerni, vel manibus explorari posse, vix credibile videtur. Hac de re ita Ambrosius ad Syagrium Veronensis ecclesiæ episcopum scribit: quid, quod etiam ipsi Archiatri dicunt, non satis liquido comprehendendi inspectionis fidem, & ipsis medicina vetustis doctoribus id sententia fuisse? Nos quoque usum hoc cognovimus, sæpe inter obstetrices abortivam varietatem, & quæstionem excitatam, ut plus dubitatum sit de ea, quæ inspiciendam se præbuerit, quam de ea quæ non fuerit inspecta. <sup>6</sup> Cyprianus quoque ad Pomponium de virginibus scribit: Nec aliqua putet se posse hac excusatione defendi, quod inspicere & probari posset, an virgo sit: cum & manus obstetricum & oculi sæpe fallantur. C. 4. caus. 27. q. 1. I aceo quoque periculosum esse hoc conari, cum referat Augustinus obstetricem quandam virginitatis integritatem explorantem, virginem manibus corrupisse <sup>6</sup>. Cujacius ait, an sit virgo, esse in difficili & pene impossibili, nec hujus rei legi usquam

usquam obstetricibus delatum fuisse arbitrium. 'Erasmus dicit, virginittatis probationem non minus difficilem quam custodiam esse.' Itaque iudico, quod  
 tiens incidit de integritate virginis quæstio, satis esse, si nullum amissæ virginitatis signum in corpore puellæ, ex partione, vel tumore uteri, ex eo quod prægnans sit, reperiatur obstetrix; quæ enim peperit, vel prægnans est, necessario cum viro concubuit. Et puto extra hos casus virginittatem, quæ facilius eripitur quam probatur, explorari & ostendi vix posse. <sup>3</sup> Salomon ait: *Tria ista occulta à me, imo quatuor hæc non novi: viam aquilæ in cælo, viam serpentis in rupe, viam navis in alto mari, & viam viri in virgine. Ita est via mulieris scortantis: comedit, deinde abstergit os suum; tum dicit, non sum operata iniquitatem.* Proverb. 30. vers. 18. 19. 20.

<sup>3</sup> Vid. plur. apud Sanch. lib. 7. disput. 113. de matrimon. Cypræ cap. 13. §. 50. 51. & seqq. libr. 1. de jur. conn. Arnif. d. l. n. 16. 17.

- 24 Hæc quoque potest esse conditio, si virgo sis, casu, quo quis dubitat, an vidua sit, quæ se virginem venditat, qui non vult nisi virginem uxorem ducere. At vero inhonestæ conditio est, si te virginem ex compressu comperero. Etenim puellam invitare ad coitum futurorum sponsalium ostensa spe, turpe est, cum omnis coitus ante matrimonium scortatio sit. Deinde (uti diximus) cum nota virginittatis ex prima consuetudine, in pluribus, intergrum tamen & intactis à viris hodie non appareat; virginem esse puellam, & animo & corpore incorruptam, credere præstat, quantum signum corporeæ virginittatis per concubitum exquirere velle.

- 26 Putat Wamæsius inhonestam conditionem non esse, si ex me conceperis, cum studio quærendorum liberorum plerumque uxores ducamus l. 220. §. 3. D. de verbor. signif. Sed hæc sententia mihi minime placet; quid? nonne inhonestum est, extra matrimonium coire? liberos quærere? stuprum committere? nothos, nisi interim perficiantur nuptiæ, producere? Laudandum propositum est liberorum quærendorum causa uxorem ducere, at turpis & inhonestæ conditio est, promitto matrimonium, si ex me conceperis, cum sine scortatione impleri non possit. Quod addit Wamæsius non obligatum esse sponsorem nuptias perficere, etiam si rem habuerit cum puella, nisi & eam prægnantem fecerit; cum sub duplici conditione facta videatur promissio, si coitum admiseris, & ex me conceperis, quarum unius eventus non sufficit, nisi & alterius accedat. l. 5. D. de condit. institut. probari ex iis quæ diximus potest: at vero quod insuper dicit, non quoque esse obligatum juvenem nuptias perficere, si ex prima consuetudine non conceperit, licet eam continuatam, postea prægnans facta fuerit puella, vix probo arg. l. 134. §. 1. D. de Verbor. obligat.

- 27 Facto impossibilis conditio, ut ad eam tandem deveniamus, si non impleatur, non contrahuntur sponsalia. l. 7. D. de verbor. obligat. l. 31. D. de obligat. & act. l. 4. §. 1. D. de stat. liber. Facto impossibilis conditio recedit ab impedimento naturali, & respicit facultatem personæ, ideoque rectius difficilis, quam impossibilis dici potest. Præstandi vero difficultas non impedit obligationem, cum Venuleius dicat, generaliter causam difficultatis ad incommodum promissoris, non ad impedimentum stipulatoris pertinere. l. 137. §. 4. D. de verbor. obligat.

*ligat.* si quis ergo dicat pauperculæ mulieri, ducam te uxorem si viginti millia doti constitueris, non erit obligatus sponfor, nisi conditioni adjectæ satisfaciatur mulier. C. 3. x. *de condit. apposit.* Etenim ludere quidem videtur, qui tantam dotem à paupere puella exigit, at cum aliunde & per alios, mulieris forte consanguineos, conditioni satisfieri possit, non omnino tutus est, quod non committi possit stipulatio. Accidit quoque aliquando, ut se ditissimam venditet mediocris duntaxat fortunæ mulier, ut quandoque prudentis viri sit, hujusmodi conditionem sponcioni inferere, ne forte contractis nuptiis rei familiaris angustia, & delusa nupriarum spes conjugalem minuat amorem, & odium inducat. Etenim quamvis omni lucro præferenda sit maritalis concordia. l. 5. C. *de Instit. & substit.* attamen in spem esuritionis & penuriæ, matrimonia minime contrahenda sunt. Nec adversatur nobis quod Celsus ait; *si tibi nupsero, decem dare spondes? causa cognita, denegandam esse actionem, nec raro probabilis causa ejusmodi stipulationis est.* Item si vir à muliere eo modo, non in dotem stipulatus est. l. 97. §. 2. D. *de verbor. obligat.* ratio Juris videtur esse, ne contra bonos mores venalia quodammodo reddantur matrimonia. l. 2. D. *de donat. inter vir. & uxor.* Verum caute addit jurisconsultus clausulam hanc, *causa cognita*, ne quis indistincte ejus verba accipiat; si enim ex honesta causa (veluti dotis, donationis propter nuptias, aliufve honestæ rei nomine) promissio facta fuerit, ex mente Celsi firma erit obligatio *arg. l. final. §. 1. D. de obligat. & action.* duntaxat irrita, si stipulationi inhonesta subsit causa. *gloss. in d. l. 97. §. 2. verb. raro.* sic donatio sponsæ facta & collata in tempus matrimonii, ut uxori fieret, ad sententiam orationis pertinet, & irrita est. l. 32. §. 22. D. *de donat. int. vir. & uxor.* At recte potuit mulier ab eo in cujus matrimonium conveniebat, ducenta stipulari, si concubinæ consuetudinem tempore matrimonii repetisset. l. 121. D. *de verbor. obligat.*

Hactenus quæ conditio impossibilis, & quarum virium in sponsalibus sit explicatum dedimus, agamus jam breviter de possibili conditione. Ea in triplici differentia esse dicitur; alia quæ in potestate sponforis est, alia fortuita, mixta alia vocatur. Prima, quam potestativam Interpretes vocant, ut impleatur, ex solo promittentis pendet arbitrio, ideoque voluntaria est, uti si *mihî osculum dederis* l. 15. D. *de condit. Instit.* altera, extra voluntatem spondentis posita, tota ex incerto alicujus rei eventu, seu casu & fortuna pendet, uti, si *navis ex Africa venerit, si Rex Suecia vincat Danum.* l. ult. C. *de necess. serv. hered. instit.* tertia partim fortuita, partim in potestate est, uti si *volueris in Indiam proficisci, & sanus redieris* l. 4. C. *de Instit. & substit.* manifestum enim est, et si in Indiam proficiscaris, multis casibus non voluntariis, sed fortuitis evenire posse, ut non redeas vel sanus non redeas. In hisce omnibus conditionibus, si sponsalibus appositæ sint, hoc constitutum est, ut compleri debeant antequam committatur stipulatio. C. 5. x. *de condit. apposit.* l. 6. C. *de necess. serv. hered. instituend.* Itaque si conditio talis, quæ in potestate spondentis est, apposita sit, ille autem eam neglexerit, & minime compleverit, sibi imputet quod spera-

<sup>1</sup> Ant. Wal-  
le. in consil.  
& epist. pag.  
(mibi) 484.

speratas nuptias perficere puella non cogatur. In cæteris vero, si ex fortunæ insidiis defecerint, suum fatum, non puellæ inconstantiam queri debet. Quod autem interpretes docent peregrinas condiciones, & ad contractum matrimonii non pertinentes, quamvis honestæ & possibiles sint, pro non adjectis haberi, & firmas esse iis non impletis sponsiones, <sup>1</sup> intelligendum est locum habere, cum sponsalibus de præsentī, id est, veris & contractis nuptiis appositæ sunt, uti, *contraho tecum, si Rex Dania duxerit filiam Regis Angliæ.* In sponsalibus enim de futuro, condiciones peregrinæ, si non compleantur, vitiant contractum. <sup>2</sup> In potestativis conditionibus notandum est, si negative concipiuntur sine certi temporis determinatione, inutiliter sponsioni apponi, cum semper incertum sit, an non contrarium facturum sit sponsor; uti si quis dixerit, *ducam te uxorem, si non ascenderit in Capitolium*, idem enim operabitur. <sup>3</sup> hæc non determinata ad aliquod tempus conditio, ac si dictum foret, *cum morieris*, nam refertur in tempus, quo obligatio nasci nequit, cum toto vitæ tempore possit quis Capitolium ascendere. Itaque ni frivola velint sponsalia contrahentes, huiusmodi conditioni certum determinatumque tempus præfigere debent. <sup>3</sup>

- 29 Est & alia possibilis & honesta conditio, nimirum cum quid in voluntate & arbitrio tertii ponitur, uti, *si pater meus nuptiis consentiat*; C. 5. x. de condit. ap-  
posit. Etenim quamvis hæc conditio, per se satis & tacite, moribus nostris, sponsalibus insit, non caret tamen effectu in viduorum sponsionibus, quibus parentum consensus in contrahendis nuptiis non æque necessarius est. Imo & in liberorum, qui in sacris parentum adhuc sunt, sponsalibus adjecta non semper inutilis est, uti ex sequentibus palam erit. Cæterum autumat Zep-  
perus, ante exploratam patris voluntatem, pœnitentiæ locum esse, & consi-  
lium suum invita parte altera sponsorem mutare posse. <sup>4</sup> Sed ejus sententia mihi minime arridet: etenim contractus uti prius voluntatis, ita postea neces-  
sitatis sunt, nec alicui conceditur cum invita alterius incommodo consilium suum mutare l. 5. C. de obligat. & action. ideoque conditionis eventum, cui se  
alligavit sponsor, expectare debet, & stare promissis si consentiat pater, <sup>5</sup> etiam si minor annis filius familias, sponderituti sentit Havemannus. <sup>6</sup>  
Quid autem si rogatus, primo dissentiat, postea iterum rogatus consentiat pater? cum verba pactæ conditionis de prima patris voluntate accipienda  
sint l. 89. §. 1. D. de verbor. significat. nisi novus accedat contrahentium con-  
sensus, quia conditio prima interrogatione impleta non fuit, irrita est prior  
stipulatio.

- 30 Cæterum qui sponsioni conditionem, ut sibi caveat, adjecit, is ei ut favori pro se introducto renunciare potest, & purum efficere contractum l. penult. C. de pactis l. 41. D. de minorib. l. 46. C. de pact. idque etiam invita parte altera, dummodo illa se pure obligaverit, licet in alterius sponsalia sub conditione constituta consenserit: aliud est si constiterit ab utraque parte hoc esse actum, ut neuter nisi existente conditione obligaretur. <sup>7</sup>

<sup>1</sup> Kitzel. cap. 4. Theor. 12. sponf. ma- trim.

<sup>2</sup> Beckstad. part. 1. cap. 2. n. 6. de condit. spon- sal.

<sup>3</sup> Covarruo. tom. 1. part. 2. de ma- trim. cap. 3. §. 1. n. 21.

<sup>4</sup> Libr. 4. c. 20. de legib. Mojaic.

<sup>5</sup> Christen. differt. 1. quest. 15. de caus. matri- mon.

<sup>6</sup> Lib. 1. Tit. 9. posit. 2. n. 2. Ganol. synops.

<sup>7</sup> Carpz. lib. 2. Tit. 2. definit. 24. iuris- prud. confist. Christen. diff. 1. quest. 18. de caus. ma- trim.

Porro si quis pendente conditione, verba ad rem contulerit, & solverit <sup>31</sup> virgini zonam, à conditione recessum, & pure contractas nuptias esse jus canonicum statuit. C. 3. 5. 6. x. de condit. apposit. <sup>1</sup> Quod an moribus nostris conveniat, dubium est. Affirmat Vinnius, atque ita de facto consultus, se respondisse testatur. <sup>2</sup> Ego vero hic à præceptore meo dissentire cogor; non enim matrimonium apud nos, ex solo contrahentium consensu, uti jure pontificio perficitur, nec hodie sponsalia de futuro in matrimonium transeunt per subsequentem, inter sponsum & sponsam, corporum conjunctionem (quod tamen qua ratione affirmaverit Clarissimus ille vir, nescio <sup>3</sup>) ut non minus scortatio dicatur nobis, extra nuptias inter sponsum & sponsam consuetudo, quamvi: pacta sponsalia sint, quam jure pontificio, cum absque nuptiarum sponcione committentur contrahentes. Et certe irritò contractu ex defectu conditionis, quid coitus operari poterit?

<sup>1</sup> Carpx. lib.  
<sup>2</sup> Tit. 2. di-  
finit. 25.  
Jurisprud.  
consist. Cy-  
præ. cap. 8.  
§. 2. n. 6. lib.  
1. de jur.  
connubior.  
<sup>3</sup> Comment.  
ad Instit. Tit.  
de patria po-  
test. §. 1. n. 5.  
in fine.  
<sup>3</sup> D. l.

<sup>4</sup> Tom. I.  
part. 2. de  
matrimon.  
cap. 3 § 1. n.  
10. Kitzel.  
cap. 4. Theor.  
13. synop.  
matrimon.  
5 Tract. de  
condit. spon-  
sal.

Sponsalibus, quæ sub conditione contrahuntur, subjungi solet tractatus <sup>32</sup> de iis, quæ sub modo concipiuntur: at cum modus vel incidat in naturam conditionis, quotiens ante matrimonii perfectionem impleri debet; vel (quod præcipue facit) respiciat tempus seu contracti, seu soluti matrimonii; (est enim qualitas post contractus perfectionem adimplenda arg. l. 4. §. 1. D. de servitut.) nos de modis, qui sponsalibus inferi solent, agere superfedemus, existimantes eorum doctrinam pactorum antenuptialium tractatui deberi: de quibus & de causis, quæ interdum contractui de futuro matrimonio inferuntur, videat lector inter cæteros Covarruviam, <sup>4</sup> sed præcipue Bechstadium, qui integrum de hisce, atque amplissimum de omnibus sub-conditione constitutis sponsalibus, tractatum reliquit. <sup>5</sup>

## CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

### De pralatione sponsalium.

#### SUMMARIA.

1. Bina sponsalia eodem tempore habere non licet.
2. Si duabus promissa nuptia sint, ejus erit sponsus, cui priora sponsalia sunt constituta.
3. Sponsalia sub conditione contracta cedunt posterioribus pure constitutis jure canonico, non Bataro.
4. Posterioribus jurejurando firmatis præferuntur priora tempore sponsalia.
5. Posterior sponsa de virginata ex aequitate priori præfertur, non ex jure ratione.
6. Si moriatur prior desponsa, agere ex posterioribus sponsalibus adversus sponso-

rem potest secunda sponsa, nisi sci veris prioribus sponsalibus obligatum esse juvenem.

7. Filiisfamilias annis minoris posteriora sponsalia ex voluntate patris contracta præferuntur prioribus clandestinis.
8. Filiisfamilias à posterioribus sponsalibus auctore patre initis resilire nequit, ut priora præstet.
9. Quæ post publica constituta sponsalia, cum alterius sponso rem habet, tanquam adultera punitur, nec contra priorem sponsam sponso nubere gestientem audiri potest.

10. Con-

10. *Contendentibus duobus, cujus futura sit desponsa virgo, illa interim custodia honeste matrona committenda est.*

11. *Non resolvitur cum secunda contractum matrimonium, propter sponsalia tempore priora alteri constituta, etiamsi iurejurando firmata fuerint.*

12. *Jure canonico irritum est matrimonium, quod quis contraxit, postquam verbis de presenti, alteri puella nuptias promisit, vel sponsioni de futuro adjunxit presentem copulam.*

13. *Jure Batavo non resolvitur cum secunda contractum matrimonium, ob sponsalia priori & vitata puella constituta.*

14. *Publice nuptiales denunciationes vim edicti ex lege diffamari habent.*

15. *Non resolvitur cum secunda matrimonium, etiamsi dolo malo feceris quis, ne nuptiales denunciationes advolarent auribus prioris sponsae.*

1 **P**rohibent leges sub infamiae poena l. 1. l. 13. §. D. 1. de his qui notant. infam. nec patitur matrimonii natura, quod inter duos duntaxat coalescere voluit Deus, duarum quem legitimum eodem tempore sponsum esse. Etenim sponsalia cum ad conjugium referantur, de natura finis sui hoc participant, ut indivisa debeat esse fides, & uni duntaxat data, qua constituuntur. Verum cum quorundam hominum inconstantia, levitas, & petulantia, sæpius intermeratas non finant sanctas hasce nuptiarum sponsiones, sed pluribus aliquando, uno eodemque tempore constitutis sponsalibus, materiam litium præbeant, videndum est, quæ sponsalia præferri debeant.

2 In qua quaestione, uti in cæteris, quæ ex contractibus oriuntur, generalis & trita hæc regula, *qui prior est tempore, potior est jure*, locum habet, & contententibus duobus illi addici debet sponsa, cui priori desponsata fuit arg. C. 3. x. de sponsa duor. Nec distinguendum est, utrum huic publica vel legitima, alteri privata vel clandestina sponsalia constituta fuerint; modo priora legitime probentur, & jure subsistant. Non enim nobis clandestinæ desponsationes penitus improbantur, nec privatæ cedunt publicis, nisi in probationum facilitate, & quod ad ipsos sponsores, firmitate. Nec me ab hac sententia dimovere potest Schneidewini, <sup>1</sup> & eum sequentis Christenii <sup>2</sup> meticulosa ratio, contententium, publica licet tempore posteriora sponsalia præferenda esse prioribus clandestinis: nimirum, ne perversæ hominum potestati committatur, cum injuria sponsæ, publica solvere, submissa per fraudem muliere, quæ se prius clam desponsatam asserat. Quippe ratio vel ex malitia hominum, vel ex incerto eventu eruta valide non concludit: imo non minor nos, idque sæpius premeret difficultas, si prærogativa publicis concedatur; cum oppido facile sit, cum contemptu prioris sponsæ clam desponsatæ, alteri publica constituere sponsalia. Aliud est, si dege municipali clandestinæ desponsationes vetitæ sint, & irritæ habeantur; qua ratione respiciens Saxonum jus improbens clam contracta sponsalia, recte Schneidewini sententiam amplexus Carpzovius est. <sup>3</sup>

<sup>1</sup> Tit. de nupt. part. 1. de sponsal. n. 24.  
<sup>2</sup> Dissert. 1. quest. 29. de caus. matrimonii.

<sup>3</sup> Lib. 2. Tit. 4. de firm. 67. Jurispr. corp. ff.

3 Sub conditione contracta & tempore priora sponsalia puris posterioribus cedunt, ex juris canonici sanctionibus. C. 1. x. de sponsa duor. C. 1. §. final. x. de sponsal. in 6. quia contractum per sponsalia de præsentem matrimonium, ir-

<sup>1</sup> *Bechft. c. 3. n. 9. 10. 11. de condit.*

*Sponsal. Kitz. cap. 4. Theor. 10. synops. matrim.*

<sup>2</sup> *Harveman. libr. 1. Tit. 9. post. 2. n. 2. Gamolog.*

*Carpz. lib. 2. Tit. 2. defn. 21. Iurispr. confit.*

<sup>3</sup> *Bachov. in Treutl. vol. 2. disput. 6.*

*Thef. 6. Christen. dissert. 1. quest. 16. de caus. ma-*

*trim. Cypræ. cap. 8. §. 7.*

*lib. 1. de jure. connub.*

*Sanch. lib. 1. disput. 49.*

*n. 5. de sac.*

<sup>4</sup> *Harveman. d. l. Covar-*

*ruv. tom. 1. part. 1. de*

*sponsal. cap.*

*4. n. 3. Carer. cap. 1. tract.*

*de spons. & matrim.*

*Canis. in. C. 22. x. despon-*

*sal.*

<sup>5</sup> *Groenewu. tract. de*

*leg. abro-*

*gat in. l. 5. C. de sponsal.*

*n. 5.*

<sup>6</sup> *Cypræ. lib. 1. cap. 10. §.*

*17. de jur. connub. Chri-*

*stin. vol. 3. decis. 124. n.*

*4. sup. cur. Basil. Pont.*

*lib. 12. cap. 14. §. 4. de sacram. matrim.*

*Pont. d. l. n. 2.*

ritum declarari nequit prætextu conjunctionis futuræ ab eventu conditionis pendentis.<sup>1</sup> Verū, jus pontificium loquitur de posterioribus, sponsalibus, quæ verbis præsentis temporis concepta fuerunt, quo modo jam sæpius diximus ex privata auctoritate coeuntium nullum hodie posse contrahi matrimonium. Quæ rimus itaque; an sub conditione pacta sponsalia, posterioribus puris, & quæ itidem verbis futuri temporis concepta sunt, cedant? quod ego minime affirmandum puto, etenim qui sub conditione promisit, obligatus est conditionis eventum expectare; qui dum pendet, integrum non esse potest sponso, puris cum alia contractis sponsalibus, se futuræ ex conditionis existentia actioni eximere, & spem nuptiarum desponsatæ puellæ amputare.<sup>2</sup> Quod si existat postea conditio, non priora pure sponsalia secundæ puellæ constituta dici possunt; quia cum semel conditio existit, perinde habetur, ac si illo tempore quo stipulatio interposita est, sine conditione facta esset. *L. 11. §. 1. D. 4. qui potior. in pignor.* nam ex juris interpretatione, tum nata habetur actio, cum conditio stipulationi appositæ fuit, non, cum existit. Ex quo quoque sequitur, duabus puellis sub conditione promissis nuptiis, ejus partes potiores fore, cui priora pacta sunt sponsalia, non cujus conditio prior existit.<sup>3</sup> Nec mutat jus, etiam si posteriora sponsalia jurisjurandi religione confirmata dicantur; etenim jusjurandum jurantis conscientiam quidem firmiter ligat, at jus alteri quæsitum non tollit, præterquam quod temerarium sit jusjurandum quo quis fidem suam alteri astrictam solvere conatur, atque vergat in ipsius jurantis salutis æternæ dispendium, cum grave sit fidem fallere. *l. 1. D. de constit. pecun.* quod quotiens sit, servandum illud non esse volunt Pontificii *C. 28. x. de jurejurand.*<sup>4</sup>

Quid si secundæ puellæ pudicitiam eripuit sponsus? ex æquitate magis<sup>5</sup> quam juris stricti ratione, præferenda priori posterior desponsa est: etenim coitus infirmi roboris vinculum hodie est, ex sui natura nullam majorem vim tribuens simplici sponsioni; at cum prior sponsa, illæsa fama, nec depreciata, repudium mittere sponso possit; secunda vero, nisi per subsequens matrimonium, effugere stupri notam nequeat, æquitas suadet, ut parum decerpatur de prioris jure, quod posteriori detur: flagitat hoc favor infantis qui non deliquit *l. final. C. de natur. libr.* ne nothus nascatur, & publica utilitas, ut ecclesiæ scandalum adimatur. Quod & multo magis affirmandum est, cum juvenis falso rumore delusus priorem sponsam audiverit, & crediderit mortuam.<sup>6</sup> Sed hæc locum habent, si inscia fuerit priorum à sponso contractorum sponsalium posterior desponsata: etenim si sciverit obligatum esse alteri sponso, & prior sponsa cedere noluerit, ejus partes meliores erunt, excludente favorem posterioris culpa: <sup>7</sup> si vero cum ambabus stupri commercium habuerit sponsus, nullum dubium est, quin prioris desponsatæ conditio potior esse debeat. *arg. C. 15. 30. x. de sponsal. & matrim.*<sup>8</sup>

<sup>14</sup> *§. 4. de sacram. matrim.*

<sup>7</sup> *Vid. Sanch. libr. 1. disput. 49. de matrim.*

<sup>8</sup> *Basil.*

Quid

6 Vult Cypræus, si moriatur prior desponsa puella, æque cogi non posse sponsum ex posterioribus sponsalibus secundæ virgini pactis, nuptias perficere: putat enim posteriorem obligationem ipso jure irritam atque vitiosam esse, & ex earum genere, quæ tractu temporis vires acquirere non possunt. *l. 29. D. de regul. jur.* Verum huic sententiæ assentiri non possum, nisi casu, quo posterior sponsa prioris desponsationis ignara non fuit; tum enim & à puellæ parte contra leges facta & vitiosa sponsio, tractu temporis, vires acquirere & convalescere nequit. At si posterior puella candide egerit, nec sciverit ullis sponsalibus alteri allicitum fuisse sponsum suum, rationem non video, cur crimen violatæ fidei obligationi eximeret ipsum promittentem? nulla enim non sunt posteriora sponsalia, si obligatio consideretur qua sponfor astringitur, verum effectum sortiri nequeunt propter priorem alteri factam sponsonem, quia binas nuptias eodem tempore constitutas habere nemini conceditur. *l. 1. D. de his qui notant. infam.* At autem si morte prioris desponsatæ evanescent priora sponsalia, nulla ratio est, sublato impedimento, quare ex posteriori obligatione non daretur actio contra sponforem. Verum si ille agere vellet, post mortem prioris, ut posterior sponsa invita ei nubere cogeretur, tum propter crimen violatæ fidei, tum propter infamiz notam ex binis sponsalibus ei inustam *l. 1. D. eodem.* exceptionem dandam virgini contra juvenis actionem existimaverim.

<sup>1</sup> Cap. 10.  
§. 23. Libr.  
1. de jur  
connub. Ha-  
vernann. libr.  
1. Tit. 9. po-  
sit. 7 Gamol.  
synopt. Basil.  
Pont. d. l.

7 At vero si bina sponsalia filiusfamilias annis minor contraxerit; priora sine, posteriora ex consensu, & auctoritate parentum, nullum dubium est, posteriorem sponsonem potius esse ex juris nostri ratione, cum etiam clandestinis sponsalibus annis major filius & patri obediens renunciare, nec invitatus ad nuptias perficiendas cogi possit. Sed quid si filius secundi contractus pœnitentia ductus ad priora velit redire sponsalia, poteritne major annis cogere patrem rationem dissensus dare? non putaverim tantum levitati liberorum indulgendum esse, ut à posterioribus sponsalibus patre auctore contractis resiliri posset.

8 Cæterum post publica constituta sponsalia, quæ puella fiduciâ posterioris sponsonis, stupri commercium habuit cum alterius sponso, & quem scivit esse sponsum severe castiganda est, & digna ut publico gynæceo includatur, puniendusque sponsus tanquã adulter, cum spes matrimonii violari non debeat. *l. 13. §. 3. D. ad leg. Jul. de adul. Dens. 22. v. 23.* Si vero priorum sponsalium infamia coitum admiserit, (quamvis hæc supinaquædam ignorantia esset, cum quæ publice fiunt, omnibus innotescere præsumuntur) à publica vindicta forsan excusanda vel mitius punienda esset; attamen contra priorem puellam publice desponsam, & volentem sponso nubere, audiri non poterit: debuit enim hæc vitiata, antequam rei illicitæ & per se inhonestæ operam daret, conditionem viri inquirere, nec adeo ignorare ea quæ publice geruntur, ut affectasse ignorantiam censeatur. Conteudentibus de prælatione sponsalium duobus, ne in potestate puellæ sit, uni se prostituere, & eo ipso alteri firmiora sponsalia ha-

<sup>3</sup> Zepper.  
libr. 4. cap.  
20. de legib.  
Mosiac. Ha-  
vernann. libr.  
4. Tit. 4. possit.  
3. Gamolog.  
synopt. Chri-  
sten. dissert.  
1. quæst. 35.  
de caus. ma-  
trimon.

benti



benti spem nuptiarum eripere (quis enim præfloratam vellet?) appositis custodibus mulieribus, à judice sequestranda apud honestam matronam seu notæ auctoritatis fœminam virgo est, uti interpretes docent ex Alexandri

<sup>1</sup> Gayl. libr.

<sup>1</sup> observ.

<sup>112</sup> n. 6.

<sup>Harvenam.</sup>

<sup>libr. 4 Tit. 3.</sup>

<sup>posit. 3. Ga-</sup>

<sup>mol. syno: t.</sup>

<sup>Kitzel. cap.</sup>

<sup>10. Theor.</sup>

<sup>13. synops.</sup>

<sup>matrim.</sup>

Haftenus de prælatione sponsalium, cum pluribus fides matrimonii contrahendi data reperitur. Sed quid respondendum est, si quis perfidus, cum injuria prioris sponsæ, aliam publice duxerit domum? Et hujus quidem questionis non difficilis definitio est, si cum priore puella ultra verba, nihil actum fuerit, illaque perfidiam hominis duntaxat, non ereptam sibi pudiciam queri possit: scimus enim ex juris Pontificii scientia, matrimonium confectum antestare futuro, nuptias sponsalibus; C. 15. x. de sponsal. & matrim. C. 1. x. de spons. duor. & hujus esse rem duobus venditam, cui priori traditur l. 15. C. de Rei Vindicat l. 31. §. 2. D. de action. empt. Deinde qui matrimonium contraxit, duobus sese vinculis uxori suæ astrinxit: primo per nuptiarum promissionem, secundo per earundem celebrationem: at vero, cum in jure nostro, duo vincula dicantur fortius ligare quam unum Auth. Itaque C. commun. de success. ratio evincit, ut confectum cum posteriore sponsa matrimonium non dirimat priori duntaxat data nuptiarum sponsio. Vinculum etiam fortius, matrimonium quam sponsalia sunt; at major obligatio minorem tollit. l. 50. D. de fidejuss. & minus forte vinculum adveniente fortiori

<sup>2</sup> Basl. Pont. rumpitur. gloss. in C. 1. x. de sponsa duor. <sup>3</sup> Nec mutat sententiam, etiam si

<sup>libr. 12. cap.</sup>

<sup>13. de sa-</sup>

<sup>cram. ma-</sup>

<sup>trim. Sanch.</sup>

<sup>libr. 1. disput.</sup>

<sup>49. de ma-</sup>

<sup>trimon.</sup>

<sup>3</sup> Libr. 4. di-

<sup>stinct. 28. in</sup>

<sup>pr. & ib. 1.</sup>

<sup>Thom. art. 1.</sup>

oscula priori sponsæ data, eique munera missa fuerint, imo etiam si jurisjurandi religionem firmaverit priorem sponsonem jam maritus. Oscula enim fixa apud nos Batavos nullius momenti æstimantur, munera nihil addunt sponsalibus, nec eorum naturam jusjurandum mutat. C. 22. 31. x. de sponsal. & matrim. Recte Magister sententiarum, *præcedens mendacium vel perjurium*

*penitentia est corrigendum, sed conjugium sequens non est dissolvendum.* <sup>3</sup> Ne autem hic sponsor perjurii accusari possit, consulit Sichardus, ut nuncium mittat priori sponsæ, & protinus secundam ducat per verba de præsentī uxorem, atque jurisjurandi gratiam flagitet à Pontifice Romano; quam, ut ille sentit & ego concedo, modo pecuniam numeret paratam, impetrabit facile, si modo unicam hanc rationem allegaverit, *invitas nuptias sortiri plerumque difficiles exitus.* <sup>4</sup> egregie scilicet. At nos non credimus illi à Deo perjurii gratiam fieri, qui à Papa Romano absolvitur: neque agnoscimus matrimonium, quod privata contrahentium sponsonem, nulla Magistratus auctoritate interposita, verbis de præsentī contrahitur.

<sup>4</sup> In l. 1. C.

<sup>de sponsal. n.</sup>

<sup>14. 15.</sup>

Quid autem si verbis de præsentī priora concepta sint sponsalia? Vel etiam si fiduciâ sponsalium verbis licet futuri temporis conceptorum, succubuerit amanti proco prior sponsa, idque ante contractas cum posteriore puella nuptias? Expediti juris est, ex Pontificum decretis resolvendum esse cum posteriore sponsa matrimonium etiam si in facie Ecclesiæ contractum, compellendumque Ecclesiastica districtione adulterum relicta secunda,

da, priori adherere uxori. C. 31. x. de sponsal. & matrim. C. 1. 2. 3. & ult. x. de spons. duor. Etenim Canonice sanctiones verum & indissolubile matrimonium esse volunt, quod privati, quolibet loco & tempore, verbis de præsentis patiscuntur, nec quicquam aliud ad conjugii firmitatem requirunt, quam mutuum consponsorum consensum, modo is verbis in præsens tempus conceptis efficitur. C. 25. x. de spons. & matrim. Vel etiam modo futurarum nuptiarum promissioni addatur præsens concubitus C. 15. x. eod. Eam enim vim coitus esse volunt, ut ex præsumta mente coeuntium, sponsalia de futuro vertat in sponsalia de præsentis, id est, veras, & indissolubiles nuptias, C. 30. x. de sponsal. ac autem inconcussi juris est, adulterium committere, non matrimonii jure uti, qui contracto etiam si clandestino matrimonio, aliam postea in facie Ecclesiæ ductam cognoscit mulierem. C. 15. C. 30. C. 31. x. de sponsal. & matrim.

- 13 Sunt qui putant hæc Pontificum decreta moribus Batavis probari, dicuntque potiores ejus viciatæ mulieris partes esse, cui priori promissæ nuptiæ fuerunt, atque nullum esse cum posteriore itidem de virginata, in facie Ecclesiæ contractum matrimonium. At hi quidem meo judicio, in maximo errore versantur. Etenim non agnoscunt Batava jura legitimum matrimonium, nisi quod nuptialis consensus in facie Ecclesiæ firmaverit: omniaque nostra sponsalia quibuscunque verbis concepta, de contrahendo conjugio accipienda sunt, nulla de præsentis. Ea quoque concubitus vis apud nos non est, ut adjecta præviæ nuptiarum sponsioni, nuptias faciat, vel sponsalia, id est, futuræ conjunctionis promissionem vertat in præsens matrimonium. Concubitus, usus matrimonii est, adeoque sequitur perfectas nuptias, non facit; qui vero eas præcedit, scortatio est. Itaque si recte revicerimus contractum matrimonium antestare contrahendo, præferrique nuptias sponsalibus: potiores erunt posterioris sponsæ partes, quam ex duabus uxorem duxit domum maritus. Cum hac matrimonium præsens contraxit, quod priori duntaxat contrahendum promisit: huic ut justæ uxori in thalamo nuptiali virginalem zonam solvit; priori sese commiscuit libidinoso concubitu: priori nuptias promisit; & harum oblata spe virginem ad coitum seduxit; posteriorem in facie Ecclesiæ & ducere promisit, & duxit uxorem: at quæcunque promissio, quæcunque matrimonium præcedens causa, separare non potest, quos more solenni conjunxit Magistratus auctoritas. Nec quis hisce contradicat, esse verum jure naturæ matrimonium; quotiens re & animo convenerunt contrahentes; solennitates vero, quas lex civilis celebrandis nuptiis præscripsit, cum adhibentur, legitima quidem reddere matrimonia, eorumque publicam inter Christianos executionem testari, at iis omissis, non eo minus veros conjuges esse, quos consensui mutuo additus coitus figavit; non enim posse legem civilem jura naturæ mutare: jam autem, si constet cum priore sponsa matrimonium verbis de præsentis initum & copula confirmatum esse, illud evertere vel mutare non possunt solennitates, quæ ma-

Christen.

differt. 1.

quest. 31.

&amp; quest.

46. de caus.

matrim. post.

Berlich. pars.

4. conclus.

præf. 28.

n. 66. &amp;

seqq. Daniel.

Moller. in

comment. ad

constit. elect.

20. part. 4.

Matth. Coler.

part. 1. decis.

3.

trimonio cum posteriore sponsa contracto, ex præscripto legis civilis adhibitæ sunt. Verum enim vero animadvertendum est, non posse legem civilem tollere jura naturæ; at ea perficere, iisque aliquid addere, vel detrabere quidem posse. l. 6. D. de justit. & jur. Dicitur jus naturæ consensum nuptias facere, idque probat lex Batava: sed ea vult insuper nuptialem consensum interponendum non esse, nisi ad interrogationem Ministri, in loco publico, idque postquam trina denunciatio celebritatem matrimonii præcessit: quod si aliter fiat, irritum esse speratum matrimonium, cui si adjungatur concubitus, scortari coeuntes, & in illicito concubinato vivere statuit. art. 3. in fin. & 13. Polit. Holl. constit. jam autem ipsa ratio, necessitate quadam æquitatis revincit, non posse conjugium solenni ritu contractum disturbari ob scortationem, vel concubinatum præcedentem, etiam si sub sponsione matrimonii admissus fuerit. Hanc nostram sententiam non parum firmat lege introducta necessitas non contrahendi nuptias, nisi quæ trina vice ex suggesto in Ecclesia Dei, futuræ denunciata fuerint. Quæ nuptiales denunciationes naturam edicti ex lege diffamari habent, earumque ea vis est, ut si quis intra lege constitutum tempus, actionem, quam ex priori sponsione habet, non instituat, occurratque futuræ conjunctioni, eam remisisse censeatur, & voluntate sua passus, perpetuum sibi imponi silentium. C. ult. x. qui matrim. accus. poss. vel contr. C. ult. x. de clandest. desponsat. junct. l. 5. C. de ingen. manum. Itaque si quis tacuerit, cum denunciarentur futuræ nuptiæ, iisque in tempore quasi citatus non intercesserit; postea autem voluerit, prætextu priorum sponsalium, conturbare confectum cum alia ritu solenni matrimonium, ne ille ridiculus, intempestivus, & explodendus actor foret? ut qui ordinem publicum invertere tentaret, & vindicare uxorem, quam ante confectas cum alio nuptias, sibi desponsam asserere debuisset. audiat ille illud ad Paridem Helenæ:

*Ad possessa venis, præceptaque gaudia serus:*

*Spes tua lenta fuit, quod petis alter habet.*

Vnicum adhuc hisce adversari videtur, quod sequitur argumentum. Irritum est matrimonium de facto contractum inter personas, quæ de jure copulari prohibentur; nec refert, in ejus celebritate, omnes receptas lege vel consuetudine solennitates adhibitas fuisse: nam ut inquit Paulus *cum principalis causa non consistit, nec ea quidem, qua sequuntur, locum habent.* l. 129. §. 1. D. de Regul. Jur. At qui se sponsalibus, & consuetudine conjugalem imitante, uni feminæ consecravit, devovitque, alteri sese matrimonio jungere, lege prohibetur. l. 1. l. 13. §. 3. D. de his qui notantur infam. junct. art. 3. Polit. Holl. constit. v. Voorgaande trouwloften. Verum enim vero assumptio hujus argumenti in vitio cubat. Interdictum est illi cum secunda matrimonium, qui se priori puellæ sponsalibus alligavit; at non omnimodo, non sub pœna irriti conjugii, sed infamiæ. Sic Ulpianus ait, *Si alteri sponsa, alteri nupta sit, ex sententia edicti puniatur.* l. 13. §. 3. D. de his qui notantur infam. sed non adjungit, & irritum redditur contractum

*tractum matrimonium.* Hunc scopum denunciandarum nuptiarum Ordines voluerunt, ut si quis priora prætendat sponsalia, in tempore occurrat futurae conjunctioni, taceat autem post contractum matrimonium: ex quo intelligi facile potest, si quis intercedat, esse priorem sponsonem impediuntum impediens contrahendum matrimonium, non dirimens contractum. Verum quidem est, statutis quarundam Civitatum cautum esse, ne nuptiarum Præfecti albo sponsalicio ejus nomen perscribant, quem intelligunt bina sponsalia eodem tempore habere, esseque injunctum futuris conjugibus, quid hac de re revera sit, interrogantibus Præfectis respondere *art. 5. 6. vand. 100. Burg. Keur. tot Leyd.* ut dolo non careat, qui id tacet, quod indicare legem tenetur. At vero propter calliditatem suam ille, qui legem offendit, plectatur, arbitraria pœna, non autem in irritum deducatur matrimonium, cum id lex non jubeat, neque velit.

15 Et hæc quidem ita explicata satis plana videntur; major vero videtur esse difficultas, cum quis versutissimus homo, dolo malo & calliditate quadam effecit, ne in tempore ad aures prioris sponsæ pervenire potuerint nuptiales denunciationes, & futurum ejus cum secunda conjugium: mulier vero & prior desponsa, & devirginata, resciscens postea fraudem, injuriam & hominis perfidiam queratur. Et certe nemini dolus suus patrocinari *l. 5. D. si quis caut. in jud. sist. l. 10. §. 1. D. sol. matrim. l. 31. D. de recept. arbitr. neque alteri invito jus suum eripere calliditas alterius debet arg. l. 134. §. 1. D. de Reg. Jur.* Utrumque hoc incongruum sequeretur, si prior sponsa, post contractum cum secunda matrimonium, ad id resolvendum agere non posset. Si bona fide egisset sponsus, pervenissentque ad aures sponsæ nuptiales denunciationes: illa in tempore intercessisset futuræ conjunctioni, nec ille potuisset cum secunda perficere matrimonium; habuit enim illa jus compellendi invitum secum perficere nuptias, præferrique debuit secundæ sponsæ ob priora sibi constituta sponsalia, quod mulieris jus dolo intercidere cogitavit versutissimus hic homo, conditionemque suam, delicto suo, meliorem facere, contra juris præscriptum conatus fuit *l. 134. §. 1. D. de Reg. Jur.*

Hæc quamvis magnam præ se ferant æquitatis speciem, tanti tamen non sunt momenti, ut propterea in præsentī casu mutemus præcedentem sententiam. Equidem fatendum est, non oportere illi perfido impune cedere calliditatem suam, dolumque, sed eum à Magistratu extra ordinem castigandum esse, quia usum juris publici mulieri dolo prævertit, bina sponsalia eodem tempore habuit, iisque temere lusit: & insuper mulieri delusæ condemnandum, tum quanti illius interfuisset nuptias sequi; tum quanti interfit, ereptam esse pudicitiam, floremque virginitatis, lite nummis à Jūdice æstimanda. At vero hujus dolus, calliditasque nec nocere, nec obesse potest innocenti alteri mulieri, quæ observatis omnibus, quæ in celebrandis nuptiis lege vel consuetudine requiruntur, palam à marito ducta domum fuit. Quid enim illa commeruit, quæ Deo & Magistratui obsecuta palam nupsit, ut ejus publice

Vid. Carpa.

Libr. 2. Tit. 4. defin. 66.

jurispr. consistor. Paul.

Cypria c. 10. §. 20. de

jur. connub.

contractum, sacerdotali benedictione confirmatum, conjugali amplexu consummatum in irritum deduceretur matrimonium? Hocne operaretur pulsa priori sponsa pudicitia, & anterior illi facta nuptiarum sponsio? At jam diximus clandestina sponsalia, concubitusque clandestinum cedere publice & ritu solenni contracto matrimonio, quia duo vincula magis ligant quam unum, & fortius vincit minus forte. Hocne efficeret dolus sponsi, quo priori sponsa occasionem intercedendi conjunctioni futuræ ademit? at poena ibi tantum esse debet, ubi & noxia est, & suos duntaxat peccata tenere auctores. l. 22. C. de pen. nec eripiendum est uxori palam nuptæ jus, quod in maritum, secundum leges acquisivit, id autem fieret, si sine ejus culpa & peccato matrimonium distrahatur. Nec est, si quis nostræ obducatur sententiæ *Cap. ult. x. qui matrim. accusat. poss. vel contr.* quod dicit, post confectum matrimonium audiri posse, qui sententia, rationabili & iusta causa impeditus non potuit in tempore futuræ conjunctioni intercedere. Loquitur enim Cælestinus tertius de eo, qui impedimentum dirimens matrimonium denunciare nititur, non impediens tantummodo, quo jure apud nos priora sponsalia censentur. Itaque ut concludam, cum non plus concedendum sit luxuriæ quam castitati, prior autem sponsa furtivis amplexibus delectata non sine crimine vixerit: posteriori vero, quod in thalamo nuptiali viro succubuerit, vitio verti nequeat, æquum & iustum est, ut gaudeat hæc marito suo, & stultitiam suam, quod lascivienti proco extra nuptias contredidit virginitatem, deploret altera. Hoc suadet publica utilitas, ne scandalum oboriatur Ecclesiæ, ex dissolutione matrimonii, benedictione confirmati, à Deo per os Ministri, in facie Ecclesiæ, spectantibus angelis colligati.

## CAPUT VIGESIMUM TERTIUM

*De Probatione sponsalium.*

## SUMMARI A.

1. Gravis & ardua questio, discussio de matrimonio dicitur.
2. Semper in dubio pro matrimonio iudicandum esse præcipit ius Pontificium.
3. Si copula fuerit sponsi ad iustam, presumitur novo societatum consensu contracta nuptia.
4. Jure Batavo an contractum sit matrimonium, inter conjuges disputari nequit.
5. Potius contra contrahendum matrimonium, quam pro, iudicandum in dubio est.
6. Confessio patrum optima matrimonii probatio est.
7. Extrajudicialis confessio quando modo r.
8. Non creditur puella, nec juveni, qui ante sponsalia in præsentia amicorum contracta, fidem alibi obstrictam fuisse asserunt.
9. Per testes probatio legitima est.
10. Menti, sardi, & cæci testimonium non semper rejicitur.
11. Vilium mulierum, qua corpore questum faciunt, & virorum, quos crimen infamatur, reprobatur testimonium.
12. In sponsalibus non semper improbatum domesticum, necessarium, & mulierum testimonium.

13. De-

13. *Definitio præsumtionis traditur.*
14. *Præsumtio duplex est, vel hominis, vel juris.*
15. *Colloquium, familiaris conversatio, risus, jocusque, contracta esse sponsalia, hominis præsumptionem inducunt.*
16. *Osculum puella datum, data fidei præsumptionem non inducit.*
17. *Datus & acceptus annulus non semper præsumptionem matrimonii inducit.*
18. *Ex stupro admissio non præsumuntur contracta sponsalia.*
19. *Jusjurandum voluntarium est, vel judiciale: & quarum virium voluntarium sit.*
20. *Judiciale jusjurandum duplex est, judiciale in specie, & necessarium.*
21. *Rejicitur illud interpretum axioma; nunquam contra, sed semper pro matrimonio jurandum esse.*
22. *Mutatio status matrimonium non est, neque serventis species.*
23. *Purgationis jusjurandum injungi non debet, cum nihil à sua parte probat actor.*
24. *Actore semiplene intentionem suam probante, jurare rema cogitur.*
25. *Confitentis copulam, & negantis sponsalia, purgationis jusjurandum injungi non debet.*
26. *Puelle purgationis jusjurandum injungendum non est, non probante actore aliquo modo sponsalia.*
27. *Qui recusat jurare, pro convicto habetur.*
28. *Remittere necessitatem jurandi pars adversa potest.*
29. *Actori non facile affirmans jusjurandum imponi debet.*
30. *Potius masculus, quam femina ad jusjurandum admitti debet.*
31. *Fœmina non semper à præstando jurejurando repellitur.*
32. *Ei puella, qua stuprum fatetur, jusjurandum affirmans deferri à judice potest.*

**G**ravis & ardua quæstio, disceptatio de matrimonio dicitur, comparanda causa criminali, uti omnes magni momenti civiles quæstiones. Gravis; quia status quæstio est: libertatem enim amittit, & alterius potestati submittit corpus suum, qui uxorem ducit. 1. *Corinth. 7. v. 4. & 15. arg. l. 32. §. 7. D. de recept. arbitr. l. 27. D. de liberal. caus.* Ardua; quia in tanta probationum inopia, & veritatis obscuritate, cum sæpius clam, absque arbitris, tribus tantum prolatis verbis matrimonia contrahantur, arduum ac difficile judici est verum eruere. Gravis; quia in ea tractatur individuum vitæ consortium, divini humanique juris communicatio. l. 1. *D. de Rit. Nupt. §. 1. Instit. de patria potestas*, imo & salus animæ; ubi enim amor conjugalis definit, ibi omnis impietatis est initium; discors matrimonium fertilis est campus jurgiorum, peccatorum, vexationum, unde nihil aliud expectari potest, quam tristissimus hujus vitæ exitus, & per eum in mortem æternam introitus. C. 27. x. *de sponsal. & matrim.* Ardua; quia utcumque cadat alea, si res acu non tangatur, utrumque peccatum est, jungere non conjungendos, & separare non separandos. Ideoque magna cum circumspectione, in hoc negotio judici procedendum est, beneque ponderanda, quæ ab utraque parte producuntur argumenta. Cum hac tamen observatione, ut major favor habeatur in dubio, contractas nuptias asserenti, quam neganti. C. 6. x. *de sponsal. & matrim.* C. 26. x. *de testib. C. ult. x. de sentent. & re judic.* quia Deus insolubile esse voluit rite contractum matrimonium: ut tolerabilius sit, ex inopia probationum, contra statuta hominum, dimittere copulatos, quam legitime conjunctos, contra statuta Dei separare. C. 47. *in fine x. de testib. & attestat.* Ex quo fonte profuit, probationes & præsumptiones leviores, testesque etiam minus idoneos

<sup>1</sup> *Trevifian. privileg. 9. & x. tra- stat. de fpon- fal. Hava- manna. libr. 4. Tit. 3. poffit. 12. Gamol. fynopt. Kit- zel. cap. 10. Theor. 6. fynopf. ma- trim.* admittendos esse, cum matrimonium contractum contenditur; <sup>2</sup> at cum ad matrimonii dissolutionem agitur, requiri, uti in criminalibus probationes luce meridiana clariores. *in l. final. C. de probat.* Hinc præsumptiones pro matrimo-  
nio, si quis sponsalibus contractis de futuro, vel sub honesta conditione, verbis de præfenti, amplexus conjugales addiderit. *C. 15. 30. x. de fponfalib. C. 5. x. de Condit. appofit.* Non quod vis copulæ sit, per se, & sui natura vertere sponsalia in nuptias; sed quod creduntur consponsi, novo quasi consensu à conditione recessisse, & sponsalia in matrimonium mutasse. Quam sententiam, præter favorem matrimonii, suadet & hæc ratio: ut animabus Christianorum consulatur, ne commisisse consponsi dicantur mortale peccatum, quod operatur extra matrimonium coitus *C. 20. caus. 27. q. 1. C. 4. C. 11. caus. 32. q. 4.* abluendum septem annorum, vel minori pro arbitrio sacerdotis pœnitentia *C. 11. caus. 33. q. 2.* idque secundum hanc pietatis regulam: quia monemur ea quæ dubia sunt, quo animo fiant, in meliorem partem interpretari *C. 2. x. de regul. jur.* neque in obscuro præsumptionem delicti statim capere. *l. 51. D. pro sociol. 51. D. de donat. inter vir. & uxor.* Estque hæc præsumptio juris & de jure, contra quam nil efficit, etsi pars contendens nuptias esse contractas, sua deinde confessione affirmet, se non coivisse animo contrahendi; etiamsi quoque protestatus ante copulam fuerit juvenis, se nolle consentire concubitu in matrimonium: scilicet habet in se coitus tacitam substantiam matrimonii, id est, consensum: <sup>4</sup> Notandum tamen est, ita jus esse ex ecclesiæ judicio in foro exteriori, in quo secundum ea quæ foris patent, judicatur; at non in foro animæ, & in rei veritate: nam quoad conscientiam, carnalis consuetudo, si desit interior animi consensus, non efficit matrimonium, nec mutat sponsalia de futuro in præfentes nuptias, uti recte Thomas docet. <sup>5</sup>  
Hæc quamquam, pro more matrimonia contrahendi olim in ecclesia re-  
cepto, suis forsan non careant fundamentis (quod hoc loco examinare non est animus) ipse tamen ritus matrimonii contrahendi, ex quo pullularunt hæc difficultates, nævo non caret, uti infra demonstrabimus: <sup>6</sup> quapropter etiam ipsis Pontificiis in Concilio Tridentino congregatis, animadvertentibus ex hoc ritu multas absurditates scaturire, melior ratio persuasit decernere, ne rata haberentur matrimonia, nisi coram parocho, vel ex ejus consensu alio sacerdote, præfentibus ad minimum duobus testibus contracta *Cap. 1. sess. 24. de reform. matrim.* <sup>7</sup> quo ipso decreto, multifarias quæstiones, quæ ex clandestinis desponsationibus, quasi ex fœcundissimo fonte scaturiebant, vel penitus sustulerunt, vel magnam partem ad minimum amputarunt.  
In foro nostro Batavo, an contractum sit matrimonium inter ipsos conjuges vix disputari unquam potest. Etenim nullæ apud nos nuptiæ contrahi possunt, nisi ex auctoritate magistratus, & publico in loco, idque post trinas nuptiarum futurarum coram populo ex scripto denunciationes, ut affirmanti contractum matrimonium facile atque obvium sit, exigere atque exhibere publicum magistratus, vel ecclesiæ testimonium, quando, quo die, quo anno, quo loco nuptiæ celebratæ fuerint.  
Verum

<sup>1</sup> *Trevifian. privileg. 9. & x. tra- stat. de fpon- fal. Hava- manna. libr. 4. Tit. 3. poffit. 12. Gamol. fynopt. Kit- zel. cap. 10. Theor. 6. fynopf. ma- trim.*  
<sup>2</sup> *Gayl. obser- vat. 94. libr. 2.*  
<sup>3</sup> *Menoch. libr. 3. Præ- sumt. 1. n. 7. & de arbitr. judic. cas. 289. n. 8. Heid. conclus. crimin. x. c. 2. Canif. in C. 30. x. de fpon- fal. n. 2.*  
<sup>4</sup> *Sichard. in l. 1. C. de fponfal. n. 5. Menoch. d. l. Carer. c. 12. de fponfal. & matrim. Basil. Pont. libr. 4. c. 12. de sacram. matrim.*  
<sup>5</sup> *In libr. 4. sentent. di- stinct. 28. 41. art. 2.*  
<sup>6</sup> *Libr. 2. c. 1.*  
<sup>7</sup> *Canif. in cap. 30. x. de fponfal. n. 8. & in cap. ult. de clan- dest. despons. n. 13. 14.*

- 5 Verum, moribus nostris, cum nuptiarum futurarum promissiones clam arbitris, sine scriptura, & solis verbis fieri possint, atque sæpius fieri soleant; hæc quæstio in foro nostro sæpius ventilari solet, an contracta seu constituta sint sponsalia. Id vero, quotiens accadat, an jam relatis pontificiarum sanctionum fundamentis inhærendum, & potius promissas esse nuptias quam non, præsumendum sit, quæri potest? Ille me sibi addictum habebit, quæ existimaverit, multum hac in re, à juris canonici doctrina mores nostros discessisse. Etenim gradus duntaxat, & via ad nuptias contrahendas hodie nostra sponsalia sunt, etiam si quoque verbis præsentis temporis concepta sint; nuptiæ ipsæ non sunt, quas respiciunt duntaxat futuras, non constituunt, nec operantur, ut hodie metus nullus esse possit (cui præcipuo fundamento innititur pontificium jus) dissolutis sponsalibus dissolutum iri contra Christi doctrinam contractum matrimonium: & quamvis forsan conjungendos arbitretur iudex falsis probationibus inductus, quos revera non conjunxit consensus, multa tamen accidere possunt, ob quæ, etiam finita lite, non perficiatur matrimonium; quippe in sponsalium ventilatione, contrahendas nuptias sua sententia jubet iudex, non ut jus canonicum, (quotiens sponsalia de præsentis in quæstionem tracta sunt) contractas jam dudum esse declarat. Ex quo sequitur, nisi sponsalium finem, matrimonium nempe, respicias, non magis gravem & arduam quæstionem esse de probatione sponsalium, quam cæterorum contractuum, qui consensu perficiuntur, in quibus omnibus hæc generalis regula observatur: *actore non probante, absolvi reus debet. l. 4. C. de edend.* Imo cum melius sit, ut non jungantur, quàm jungantur inviti *C. 17. x. de spons. & matrim.* quotiens utriusque contendentis causa dubia est, facilius iudex esse debet, neganti sponsalia litem addicere, quam affirmanti: Nam favendum quidem matrimonio contracto est, sed non ita contrahendo; & vix dissolvendus indissolubilis natura sua conjugii nexus, nec in duo discerpēda una caro nisi ob gravissimas rationes: sed & non facile imo nunquam inviti non juncti conjungendi sunt, nec in unam carnem cogendi, quos diversos & distinctos retinet animorum dissensus, tum propter oneris gravitatem, tum propter inauspicati matrimonii metum. Quo tanquam axioma posito, videamus jam ex quibus conjecturis præsumi, & quibus testibus probari hodie sponsalia debeant.
- 6 Optima sponsalium probatio, ipsarum partium confessio est, sive ea verbis fiat, sive ea chyrographo consponsorum manuscripto, vel subscripto, aut pacto antenuptiali inserta contineatur *l. 25. §. fin. D. de probation. l. 13. C. de non numer. pecun.* Etenim dicitur confessio omnium probationum superlativa <sup>1 Menoch. libr. 2. cens. 2. cas. 103.</sup> & probatio probata, ab onere ulterioris probationis revelans actorem; idque <sup>n. 1. de arb. judic. Kitzel. synops. max. trim. cap. x.</sup> merito, qui enim confitetur, suo se jugulat gladio, convictus ac constrictus se ipsum condemnat. *l. unic. C. de Confess. l. 13. C. de non num. pecun. l. 1. D. de confess.* nec alias judici relinquit partes, quam in condemnando. <sup>1 Theor. 18. Mascard. concl. 1338.</sup> Sed hæc, de judiciali confessione, & parte præsentie facta, intelligenda sunt; nam extrajudicialis confessio communiter non nocet. *l. 6. §. 3. D. de Confess. quam-*

vis



vis præsumtionem inducat, si rite & testibus fide dignis probetur. C. 14. x. de *fi- de instru.* At si geminata fuerit, propter vim geminationis, quæ enixam volun- tatem arguit, judiciali comparatur, & exemplo ejusdem, plene probare cen- setur: <sup>1</sup> quod quoque facit simplex extrajudicialis confessio, quæ parte præ- sente fit, & legitimis testibus probatur *arg. l. 25. D. de prob. l. 13. C. de non numer. pecun. junct. l. 18. C. de testib.* Quæri hic potest, quid juris sit, si quis in præsentia 8 amicorum sponsalibus astrictus, postea confiteatur, se jam antea alteri puel- læ fidem matrimonii spondisse; nec alia hujus sponsionis existat probatio, quam hujus nuda confessio? Propterea non deferendum esse alteri de- sponsatæ vadimonium existimaverim; etenim nuda hæc partium confessio præjudicium legitimis sponsalibus generare nequit: nec quoque, etiam si in- super asserant copulam intervenisse *arg. C. 5. x. de eo qui consang. uxor. sua.* At vero si uterum gerat puella (cum præter confessionem stupratoris, gravi præsumptione juvetur) suadet favor partus, ut hujus potior, quam secundæ intactæ habeatur ratio.

Confessionem insequitur probatio per testes. Numerus testium, ad pro- 9 banda sponsalia, cum neque divino neque humano jure, definiatur (nisi inter- posita testatio fuisset juxta jus Romanum) <sup>2</sup> binarius sufficit *l. 12. D. de testib.* juxta illud Dei, in ore duorum vel trium consistet omnis veritas. *Deuter.* <sup>10</sup> *cap. 17. v. 6. & cap. 19. v. 15.* Testis hic esse non potest mutus, surdus, cæ- cus, quos ipsa natura excipere videtur: hæret quippe mutus, si quid verbis perspicuis proferendum; cæcus, si facta in oculos incurrentia explicanda; surdus, si audita referenda sint. Scito tamen, non omnino rejiciendum esse surdi de visu, & cæci de auditu testantis testimonium. quamvis multum intersit, quibus præmissis verbis quid fiat, & qua fronte & corporis gesticu- latione verba proferantur, de quorum altero mutus, vel cæcus testari ne- quit. Excusantur porro, in sequiori sexu pancharides istæ, quæ corpore quæstum faciunt, adulteri, fures, pecunia corrupti, quos crimen aliquod in- quinat, infames, impuberes, *l. 2. l. 3. D. de testib.* & ut uno verbo absolvam, om- nes, quos cæteri contractus non admittunt. Ex quo sequitur, omni exceptione <sup>11</sup> majores, & tales admittendos testes esse, in quorum personis laudatur mo- rum gravitas, honesta & inculpata vita, muneris quod gerunt dignitas, & in- corrupta fides. Multum tamen hic arbitrio & prudentiæ judicis deferendum est, quia sponsalia frequenter intra privatos parietes, præsentibus duntaxat spon- sionis sponstæque necessariis, concipi solent. Hinc in totum reprobari non <sup>12</sup> debet domesticorum, consanguineorum, affinium, proxenetarum & mu- lierum testimonium: <sup>4</sup> imo ne quidem, parentum, quotiens æqualitas digni- tatis & divitiarum inter consponsos id suadet, licet alias satis constet paren- tes filiorum incrementum & honores nimium affectare; <sup>5</sup> & regulariter re- probetur testimonium domesticorum & consanguineorum. *l. 5. l. 10. D. de testib.* *l. 6. D. de testib. l. 3. l. 5. 6. C. eod.* Proxenetæ dubiæ fidei habeantur, for- minæ ad testandum faciles credantur. <sup>6</sup>

Cum

<sup>1</sup> Bartol. in l. 22. C. de agricul. & confis.

<sup>2</sup> Mascard. de probat. vol. 1. concl. 1031. n. 7. Kitzel. c. 10. Theor. 18.

lit. K. synops. matrimon.

<sup>3</sup> Hottoman. de Cassis nupt. part. 3. cap. 3.

<sup>4</sup> Ita judica- vit Confessor. Misnense in Append. Ha- veman. pag. 899. Gamol. synops.

<sup>5</sup> Kitzel. syn. Matrim. cap. 8. Theor. 20.

<sup>6</sup> De matri- mo. probat. vid. laFlor Alber. Gens. libr. 7. c. 1. 2.

3. 4. de nupt. Kitzel. cap. x. Theor. 20. 21. synops. matrim.

- 13 Cum aperta probationes deficiunt, ad præsumptiones recurritur. Præsumptio recte definitur, ingeniosa ratiocinatio, ex rerum circumstantiis elicita & collecta; aut, anticipata de re dubia ex indiciis, & conjecturis plerumque
- 14 evenientibus opinio. Eaque duplex dici solet; vel *hominis*, quando homo ex indiciis non certo concludentibus, quid conjecturat: vel *juris*; idque vel de *jure*, cum lex præsumit quem quid fecisse ob causam præcedentis obligationis, & super eo tanquam sibi satis comperto statuit: *arg. l. 77. D. de Rei Vindicat. C. 30. x. de sponsal.* vel *simpliciter juris*, cum ex signis tantum probabilibus factum colligitur; & hæc proprie præsumptio probabilis dici consuevit. <sup>1</sup> *Vide Menoch. libr. 1. Præsumt. 3. 4. 5. de Præsumt.*
- 15 Fama vicinæ, familiaris cum puella conversatio, procatio, colloquium multiplex, jocus, risusque varius, idque vel clara die, vel in tenebris, hodie uti milites levis armaturæ, inter cætera, adhiberi quidem possunt, & aliis probationibus conjungi; sed si sola sint, non legis, sed hominis duntaxat probabilem contractuum sponsalium probationem inducunt. <sup>2</sup> uti nobis nostra sunt jura. Etenim virginibus Batavis in more positum est, singulis petentibus, modo honesti sint, aditum conveniendi dare; atque honesta ea apud nos judicatur libertas, crescitque puellis æstimatio formæ ac morum, si honeste appellantes procos comiter excipiant. Nec mutat, si quis oscula data asserat; nam ea nobis Batavis, humanitatis, & mutæ benevolentis signa sunt, non libidinis antecænia, non adulterii, vel stupri procæmia, non prænunciæ flagitii blanditiæ, uti ea Tacitus vocat. <sup>3</sup> Tritum est nostris virginibus illud Nymphæ apud Theocritum:

*Ne placeas, Satyrisce, tibi: nihil oscula profunt.*

*Os quoque detergo: ne sola vel oscula restent.* <sup>4</sup>

- Oscula creduntur ab honestis amantibus figi puellis Batavis, ut & basia, non vero suavia: inter quæ hanc differentiam Donatus statuit, quod oscula officiorum sint, basia pudicorum affectuum, suavia libidinum. Servius quoque osculum religionis, suavium libidinis esse dicit. Nec adeo zelotypi, suspiciosi, ac male feriatii sumus, ut quædam gentes, quibus intacta non creditur virgo, quæ sibi osculum figi passa fuit, quasi basia nec accipi, nec dari possent, nisi à
- 17 luxuriante & lascivo animo. Annuli traditio probabilem parit præsumptionem, sed quæ parum roboris habet, nisi consuetudo loci illam faciat *arg. l. 5. §. 15. D. de instit. action.* <sup>6</sup> vel (uti apud nos) nisi aliis adminiculis juvetur; uti si probetur, actum fuisse de puellæ nuptiis, inter suos & proci sui amicos, eo tempore, quo juvenis in signum promissi matrimonii, tacentis nec renuentis puellæ digito inseruit anulum. <sup>7</sup> Vel si constititerit, clara voce dixisse juvenem, se dare anulum obfidem promissæ fidei conjugalis, & tacuisse puellam *gloss. in C. 25. §. 31. x. de sponsal.* <sup>8</sup> Solent enim virgines, ob verecundiam, ne virum expetere videantur, presentibus præsertim amicis, consanguineisve silentio præbere consensum sponsioni *C. 13. caus. 32. q. 2.* Quod si hisce omnibus insuper accesserit & copula, erit præsumptio juris de jure, sponsalia esse constituta. *arg. C. 6. x. de condit. appof.* Alias annuli traditio ut mutæ fidei

E c

teffera

<sup>1</sup> *Præf. Evarh. Conf.* 154. n. 2. *Covarr. tom. 1. part. 2. de matrim. c. 4. n. 4. & seqq. Wamef. conf. 92. n. 11. cent. 5. ad jus forumque Civil. Arnisf. cap. 3. sect. 1. n. 8. de jur. connub.* cessera C. 3. 7. *caus.* 30. q. 5. probationem quidem confirmat, at non probat. & potius donatio quam subarratio facta censetur, cum annulus traditus & acceptus allegatur: imo cum nihil frequentius esse soleat amanti juventuti, quam repugnantibus puellis annulos subducere, eosque iis postea reddere, infirma debet esse probatio promissas nuptias esse, ex eo quod virginis annulum procus habet, uti Curia Hollandiæ suprema judicavit. Eodem modo manuum porrectio, earumque complexus nullam inducit sponsalium præsumptionem, nisi probetur eo tempore de sponsalibus actum, fidei matrimonii à juvene oblatam esse, & puellam sponte, in signum consentientis animi, manum amplectendam sponso porrexisse. Quippe non quid factum, sed quare quid factum sit, probari debet, cum hæc omnia varias ob causas, variosque in fines quotidie fiant. Sic quoque perquam exigua est præsumptio, quam inducit amica & blandientium juvenum compellatio, uti si quis appellaverit

<sup>2</sup> *In causa Zegeliin van Alberinghe, geseyt van Hofvreegen, Requirant, ver ceure, en Mr. Adriaan van Weresfeyn als vooght van Elisabeth van Baarle, ter andre syde. repron. den 1. Maart. 1595. Sent. 162. Part. 1. vande Hogh. en Provinc. Rad. in Holl.* virginem, corculum, turturellam, columbam, uxorem, sponsam, festivitatem, medullam, vitam, voluptatem suam; quas & cæteræ hujus farinæ appellationes, suaves viridiorum annorum nudas crudas ineptias esse dicit Haveman-  
nus. 4

Exigua quoque est præsumptio sponsas nuptias esse, ex eo solo quod quis fateatur se virgini stuprum intulisse. Luxuriantis animi signum est, extra matrimonium coitus, non sponsalia contrahentis; & quamvis voluntas hominis non minus facto, quam verbis ostendatur. C. 52. x. *de appellat. l. 48. §. 3. D. de Aedil. edict.* ex facto tamen illegitimo præsumere, factum præcessisse legibus approbatum, jura non admittunt Peccatum extra nuptias, maritalis congressus est, & quidem lethale, oppositum veniali crumenæ Papæ inservienti, ut prætextu sponsalium velari non debeat. Quotidianum foret lascivis puellis illud Didonis,

*Conjugium vocat, hoc prætextit nomine culpam.*

<sup>3</sup> *De annulo, osculo, & manuum porrectione, videatur Christin Cypra. Covarr. d. l. Alber. Gentil. libr. 2. cap. 16. de Nups. Kirzel. c. 10 Theor. 19. synops. matrim.* Nisi illud Aneæ paratum esset responsum:

*Non conjugis unquam*

*Prætexti tadas, aut hac in fœdera veni.*

Creditur itaque petenti copulam, sui corporis copiam fecisse puella, nullo præmissio nuptiarum pacto. Quod & de jure canonum verum est. Præsumitur quidem, ex Pontificum doctrina, matrimonium esse contractum ex admisso coitu, si præcessisse sponsalia de futuro probentur, at non, si duntaxat nudus intervenerit concubitus. Idem jus esse asserit Menochius, si constet ante coitum sponsores recessisse à sponsalibus, vel hunc præcessisse sponsalia. Verum si conditione apposita congressum admiserit sponsa, & postea deficiat conditio, docet jus Pontificum, à conditione recessisse conjuges,

<sup>4</sup> *Haveman. libr. 1. Tit. 6. post. 3. de jur. connub. Libr. 4. Aneid.* & novo quasi consensu contractum esse matrimonium. C. 5. 6. x. *de condit. apposit. rationem juris, supra dedimus: at diximus quoque, maritalem affectionem & nuptialem consensum hodie exhiberi non posse, nisi coram*

<sup>5</sup> *Thomds in suppl. quæst. 46 art. 2. ad. 1. 7 Menoch. lib. 3. præf. 1 n. 26. & seqq. de præf.*

Eccle-

Ecclesia vel tribunali; ut hic consensus in copulam potius scorti & scortatoris hodie dicendus sit, quam nuptias contrahentium. Quapropter moribus nostris censuram potius meretur stuprata puella, quam præsumtionis alicujus favorem; & non javante coitu, conditioni pacto adjectæ parere debet. Debit melius pudicitiam tueri, & nec sine, nec sub incerta conditione, virginitatem juveni lascivo credere. <sup>1</sup> Quid si quis negantem virginem copulam admisuram, nisi sub promissione matrimonii, tacens comprimat? Existimaverim non præsumendum esse hodie, stupratorem contraxisse sponsalia, sed à proposito recessisse puellam, & volenti tantum delibare virginitatis florem, proprio libidinis cupidine inflammatam sponte paruisse. Verum si juvenis consteatur, virginem noluisse admittere concubitum, nisi sub fidei conjugalis promissione, quam negatille, at interpositam affirmat puella, præsumtio juris ex copula pro virgine erit. adeo enim prodiga famæ & pudiciæ non creditur, quæ honesto nata est loco, ut non præsumeretur etiam ob matrimonii promissionem, facilius culpæ succubuisse. Quod si insuper constet, juvenem puellæ, quæ negabat coitum, nisi nuptiæ promitterentur, consensisse, & se velle eam uxorem sibi dixisse, nulli dubium est sponsalia contracta haberi. Sed hos plerosque alios hisce similes casus judicis arbitrio, habita qualitatibus & personarum, familiæque ratione, decidendos committo: neque enim hic adeo catholica regula tradi potest, quæ non suas & plurimas exceptiones pateretur, ex rerum & personarum diversis rationibus. Cæterum oritur præsumtio novi & dati consensus ex coitu, cum quis vi adactus ad nuptiarum sponsonem, sponte postea, & cum aufugere posset, cum virgine congreditur: ut & cum quis sciens esse puellam ab alio stupratam, post sponsalia, ductet. Deinde & vis copulæ in eo cernitur, quod posterior desponsata, sed stuprum passa, priori intactæ ex æquitate præferatur, <sup>3</sup> &c.

- 19 Cum deficiunt exactæ probationes, per jusjurandum finis liti imponi solet. Jusjurandum *voluntarium*, vel *judiciale* dicitur. *Voluntarium* est, quod pars parti extra judicium sponte deferat, quodque sperni potest, nec necessitatem referendi includit. l. 17. D. de *jurejurand.* quod tamen si delatum & præstitum probetur, habetur deferens, vel tanquam sponte sua sponalibus sese astrinxisset, & quasi sub hac conditione, si juraret, alter contraxisset; vel jus suum, quod habuit, jurijurando negantis submisit, actionemque perdidit. Vituperanda tamen extra judicialia juramenta sunt, ut quæ ex nimia animi perturbatione, & inconsulto amoris calore sæpius fiunt.

- 20 *Judiciale*, idem duplex est, vel, quod nomen generis in specie retinet, *judiciale*; vel *necessarium*, quod & *suppletorium* dicitur. *gloss. in C. final. verb. à te x. de jurejurand.* Jusjurandum *judiciale* pars parti deferat, iudice approbante; & præstitum, totum litis negotium absorbet l. 9. l. 12. §. 1. C. de *rebus credit.* & *jurejurand.* l. 25. §. 3. D. de *probation.* l. 34. pr. & §. 4. & seqq. l. 38. D. de *jurejurand.* estque pars jurans vel libera, vel ligata sponalibus, prout jusjurandum proposuerit. *Necessarium* jusjurandum iudex, in defectu probationum, parti in-

<sup>1</sup> Contrarium sentit Vin-nius comm. in Tit. de patria potest. n. 5.

<sup>2</sup> Cypræus libr. 1. cap. 4. §. 3. n. 10. de *jure con-nub.*

<sup>3</sup> De quibus supra dictum est vide perro Menoch. libr. 3. præsumt. l. n. 13. de præsumt.

jungit, nec referri potest; & suum nomen accepit, tum quod inopia probationis cogat judicem, id necessario, ut litium sit finis, alicui ex partibus injungere, l. 2. C. de rebus credit. & jure jurand. tum quod incumbat, cui imponitur, necessitas præstandi, nisi convictus haberi velit. l. 31. D. de jurejurand.

Jusjurandum *suppletorium* numquam neganti matrimonium (ne in potestate jurantis ponatur separare, quos Deus conjunxit) sed affirmanti tantum, quotiens id res postulat, injungendum esse contendunt Doctores, idque non semper, sed duntaxat in quibusdam casibus; quia matrimonium, quædam status mutatio est, qua mutua corpora conjugum quasi in servitutem traduntur, juxta illud Apostoli, *uxor proprium corpus non habet in potestate, sed vir: & non est servituti subjectus frater.* 1 Corinth. 7. vers. 4. & 15. De statu vero quæstio, gravis & ardua est, & criminalibus, quæ *suppletorium* juramentum non admittunt, æquiparatur. At diximus jam supra, hunc juris Pontificii metum, ne separentur, quos Deus conjunxit, hodie judicem torquere non posse; tum quod quæstio, an sit matrimonium contractum, hodie nisi inter peregrinos forsan, moveri non possit, cum publicus contrahendi nuptias mos, earumque publica testatio omnem dubiæ probationis difficultatem excludat; tum quod nulla hodie sponsalia, licet verbis de præsentī concepta, nuptias constituent, ut nullus, ne forte separetur contractum matrimonium, hodie possit esse metus; utur de futuris nuptiis, quæ individuum vitæ conjunctionem continent, in sponsalibus agatur. Speciosa quoque magis, quam vera, altera juris pontificii ratio est. Statum quippe non ita mutat matrimonium, ut status mutatio in jure accipitur T. T. *inst. de capit. diminut.* Statum cœlibatus mutat uxorem ducens, & fulgore matrimonii, omnibus gravior evadit. Non conjecit Adamum in servitutem Deus, cum ei daret adjutorium vitæ Evam. Jucundum & suave jugum, conjugium est, non servitus, nec servitutis ulla species: duo coalescunt in unam carnem, fiuntque unus homo: nemo autem sui ipsius servus est. Non dicit Apostolus servitutem esse matrimonium, sed cum iniquum sit, ut cogatur desertus desertorem sequi, vel cœlebs manere: isti servituti seu necessitati subjectum fratrem negat. Habet sua incommoda matrimonium, & aliquando ipsa servitute graviora; at hoc ex depravata hominum natura est: ex eo autem quod ex accidenti alicui rei obvenit, denominatio facienda non est. Itaque salvo aliorum, & doctissimorum interpretum, qui ante me scripsere, iudicio, existimaverim, non adversantibus hisce argumentis, tam affirmativum, quam negativum jusjurandum, in sponsalium negotio, à judice injungi hodie alterutri parti posse.

Attamen judicis prudentiæ committendum est, in examen deductis omnibus rei gestæ circumstantiis, quando, & cui jusjurandum *suppletorium* injungi debeat. Putant interpretes ei locum esse, cum suspicionibus tantum gravatur reus, vocantque tale jusjurandum, *purgatorium*; scilicet, quo se purgat reus ab accusatione actoris, & data sponsalia negat. Mihi vero videtur, quotiens nihil probat actor, observandum esse illud juris axioma; *actore non probante, ab-*  
*solven-*

<sup>1</sup> *Covarruv.*  
*tom. 1. part.*  
*2. de matri-*  
*mon. cap. 8.*  
*§. 12. n. 16.*  
*17.*

*solvendus est reus*, etiam si ipse nihil probet *l. 4. C. de edend. cap. final. x. de jurejur.* <sup>1</sup> Jusjurandum enim non facile, & leviter admitti debet, ne perjuria nimis libere nidulentur: & quid non juraret homo levis, prædurus, ac præfractus, ut à muliere liberetur, quam odit, quam metuit fore tempestatem domus, vitæ captivitatem, ac malorum omnium radicem. Ferat potius levitatis & inverecondiæ suæ pœnam puella, quod rem tanti momenti, absque arbitris, clam & sine amicis aggressa fuerit. Interpretum vero contrarium sentientium fundamentum in eo positum est, quod sponsalia de præsentibus nuptias esse velint. Hinc Panormitanus jusjurandum purgatorium hoc casu præstandum dicit, ut veritas tanti sacramenti elucescat. At hæc duo argumenta apud nos Batavos elumbia sunt, & sine nervis. quippe nobis, sponsalia, verbis licet de præsentibus concepta nuptiæ non sunt; nec matrimonium est novi scæderis sacramentum. Aliud dicendum est, si actor semiplene intentionem suam probet, tum enim jurejurando sese purgare reus tenetur. *C. final. in fine x. de jurejurand.* quo præstito ille absolvendus *l. 8. C. de reb. credit. & in litis expensas*

<sup>1</sup> Ita quoque  
Grotius in  
sua Isagog.  
libr. 1. cap. 4.

24 ris sacramentum. Aliud dicendum est, si actor semiplene intentionem suam probet, tum enim jurejurando sese purgare reus tenetur. *C. final. in fine x. de jurejurand.* quo præstito ille absolvendus *l. 8. C. de reb. credit. & in litis expensas*

25 condemnandus actor est. <sup>2</sup> Quid si quis confiteatur coitum, & neget sponsalia? Si nulla alia præsumptione gravi, vel probatione, juvetur vitiata, distinguendum est: si vilis, inhonesta, Quærtilla aliqua Petroniana, quæ male audit, genere, conditione & familia impar juveni sit virgo. non injungendum est reo purgationis jusjurandum. Nam non præsumitur ex confessione commissi stupri, promissum matrimonium: nec meretur præsumptionis favorem, extra matrimonium, reprehendenda scortatio. Est quoque ex utilitate Reipublicæ, hanc januam non aperiri, ne viles & nullius conditionis virgines studeant nobilibus & honesto loco natis adolescentibus, inter suavia & amoris lenocinia, oblato concubitu, verba quædam sponsalia inferentia extorquere, quæ postea, sedata libidine, illi negare jurejurando interposito non auderent. Si vero genere, divitiis, familia, ætate par juveni puella sit, ut credi non possit adeo pudicitie prodiga, quod ipso coitu pellicere ad nuptias stupratorem studuerit; sed ut præsumi debeat, quod ab eo seducta sub promissione matrimonii lascivierit; æque quidam volunt non injungendum esse reo purgationis jusjurandum. Ut discant virgines, nulli etiam si juranti pudicitiam credendam, & sponsalia, rei arduæ & gravis præludium, non nisi præsentibus amicis transigenda esse: aliud volunt, si insuper gravi aliqua præsumptione gaudeat puella. Ego vero

<sup>2</sup> Kitzel. c. x.  
Theor. 26.  
synops. ma-  
trim. Heid.  
cap. 2. concl.  
crimin. x.  
pag. 161.

26 hic multum prudentiæ & arbitrio judicistribuendum puto. Cæterum, non est purgationis jusjurandum imponendum virgini, si actor & sponsalia data, & coitum intercessisse, utrumque negante puella, nullis vel leviusculis indiciis probaverit: sed & à lite removendus, & in expensas condemnandus, & insuper, uti sugillator famæ alterius, puniendus graviter est juvenis. At si pro eo, plusquam semiplena probatio, adjuta gravi præsumptione militet, poterit judex puellæ jusjurandum purgationis injungere. Qui vel quæ jurare recusat, quasi convictus & improbus litigator, ad celebrandas nuptias condemnari debet. *argl. 12. §. 1. C. de reb. credit. & jurejurand junct. l. 2. §. 6. C. de*

<sup>1</sup> Kitzel. cap.  
10 Theor.  
26 lit. F.  
Synops. ma.  
trim.

jurejurand. propt. calunn. dand. Caterum quod hic docent interpretes, remitti 28  
postea jusjurandum semel impositum, neque à judice, neque à partibus posse,  
& omnem in hisce quæstionibus transactionem inhibitam esse, <sup>2</sup> respicit jus  
canonicum, & cum de matrimonio contracto disceptatur, sed fallit hodie in  
sponsalibus arg. l. 1. l. 8. C. de rebus credit. & jurejur.

Actori jusjurandum affirmans injungi non debet, nisi præter semiplenam 29  
probationē eum adjuvent urgentes & magni momenti præsumptiones; uti si sit  
integræ famæ, nobilis, dives, in dignitate positus; rea ex adverso, pauper, ple-  
beia, infimæ conditionis fœmina, & quæ nulla urgenti præsumptione juvatur.  
Idque propter has rationes, tum quod melius sit ob defectum probatio-  
num, reum à sponsalibus absolvi, quam invitum ad matrimonium cogi: tum  
quod, ( cum & alias aliqui homines contemptu religionis ad jurandum faci-  
les sint l. 8. D. de condit. insitu. ) præcipue ab amante metuatur perjurium.  
Justiniani verba sunt: *Novimus, etsi castitatis sumus amatores, nihil esse furore amoris*  
*vehementius; quem retinere perfecta demum est philosophia.* Novell. 74. C. 4. Se-  
neca *amorem rationis oblivionem, & affectum insaniam proximum dicit. amantes*  
*anentes.* Quis vero sanus dixerit, furioso vel insaniam proximo committen-  
da esse jurisjurandi sacra? Novimus illud Comici. *patiar dum potiar modo.* Quod 30  
si mulier actor sit, & aliquæ præsumptiones pro reo militent, potius masculino,  
ut sexui constantiori, quam fœminæ jusjurandum imponi debet. At si plus- 31  
quā plena probatione, & gravi insuper præsumptione gaudeat puella, reo con-  
ditione, dignitate & genere par, vel non multum inferior, & huic recte jus-  
jurandum affirmans injungi poterit. Quamvis enim amoris impatientia, pro-  
pter fragilitatem naturæ, magis exagitentur mulieres viris; non creduntur ta-  
men magis viris immemores salutis æternæ, adeoque perjurio vindictam di-  
vinam sibi temere accersere velle. Nec ad nostras pertinet fœminas, quamvis  
objici fortasse cum veritate Italis & Græcis nurius posset, illud Plauti, *mulieres*  
*audaciter jurant:* nec illud interpretum, *mulieres ad jurandum, contemtu re-*  
*ligionis, faciles sunt, modo nubere possint.* in Authent. de Nupt. C. 43. v. *nos igitur*  
*videntes,* Novell. 22. Quippe non habent, nec audiunt Ovidium præce-  
ptorem:

*Nec, si quem fallas tu pejerare timero.*

*Scilicet æterni falsum jurare puellis*

*Dii quoque concedunt.*

At salutarioribus dogmatis imbutæ, morum honestate, & salutis æternæ curâ  
sæpius ipsos præcellunt, præceduntque viros. Quidam putant jusjurandum 32  
non esse præstandum ab ea, quæ se stupratam fatetur, quamvis etiam plus-  
quam semiplene intentionem suam probaverit. Infamæ enim coitum vo-  
lunt ideoque jure an injuria, omni ope conari puellam ut honesto matrimonio  
hanc maculam diluat, cum nulli grata sit, quæ corpus polluit, pudorem amisit.  
Suspectissimum dicit Faber mulieris testimonium, quæ jam deliquit, & sub-  
acta cervice jugum tulit. At vero non est infamis, quæ unius libidini, ex  
amoris

<sup>2</sup> Tu cod.  
libr. 4. Tit.  
15. difinit.  
49. n. 3.

amoris abundantia succubuit, sed quæ palam corpore quæstum fecit: l. 43. pr. & seqq. D. de Ritu Nuptiar. Non est meretrix, quæ se uni, sed multis prostituit; nec potest reprobare mores mulieris juvenis, quos ipse corrumpit l. 47. D. solut. matrim. In pari versatur culpa, & exprobrando virgini copulam, fraudulentas blanditias, & dolosas promissiones, quibus eam in concubitum pellexit, prodit, suamque scortationem fatetur stuprator. Ideoque si pares sint conditione litigantes, & puella huic uni forsan potuerit succubuisse culpæ, ei iusjurandum affirmans deferri posse statuo, uti quondam Hollandiæ curia iudicavit. In hisce tamen casibus ex qualitate personarum diversa, & rerum circumstantiis, multum prudentiæ Judicis relinquendum esse existimo,

*Inde saache van Pleun-  
tje Gerritsd.  
Impetrant  
van man-  
dement van  
reform. con-  
tra lin Qui-  
rjnsse ge-  
daaghd. den  
28 Februar.  
1584. lib. 1.  
sentent. 138  
vande Hogh.  
en Provin.  
Rad. in Holl.*

## CAPUT VIGESIMUM QUARTUM

*De vi & effectus sponsalium.*

## SUMMARIUM.

1. *Fore natura sponsalia actionem ad faciendam nuptias pariunt.*
2. *Fus Divinum, quantum ad vinculum fidei, eorumdem virum voluit sponsalia ac nuptias esse.*
3. *Maria qua ratione Josephi sponsa, & desponsa uxor dicatur in Evangelio.*
4. *Quare nunquam Christus inserti patris filius aut notus natis apud Judeos, cum tamen non multum temporis post contractas Josephi & Maria nuptias, natus fuerit.*
5. *Sperata, pacta, sponsa, quandoque pro synonymis usurpantur.*
6. *Ex consuetudine recte loquentium, pacta sperata, sponsa, inter se differunt, & quomodo?*
7. *Qua proprie dicatur destinata. Destinare veteribus emere significavit.*
8. *Nulla prodita fuit unquam actio, ad speratam sponsam iure consequendam.*
9. *Qua pacta, vel destinata erat, liberam restituendi à sponsalibus habebat potestatem, neque adversus eam ulla proco dabatur actio.*
10. *Ad interesse ex sponsu, adversus sponsum, vel sponsam, prodita fuit actio iure veteri Latinorum.*
11. *Fus civilis novo, nulla data fuit actio ex sponsalibus, stipulatione etiam interposita, peractis.*
12. *Romanorum sponsalia sub hac conditione semper pacta creduntur, nisi interim aliter placuerit, & vindicatur à Gentili Beza.*
13. *Ratio hujus juris Romani redditur.*
14. *Repudium missum nulli tum temporis decori fuit.*
15. *Quid renunciare, in iure nostro significet, & quidrenunciatio.*
16. *Fus veteris quadam vestigia semper in Republica manserunt; etiam tū, cum non magis ex sponsalibus stipulatione ceteris, quam ex nudo pacto daretur actio.*
17. *Fus novo, repudium sine causa mittens, arras datas amittit, vel acceptas, duplicatas restituit.*
18. *Quomodo id intelligi debeat, quod de quadrupli restitutione, & pœnalis stipulatione dicitur in l. 5. C. de sponsal.*
19. *Fus Canonicum, an, & quam actionem ex sponsalibus de futuro tribuit.*
20. *Fus Barvarum, ad contrahendum matrimonium, sponsum, sponsamque cogit invitos.*
21. *Nuptie à coactione externa, non interna libera esse debent.*
22. *Quando quis ad prestationem facti cogi potest.*
23. *Quomodo cogatur condemnatus nuptias perficere.*
24. *Si condemnatus nolis cohabitare uxori, ut*



- ut malitiosus defertor plectitur.*  
 25. Si *pregnans sponsa licem obtinueris, elapsis*  
*appellationis fatalibus, non conceditur*  
*condemnato appellationis remedium.*  
 26. *Pœnalis stipulatio, ut sponsalibus adjicia-*

- tur, moribus nostris adversum non est.*  
 27. *Contrahis cum alio nuptiis, quandoque ad*  
*interesse, & semper ad repetitionem*  
*eorum, qua sponsa dedit, agere spiritus*  
*sponsus potest.*

<sup>1</sup> *Libr. de  
cert. legib. ad  
decal. perti-  
nentib.*

**H**actenus actum est, de contrahendis sponsalibus; jam vero contracta, quarum virium sint, quasve pariant actiones, inquirendum restat. Non loquimur de iis, quæ nulla sunt propter judicii in contrahentibus defectum; nec quoque de iis, quæ propter ætatem contrahentium, patriam potestatem, errorem, dolum, metumve infirma dicuntur: de quibus omnibus fusc satis suis locis disseruimus, ut ulterioris non indigere videantur explicationis. Verum de his nobis sermo impræsens erit, quæ firma sunt, & omnibus numeris eorum, quæ ad perfectionem contractus, lege, vel moribus requiruntur, absoluta. In quo negotio varia nobis jura consideranda sunt, naturæ, divinum, Romanum, Pontificium, quod canonicum dici solet, & Batavum nostrum. Non enim earundem virium omni jure sponsalia sunt, eademque actiones pariunt. Et primum quidem, qui sponsalia contrahit, obligari ad perficiendum matrimonium, jure naturæ, ei certum est, qui scit, quoties subest naturalis æquitas, ex nudo contrahentium pacto, naturalem obligationem contrahi, actionemque nasci. *l. 95. §. 4. D. de solution.* Nec aliud jus divinum, ut ad id transgrediamur, constituit. Imo earundem cum matrimonio virium, in plurimis, sponsalia apud Ebræos æstimata fuisse, ex Philone Judæo constat, qui de hisce in hunc modum scribit: *Sponsaliorum eadem qua nuptiarum vis est; cum viri & uxoris nomina, atque alia quadam, in conventu & frequentia propinquorum perscripta sunt.*<sup>1</sup> Adulter dicitur, & lapidibus obruitur, qui cum puella, quæ alteri viro desponsata est, concumbit. *Deuter. 22.* Sponsas, uxores sæpius appellat Scriptura, *d. Deut. 22. v. 24. Deut. 20. vers. 7.* sponso, generos. *Genes. 19. v. 14.* Nec potuit sponsus Ebræus repudiare sibi desponsatam puellam, nisi misso repudii libello. Sponsalia tamen nuptiæ Ebræis non erant, sed nuptiarum promissiones: erant earundem virium cum matrimonio, quatenus conjugii vinculum, fides conjugii servanda, amor, dilectio conjugalis spectantur; non autem, quantum ad jura, quæ conjuges sequuntur, & officia, quæ conjux conjugii in matrimonio præstare tenetur; deductione enim opus fuit, ut sponsalia in nuptias transirent, uti patet ex hac militari lege per Moysen à Deo, populo Israël præscripta: *quis est ille vir, qui desponsavit uxorem, necdum duxit eam? abiens revertitor domum suam: ne moriatur in hoc pralio, & vir alius ducat eam, Deuter. 20. vers. 7.* at ante nuptialem festivitatem, sponsi cum sponsa congressus, licet moribus improbatus esset, non tamen ex ipso legis sermone illicitus habebatur; quia sponsalia, quod ad personas contrahentium, conjugii vinculum continebant. Itaque ad perfectionem matrimonii cogi sponsus, sponsaque potuit, nisi ille dato repudii libello sponsam dimisisset. Ex quibus notandum in transcurso est, Mariam antequam à Josepho domum

domum ducta esset, desponsatam à Matthæo dici *Cap. 1. v. 18.* à Luca uxorem desponsam *cap. 2. v. 5.* eam scilicet ob rationem, quod apud Ebræos sponsa non differebat ab uxore, quatenus fides & vinculum conjugii inter contrahentes spectatur. Conjuges vero eos tum temporis nondum fuisse, adeoque nec eorum sponsalia nuptias æstimata ex eo patet, quod dicat Matthæus Mariam prægnantem fuisse repertam, antequam illa & Josephus convenissent, id est, matrimonium perfecissent. *d. C. 1. v. 18.* Duxit autem postea virginem vir pius, quam dato repudii libello, suppressa tamen causa, ne ignominie exponeretur, dimittere cogitaverat, postquam ab Angelo edoctus, esse ex spiritu sancto quod gereret illa, eoque admonitus esset, ne metueret Mariam uxorem sibi adsciscere. Etenim si legatur, Μη φοβηθῆς περιλαβεῖν Μαρίαν τὴν γυναῖκα σου; non σὺ, sensus planus est: ne metue Mariam, tuam nimirum sponsam, adsciscere uxorem tibi, id est, ducere. Non enim alias verba Angeli, *ne metue Mariam accipere uxorem tuam*, quam nondum ductam, sed desponsatam duntaxat narrat Euangelista, commode intelligi possunt, nisi sub hoc sensu, quo sponsa sæpius uxor dicitur propter affines nuptias. Eadem ratione in sequenti commate non incommode legi potest, *experrectus autem Josephus ex somno fecit, ut ei imperaret Angelus Domini, & Παρέλαβε τὴν γυναῖκα ἐαυτοῦ.* accepit uxorem sibi, id est, sponsam domum duxit, contraxit nuptias. Ita hæc eleganter Hotmanus, quem sequor. <sup>1</sup> *Cap. 5. tract. sponsi.*

4 Deinde hoc loco notandum est, quamvis Judæi per contemptum fabri filium dicerent Christum, *Matth. cap. 13. v. 55.* crederentque eum ex Josepho natum; nusquam tamen ei objecisse natalium illegitimationem, vel spurium seu incerti patris filium vocitasse, etiamsi non multum temporis post nuptiarum festivitatem Josephi & Mariæ natus fuerit. Fuit enim sacratissima virgo, postquam concepisset ex spiritu sancto, tres menses apud Elisabetham, & reversa domum postea demum nupsit marito suo. *Luc. 1. v. 56.* Scilicet, concepit virgo postquam desponsata viro erat: at cum congressus sponsi cum sponsa, divina lege prohibitus non crederetur, ex sententia Rabbiorum legitimus habebatur filius post novem menses à die sponsalium, etiamsi tertio mense à die nuptiarum, ex marito & uxore natus. Et hæc quidem de jure Divino dicta satis sunt.

5 Arnobius ait, (ut ad jus Civile transgrediamur) *habent speratas, habent pactas, habent interpositis stipulationibus sponsas.* \* Videamus nos, quid singulæ denominationes hæc velint, & quas actiones secum ferant. Eas quidem paris significationis haberi, & recte promiscue usurpari posse, non ambigo. Quid ni enim & pacta, & sponsa, sperata appellari posset, cum & sponsalia, spes nuptiarum, *l. 6. D. de sponsal. l. 13. §. 3. D. ad l. Jul. de Adulter.* & futuræ nuptiæ, speratæ dicantur. *l. 16. C. de episcop. audient. l. 5. C. de sponsal.* cumque sperata affinitas, Paulo affines nuptiæ sint. *l. 38. §. 1. D. de usur. junct. l. 8. D. de condit. caus. dat.* atque pactam sponsam dici, & sponsam pactam, & pactum matrimonium, ex his duobus Plauti locis, palam sit: in Pænulo.

Ff

Ag.

Ag. Audin' tu, patrue? dico, ne dictum neges,  
Tuam mihi maiorem filiam despondeas.

<sup>1</sup> *Act. 5. scen.* H. Pactam rem habeto. Ag. Spondeſne igitur? H. Spondeo.  
<sup>3</sup> *in Panyl.* In Trinummo.

Sine dote posco tuam sororem filio, habeone Pactam? quid taces?

<sup>2</sup> *Act. 2. scen.*

Quin fabulare, dii bene vortant! spondeo. <sup>2</sup>

<sup>4</sup> *Trinummo.*

<sup>3</sup> *Metam. 9.*

<sup>4</sup> *Annal. 1.*

<sup>cap. 55.</sup>

<sup>5</sup> *Annal. 12.*

<sup>cap. 5.</sup>

<sup>6</sup> *De propriet.*

*sermon.*

<sup>7</sup> *Act. 2.*

*scen. 2.*

*Amphitruo.*

<sup>8</sup> *Franc.*

*Hotman. de*

*sponsal. c. 3.*

<sup>9</sup> *Act. 5. scen.*

<sup>4</sup> *Panyl.*

<sup>10</sup> *Epist. 20.*

*Heroid.*

<sup>11</sup> *Cujac.*

*observ. 16.*

<sup>cap. 33.</sup>

<sup>12</sup> *Libr. de*

*sponsal. cap.*

<sup>13</sup> *D. l. de*

*sponsal. c. 3.*

Taceo, quod Ovidius de sponsa dixerit; Pactaque expectat tempora tædæ. <sup>3</sup> Tacitus, Arminius filiam ejus, alii pactam rapuerat. <sup>4</sup> Pactum inter Claudium & Agrippinam matrimonium jam fama, jam amore illicito firmabatur, necdum celebrare solennia nuptiarum audebant. <sup>5</sup> Quas denominationes, tum in responsis jurisconsultorum, tum in rescriptis imperatorum promiscue fuisse usurpatas, non is mirabitur, qui sibi in memoriam revocaverit, sæculo, quo ii vixerunt, non majorum virium fuisse sponsalia, interposita stipulatione, quam nudo consensu contracta. Verum enimvero ex consuetudine recte loquentium, qua in 6 allegato loco Arnobius usus est, inter speratam, pactam, & sponsam, hoc interesse recte Nonius notat, quod spetata sit virgo petita, nondum promissa: <sup>6</sup> ridicule autem atque inepte, ut hoc probet, idem auctor citat hunc Plauti locum,

Amphitruo uxorem salutat latus speratam suam. <sup>7</sup>

Non enim Amphitruo uxorem jam gravidam, & ad pariendum vicinam, speratam vocat, ea significatione, qua virgo priusquam petitur, sperata dicitur, sed quod eam totam ex animo suam esse speret, ut recte Hotmanus animadvertit. <sup>8</sup> Melius Nonius fuisset usus hac Plauti auctoritate,

Ag. Quæso, qui lubet tam diu tenere collum.

Priusquam te mihi desponderit? Ad. Omitto. Ag. Sperata salve. <sup>9</sup>

Idem hac alterius auctoris, Speratam non odi tuam. aut hoc Ovidii,

Aut tibi jam nulla est sperata cura puella. <sup>10</sup>

Eodem quoque sensu speratus proculus dictus fuit, qui uxorem petit, uti ex hoc Afranii versu palam est:

Curre & nuncia, venire & mecum speratum adducere,

Vt videat puellam, curent, conforment.

Pacta à sponsa differt promittendi modo: pacta dicitur, quæ nuda conventionem promissa est, sponsa, insuper adjecta stipulatione. Cum de nuptiarum conditionibus, id est de dote, donatione propter nuptias, & de arrhis sponsalitiis conventum esset sine stipulatione, modo pacta, modo destinata mulier dicebatur, sin eo amplius stipulatio addita fuisset, sponsa. <sup>11</sup> Quo sensu Hotmanus sentit Servium Honoratum melius interpretaturum fuisse hunc Virgilii versum, & gremiis abducere pactas, si non sponsas, sed destinatas dixisset. <sup>12</sup> Hoc verbum in hisce conventionibus usitatissimum fuisse, plurimis auctoritatibus idem Auctor probat. <sup>13</sup> Quibus adjungi possunt & hæc Ulpiani verba: Nisi forte aliquid inter maritum futurum & destinatam uxorem convenit l. 7. §. 1. D. de jur. dot. si Patronus sibi aliam desponderit, sive destinaverit. l. ult. §. ult. D. de divort. Hæc que

que Papiniani, quod enim vulgatum est, dotis promissionem in primis duntaxat nuptiis destinari. l. 68. D. de jur. dot. Non absurdum esse dicit laudatus auctor, cui asfentior, existimare, verbum hoc ex coëmptionum consuetudine deductum esse, cum arrhæ sponsalitiæ darentur; earum autem formulis usu sublati, retentum tamen fuisse: nam destinare, veteribus emere significavit, & emptione facta arrhabonem dare, cæterum pretium in diem differre: <sup>1</sup> sic Plautus,

Minis triginta sibi puellam destinat,

Datque arrhabonem. <sup>2</sup> Et

Dii Deaque te agitant irati scelus

Qui hanc non properes destinare. <sup>3</sup>

<sup>1</sup> Nonius.  
Marcell. de  
propriet. ser-  
mon. liter. d.  
<sup>2</sup> In Ruden.  
Proleg. & ibi  
Taubmann.  
<sup>3</sup> In Persa  
Act. 4. scen.  
4.

Verum jurisconsulti subtilius postea, pactas à destinatis distinxerunt, restringentes destinatarum nomen ad eas mulieres, quæ testamento patris, vel inter vivos etiam, citra conventionem tamen, aliquibus uxores designatæ seu nominatæ fuissent. l. 36. 66. D. de rit. nuptiar. l. 101. D. de condit. & demonstr. l. 7. D. de adulter. l. 6. C. de interdict. matrim. <sup>4</sup> Vti apud Comicum, Moriens te isti virum

<sup>4</sup> Cujac. lib.  
16. cap. 33.  
observat.

8 do amicum, tutorem patrem. Cæterum, cum hoc modo inter se distinguerentur, sperata, pacta, & sponsa, dubium non est, non fuisse proco paratam actionem ad consequendam puellam, quæ sperata tantum dicebatur: nec quoque

9 ad ducendam eam, si repugnaret, quæ destinata modo, vel pacta erat. l. 134. D. de verbor. oblig. Sola parentum destinatio, vel inter vivos, vel testamento

facta non potuit liberis adimere libertatem matrimonii. d. l. 134. l. 2. D. de rit. Nupt. Ex nudo autem pacto jure civili non nascitur actio. l. 7. §. 4. D. de pactis. <sup>5</sup> Etenim moris fuit apud Romanos, ut alium sibi firmiter obligatum haberent, pactis conventisque suis stipulationem adhibere. l. 7. §. 12. D. de pact.

<sup>5</sup> Paul. libr.  
sentent. 2.  
Tit. 14.

eaque verborum formula, quasi ritu, aut certo aliquo carmine conventiones suas stipare, munire, & confirmare. §. 1. Inst. de verbor. obligat. Quod si omitterent, pacisci tantum dicebantur, & sibi quasi altius deliberandi tempus circa futurum negotium sumere. l. 7. §. 12. D. de pact. l. 27. C. de locat. & conduct.

10 <sup>6</sup> Itaque duntaxat apud Latinos actio ad perficiendas nuptias dari potuit, cum interposita stipulatione sponsum esset, sponsaque diceretur virgo. De quo, & veterum in contrahendis sponsalibus ritu, ita ex Servio Sulpitio, Aulus Gellius scribit: Qui uxorem ducturus erat, ab eo unde ducenda erat, stipula-

<sup>6</sup> Fransi.  
Hotman. cap.  
3. tract. de  
sponsal.

batur eam in uxorem ductum iri: qui daturus erat, itidem spondebat. Is contractus stipulationum, sponsionumque, dicebatur sponsalia. Tunc qua promissa erat, sponsa appellabatur: qui sponderat ducturum sponsus. sed si post eas stipulationes uxor non ducebatur: qui stipulabatur ex sponso agebat, judices cognoscebant. Judex quam ob rem data acceptave non esset uxor, æstimabat: quantique interfuerat eam uxorem accipi aut dari, eum qui sponderat, aut qui stipulatus erat, condemnabat. <sup>7</sup> Varro: qui sponderat, filiam despondisse dicebatur, quod de sponte ejus, id est, voluntate exierat. Non enim si nolebat, dabat, quod sponsus erat alligatus. Quod tum & Prætorium jus ad legem, & censorium judicium ad æquum existimabatur. <sup>8</sup> Verum hoc interesse cum æstimatu difficile esset,

<sup>7</sup> Libr. 4.  
cap. 4.

(quis enim æstimare potest, quanti mei intersit nuptias sequi, quæ sperari fe-

<sup>8</sup> De ling.  
latin. libr. 5.

\* *Act. 4.*  
*scen. 3. &*  
*act. 5. scen. 7.*  
*Phormio.*

lices possunt, præsciri non possunt; ideoque cū id sæpe in nihilum redigeretur, nimiam repudiandi sponsas licentiam coercere non potuit. Exempli loco est Terentianus Phormio, qui simulat se, honoris alieni tantum causa, repudium misisse sponsæ suæ, quæ dotis tantundem quantum offerebatur, dabat. <sup>1</sup> Hoc tamen jus observatum dicit Servius ad id tempus, quo civitas universo Latio, lege Julia data fuit: habetque assentientem Neratium in libro, quem de nuptiis composuit; voluerunt tandem Romani, perditis plane & profligatis civitatis moribus, omnino nullam ex sponsalibus oriri actionem, etiam si ea, interjecta quoque stipulatione transacta essent; fuitque hoc singulare introductum consuetudine, contra juris directi regulas, non majorum virium esse in sponsalibus stipulationem, quam nudum pactum. Hinc est, quod sponsalia à Florentino definiantur duntaxat mentio & repromissio futurarum nuptiarum *l. 1. D. de sponsal.* non contractus, non conventio, non stipulatio; sed mentio nuptiarum, & futuræ obligationis repromissio. scilicet, quæ tacitam quasi continent conditionem hanc, *nisi aliter interim placuerit*, ut ne quidem ex <sup>12</sup> iis agi potuerit, ut constitueretur seu sponderetur matrimonii obligatio. Hinc est quoque, quod nuptiarum spem sponsalia dixere jurisconsulti. *l. 6. D. de sponsal. l. 13. §. 3. D. ad leg. Jul. de Adulter.* etenim ex nuda spe ad rem spectatam actio ne quidem cogitari potest. Hinc est quoque, quod Papinianus irrideat eum sponsum, qui mulierem sibi desponsam idcirco adulterii accusare volebat, quod alteri à patre in matrimonium tradita fuisset. *l. 11. §. 7. D. ad leg. Jul. de adulter.* Animadvertendum autem est, non dicere nos, tacitam hanc conditionem, nisi aliter placuerit, Romanæ nuptiarum sponsioni, vi legis expressæ inesse; ne quis nos erroris arguat cum Alberico Gentili, eo nomine taxante Bezam, atque ut hujus commentum, hanc conditionem respiciente. Verum nos asserere, jus fuisse Romanis à sponsalibus resiliendi, quasi iis inesset semper hæc conditio: nec potuisse quem sibi asserere, ductum à se iri sponsam, nisi sub hac conditione, *si puella interim non mutet voluntatem, renunciaretque conditioni*. *l. 1. C. de sponsal.*

Romani juris ratio hæc fuit. Cum vellent Quirites omni ope studere, ut <sup>13</sup> matrimonia, res ad concordiam, auxilium, & pacem sua natura institutæ, inter conjuges quam maxime pacifica & tranquilla essent: cumque crederent omnimodam conjugii felicitatem hominibus contingere non posse, nisi illis, qui quam maxime spontanea voluntate & ab omni coactione libera convenissent, voluerunt ad inducendam divini & humani juris societatem, non tantum in promissione, sed & in celebratione nuptiarum concurrere debere coeuntium consensum: nec putarunt liberrimum esse matrimonium, quod spontanea licet voluntate sponsum, ex sponsionis necessitate contraheretur. *l. 5. in fin. C. de sponsal.* Hinc ne quidem pœnalem stipulationem sponsalibus adjici prætori placuit, fuitque inhonestum visum vinculo pœna matrimonia obstringi sive futura sive jam contracta. *l. 134. D. de verb. obligat. l. 2. C. de inutil. stipul.* volueruntque amore, non pœnæ metu, & spondendas, & reti-

retinendas esse nuptias, quæ nihil aliud sunt, quam duorum sibi consentientes undeque voluntates. Deinde hoc ipso, quod neminem ex sponsalibus suis ad perficiendas nuptias cogi posse statuerent, occursum putarunt, ne forte inter sponsalia nuptiasque mutatus consponsorum animus, ex affectu contrario amoris conjugali, ante nuptias, divortium, & matrimonii solutionem meditaretur. Tandem & hoc jus non parum suavitæ apud Romanos, & Julii Cæsaris & sequentium imperatorum ævo, nimia divortiorum frequentia: ea enim ita in Romana republica sensum percrebuerunt, ut nec turpia amplius, nec inhonestæ visa fuerint: imo ut Alexander Menophilo rescripserit, *libera matrimonia esse antiquitus placuisse: ideoque constare, pacta, ne liceret divertere, non valere, & stipulationes, quibus pœna irrogarentur ei, qui quæve divortium fecisset, ratas non haberi* l. 2. C. de inutil. stipulat. ut nulla ratio cogeret non æque absolutam sponsalibus renunciandi dari licentiam, cum minus sit, promissi matrimonii fidem fallere, quam contracti vinculum solvere.<sup>1</sup>

- 14 Hæc quoque sponsalium licentiosa nimis renunciatio, illis temporibus ignominiosa alicui, aut dedecori non fuit: non laborabat mulieris ex repudio pudicitia, aut fama; non notabatur infamia, qui repudio huic misso, alteri se despondebat, cum bina eodem tempore constituta sponsalia non haberet: *Et l. 13. §. 2. D. de his qui notantur infam. & quamvis grave sit contemni, cum tamen ignominiosum non credebatur, si cui nuntium missum esset, repudio, uti quidem divortio pœnam lex non irrogavit, imo si quæ à partibus interposita stipulatione indicta esset, ut moribus adversam averfatus fuit prætor l. 134. D. de verbor. oblig.*<sup>2</sup> Quæ omnia quoque ex eo colligere licet, quod renunciatio, repudium dicatur. l. 2. §. 2. D. de repud. & conditioni renunciare, repudium
- 15 mittere, Imperatoribus Diocletiano & Maximiano sit. l. 1. C. de sponsal. at
- autem id verbi in jure nostro hac significatione venit, ut usurpetur, quotiens alterutri parti, ingratis alterius, absque ullo incommodo licet à negotio discedere, uti in materia mandati, societatis (nisi intempestive renunciatur l. 14. D. pro socio) aliisque in locis, jus nostrum perscrutantibus satis liquet. Necesse, si quis mihi contradicat renunciationis verbum in divortio quoque usurpari. l. 8. §. 5. C. de repud. d. l. 2. D. eod. quod tamen, quotiens sine iusta causa, invito altero discutit matrimonium, suis subjacet pœnis. d. l. 8. Novell. 22. 117. 134. Id enim sub Ethnicis Imperatoribus non obtinuit, sed à posterioribus, iisque Christianis Principibus constitutum fuit: sensum quippe antiquata Romuli de divortiis lege regia,<sup>3</sup> incommodum quod sine causa diverterenti, vel causam divortio præbenti lege Julia & Papia infligebatur, vix pœnæ nomine, sed potius educandorum liberorum causa ex dote & ante nuptias donatione retinebatur, & liberis cedebat: <sup>4</sup> fuitque id adeo leve æstimatum, præcipue quod ob malos mores retinebatur,<sup>5</sup> ut non eo minus dixerint juris consulti, *inhonestum esse, & contra bonos mores, vinculo pœna matrimonia obstringi sive futura sive jam contracta* l. 134. D. de verbor. oblig. & rescripserit cū Maximiano Diocletianus: *liberam facultatē contrahendi & distrahendi matrimonii transferri ad necessita*

<sup>1</sup> De pœnal.

stipul. vid.

Sanch. libr.

1. de spul. 30.

C. seqq. de

matrim.

Comm. libr.

8. cap. 2.

comment. ad

jus. civil.

Alber. Gen.

vil. lib. 4. cap.

13. &amp; 14.

de nupt.

Comm.

libr. 8. cap. 2.

comment.

jus. civil.

<sup>3</sup> De qua

Alexand. ab

Alexandr.

libr. 4. cap. 3.

dies. Genial.

<sup>4</sup> Gothofred.

in l. 19. D. de

verbor. obli-

gat. Can-

nan. d. l.

<sup>5</sup> Franem.

Plipian Tit.

de dotib.

tem non oportere l. 14. C. de nupt. taceo quoque, quod utriusque consensu & bona gratia factum divortium nullo bonorum incommodo gravabatur, etiam Christianorum Imperatorum ævo. l. 62. D. donat. inter vir. & uxor. l. 9. C. de repud. Novell. 22. cap. 4. Imo & quod divortii causa donationes inter virum & uxorem concessæ fuerint, quotiens propter sacerdotium, sterilitatem, senectutem, valetudinem, aut militiam satis commode retineri matrimonium non posset. l. 60. §. 1. l. 61. D. de donat. inter vir. & uxor.

Cæterum, quamvis tum temporis nulla in tergiversantem nuptias perficere 16 ex sponsalibus actio data fuerit, quædam tamen pristini juris, quod ex Servio Sulpitio apud Gellium retulimus, semper in republica mansere vestigia. Etenim cum æquitas postularet, etiam ex nudo pacto, fidem datam servari. l. 1. D. de pact. placuit semper repudium fieri non posse, nisi ex præscripta quadam formula. l. 2. §. 2. D. de repud. eumque infamia notari, qui bina sponsalia eodem tempore habuerit. l. 1. l. 13. §. 1. D. de his qui notantur infam. Sponsum, generum, sponsam, nurum, & sponsæ patrem matremque, socerum focrumque propter nuptiarum affinitatem appellari l. 6. §. 1. l. 8. D. de grad. & affinit. & multa alia, quæ in conjugibus constituta sunt, ad sponso sponasque referri. l. 4. l. 5. D. de testib. l. 12. §. 1. D. de rit. nupt. l. 3. l. 4. D. ad leg. Jul. de parric. l. 15. §. 24. D. de injur. l. 16. D. de sponsal. l. 4. D. de fund. dotal. l. 32. §. 1. D. de donat. int. vir. & uxor. qui certe effectus sponsalibus non recte tribuerentur, nisi respexissent Romani vetus illud sponsalium jus Latinorum: quod quidem quantum ad actionem ad interesse nuptias sequi, derogatum voluerunt, non tamen quod ad cæteros effectus, uti ex dictis colligi potest. Postea vero Leo & Anthemius Christiani imperatores, ne adeo sine incom- 17 modo sponsalia discuterentur, Erythrio præfecto prætorio in hunc modum rescripserunt: *mulier sui juris constituta arrharum sponsalium nomine usque ad duplum teneatur, id est, in id quod accepit, & aliud tantundem. nec amplius si post completum vigesimum quintum annum, vel post impetratam veniam atatis, atque in incompetenti iudicio comprobata, huiusmodi arrhas suscepit, in simplex autem, id est, tantummodo in id quod accepit, si minoris atatis sit, sive virgo, sive vidua sit, sive per se, sive per tutorem, curatorem, vel alias personas easdem arrhas suscepit. eadem ætatis distinctione, eodemque jure, in sponso nuptias perficere detrectante, sive dederit, accepitve arrhas, observandis. l. 5. C. de sponsal. Quadrupli vero pœnam, in qua & arrharum quantitas imputabatur, (quæ anteriori Valentiniani, Gratiani & Theodosii constitutione, in eos qui sine causa sponsalibus renunciassent, constituta erat, l. 6. C. Theod. de sponsal. l. un. C. Theod. si provinc. rect.) cessare voluerunt, nisi specialiter aliud ex communi consensu inter contrahentes, de eadem quadrupli ratione placuisset. Nimirum quamvis semper legum pœnis contenti esse debeamus. l. 19. D. de verbor. obligat. quadrupli tamen pœnam stipulari præsentis in negotio permissum fuit, cum ea anterioribus legibus legitima fuisset, ut valeret scilicet hæc hominis stipulatio ex auctoritate legis: verum extra definitionem hujus constitutionis, si cautio pœnam ex stipulatione continens fuisset*

fuiſſet interpoſita, eam ex utraque parte nullas vires habere voluerunt, ne libera matrimonii contrahendi facultas ad neceſſitatem transferretur. Et hoc modo hi Imperatores repudiorum licentioſam nimium libertatem non ſine quocunque damno eſſe ſiverunt.

18 Exiſtimat cum Bartolo Salicetus, quamvis legibus non ſit definitum, quantum pactum quadrupli continere poſſit, id licet uſque, non tamen ultra dotis vel donationis ante nuptias æſtimationem extendendum eſſe; cum earum amiſſio divortii duntaxat pœna ſit, l. 8. C. de divort. nec divortio ſeverius repudium plecti debeat, atque nos eſſe contentos pœnis legum comprehenſis oporteat l. 19. D. de verbor. obligat. Quam Bartoli ſententiam ut ſingularem & paucis notam commendat Sichardus<sup>1</sup> & æquam eſſe Alciatus ait. in l. 134. D. de verbor. obligat. adjungitque prior Jurisconſultus, nulla dote vel donatione propter nuptias conſtituta, non ultra quartam partem bonorum repudiantis, in quadrupli pœna futurum: E. G. ſi arrha 300 aureorum data ſit, cujus quadruplum ſunt 1200 aureorum: & habeat duntaxat ſponſa in bonis 800 aur. volunt eam ſine cauſa nuptias detrectantem tantum amittere 200 aur. quia in divortiis conſtitutum eſt, ſine cauſa divertentem plecti duntaxat damno quartæ partis omnium bonorum, quotiens dos dicta matrimonio non fuit l. 11. §. 1. C. de repud. At certe ſi hæc mens fuit Imperatorum, quod arrharum nomine tantum dari poſſit, ut ejus duplum vel quadruplum totam virginis dotem, vel ſponſi donationem ante nuptias, vel nulla dote vel donatione ante nuptias conſtituta, quartam partem omnium facultatum abſorberet; non video qua ratione dicatur, renunciationes ſponſalium abſque graviore damno fieri poſſe, neque metu pœnæ aliquem adigi ad inviſum matrimonium. Deinde quoque probata hac ſententia, cum Bachovio (modo is auctor ſit notarum in Weſemb. ſcriptarum) capere non poſſum, qua ratione pactum quadrupli admiferint Imperatores, & cautionem ſtipulationis pœnam continentem reprobaverint. Etenim quid intereſt, an ſponſa conſtringatur pœnali ſtipulatione, an pœna reſtituendi quadruplum? an pœna ſit in ſtipulatione, an in pacto? an nomine arrhæ, cujus quadruplum abſorbet vel totam dotem, vel quartam omnium facultatum partem, luat puella conſilii inconstantiam, an nomine pœnæ ſtipulationi adjectæ? Hoc certe non eſſet, ut recte laudatus ille auctor dicit, rebus legem ſed verbis imponere, & vere cavillari. Itaque exiſtimaverim ego non in totum improbatam pœnalem ſtipulationem, nec in totum approbatam eſſe ab Imperatoribus quadrupli pœnam: verum quod dicitur in eorum memorata conſtitutione, adeoque & in univerſo noſtro jure, pœnales ſtipulationes non eſſe adhibendas matrimonio, ſponſalibusq; arrhas autem intervenire poſſe; intelligendum eſſe ſemper, cum hoc temperamento; ne per earum quantitatem nimiam arbitrii libertas in contrahendis nuptiis violeetur. ſcilicet, quod modicas quidem pœnas ſtipulari potuerint, non magnas, & quæ excederent quadruplum alicujus arrhæ, qualis pro ratione facultatum ſponſi, dari cum honore ſponſæ ſolet. Itidem quod modica pœna

<sup>1</sup> In l. 134. D. de verbor. obligat. n. 4. 5. 6.

<sup>2</sup> In l. 5. C. de ſponſal. n. 18. 19.



in arrharum amissione probata fuerit, non magna, & cujus quadrupli restitutionis timor impedimento liberæ sponſalium renunciacioni nimis esse posset. stipulationem autem, quam Imperatores rejiciunt, eam intelligendam esse puto, quæ modum excedit, & tum temporis forte nimium frequentata fuit, ut lege prohibitoria ad eam coercendam opus esset: arrhæ vero quadruplum pacisci permissum fuisse, quia quod arrhæ nomine datur (cum tantum symbolum sit amoris, signumque conjugalis fidei; & arrhabonis loco datur quoad celebrentur nuptiæ, non ut arctius astringatur sponſalibus sponſor) non adeo magni pretii res soleat esse, ut ejus quadrupli restitutio, si minus placerent pactæ nuptiæ, à sponſalium renunciacione deterre sponſum posset. Hæc quæ dixi ita sese habere satis colligi potest ex Leonis philosophi constitutione, qui cum vellet facilitatem repudiorum coercere, veteres leges, quæ de arrharum dispendio caverant, his verbis carpit: *solius enim arrha perditio, quæ in eum qui dedit, ac deinde sponſalibus non acquiescit, constituta est: ejusque in duplum restitutio, quam multam is qui arrham cepit, deindeque in pacto convento non perficit, sustinet: ut propter pœnæ levitatem, ad pactorum rescissionem, qui id facere cogitant, facilius ferantur, facit. Et ex pacto (quod hic Imperator voluit) definita pœna gravius damnum sibi obvenire videns, inconstans ille, tardior omnino ad divellenda sponſalia fiet.* & paulo post: *ex arrha sequidem perditione faciles sponſaliorum everſiones video: ex pœna persolutione non item. nam gravius dispendium (pacto enim constituta pœna, arrha major prorsus atque gravior est) vel invitum inhibens, animi inconstantiam acquiescere illis, quæ ante de sponſalibus placuerunt, compellet.* Novel. 18. Nam certe qua ratione Leo dicere potuisset, non gravem, imo levem esse pœnam, arrharum dispendium, si ea tanti pretii dari potuisset, cujus quadruplum absorberet totam virginis dotem, vel quartam omnium ejus facultatum partem? Itaque ego puto nec arrhæ nomine tantum dari potuisse, ut ejus quadrupli restitutio speciem pœnæ contineret, & arbitrii libertatem in contrahendis nuptiis impediret. Interpretes vero, qui ne modicam quidem pœnam in sponſalibus admittunt, arrhæ vero amissionem probant, diverſi juris has rationes esse volunt: primum ex insita nobis & innata natura, qua faciliores sumus in promittendo, quam in dando, argumentantur, arrharum dispendium, non pœnarum stipulationem in sponſalibus probasse Imperatorem, quia arrha statim traditur, pœna non solvitur nisi non præstita fide: at autem non facile quis rem magni pretii alicui donat, cum donare sit perdere, uti quidem promittit, cum qui promittit, in præſenti nihil amittat, & propter conceptam animo nuptiarum spem certam, vix damnum metuat, quapropter quoque donanti mulieri, non æque quam fidejubenti succurritur. l. 4. §. 1. D. ad SC. Vellejan. & hæc ratio Carerio minime, <sup>1</sup> Sichardo maxime probatur. <sup>2</sup> rejiciuntque hanc Hostiensis aliam: quod possim pactum quodvis apponere rei meæ quam trado, non vero rei, quam non trado. Deinde Alciatus ab aliis excogitatam & hanc refert: <sup>3</sup> pœna promittitur casu, quo non sequatur matrimonium, arrha vero datur, ut perficiantur nuptiæ: ut in pœna sit conditio, quæ nihil

<sup>1</sup> Libr. 1. c. 5. tract. de spons. & matrim.  
<sup>2</sup> In l. 5. n. 22. C. de sponsal.  
<sup>3</sup> In l. 134. n. 12. D. de verbor. oblig.

nihil ponit, in arrha autem principium contractus; at lex magis favet contractui jam cepto, ut perficiatur, ac arrharum datio habeat effectum, quam contractui nondum cepto, sed qui fieri promissus sit, & talem promissionem cum poena infirmat. Cui rationi ipse hanc addit; traditione rei confirmantur arrhæ, at autem difficilius lex actus facti infirmat *l. 19. D. ex quib. caus. major.*

*l. 4. §. 1. D. ad SC. Velleian* quam actionem impedit. Subtiliter hæc illi: alias rationes adhuc exhibet post Panormitanum<sup>1</sup> Carerius,<sup>2</sup> sed has retulisse nobis sufficit, cum nullis ipsi indigeamus, utpote qui statuimus, & stipulationem modicæ poenæ permissam, & arrharum nimii pretii constitutionem in sponsalibus prohibitam fuisse. Cæterum coronidis loco antequam jus Romanum deseramus, notandum ex Hotmanno est, ante tempora eorum Imperatorum, qui veteres jurisconsultos secuti sunt, hanc arrharum constitutionem jure civili incognitam fuisse, nec legem 38. *D. de rit. nupt.* quatenus arrharum, mentionem facit, Pauli esse, sed Triboniani, vel alterius interpolatoris. Hotmannum sequitur Albericus Gentilis, quem de hac re, & arrhis sponsalitiis subtiliter disputantem post alios consulat lector.<sup>3</sup>

19 Qualis secundum canones, ut jam ad eos transgrediamur, ex sponsalibus actio, & an aliqua detur, inter se magno molimine disputant juris pontificii interpretes. Nulla quidem inter eos de sponsalibus de præsentī, uti illis loqui placet, est quæstio: ea enim cum revera nuptiæ sint, parere actionem ut cohabitatione & coitu perficiantur, omnes concedunt. *gloss. in C. 17. x. de sponsal.* In qua tamen re, jus vetus à novo distingui debet. Etenim concilium Tridentinum decrevit, sponsalia de præsentī publica duntaxat nuptias haberi; non ea, quæ clanculum contrahuntur, sed irrita esse, & ne jurata quidem vim sponsalium de futuro nancisci, uti Gutier tradit.<sup>4</sup> Sunt ergo sponsalia de futuro, circa quæ inter se decertant interpretes. Sunt qui putant, sponsalia de futuro nudam duntaxat esse de futuris nuptiis pactiōem, & de liberationem quandam: itaque posse hujusmodi sponsam sponso nuntium remittere, & alteri se in uxorem tradere. *C. penult. x. de spons. & matrim.* modo patienter ferat arrharum dispendium, uti jure civili constitutum est: & hac ratione credit Beza<sup>5</sup> non inane esse discrimen verborum in præsens vel futurum tempus conceptorum, quod Canones induxerunt; nempe, qui sponsalia de futuro constituit, tempus altius deliberandi sibi sumsit; qui in præsens tempus conceptis verbis sponsalia constituit, nuptias contraxit. Alii, inter quos est Thomas,<sup>6</sup> sentiunt, in foro animæ quidem obligatum esse ad perficiendas nuptias sponsalium de futuro sponso rem; verum in foro contentioso, detrectantem nuptias & invitum compelli non posse. *C. 2. C. 17. x. de sponsal. & matrim.* sed propter ruptam fidem ei ab ecclesia injungendam poenitentiam esse.<sup>7</sup> Alii volunt renuentem sponso rem per ecclesiasticam censuram compellendum esse:<sup>8</sup> verum cum ex hisce quidam sub hac limitatione duntaxat hanc sententiam admittant, ut compulsio illa tantum ad eliciendum liberum consensum adhibeatur, non autem, ut quis invitus nimium constrin-

Gg

gatur

<sup>1</sup> *Canif. in capit. 10. x. de sponsal.*

<sup>2</sup> *Sanch. lib. 1. de spul. 29. de sacram. matrim.*

<sup>3</sup> *Inde faec. ke van Maria Geselle, gedaeghde, omme actie te institueren, en Vervueerster in convent. ende Eyscherfche in reconventie, contraloh. van Weller Klerck van de G. M. Stat. van Holl. Impetr. eyscher en vervueerder in't selve cas ter andere zyde, den 22. Decemb. 1661. Neostad. de cist. Cur. Supr. 12. In de faecke van Caspar Go. desfeyn impetrant van mandement relieff d' ap. pel, contra Maertje Elbrechts Byl, gedaeghde, den 13. Novemb. 1662.*

gatur ad contrahendum matrimonium: vel ut alii loquuntur, ut compulsio sit moderata, non præcisa, si pertinax reperiatur quis in resistendo: illi mihi videntur sinistra manu evertere, quod dextra fulciunt. Distinguunt cæteri inter nuda & jurata sponsalia, & in nudis coactioni locum non esse, in juratis esse putant: contenduntque in capitulo 17. x. de sponsal. legendum esse, quæ se nupturam interposito jurejurando promissit, *monenda potius est prius, at postea cogenda est fidem adimplere. gloss. in d. C. 17.* <sup>2</sup> Horum autem omnium interpretum quænam sententia maxime canonibus pontificiis conveniat, indagare animus non est; ne in re parum hodie utili, temporis nimium consumamus. Hoc solummodo dicam, rationi & æquitati maxime congruum esse, ut pacta servantur, fides data impleatur, atque præstetur promissum, idque maxime in matrimonii sponsione, cum jam depereunti nimium sponsæ sponsum difficile sit animi superare motus & sua vota domare. Quis enim constitutis sponsalibus, cum jam certissimam nuptiarum spem animo foveat, non patitur amorem defixum imis medullis? Ideoque & quam maxime æquum illud jus puto, quod tergiversantem nuptias perficere, ex sponsione sua, nisi ratio subsit, compelli posse statuit: ne sponsio sine obligatione sit, tanquam nux sine nucleo; obligatio sine actione, tanquam apis sine aculeo.

Jure Batavo, ut tandem nos ad patrios mores conferamus, qui sponsalia <sup>20</sup> constituerunt, legitimis coërcitionibus ad perficiendas nuptias compelli possunt; nec eximuntur obligationi, vel dispendio datarum arrharum, vel solutione ejus, quod interest nuptias sequi, nisi hoc eligat pars altera, actionemque remittat, uti quandoque Hollandiæ curia judicavit. <sup>3</sup> Non enim nostro jure, uti Romano, sponsalia duntaxat mentio & repromissio nuptiarum, sed firma conventio sunt, pariens actionem cogendi invitum nuptias perficere. In quo constituendo certe perfectius Romano jus Batavum est. Etenim instabilem adhuc amorem, & fluctuantem animi affectum prodit, qui sub incerto, nisi interim aliter placuerit, nuptias spondet: at jam constantis amoris & deliberati in nuptias animi sit oportet Christianus, qui ad sponsalia constituenda, inexplicabilis matrimonii præludia, procedit: quippe sera sæpius speratur quædam in animis futurorum conjugum egerit. Deinde media ad nuptias sponsalia, sponsalium finis, nuptiæ sunt; itaque cum ex philosophorum sententia, media de natura finis participare debeant, sicuti matrimonium non nisi ob paucissimas causas solvi potest, ita quoque rationi congruum est, ne sponsus possit invitæ sponsæ sine ratione nuntium remittere & discutere sponsalia. Tandem & suadet conjugii dignitas, ne sponsalia, ejus primordia, ob facilitatem renunciandi, tanquam jocus & ludus haberi possint.

Verum huic juri duo adversari videntur: primum, quod hac ratione arbitrii <sup>21</sup> libertas in contrahendis nuptiis hominibus auferatur: deinde quod celebratio matrimonii, facti sit, & ad factum præstandum nemo compelli possit, sed quilibet liberetur præstando id, quod alterius intersit: l. 72. l. 81. D. de verb. obligat.

*obligat. l. 13. §. 1. D. de re judicat.* Quibus argumentis ut respondeamus, sciendum est, celebrationem nuptiarum liberam esse semper oportere à necessitate externa, quæ citra consensum partium infertur, non à necessitate interna, quæ ex prolato pacifcentium consensu profluit. Tum enim locum habere debet communis omni conventioni regula: *quod prius fuit voluntatis, id postea factum est necessitatis: & voluntaria obligationi semel nexus, ab illa, non consentiente parte altera, discedere nemo potest. l. 5. C. de obligat. & action.* Imo nec plane coactam ejus voluntatem dicunt leges, qui ex causa legitima, cum quid promiserit, ad promissi præstationem per judicem adigitur. In omnibus faciendi obligationibus (ut ad alterum me conferam objectum argumentum) qui non facit, quod promisit, in pecuniam numeratam condemnatur, quotiens facti justa æstimatione fieri potest, factum autem ipsum per rerum naturam præstari non potest. *l. 13. §. 1. D. de re judicat.* vel quotiens (cum jam facti utilitas forte præterierit, vel quid ab invito factum non velit actor, cum raro respondeant promissis coacta ingenia) potius ad æstimationem, quam præstationem facti contendere velit actor. *l. 72. D. de verbor. obligat.* at vero in iis quæ præstari possunt, & justam æstimationem non recipiunt, ut non recte ad interesse agere actor queat, præcisa horum ad facti præstationem semper obligatio est, & compelli potest promissor, nisi alter velit quoquo modo jus suum remittere. (Ita ego illud interpretum explico, *ad factum nemo compelli potest*) non uti Groenewegen, id in omnibus facti obligationibus jure Romano obtinuisse, sed moribus nostris jam dudum antiquatum fuisse<sup>1</sup>) Jam autem non recipit æstimationem liberum corpus, nec felix concorsque speratum matrimonium nummis æstimari potest, at in matrimonio corpora, simulque & animi traduntur, & præstatio nuptiarum promissarum, modo velit sponfor, facilis est. Compelli igitur ad perficiendas nuptias ex sponsione sua quis potest, nec liberari potest præstatione ejus, quod alterius interest nuptias sequi, nisi is eo contentus remittat actionem suam.

- 23 Verum posset quis quærere, si hæc sententia probetur, quomodo coactio, ut quis contrahat matrimonium, fieri possit? Præfacti siquidem voluntas nulla vi extorqueri potest, & ut Epictetus ait, nemo alterius voluntatis prædo est: at sine spontaneo coeuntium consensu: nullum perfici potest matrimonium: Sed sciat lector, voluntatem humanam, ut alicui rei consentiat, directe cogi non posse, cum illa nulli subiaceat nisi Deo. verum per obliquum; nempe, cum ita affligitur per corpus anima, ut velit potius consentire rei propositæ, quam dolores corporis pati: vel cum ita horreat bonorum suorum dispendium quis, ut potius velit præstare factum ei injunctum, quam facultatum suarum parte maxima carere. Itaque si quis condemnatus nuptias contrahere, parere nolit, ne res judicata careat effectu, & sententia reddatur elusoria, judex se pœnali judicio contra contumacem defendet, idque primo, judiciali arresto uti loquuntur, quod nostro idiomate *gyselinghe* dicimus. *art. 275. instruct. vande Hoge Rade in Holl. art. 13. 14. 15. 16. ampliât. vand. instruct. vand.*

<sup>1</sup> Ad l. 4. C. de action. empt. tract. de l. abrogat.

bove van Holl. art. 31. 32. *Instruct. op t' stuck van Justit. ten platten land.* Deinde si

<sup>1</sup> *Groenev. in l. 1. C. de sponsal. & in l. 13. §. 1. D. de re iudicat. tract. de legib. abrogat. Christin. vol. 3. decis. curia arg. l. 1. §. 19. D. de ventr. in possess. mitt.* Si hoc ipso non moveatur ille, tandem declarabit iudex matrimonium, inter triumphantem puellam & contumacem <sup>147. part. 1. IC. Batav. Kitzel. c. 5. Theor. 9. synops. matrim.</sup> vel præsentem vel absentem reum, tanquam celebratum haberi, liberosque, si qui ex stupro nati sint, quasi per sublecutas nuptias, legitimos esse, atque omnia iura, quæ consuetudine vel moribus inter conjuges circa utriusque facultates obtinent, triumphantem mulierem quantum ad bona condemnati sequi, interdicto contumaci reo cum alia muliere, sub pœna adulterii, & matrimonio, & concubitu. Et dicit Carpzovius, hoc casu, invitum & contumacem præsentem jungi triumphanti mulieri posse, etiam publice, benedictione à ministro dei interposita, nec dicendum esse, sine mutuo contrahentium consensu inter hosce ita coire matrimonium, cum consensus à contumace sponsalibus exhibitus, ad ipsas nuptias protrahi debeat, vel haberi quasi interpositus ob iudicis auctoritatem, sicuti diximus, in nuptiis liberorum, parentum sine causa dissentientium consensum, supplere iudicis arbitrium. <sup>2</sup> Cæterum, si <sup>24</sup> hisce omnibus non flectatur jam maritus, sed cohabitationem, uxorisque aspectum fugiens, nunquam revertatur, nullam curam liberorum suorum habeat; volunt interpretes eum, uti malitiosum desertorem plectendum, & dissolvendum esse matrimonium; ne in potestate durissimi, pectoris hominis sit, mulierem invitam, quæ se continere nequit, in cœlibi conjugio, imò vix conjugio retinere. <sup>3</sup> Quorum sententiam & ego probo, modo post aliquot annos à die latæ sententiæ elapsos, & non confestim, ob desertionem divortium fiat. Hoc loco tanquam in transcurso notandum est, si prægnans sponsa <sup>25</sup> coram inferiori iudice litem obtinuerit, & fatalia appellationis effluxerint, non esse concedendum condemnato appellationis beneficium, sed duntaxat appellatorium mandatum, ut ad certum diem adsit sponsa, visura appellationem recipi: nisi prægnantes, & quæ moram purgent, aliudque suadeant, ab appellante exhibeantur iudici rationes. <sup>4</sup>

Hoc præcisæ coactionis, de quo egimus, jure, quamvis triumphans puella uti possit, persuadenda tamen potius est, ne utatur, nisi interfecta virginitas, favorque prolis, quam vel peperit jam, vel utero gerit, eam cogant. quippe melius est, amorem cohibere, & obnitentem repudiare sponsum, quam invito nubere; cum coactum matrimonium, animi tormentum, perpetuus carcer, tragicos soleat habere exitus. C. 14. 17. *x. de sponsal. & matrim.* ita ut hoc in negotio, nisi cogaris, non semper expediat stricto jure uti.

Ex hæcenus dictis quoque colligi potest, pœnalem in sponsalibus stipulationem, <sup>26</sup>

tionem, qualis qualis ea sit, moribus nostris adversam non esse. Etenim pœnalis stipulationis ea natura est, ut in sponsoris arbitrio sit, vel præstare pœnam, vel promissum: at autem, cum hodie nuda sponsalia quem invitum obligant ad perficiendas nuptias; pœnalis hæc stipulatio, non fortius lege ligat consponsos, sed, ejus qui pœnitentia ducitur, arbitrio committit, præstita pœna, sponsalibus renunciare; quod facere non posset, si nuda sponsalia constituisset. Hoc jus nostrum jam olim expressa constitutione à Leone philosopho probatum reperio, etiam tum, cum sola naturalis æquitas sustinebat sponsalium obligationem: nam Leoni inhonestum visum non fuit, pœnarum vinculis coerceri nimiam repudiorum facilitatem; nec injustum esse, ut quis metu pœnæ inducatur, ut præstet nuptias, quas futuras sponte promisit. *Novell. 18. & 74.* Nec inutiliter quoque pœna hodie sponsioni adjicitur à parte puellæ, quæ repudiatur. Nam licet, nudis contractis sponsalibus, ad contrahendum matrimonium invitum cogi possit sponsus, accidit aliquando, ut melius sit sponsæ pœnam exigere, quam nubere reluctanti; quem, cum ulla pœna sponsioni adjecta non sit (cum compellere ad nuptiarum celebrationem non vult) indemnem dimittere cogitur, cum ipsa interim non sine quadam famæ suæ suggillatione repudium patiatur.

- 27 Disputant interpretes (ut & hoc huic capiti coronidis vice adjungam) an ad interesse agere possit sponsus adversus sponsam alteri nuptam, ditem forte, vel pulcherrimam? *gloss. in l. 2. D. de spons.* Affirmant alii, idque hoc argumento: quotiens promissum factum præstari nequit; in faciendi obligationibus succedit justa facti æstimatio. *l. 72. D. de verbor. obligat. l. 13. §. 1. D. de re judicat.* Negant alii, quia pœnæ instar esset hoc interesse, at omnem pœnalem stipulationem à sponsalibus & matrimoniis remotam esse lex voluit, ne arbitrii summa libertas amitteretur. *l. 134. D. de verbor. obligat. gloss. in l. 35. verb. si sororem D. eod.* Accursius hæsitans respondet, forte valet interesse in *d. l. 134. verb. matrimonia.* Secundam sententiam juri civili maxime congruam esse cum Sichardo; <sup>2</sup> priorem moribus nostris maxime convenire puto. Etenim si pœnalis stipulatio locum hodie habeat in sponsalibus; si invitus sponsus ad nuptias perficiendas cogi possit, cur non & ad interesse teneretur mulier, quæ mihi desponsatâ alteri nupsit? mihi que sine meo facto pulcherrimam forte uxorem, & luculentas nuptias eripuit, & alteri dedit? Verum hæc nostra opinio tum locum habet, quotiens egerit dolo malo sponsa, ut nuptiales denunciationes futuri sui cum alio matrimonii, ad aures sponsi sui pervenire non potuerint; vel quotiens ex consensu sponsæ peregrinans sponsus, absens & inscius rerum quæ geruntur, ne quidem per necessarios suos intercedere futuris mulieris cum alio nuptiis in tempore potuerit. at vero si præsens sciat futuras sponsæ cum alio nuptias, nec intercedat nuptialibus denunciationibus, nec contendat in tempore sibi desponsatam puellam alteri nubere non posse, vanam ejus esse actionem post contractum matrimonium assero; Hoc enim in se habent nuptiales denunciationes, ut remittere suum

jus quod in sponsam habet, censeatur, qui futuris nuptiis in tempore, cum posset, non intercedit. C. ult. x. qui accus. matrim. poss. l. 5. C. de ingenu. manumiss. reservatam tamen huic sponso actionem ad repetenda ea, quæ intuitu & spe futuri matrimonii sponsæ dedit, existimaverim. Noluit quidem hic homo obesse perfidiæ sponsæ, ideoque perimi sibi actionem ad consequendam eam uxorem, silentio suo passus fuit: at vero non ideo voluit sibi invito adimi, quæ in puellam ut sponsam suam contulit: eadem ratione motus recte Sichelardus docet, <sup>1</sup> posse quem agere ad interesse damni, ducta jam virgine ab alio uxore, si necessarios, quos in sponsam sumtus fecit, petat; non vero ad interesse nuptias sequi, quas sua patientia probavit.

<sup>1</sup> Diff. loc.  
Carpz.  
libr. 2. Tit. 4.  
desin. 64.  
jurisprud.  
consistor.

## CAPUT VIGESIMUM QUINTUM

## De repudio.

## SUMMARI A.

1. Repudii definitio traditur.
2. Repudium generis nomen est, divortium & repudium in specie complectens.
3. Divortium non recte pro repudio usurpatur, recte repudium pro divortio.
4. Repudium à pudendo vel pudore quare derivatum dicitur?
5. Repudii definitio explicatur.
6. Repudia quo ritu apud Ebraeos & Romanos olim mittebantur, remissive.
7. Jure Romano, ex mutato sponsi sponsæ affectu, libera erant repudia.
8. Hodie nullum repudium sine justa causa admittitur.
9. Quæ justa repudii hodie non sit causa, determinatum difficile est.
10. In repudiis illud, quod in edicto prætoris est, locum habet, si qua mihi justa causa videbitur.
11. Tria sunt bona & tria mala, animi, corporis & fortune, quæ in contrahendo matrimonio quaruntur, & vitantur.
12. Quando obveniens sponso sponsæ furor justa repudii causa sit, traditur.
13. Voluntarium sponsa stuprum justam repudii causam præbet sponso.
14. Ob commissum cum alia stuprum repudiare sponsum sponsa potest.
15. Non cogitur sponsa nuntium mittere sponso, qui stuprum commisit.
16. Stuprum ex consensu sponsi admissum, ut repudietur sponsa, justa causa non est.
17. Qui rem habet cum sponsa, quam sciebat ab alio stuprum passam, nuntium mulieri mittere nequit.
18. Si ambo scortati fuerint, nec sponsus sponsæ, nec sponsa sponso nuntium mittere potest.
19. Justa repudii causa est, violata ab alio, sub nomine sponsi delusa sponsa.
20. Vi subactam sponsam repudiare sponsus potest.
21. Actio injuriarum & sponso, & sponsæ competit adversus eum, qui sponsam vi aut dolo subegit.
22. Vera & Deo grata religio, unica est, quam probavit Synodus Dordracena.
23. Cum iis, qui totum abjurant Christum, matrimonia contrahere lex vetat.
24. Si quis à recto tramite devians in aliquam hæresim prolatabatur, repudiari potest.
25. Sponsus repudiari potest, qui sponsam sine ratione odit.
26. Ex quibus odium sponsi colligitur.
27. Qui immerentem sponsam odio persequitur, invitam repudiare non potest.
28. Non facile hodie prætextu odii discutuntur sponsalia.
29. Quando propter malos mores repudiari sponsus possit?

30. Qui

30. Qui ad coitum inepti post sponsalia facti sunt, jure repudiantur.
31. Si dubium sit, an quis venerit licare, & generare possit, jure repudiatur.
32. Morbi contagiosi justam repudio praebeant causam.
33. Morbus gallicus justa repudii causa est, etiamsi sponsum convalescere dicatur.
34. Morbi incurabiles, non temporarii, justam praebeant repudio causam.
35. Cui os & anima faecent, repudium mitti potest.
36. Claudus, mutus, surdus, cecus, cui nasus truncatus, vel labia abscissa sunt, &c. repudiari potest.
37. Ob faciem variolis deturpatam sponsum repudiari nequit, sponsa aliquando.
38. Si quis ob delictum infamis fiat, repudiari potest.
39. Quo jure Carporinus dicat, ob simplex furtum sponso repudium mitti non posse.
40. Etiam si à principe crimen remittatur, & infamia aboleatur repudiari nihilominus sponsum potest.
41. Qui foro cessit repudiari jure potest.
42. Qui bonis cessit, impetrato cessionis beneficio, repudiari potest.
43. Ei repudium mitti nequit, cujus non totas opes fortuna evertit.
44. Qui promissos in subsidium matrimonii nummos conferre nequit, repudiari potest.
45. L. 2. C. de sponsal. & l. 2. C. de repud. explicantur.
46. Hodie biennii vel triennii lapsu non solvuntur sponsalia. quando & quomodo agere sponsa debet contra sponsum non exequentem nuptias.
47. Tempus, intra quod quis cogendus est exequi pactas nuptias à iudice praefigendum est.
48. Si ex consensu sponsa peregrinetur sponsum, expectandus ejus reditus est pro longitudine itineris, & necessitatis ratione.
49. Qui clam & ignorante sponsa abiit pro malitioso desertore habendus est, praecipue si auferit post publica contracta sponsalia: & confestim repudiari potest.
50. Qui alteri se desponsat virgini, priori sponsa justam repudii causam praebeant.
51. Diffidium, quod esse videtur inter Augusti constitutionem, tempus nuptiarum intra biennium contrahentem; & Constantini, ob negligentiam sponsi intra biennium non exequentis nuptias, solventem sponsalia, tollitur.
52. Effluxo spatio ad limitandam obligationem stipulationi adjecto, evanescent sponsalia.
53. Tempus, rei consummandae gratia, contractui adjectum, & effluens, non perimit obligationem.
54. Non liberatur à sponsalibus, qui intra certum tempus nuptias exequi promissit. & non exequitur, nisi hoc specialiter pactum fuerit.
55. Privata sponsalia, & jurata, & coitu firmata, utriusque contrahentis mutuo consensu, solvi possunt.
56. Publica sponsalia dirimi non possunt, nisi flagrantibus id consponsis assentiatur magistratus.
57. Ratio traditur, quare jurisconsulti Germani statuunt, publica sponsalia mutuo consponsorum consensu solvi non posse.
58. Non facilius esse debet iudex in assentiendo dissolutioni publicorum sponsalium.

**E**xplicatis fufeiis, quae ad constituenda sponsalia conducunt, operis methodus postulat, ut quoque dicamus, quomodo, & quas ob causas rite constituta quandoque dissolvi possint. Non nobis de infirmis, & quae infirmis sponsonibus accensentur, hic sermo erit; eorum enim conditionem, & quomodo infirmantur, singulis capitibus jam ante tradidimus; verum de firmis, adeoque de iis, sponsalibus agemus, quae non nisi repudio discutiuntur.

- 1 Repudium definimus firmorum sponsalium ob justam causam, invita parte altera,  
 2 dissolutionem. Repudium generis nomen est, & tam divortium quam repudium in specie complectitur. l. 101. §. 1. D. de verbor. signif. l. 2. §. 1. l. 3. D. de



*de divort. & repud. l. 29. §. 1. D. de probat. l. 29. D. de manumiss. testam.* qua significacione titulus Codicis de repudiis inscribitur, in quo tamen præcipue de divortiis agitur; & Suetonius, ex auctoritate Augusti, Julæ repudium mis-  
<sup>1</sup> *In Tiberio.* sum scribit, cum tamen ea esset Tiberio nupta uxor; <sup>1</sup> atque repudiata uxor Scævola dicitur, cum qua gravida maritus divortium fecerat. *l. 29. §. 1. D. de probat.* ut recte dixerit Modestinus, repudium & in uxoris personam non absurde cadere. *l. 201. §. 1. D. de verbor. signific.* Verum uti repudium pro  

3

divortio recte, non ita recte divortium pro repudio sumitur, uti Paulus docet, cum dicit: *inter divortium & repudium hoc interest, quod repudiari etiam futurum matrimonium potest: non recte autem sponsa divortisse dicitur.* additque rationem: *quod divortium ex eo dictum sit, quod in diversas partes eunt, qui discedunt l. 191. D. de verbor. signif.* verum sponsus & sponsa (uti quorum conjunctio duntaxat speratur, nondum est) cum sibi invicem repudium remittunt, in diversas partes ire, dici non possunt. Proprie quoque repudium inter sponsum & sponsam est; nam illa recte repudiare nos dicimur, ad quæ consequenda nobis jus est, nec tamen consecuti sumus: quo sensu de repudianda hereditate titulus inscribitur, in quo agitur, cum quis heres testamento nominatus, vel ab intestato vocatus, heres esse non vult: minus proprie repudium inter virum & uxorem fieri dicitur, nam quæ consecuti sumus, improprie repudiare dicimur: itaque cum contractis sponsalibus, futuram nobis uxorem, sponsam duntaxat speramus, quam contracto matrimonio possidemus; futurum matrimonium repudiari proprie dicitur, contractum non adeo, dicitur tamen, quia, ut diximus, repudium generis nomen esse jurisconsulti voluere.

Repudium à pudendo dictum interpretes volunt, & translatum esse ad si-  

4

gnificandam sponsalium nuptiarumque dissolutionem, quod repudium ob rem pudendam fiat, uti ex Verrio Fests tradit. <sup>2</sup> Verum hæc etymologiæ ratio non adeo quadrat juris Romani scientiæ, nisi cum repudium ut genus, pro divortio, quod mala gratia fit, in specie usurpatur: jure enim Justiniano novo, duntaxat legitimum divortium, ob pudendum alterius factum, invito conjuge admittitur; repudium vero remitti sponsæ potest ob solam renunciantis mutatam voluntatem. A pudore quoque derivatum repudium, cum id pro divortio sumitur, recte dici potest; non tantum, quia, cum fit divortium, læditur conjugalis pudor; sed etiam, quia facta matrimonii separatio ab utroque conjuge cogitari nequit, quin simul rubore suffundi debeant, cum venerint in mentem ea, quæ tam familiariter tamque amanter inter se fecerint conjugati: verum à pudendo derivatum verbum repudiare, postea, simpliciter recusare, respuere, aspernari significavit, ut repudium in sponsalibus esse ceperit non ob pudendum aliquod factum, sed ob mutatum alterius amorem, pactarum nuptiarum recusatio.

Diximus repudium esse *firorum sponsalium dissolutionem*; quæ enim ipso jure  

5

nulla sunt sponsalia, cum nunquam constiterint, dissolvi non possunt, quæ  

vero

<sup>2</sup> *Libr. 16. de verb. veter. signif.*

vero infirma sunt, irrita redduntur, non solvuntur repudio. Diximus repudium *invita parte altera fieri*. Nam cum ex amborum mutato affectu à sponsalibus receditur, non proprie repudium remissum, sed spontaneam contractus in irritum deductionem factam dicimus; quamvis quoque voluntaria utriusque à sponsalibus recessio repudium dici soleat. Diximus *ob justam causam dissolutionem*, respicientes scilicet ad nostra jura, quibus invita parte altera, à sponsalibus recedere nemini integrum est, nisi justam se habere causam judici probet: de quo postea.

- 6 Repudia, quo ritu, formula, & modo apud Romanos, Ebræosque fiebant, Cypræus<sup>1</sup> & Boxtorfius<sup>2</sup> prolixè referunt, ad quos lectorem remittotum (cum horum plurima, quotiens occasio flagitaret, quibusdam locis, à nobis tradita sint) ne cum fastidio legentis prolixior sim; tum ne recoquam ea, quæ ab aliis sæpius explicata, passim obvia sunt. Mores vero nostri nullum solennem in renunciandis sponsalibus ritum, formulamve agnoscunt.
- 7 Causa remittendi repudii apud Romanos, mutatus duntaxat sponsi sponsæve amor, animusve fuit: nam ut diximus, integrum cuique desponsatæ semper fuit, alii conditioni renunciare, & alii nubere l. 1. C. de sponsal. Justa tantum excusationis causa ex Leonis & Anthemii constitutione requirebatur, ne
- 8 repudium remittens, arrharum incurreret dispendium. l. 5. C. de sponsal. Verum alia sunt nobis jura, alii mores; hodie nullum repudium invitæ sponsæ missum, justum est, nisi quoque justam habeat causam: nobis enim sponsalia obligationem producant, & pariunt actionem compellendi invitum nuptias contrahere, quibus nemo eximitur invita parte altera, nisi justam judici exhibeat rationem mutatæ voluntatis suæ. Quæ non legitima repudii causa;
- 9 hodie esse intelligatur, adeo determinatu difficile est, ut hoc totum negotium judicis arbitrio, sumturi argumenta ex rerum circumstantiis, committendum esse videatur: ideoque interpretes, cum de hisce causis agunt, præmittere solent hoc generale, tanquam axioma; tum esse repudio locum, quotiens post constituta sponsalia ejusmodi obvenit incommodum, quod repudiantem, si præscisser, à spondendis nuptiis procul dubio deterruisset: adduntque hoc insuper, asserenti sub jurisjurandi religione, se non contracturum fuisse, si rem ita se habere, uti jam apparet, præscivisset, credendum esse, quibus & ego adjungendum esse autumo; in conflictu rationum, sitne justa vel injusta, quæ allegatur, causa, potius repudium admittendum quam negandum esse; quia hoc casu utilius & melius est, separare non separandos, quam conjungere non conjungendos, cum coacta matrimonia sortiri soleant tragicos eventus.
- 10 Verum quod ex interpretibus citavimus, non ita intelligi debet, quasi nulla repudii causa determinari posset, (id enim dicere absurdum esset) sed quod non omnes determinari ac recenseri possint, ut in repudiis, quoque locum habere debeat quod in edicto prætorio scribitur, si qua mihi justa causa esse videbitur, in integrum restituiam l. 1. D. ex quib. caus. major. Quædam ergo justire-

<sup>1</sup> Cap. 13;  
<sup>2</sup> §. 12. &  
seqq. libr. 1.  
de jur. com.  
<sup>3</sup> De sponsal.  
& divorc.  
Ebræor. part.  
1. mem. 71.  
& seqq.

Menoch.  
libr. 1. cent.  
5. cas. 455.  
n. 2. de ar-  
bitr. judic.  
Basil. Pont.  
libr. 12. cap.  
17 n. 2.  
3. de ma-  
trim. sa-  
cram. Sancti.  
libr. 1. disput.  
62. n. 3. de  
matrim.  
sacram.  
Duaren. tit.  
solus, ma-  
trim. in pr.  
Christin. vol.  
3. decis. 1208  
n. 6. supr. cur.  
Campz. lib. 2.  
Tit. 10. defn.  
176. jurispr.  
confist.

pudii causas ut speciatim recenseamus ( qui noster labor propter quotidianas de hisce in foro controversias inutilis esse non poterit ) sciendum est, tria esse bona, & iis opposita totidem mala, quæ sponſæ sponſique aucupantur, & fugiunt, animi nempe, corporis, & fortunæ. Animi bona, animi dotes sunt; pudicitia scilicet, temperantia, castitas, doctrina: iis opposita mala, animi vitia & affectiones pravæ sunt; uti impudicitia, luxuria, morositas, avaritia; quibus & annumerari potest, de Christo & Christiana religione impia opinio: Corporis bona sunt, pulchra corporis moles, decora facies & ad honestatem composita, bona valetudo: ejus mala censentur, deformitas, adversa valetudo. Fortunæ munera sunt, divitiæ, nobilitas, honesta fama: ejus incommoda, paupertas, abjectum nomen, læsa fama. Verum animi affectiones bonæ vel pravæ, vera mala vel bona sunt, sed corporis & fortunæ incommoda commodave, ratione præsentis vitæ, bona vel mala duntaxat dici possunt: ea enim in se spectata, neque bona neque mala sunt, neque in eorum serie à quovis sapiente numeranda, dicendave, cui ea tantum mala sunt, quæ crimine mentem implicant, & conscientiam ligant. C. 6. *caus.* 15. §. 1.

Inter animi vitia, quantum ea revincunt justum esse repudium, furorem obtinere principem locum nemo ambigere potest. Quisquis enim ratione, quæ animæ sanctissima pars est, privatur, inferam demigrasse visus est, vixque in eo præter figuram & speciem, quicquam hominis superest; at talis est, qui furore corripitur. Nec nobis hic Gaius adversatur cum ait, postea intervenientem furorem non infirmare sponsalia l. 8. *D. de spons.* intelligi enim ille debet, postea intervenientem futurorem non efficere, quominus contracta sponsalia, sint sponsalia: non autem quasi vellet docere, personæ mentis compoti renunciandi conditioni liberum arbitrium non esse, propter correptam furore alterius mentem. Etenim hoc asserere, contra juris civilis scientiam quid affirmare esset, cum ea repudia etiam ex mutato duntaxat alterius affectu libera & licita esse voluerit; l. 1. *C. de sponsal.* imo & ipsa divortia probaverit si hujusmodi laboraret alter furore, ut nulla sanitatis spes superesset. l. 22. §. 7. *D. solut. matrim.* Deinde & ipsa ratio revincit alterius furorem constituta sponsalia irrita reddere; nam qui consentire futuræ conjunctioni? qui spondere perpetuum fore conjugium? qui sacram petere & percipere benedictionem (qua à Dei ministro benedicuntur futuri conjuges) poterit, qui furore correptus sanæ mentis exilium patitur? Paulus in hunc modum scribit: *Euron contrahi matrimonium non finit, quia consensu opus est.* l. 16. §. 2. *D. de rit. nupt.* Itaque si quis adeo intractabili & periculoso morbo post constituta sponsalia laborare ceperit, ut perpetuus futurus videatur furor, nec ulla restituendæ sanitatis spes reliqua sit, ad perpetuam continentiam à Deo vocatus, & consponsus à fide data divinitus absolutus censeretur. Quid vero dicendum est, si spes sanitatis futuræ effulgeat? uti si ex causa quadam oriatur furor, quam remotam iri medici asserunt: expectandumne sponſo triennium, sponſæ quinquen-

<sup>2</sup> *Bez. de repud. & divort. pag. (mibi) 103. Arnif. cap. 6. sect. 9. n. 8. & seqq. de jur. connub. Kitzel. cap. 8. Theor. 12. Synops. matrim. Cypræ cap. 13. §. 58. de jur. connub.*

quennium erit, ut interim videatur, quo evasurus sit furor? Id quidem Leo Philosophus in nuptiis distrahendis constituit *Novell. 111. Novell. 112.* verum vereor, ut ejus constitutio hodie in discutiendis sponsalibus obtineat. Expediti iuris est, contractum matrimonium apud nos ob nullum, ne quidem perpetuum furorem distrahi. Ut vero sponsalibus renunciare pars sana possit, nullum certi temporis curriculum definitum lege vel consuetudine, sed iudicis arbitrio definiendum esse existimo, ut dum spectatur furoris eventus, temperet se à novis sponsalibus sponsa; idque præcipue, cum ex morbo gravi, quo laborat, vel laboravit hæcenus, oriatur furor, vel quandam aliam externam habeat causam, non autem pravam corporis dispositionem *arg. l. 17. D. de sponsal.* At vero si sæpius recurrere furor reperitur, ut potius dilucida quædam intervalla patiatur, quam à morbo liber sit, quod lunaticis contingere solet; etiamsi hic furiosus convalescere quandoque videatur, cum hujusmodi vitia in liberos transmitti soleant, & spectaculum horrendum miseræ uxori, miseriore maritum exhibeant, optimo jure, tali furore correpto nuntium remitti posse existimo.

- 13 Secundum post furorem vitium, ob quod repudium legitimum remitti potest, stuprum esse statuo. Stuprum duplex est; aliud voluntarium, quod animi vitium in corpore committitur: aliud violentum, quod solius corporis est. Voluntarium stuprum & privata, & publica perimere sponsalia, nemo sanæ mentis ambigere potest. *l. 5. C. de sponsal.* Est enim post sponsalia cum alio quam cum sponso concubitus, scelerata fidei violatio, quæ vinculum, quo colligabatur sponsio, solvit. Recte Innocentius tertius ait: *si post contractum conjugium vir propter fornicationem licite potest uxorem à sua cohabitatione dimittere: longe fortius ante conjugium celebratum propter eandem causam sponsus licite potest in suam cohabitationem non admittere sponsam:* quia.

*Furpius ejicitur, quam non admittitur hospes.*

- Etiam si quoque jurejurando confirmata fuerint sponsalia. Nam in omni jurejurando, quo quis se astringit nuptias celebraturum, tacite hæc inest conditio, nisi sponsa contra desponsationis regulam venerit, & spem nuptiarum violaverit. *C. 25. x. de jurejurand.* Imo commissæ post publica sponsalia luxuria, infamiae notâ, & fere adulterii poenâ plectenda est, quia spem proximam nuptiarum violavit. *l. 13. §. 3. D. ad leg. Jul. de adult.* Integræ vero famæ virgo recte ambit nuptias, & jure, ut tribuat sibi nomen uxoris, sponsum suum urget: sed quæ impudica cellulam & obscænum lectulum, præ thoro nuptiali probavit, ibi prosteret, unde pudicitia exulat, viris porrectura, quod cupiatur. Nec aliud jus in sponso, quam in sponsa scortante constituendum est. *l. 5. C. de sponsal.* Eandem fidem quam sponsa sponso, sponsus sponsæ debet. *C. 2. caus. 32. q. 6.* & æque grata virgini est sponsi sui custodia castitas, quam juveni sponsæ suæ non delibata virginitas. Manet quoque utrumque par metus, scortatorem sponsum contractis nuptiis æque ad scorta relapsurum, quam sponsam adulterio se polluturam. Hæc vero quæ dicta sunt, intelligi

*1. Zoes. in Pandect. Tit. de sponsal. n. 6. Thomas sum. Theolog. in suppl. quest. 43. art. 3. in resp. ad 6. Less. libr. 2. c. 10. dub. 3. n. 28 de justis. & jur. Cypræ. c. 10. § 20. & cap. 13. §. 56. lib. 1. de jur. conub. Kitzsch. cap. 1. Theor. 11. synops. matrimon. Co-varrui. tom. 1. pars. 1. de sponsal. c. 5. n. 2. Sand. libr. 2. Tit. 6. de fin. 2. de off. Fris. Sand. d. l. Cypr. d. l. n. 56. Menoch. lib. 2. centur. 5. cas. 455. n. 5. de arbitr. Judic. Sanch. libr. 1. disp. 55. de sacram. matr. Carpzov. lib. 2. Tit. 10. de fin. 186. jurispr. consil. Basl. Pont. libr. 2. cap. 17. n. 3. de sacram. matrim.*

telligi debent tum obtinere, cum desponsorum alter nuntium remittere luxurioso desiderat. Alias sicuti maritus remittere crimen, & uxorem adulteram in matrimonio retinere potest, ita & sponso integrum est scortanti sponsæ vitium condonare, eamque, etiam reluctantem, uxorem ducere, & ex adverso, sponsæ licet, remittere culpam lascivienti sponso, eique nubere invito. Quippè in nullius potestate situm est, facto legibus improbato, & condigna pœna vindicando, alteri jus quæ situm adimere.<sup>1</sup>

Reprobatur tamen illud repudium est, quod invito sponso vel sponsæ re- 16  
mittitur, qui vel quæ ex consensu & instigante altero, post contracta sponsalia, tertio sui corporis usuram fecit. Etenim hic par utriusque versatur culpa; sponsi, quod stuprum mandaverit; sponsæ, quod admiserit: ut improbare sponsus mulieris mores non possit, quos ipse corruptit. l. 47. D. solut. matrim. Non illa violat spem nuptiarum quoad sponsum, quæ volente illo, alteri succumbit. arg. l. 152. §. 1. D. de regul. jur. l. 1. §. 12. D. de vi & vi armat. sed hic sponsæ suæ leno, & prostituendæ pudicitæ scdissimus auctor, lenonici pœnam eo nomine potius meretur, quam aliquem favorem contra sponsam vitiatam. Idem dicendum est, si quis repudium sponsæ intenet, quam maritali concu- 17  
bitu amplexus fuit, postquam sciverat eam, ante vel post pacta sponsalia, ab alio compressam fuisse. Nam suo coitu probans corruptos mulieris mores, jus suum querendi remittit intelligitur, arg. l. 13. §. ult. l. 40. D. ad leg. Jul. de adulter. uti qui juxta uxorem adulteram sciens cubat maritus, gloss. in C. ult. x. de adulter.<sup>2</sup> Quod si ambo scortati fuerint sponsus sponsaque, repudio locus, invito altero, neutri erit: nam paria peccata, mutua compensatione delentur. l. 13. §. 5. D. ad leg. Jul. de adulter. licet Sanches,<sup>3</sup> & Basilius Pon- 18  
tius<sup>4</sup> aliter sentiant, quod longe gravior inferatur sponso injuria ex stupro sponsæ, quam sponsæ ex stupro sponsi.

Est & alia quædam stupri specis, media inter violentum, voluntariumque; 19  
de voluntario tamen quam maxime participans: scilicet, cum quæ autumans se juxta sponsum suum cubare, ab alio devirginatur (quod ex adverso Jacobo in thalamo nuptiali Liam pro Richaele amplectenti contigisse sacræ testantur literæ. Genes. 29. v. 23.) Hæc sponsa etiam si à crimine violatæ nuptiarum speci, aliena sit, cum animum non habuerit, fide deposita, sponso imponere. l. 53. D. de furt. l. 11. §. 12. D. ad leg. Jul. de adulter. C. 6. caus. 34. q. 2. à scortationis tamen noxa excusari nequit, cum, sciret omnem etiam, cum sponso, ante celebratas nuptias coitum, hodie, nec nævo, nec censura carere. Itaque digna est, cui repudium jure mitti possit. Est enim quod ei imputari potest, quæ ante matrimonium coitum admisit, & eo ipso ab alio, sub nomine sponsi, delusa fuit: grave autem foret innoxio sponso, pollutam ab alio uxorem ducere. ova colligere ut ajunt Ebraei, quæ alius peperit, & calentia stupratoris vestigia in geniali thoro cernere. Adjiciatur & ex isto coitu nasciturus forsitan infans, qui matri suæ, cum damno procreandorum in matrimonio libero- rum, heres futurus esset; nonne & hic justum sponsi repudium efficiet, ne ille

<sup>1</sup> Soucc. part.

1. pag. (mibi)

27. de spon-

sal. Carer. c.

15. de spon-

sal. &amp; ma-

trim. Carpx.

libr. 2. Tit. 10.

defin. 185.

jurispr. con-

sist. Basfl.

Pont. d. l.

Mox. de

contract. Tit.

quomod. sol-

vunt. spon-

sal. n. 9. de

nupt. Sanch.

d. l.

<sup>2</sup> Covarruv.

tom. 1. part.

2. de sponsal.

cap. 4. §. 1. n.

11. Sanch.

libr. 1. de-

spon. 66. de

sacram. ma-

trim. Me-

noch. libr. 3.

Præsumt. 1.

n. 18. Carpx.

libr. 2. Tit. 11.

defin. 197.

jurispr. con-

sist.

<sup>3</sup> Libr. 1.

disput. 6. de

sacram. ma-

trim.

<sup>4</sup> Libr. 12.

cap. 17. n. 3.

de sacram.

matrim.

ille præter suam culpam prægravetur onere alendi alienum infantem, in præjudicium propriorum liberorum?

- 20 Per vim stuprum passa, commisit nihil, quo vel existimationis fama, l. 20. *D. de adulter.* vel corporis sanctitas mittitur. c. 4. *caus.* 32. q. 5. Etenim nuda à contagione anima, caro non peccat C. 8. *caus.* 32. q. 5. nec corrumpitur ea nisi antea mens corrupta fuerit. C. 2. & *seqq. caus.* 32. q. 5. Pauli verba sunt: *maleficia voluntas & propositum delinquentis destinguit.* l. 53. *D. de injuriis.* Nec eripi potest à virginitatis latrone pudicitia, virtus, quæ animum pro domicilio habet. C. 6. *caus.* 32. q. 5. Apud Mosem Deus dicit: *puella vi stuprata ne facias quicquam; non est in puella peccatum mortis: nam quemadmodum insurgit quis in proximum suum, & occidens adimit ei vitam, sic se habet hæc res.* Deuter. 22. v. 26. Itaque translata noxa, vindictaque à coacta in auctorem criminis, negandum esse sponso repudium videtur; eodem jure, quo subacta vi uxore, marito divortium negatur l. 13. §. 7. l. 39. *D. ad leg. Jul. de adulter.* Et hanc sententiam amplectuntur plurimi, attamen sub hac limitatione; si sponsalia verbis præsentis temporis contracta sint, non, si verbis in futurum tempus conceptis.<sup>1</sup> Et id quidem recte secundum juris canonici scientiam, quo sponsalia de præsentis nuptiæ sunt; de futuro, nuptiarum promissiones duntaxat. Nos vero, ut congruum moribus nostris tradamus jus, ita censemus; quamvis privata duntaxat, quamvis publica insuper pacta sint sponsalia, posse sponsum, vi stupratam sponfam repudiare. Nihil quidem, si animus ejus consideratur, contemptu dignum commisit, imo crimine vacat irreprehensa voluntate violata sponsa: attamen cum in corpore ejus quid commissum sit, quod merito horreat vir gravis; cumque sponso promissa virginitas præstari nequeat; nulla ratio est, cur ei iniqua conditio, citra suam culpam, facto alterius inferri possit. Nec queri de sponso fluxa fide puella potest: omni enim conventioni hæc tacita conditio inest; si res in eadem causa, in eodem statu maneat, quod fuit cum stipulatio interponeretur l. 38. *D. de solut.* Eleganter Seneca inquit: *desistueret levitas non erit, si aliquid intervenit novi. Quid miraris, cum conditio promittentis mutata sit, mutatum esse consilium? eadem mihi omnia præsta, & idem sum. Vadi monium promittimus, tamen deseritur. Non in omnes datur actio: deserentem vis major excusat. Omnia debent esse eadem, cum promitterem, ut promittentis fidem teneas.* (mibi) 27. de sponsal. Bast. Pont. lib. 12. cap. 17. n. 3. de sacram. matrim. Sanch. lib. 1. de sp. 60. n. 7. de sacram. matrim. trim.
- 21 *rejur.*<sup>3</sup> Cæterum actio injuriarum & sponso & sponsæ competit, adversus eum, qui vel dolo malo, sub nomine sponsi ignorantem compressit sponfam, vel vi subegit. l. 1. §. ult. l. 15. §. 24. *D. de injur.*<sup>4</sup>
- 22 Diximus inter animi bona vel mala, religionem referri: & recte quidem; *commub.*

H h 3.

ca

ea enim si vera sit, decorat hominem; si falsa, deformat. Vera fides, & de Deo, rebusque divinis vera sententia, unica tantum est, eaque Christiana, quam nos profitemur; & voluntati Christi, Apostolorum doctrinae, omniumque Prophetarum revelationibus conformem probavit Synodus Dondracena. Ceterae, quae inter Christianos traduntur religiones, uti Pontificia, Sociniana, Mennonitarum, &c. ubi vel ipsa fidei dogmata subvertunt, vel quaedam legis & Euangelii praecepta, aut mutila, aut corrupta aut detorta tradunt, negliguntve, fidem catholicam labefaciunt. Inter has licet sectas magna differentia sit, cum aliae minus, aliae magis à vero Dei cultu recedant, & in praecipuis fidei Christianae articulis differant, in eo tamen omnes nobiscum se sentire praeseferunt, quod Christum redemptorem humani generis profitentur: ideoque harum sectatores eo nomine quoque tanquam Christiani à nobis diligendi; quamvis proprie, uti Justinianus dicit, Christianorum nomen veris duntaxat fidelibus & Christi sequacibus competat; non iis, qui in saeculos errores prolapsi ab ecclesia Catholica se separant. *Nov. 109. in princ.* Sed videamus, quando iusta dicatur repudii causa, perversa de Deo, ejusque cultu fides.

Non disputamus, an ei repudium mitti possit, qui post constituta sponsalia <sup>23</sup> Ethnicus, Judaeus, Mahumedanus factus totum abjuravit Christum. Etenim id dubium ei esse nequit, qui scit legibus verita esse horum cum Christianis conjugia. *l. 6. C. de Juda.* Sed nobis quaestio est de iis, qui Christiani tamen, à veritatis tramite quantisper deviantes in quendam errorem prolapsi sunt; adeoque quorum cum veris fidelibus moribus nostris prohibita non habentur matrimonia, quamvis minime laudanda. Ita judicamus; dubitandum <sup>24</sup> non esse, quin ei nuntius remitti possit, qui post contracta sponsalia à puritate fidei Christianae deflexit, & se perversae alicui sectae addixit. *l. 16. C. de episcop. audient. l. 5. C. de sponsal.* Etenim erronea alterius conjugis fides, cum saepius soleat esse altercationis causa non, minorem inferet matrimonio dividiam, quam cetera mala, quae illud turbant. Conjugium, quod inter illos contrahitur, qui sunt unius spei, unius fidei, unius voti, unius disciplinae, unius servitutis, ecclesia conciliat, obsignatum renunciant angeli, Deus ratum habet: at ex contrario, ubi dispar fides, ubi diversus Dei cultus conjugibus est, ibi solet matrimonium saepius rixis & jurgiis scaterere, maledictionis spinas producere, & viam sternere ad perpetuam mortem. Qui propter erroneam fidem repudiatur, non potest aliquo colore, ruptam fidem, amorisque inconstantiam objicere repudianti sponsae. Ipse enim in culpa est, quod res non in eodem remanserit statu, quo erat tempore factae sponsonis. Orthodoxo nubere voluit puella, non heterodoxo: praestet sponsus quod promisit, & idem erit sponsae consilium. Non adversatur huic sententiae nostrae Apostolus Paulus, cum docet, fideli manendum esse apud infidelem, donec ab eo deferatur. *1. Corinth. 7. v. 13. 14.* Loquitur ille, de contracto matrimonio, non de contrahendo. Scimus autem multa perimere, ex unius mutato affectu, constituta sponsalia: quae si accidunt post contractas nuptias, matrimonium non dirimunt. Nul-

<sup>2</sup> Tertull.  
Lib. 2. de Christi-  
an. conjug.  
ad uxorem.

- 25 Nullum dubium est, quin sponsa quam sine ratione odit sponsus, renunciare sponsalibus possit; iniquum enim esset, cogi puellam, nubere capitali inimico. Et certe hujusmodi sponsus, qui non diligit, sed odio persequitur sponsam suam, animum non habet matrimonium contrahere, futurum, dulce vitæ solatium, & animorum suave consortium, verum sibi sævitæ studium proponit, & ante nuptias meditatur divortium. <sup>1</sup> Ob nimiam mariti sævitiam conceditur, thori & mensæ separatio uxori: quidni ergo concedendum ob
- 26 eandem, causam sponsæ repudium? Odium sponsi ex eo colligitur quod jam sponsam verberibus exceperit, vel in eam gravioribus, quæ constantem tererent mulierem, minis sævierit, vel intolerabili immerentem affecerit injuria. Quod enim sævitæ genus, sub regimine mariti, non metuendum futuræ uxori est, quam sponsam ipsis sponsaliorum, id est, festivitatis ac hilaritatis diebus, usque ad verbera, dirasque minas excandescens, exceperit male feriat? At præstat malum præcavere, quam acceptis vulneribus lectuli & mensæ separationis remedium quærere. *arg. l. 1. C. quand. liceat. unic. sine judic. l. ult. C. in quib. caus. restit. in integr. necess. non est.*
- 27 Quid autem, si is agat ad discutienda sponsalia qui immerentem odio persequitur; non sponsa, quæ odio habetur? Distinguunt interpretes inter odium vatinianum, seu internecinum, & jurgium duntaxat seu fribusculum, uti Ulpianus loquitur. *l. 32. §. 12. D. de donat. inter vir. & ux. voluntque cum ita horret sponsi aspectum sponsa, ut potius mori, quam ei nubere velit: cum hujusmodi odium obsidet sponsi pectus, ut verso plane amore, contractis nuptiis, non nisi perpetua jurgia, & alternæ rixæ inter conjuges futura credantur, ut adulterium & scelestiora crimina metuantur; officium judicis esse, omni modo & ratione, tentata in vanum concordia, persuadere puellæ, ut sponte quoque à sponsalibus resiliat, cum hoc ei melius sit quam invito & capitali inimico nubere. Si vero illa ab incepto dimoveri nequeat, prægnans forsan, & quæ matrimonii honore, stupri maculam abolere conatur: ita moderandum judici suum officium volunt interpretes, ut potius distrahantur infelicia sponsalia, quam lugendum postea sequatur matrimonium. C. 2. C. 17. x.*
- 28 *de sponsal. & matrim.* <sup>2</sup> Verum ego indolem nostræ gentis respiciens, non facile sponso internecinum odium alleganti credendum esse judico: non enim mihi videtur, post contracta sponsalia, tantum odium in Batavum pectus cadere posse, quod non nisi alterius morte satiari posset, vel necessarium adulterium involveret, nec ulla ratione, ulla persuasione placari posset. Itaque puto propter hæc simulata odia raro apud nos legitime contracta sponsalia solvi: præcipue si uterum gerat sponsa, vel devirginata sit. Certum autem est, si ex leviuscula causa, altercatio quædam sponsum sponsamque inter, orta fuerit (sunt enim in amore hæc mala, bellum, pax rursus) judicis esse commotos leviter auimos sibi invicem conciliare; & si in vanum hoc tentaverit, cogere quoque invitum sponsum, deposita contentione, cum sponsa in gratiam redire, eamque uxorem ducere. <sup>3</sup> Nullum enim ex fribusculo & levi ira, malæ tracta-

<sup>1</sup> Trevis. privil. 7. n. 16. ib. tract. de sponsal. Haveman. lib. 1. Tit. 12. post. ult. Gamo. log. synops. Carpz. lib. 2. Tit. 12. definit. 22. jurispr. consist.

<sup>2</sup> Menoch. lib. 2. centuri. 5. cas. 455. n. 4. de arb. judic. Carpz. lib. 2. Tit. 10. definit. 176. Jurispr. consist. Cypria. lib. 1. c. 13. §. 82. de jur. connu. Sanch. lib. 1. disp. 29. & Basfl. Pont. lib. 12. cap. 17. n. 7. de sacram. matrim. Christen. dissert. 2. quest. 19. de caus. matrim. Haveman. lib. 1. Tit. 12. post. 3. Gamol. synops.



<sup>1</sup> *Libr. 2.  
epist. 4. &  
14.*

tractationis periculum est; imo dulciores & longe suavior, post molestas turbas, amantium nuptias, & jucundiores amorum, post injurias, delicias esse Aristænetus ait; <sup>1</sup> dicitque Comicus, amantium iras, amoris redintegrationem esse; estque apud nos proverbium, *houwelyckse saacken soenen wel.*

<sup>2</sup> *Basil. Pont.  
libr. 12. c. 17.  
n. 6. &  
Sancti lib. 1.  
disput. 58.  
n. 2. de sa-  
cram. ma-  
trim.*

Inter animi vitia, seu pravas affectiones, mali mores quoque referendi sunt; uti inter animi dotes, ex adverso, culti facilesque referuntur. Quorum si post pacta sponsalia in sponso notabilis quædam facta reperiatur mutatio, nuntium remittere, sponsæ integrum erit. uti si ex sobrio, ebriosus, vinarius; ex homine rem familiarem recte curante, prodigus, aleator, aliisque vitiis deditus appareat factus sponso *l. 5. C. de sponsal.* <sup>2</sup> Verum de hisce catholica regula, propter varios horum vitiorum gradus, constitui non potest: ideoque totum hoc negotium judicis arbitrio & prudentiæ committendum est, ex personarum tum sponsi tum sponsæ qualitate, indole, & genio, juri nostro congruentem sententiam daturi.

<sup>3</sup> *Carpz. lib.  
2. Tit. 10. de  
fin. 180.  
jurisprud.  
constit. Hæve-  
mann. lib. 1.  
Tit. 4. posit. 7.  
Gamol. sy-  
nept. Basil.-  
Pont. d. loc.  
Soacc. part. 2.  
pag. (mibi)  
109. &  
seqq. tract.  
de sponsal.  
<sup>4</sup> Beza  
pag. (mibi)  
104. de re-  
pud. & di-  
vort. Thomas  
in suppl.  
summ. quest.  
43. art. 3.  
in respons.  
ad 3.*

Inter corporis vitia, ad quæ jam nobis transitus est, quantum ad sponsa-<sup>30</sup> lium diremptionem attinent, præcipuum locum ea habent, quæ ineptum hominem ad coitum reddunt; uti sunt apoplexia, paralyxis seu hemiplexia insanabilis, perpetua coeundi impotentia, sive oriatur ex nimia frigidityte, eaque incurabili, sive ex privatione partium genitalium, aliave hujus commatris vitia plura. *l. 5. C. de sponsal.* <sup>3</sup> Etenim licet matrimonium, animorum consortium sit, institutum quoque est ad sobolis procreationem, & libidinis seu concupiscentiæ fugam. Ideoque Apostolus Paulus vult, ut propter scortationes, suam quisque uxorem, & proprium quæque virum habeat *1. Corint. 7. v. 2.* & Ambrosius ait, *conjugii præmium & gratiam nuptiarum, partum esse feminarum C. 1. caus. 32. q. 2.* Sed hos fines assequi non possunt, quos memorata mala infestant. Quapropter recte constitutum est, ut hisce morbis laborantes, quasi à Deo ad perpetuam continentiam vocati, sese abstineant à nuptiarum sacris, ne prostituant divinum in præcipiendo matrimonio propositum. <sup>4</sup> Eadem ergo lex detrectantem sponsam, cum eunuchis contrahere nuptias defendet, quæ hujusmodi hominem à conjugio removet. *Novell. Leon. 98.*

Verum si hemiplexia, testiculi excisio vel attritio, aliudve corporis vitium <sup>31</sup> non adeo atrox, infestumque sit, quin & copulæ, & generandæ sobolis spes magna sponso super sit, non facilis debet esse sponsa in remittendo nuntio, ne magis ex amoris inconstantia, & animi quadam levitate, quam ex vero sterili futuri matrimonii metu spernere sponsum dicatur. At vero si dubia sit in viro, ex peritorum medicorum judicio, coeundi & generandi potentia, nullius culpæ argui potest mulier, imo prudenter agit, quæ misso repudio, eligit occurrere malo in tempore, quam post exitum, id per divortium vindicare. *arg. l. 1. C. quand. liceat unic. sine judic. se vind.* Periculum enim in sponsa fieri, an quis veneri litare possit, grave est: gravius etiam, ea spe contrahere matrimonium, cum de eo iusta ratione dubitatur: ne votis non respondente exitu, cum sponsi dedecore, & innoxie sponsæ famæ suggillatione dissolvatur matri-

matrimonium. <sup>1</sup> Quapropter meo iudicio, optime Gentilis docet, propter sanitatis recuperandæ incertitudinem spadoni recte nuncium mitti posse. <sup>2</sup> & jure laudat Autumnus Parisiis latam sententiam, justum fuisse repudium à quadam puella missum ei, cui unum testiculum exsectum medici renunciarant, etsi ex illorum iudicio, hunc sponsum non plane destitueret spes generandi, quia periculosum fuisset sponsæ hoc experiri. <sup>3</sup>

- 32 Post hæc vitia, in admittendis repudiis locum obtinent ea, quæ coitum quidem admittunt, at contagiosa sunt, & à parentibus in sobolem traducuntur: uti sunt lepra, elephantiasis, morbus comitialis, & ex meretricum congressu profluens gallica lues. *c. 3. x. de conjug. leprosor. gloss. in C. 25. x. de jurejurand.* <sup>4</sup> Ino etiam si hujus mali vehemens modo sit suspicio; cum, uti Pontius sentit, scrupulosa probatio hic non requiratur. <sup>5</sup> Etenim cui non æquum videbitur, ut tale matrimonium quis sanus horreat, quo contracto, nec corporis proprii sanitas, nec generandæ prolis integritas sperari potest? cui non justum videbitur, ut talem maritum fugiat sponsa, cuius contactum detestaretur uxor, cujus conspectum, consortiumque fugerent amici? *Lev. 13. v. 13. & 14.* Si usquam, hoc casu certe locum habere debet regula; præstat intacta servare jura, quam post causam vulneratam remedium quærere *l. ult. C. in quib. caus. in integr. restit. necess. non est.* Recte Beza dicit, immissa desponsatæ vel lepra vel elephantiali, à Deo videri impeditum esse matrimonium. <sup>6</sup> Morbus Gallicus seu Hispanica lues eo fœdior elephantiasis est, quod fere non nisi ex fœdissimo cum meretrice coitu contrahatur. Nec aliud dicendum censeo, licet etiam sponsus ab hac peste convalescere dicatur: justus enim semper est metus, ne aliquod subtile venenum corpori adhuc, insciis medicis, inhæreat, obfuturum postea sanæ prolis generationi: vel ne ita ex morbo evaserit, ut vir integer non sit: solet enim talia vagæ libidinis præmia, venerum nepotibus hæc lues relinquere. <sup>7</sup> Querentem filiam à patre collocatam marito hac lue infecto, his verbis inducit Alciatus.

*Dii meliora piis, Mezenti! cur age, sic me*

*Compellas! emptus quod tibi dote gener.*

*Gallica quem scabies, dira & mentagra perurit:*

*Hoc quidnam est aliud, dic mihi save pater?*

*Corpora corporibus quam jungere mortua vivis,*

*Efferaque Hetrusci facta novare Ducis?*

Patrem sævum vocat, comparatque Mezentio Tyrrhenorum Tyranno, qui novo supplicii genere, ut Virgilius canit, <sup>8</sup>

*Mortua quin etiam jungebat corpora vivis,*

*Componens manibusque manus, atque oribus ora*

*Tormenti genus, & sanie, taboque fluentes*

*Complexu in misero, longa sic morte necabat.*

- 34 Tertium in repudiis mittendis sibi locum vindicant morbi, qui nec coitum impediunt, nec contagiosi sunt, verum incurabiles habentur, uti Phthisis &

<sup>1</sup> *Sanct. lib. 1. disput. 63. n. 2. de sacram. matrim. Zepper. libr. 4. c. 20. de legib. Mos.*

<sup>2</sup> *Alber. Gentil. lib. 3. c. 2. de nupt. 3. Cypæ. Tit. de empt. vendit. tract. de notis. jur. Belgic.*

<sup>3</sup> *Thomas in suppl. quest. 43. art. 3. in respons. ad 3. Cypæ. c. 13. §. 65. & seqq. de jur. connub.*

<sup>4</sup> *Carpz. lib. 2. Tit. 10. definit. 180. jurispr. confist.*

<sup>5</sup> *Libr. 12. cap. 17. n. 4. de sacram. matrim.*

<sup>6</sup> *Pag. (mibi) 110. de repud. & divor.*

<sup>7</sup> *Vid. Hævermann. libr. 1. Tit. 12. posit.*

<sup>8</sup> *Gomol. synopt. Ambros. Pare. libr. 19. cap. 1. & seqq. de morbo gall.*

<sup>8</sup> *Libr. 8. Æneid.*

<sup>2</sup> Pag. 111. de repud. & divor. Cypr. cap. 13. §. 66. lib. 1. de de iur. com. hydrops: in hisce placet mihi sententia Beza; nempe, sanæ & integræ parti rejectis sponfalibus concedendum esse cum alio matrimonium. Nam cum hisce morbis laborantes raro senectutem assequantur, cumque phthisis sæpius soleat in liberos transfundi, non cogi debet mulier morbofo nubere, quem sanum credebat, ex quo nec sanos liberos, nec senem futurum sperare potest. Curabiles vero & temporarii morbi justam repudio causam non præbent, sed exspectandum sponsæ est, donec convalescat sponsus. Tempus autem expectationis & moræ, pro ratione morbi, & laborantis personæ arbitrio & prudentiæ judicis committi debet: alii enim morbi aliis longiores & tenaciores sunt, ut non solum annum, vel biennium, sed etiam triennium, vel ulte-

<sup>3</sup> Cypr. d. l. rursus sponsalia trahere possint. l. 17. D. de sponsal. <sup>2</sup>

§. 67. Havemann lib. 1. Tit. 4. poss. 7. Gamol. synops. Quid si oris graveolentia alteri ex desponsis obvenit post contracta; sponsalia? Hoc certe vitio laborantes nemo facile ad colloquium, multo minus ad complexus admiserit: at an inter morbosos reputandi sint, ut repudio possit esse locus, dubium esse potest, cum non propter quamcumque incommoditatem videantur sponsalia esse discutienda. Ego amplectens Trebatii sententiam, non esse morbosum alicui os olere, veluti hircosum, scabronem (ita cum Cujacio legendum puto, non strabonem <sup>3</sup>) quotiens id ex oris colluvie accidit, ut sanari vitium facile possit, non justè repudium mitti posse sentio: verum tum rectè, cum ex vitio corporis accidat, ut cui os fœteat; veluti quod jecur, quod pulmo, aut aliud quid similiter dolet: quem morbosum esse laudatus jurisconsultus docet. l. 12. §. ult. D. de adilit. edit.

<sup>4</sup> Lib. 11. observ. 10.

Solent enim, quibus anima ex infecto intus corpore fœtet, non esse vivaces, ut prudentiæ sit, negare vivum funus ducere, & ab ipso nuptiali thalamo nolle prospicere tumulum comparis. Taceo nimis molestam esse cum hujusmodi hominibus consuetudinem, præsertim in tam arcto consortio, quale matrimonium est. Quapropter etiam Judæi mulieribus licentiam dedere, à maritis, quibus os, nareve fœterent, exposcere per judicem repudii libellum. <sup>5</sup>

<sup>6</sup> Basil. Pont. lib. 12. cap. 17. & Sanch. lib. 1. disput. 57. n. 2. de sacram. matrim. ; Boxtorf. part. 1. n. 93. & seqq. de sponsal. & divor. Ebraor.

Quartum & ultimum in mittendis repudiis locum occupant externa corporis vitia. Quæ triplicia sunt; vel hominem ipsum ad expedienda negotia minus habilem reddunt, uti si quis post contracta sponsalia, vel claudus, vel surdus, vel cæcus fiat, altera inve manum vel pedem amittat: vel hominem fœdum in modum deturpant, ut merito ejus aspectum fugiant cæteri, uti nasi abscissio, labiorum truncatio, & quæ similia sunt mala: vel deformiorem duntaxat eum reddunt, uti ex variolis deturpata facies, non bene obducta faciei ex casu cicatrix, &c. Beza in genere respondet propter hæc omnia non esse discutienda sponsalia. <sup>6</sup> at mihi quidem duo priora vitiorum genera justam repudii præbere causam videntur; gloss. in C. 25. verb. teneatur x. de jurejur. qui enim jure cogi poterit, nubere claudis, cæcis, surdis, vel cui pes manusve abscissa est, quæ integro homini nuptias sponndit? cum hic nequeat vel manibus sibi, uxori, & liberis victum quærere, vel apte familiam regere, vel cætera

<sup>7</sup> De repud. & divor. pag. (mihi) 112.

tera boni civis munia exequi, ejusque conspectum fugiant homines. Periclitari non debet sponsa, cum ei displicere ex contracto vitio cæperit sponsus, ne matrimonium ad solatium vitæ institutum contrarium exitum sortiatur. & dicit Thomas hoc casu quem non pro pœna puniri, sed ex pœna damnum importare, idque non esse inconveniens affirmat.<sup>1</sup> Quod ad tertium vitiorum genus, inter sexum distinguendum censeo. Magna dos est in puellis, formæ & juventæ commendatio: in masculis, animi prudentia & compositi ad virtutem mores. Bion ait; formæ scæminis res decora est; viris, fortitudo. Itaque si juveni fuerit post contracta sponsalia ex variolis deturpata facies, natam puellæ justam repudii causam non puto; cum in eo non adeo requiratur (ut bonus maritus sit) corporis pulchritudo, sed ut habeat naturam fautricem in tribuendis animi virtutibus. At quid, si mediocris conditionis & plebeïæ sponsæ formosa facies, sola amoris causa, in divite & patricio sponso extiterit? illa vero post sponsas nuptias, non leviter modo, sed adeo ex variolis mutata fuerit, ut certum sit, si talis ante extitisset, nullo modo eam potuisse in suo amorem pellicere juvenem. Volunt interpretes, repudium mitti posse, quotiens hujusmodi deformitas sponsæ obvenit, ut displiceat sponso; licet eam tanti non sit, ut ejus conspectum cæteri homines fugiant: dicuntque sufficere non mansisse formam in eodem statu. Puella pulchra desponsa fuit, ut solo aspectu, futura esset suo marito, perpetua oblectatio; quæ ergo ratio, ut ad deformem accedere cogeretur, invitus? Ita Sanchez, & Basilii Pontius, & Hostiensis, & alii, à quibus dissentit Covarruvias.<sup>2</sup> Ego vero hic multum arbitrio, & prudentiæ judicis committendum censeo, ex qualitate, dignitate, & fortuna personarum diversa, æquam sententiam daturi.

38 Fortunæ malum, ad quod jam transgredimur, duplex æstimari potest; vel existimationis læsio, vel bonorum jactura. Quorum posterius malum, novercante fortuita, citra culpam, cuiquam etiam honestissimo homini accidere potest; prius, quamvis aliquando sine culpa, sine hominis concurrente aliquo facto contingere non potest, uti cum nomen honesti viri laborat ex homicidio necessario. Famæ vero læsionem, quæ ex calumniis improborum oritur, vanam reputamus, nec in repudiis mittendis æstimandam. Existimationis læsio, quæ crimen & culpam hominis sequitur, procul dubio, nuncii mittendi justam præbet causam. Etenim si atrocius commissum sit crimen, vel lex incarcerationum sponsum capitis pœna plectit, vel si justitiæ manus effugerit, civiliter mortuum habet: ut utrovis modo, ipso facto, à scelerati hominis sponsalibus liberetur sponsa. *arg. l. 8. §. 2. C. de repud. junct. l. 5. C. de sponsal.*<sup>3</sup> Si vero levius sit perpetratum crimen, modo juris infamiam inferat, uti furtum simplex, crimen famosum, & id genus alia; *l. 1. D. de his qui notant. jutam l. 63. D. de furtis*, ejusdem efficacitæ erit. Non enim cogenda puella est infami nubere, quæ sibi integræ famæ sponsum despondit, cum bonum nomen vitæ comparandum, & civilis vita æstimandum sit, quod viro honesto magis in pretio habetur, quam ipsa, quam vivimus, vita. Quæ ratione

<sup>1</sup> In suppl. summ. quest. 43. art. 3. in respons. ad 3. post eum Kitzel. c. 8. Theor. 13. synops. matrimon. Pa-norm. & Fe-lin. in C. 25. x. de jurejur. Hævermann. libr. 1. Tit. 4. post. 7. n. 4. Gomol. synops. Cypria. cap. 13. §. 67. libr. 1. de jur. conub.  
<sup>2</sup> Libr. 1. dispus. 57. n. 4. de sacra. matrim.  
<sup>3</sup> Libr. 12. cap. 17. n. 5. de sacra. matrim.  
<sup>4</sup> Hostiensis in C. 25. verb. profecto C. de jurejurand.  
<sup>5</sup> In 4. decret. part. 1. de sponsalib. cap. 5. n. 6.

<sup>6</sup> Carpz. libr. 2. Tit. 10. definit. 177. jurispr. prud. confest.

<sup>1</sup> 15. No-  
menb. 165.

<sup>2</sup> Libr. 2. Tit.  
20. definit.  
178. jurispr.  
et libr. 5.  
Respons.  
Electar. 119.

<sup>3</sup> Cap. 13.  
§. 79. libr. 1.  
de jur. comm.  
4. Libr. 2.  
Tit. 10. definit.  
178. jurispr.  
causis.

<sup>4</sup> Papag. off.  
formul. boeck  
pag. 32. et  
seqq.

tione Lugduni Batavorum judicatum memini, absolvendam esse à sponsalibus, tribus etiam nuptiarum denunciationibus confirmatis puellam, cujus sponsus interim, cum esset viduus, accusabatur, & condemnabatur adulterii, constante priore matrimonio perpetrati. <sup>1</sup> Etenim hoc casu idem est, post contracta sponsalia, novam infamiae causam emergere, vel veterem ignoratam fuisse; quod & Leo & Anthemius Imperatores in discutiendis sine artharum damno sponsalibus constituerunt. l. 5. C. de sponsal. Hoc loco in transitu quasi notandum est, in nostro versanti foro sequendum non esse, quod Carpzovius docet, non esse concedendum sponsae, repudium posse mittere sponso, quem ob simplex furtum iudex relegationis, carceris, aliave extra ordinem poena coërcuit. Ille enim ad jus Saxoniae respicit, quod quantum ad vinculum, publica sponsalia non distinguit à contracto matrimonio, ideoque ad ea distrahenda, non nisi graviora crimina admittit. <sup>2</sup> Nos vero sponsaliorum vinculum non comparamus inexplicabili matrimoniorum nexui: ideoque inmittendis repudiis leviores admittimus rationes, quam in faciendis divortiis; statuiamusque hic infamiam talem sufficere, quae ex facto auctoris nata, bonum ejus nomen apud honestiores duntaxat viros inquinat. Nec mutat nostram sententiam, quamvis crimen à Principe remissum, & <sup>40</sup> abolita, quae factum sequitur, juris infamia dicatur. Etenim quamvis Princeps delicti poenam, & infamiae sequelam auferre possit; nequit tamen factum, infectum reddere, & infamiam ipsam tollere, adeoque jus mittendi nuncii ex perpetrato crimine quæritum sponsae, invitae auferre. Putat post Cypræum <sup>3</sup> Carpzovius, <sup>4</sup> non idem dicendum esse, si observato inculpatæ tutelæ moderamine, vel casu quis hominem occiderit. Ego vero existimarem; quamvis hic homo poenam nullam mereatur, nec infamia notetur, cum nulla ejus adfuerit vel culpa vel negligentia: non esse tamen contrahendam sponsam ei nubere, quem ex conscientiae quodam strupulo horret. Sit casuale, sit necessarium homicidium, homo tamen occisus est: & quis judicabit, in loco solitario, tenebris, intempesta nocte, tumultu forte, ad ainussim observatum fuisse inculpatæ tutelæ moderamen, & ne minimam quidem intervenire interfectoris culpam: omnium conscientias tranquillas reddere iudicis absolutio nequit.

Post contracta sponsalia defectus facultatibus sponsus, & foro cedens, <sup>41</sup> propter utrumque fortunæ malum repudiari potest. Etenim foro cedentis nomen infamia facti semper notatur, quamvis non semper juris; & bonis spoliatus, quæ in subsidium matrimonii se allaturum promisit, amisit, nec præstare potis est. Deinde & à dolo excusari nequit, qui perspectas habens rationes suas, nec expirantium suarum facultatum ignarus, se locupletem simulavit, ut virginem caperet. Quippe necessitas foro cediendi mercatoribus obrepere solet, ac raro cuiquam ita cito obvenire, quin à sagaci viro longum prospici possit. Et hanc sententiam in judicando Hollandiæ Curia secuta fuit. <sup>5</sup> Idem dicendum iudico, si quis ad triste

triste & miserabile cessionis beneficium fugere coactus fuerit. Etenim sub-  
 43 levat quidem infamiam cessio. l. 1. C. de bonor. cession. at fidem debitori aufert,  
 & famam ejus apud graves viros aggravat. Damnum vero, quod non totas  
 evertit mercatoris opes, neque rationes omnes conturbat, non præbet justam  
 repudio causam. Tum enim locum habet, non digitis supputantibus divi-  
 tias, sed oculo amante pudicos affectus, & auribus mentis æstimantis illæ  
 famæ honesta præmia, eligendum esse maritum: atque illud Justiniani, affectu  
 non dotibus contrahenda matrimonia, & omni lucro præferendam esse mari-  
 talem concordiam. l. 11. C. de divort. l. 3. D. de donat. int. vir. & uxor. Quippe  
 hoc quod mercatori fortuna abstulit, cum eum non subverterit, si adesset, te-  
 licius conjugium reddere non posset; itaque cum absit, conturbare sponsalia  
 non debet, cum fama ei salva sit, & honestum nomen, ut perditum recupe-  
 44 rare, deo volente, possit. Sed hæc ita intelligenda sunt, nisi certam num-  
 morum summam in subsidium matrimonii se collaturum promiserit sponsus.  
 Tum enim quasi sub conditione contractis sponsalibus, eam præstare tene-  
 tur, vel ne quidem in foro conscientie obligata est ei nubere sponsa. C. 3.  
 x. de condit. apposit. Æqua enim, non peregrina hæc conditio est, si tantum in jar. conub.  
 dotem dederis, ideoque adimplenda, ut committatur stipulatio; non autem  
 rejicienda, quasi contra bonos mores amorem præ se ferret venalem; cum  
 æquum sit, juvari ab uxore maritum in matrimonii ferendo onere, dote con-  
 stituta. l. 56. §. 1. D. de jur. dot. l. 20. C. cod. cumque justum sit, ne in spem  
 esuritionis nubat puella pauperi marito, qui luculentum matrimonium pro-  
 misit. Præferenda quidem omni lucro maritalis concordia est, cum contractæ  
 sunt nuptiæ, at tamen antequam contrahas, prudentis viri est, cavere ne in  
 paupertatem incidas. Divitias, miserorum hominum animam esse Hesiodus  
 dixit: ait Plutarchus, civilem virum neque nimias divitias expetere, at rerum  
 necessariarum, atque ad tolerandam vitam sufficientium copiam non sper-  
 nere.

Hucusque executi sumus, quomodo ob animi, corporis, & fortunæ mala,  
 repudium jure mitti possit. Animus est hisce pauca quædam addere, quæ cum  
 de repudiis agunt interpretes, tractare solent, ne quid à nobis omis-  
 deret lector, quod huic operi inferendum fuisse necessarium judicaret.

45 Constantinus & Constans ad Pacatianum præfectum prætorio scripserunt:  
 si is qui puellam suis nuptiis pactus est, intra biennium exequi nuptias in eadem provincia  
 degens superfederit, ejusque spacii sine decurso, in alterius postea conjunctionem puella  
 pervenerit, nihil fraudi ei sit, qua nuptias maturando, vota sua diutius eludi non passa est.  
 l. 2. C. de spons. Ex qua lege palam est, expectandum esse sponsæ biennium, an-  
 tequam alteri nuptias spondeat: non quod præsentis sponso nuntium mittere  
 intra biennium non possit, & alteri se desponsare; hoc enim semper, & quo  
 eunque tempore puellæ licuit. l. 1. C. de sponsal. l. 2. C. de repud. Verum quod  
 non possit, non misso huic nuntio, & distractis jure prioribus sponsalibus  
 alteri novas nuptias spondere citra infamiae notam. l. 1. D. de his qui notant. in-  
 fam.

*fam.* At autem si intra id tempus præsens sponsus non exequitur nuptias, quasi ab ejus parte facto repudio, arrhas quas dedit, repetere potest, quas accepit, elusa retinet; & etiam si nuncium non miserit, etiam si consilii sui certior non fecerit sponsum, jure nova contrahit cum alio sponsalia, prioribus ipso jure distractis ob decursum biennii spacium. Ratio legis est, quod, uti diximus, procrastinatio sponsi non necessaria voluntarium repudium habeatur; & ne sine sua culpa opportunum nubendi tempus amittat puella: adeoque laudanda, quæ vota sua diutius eludi non patitur. Cum peregrinatur sponsus, triennium jure novo l. 2. C. de repud. quadriennium & ulterius jure veteri l. 17. D. de sponsal. expectandum sponsæ fuit: post id tempus, ob easdem rationes, non distractis repudio sponsalibus, citra infamiae notam, legitimum fuit puellæ cum alio conjugium d. l. 2. etiam si ex necessitate, sponsi peregrinatio fiat. l. 17. D. de sponsal. 2

\* *Sichard. in*  
l. 2. C. de  
sponsal.

\* *Menoch.*  
libr. 2. cent.  
5. cas. 455.  
n. 7. de arb.  
judic.  
3 In l. 2. C. de  
repud. tract.  
de legib.  
abrog.

Jus hoc Romanum moribus nostris congruum non esse puto, quamvis in 46 foro ab eo non recedendum velit Groeneweghen, celebris apud nos jurisconsultus. Non enim nostrum jus sub arrharum jactura omne repudium admittit: nec quodcunque tempus ullam sui natura solvit obligationem, nisi nimium sit. Quid tum? in potestate ne temerarii sponsi erit sponsæ vota eludere, & diutius pro arbitrio suo protrahere speratas nuptias? minime. Potest enim sponsa, & hoc exigunt mores nostri, protelantem sine causa nuptias sponsum ad earum festivitatem per judicem cogere: vel si id facere nolit, petere ab eo, cui ea de re notio est, ut certum præfigatur sponso tempus, intra quod nuptias perficere debeat; quo effluxo, ut sibi sit potestas alii nubendi: vel etiam judicio contendere, ut à tergiversantis sponsi statim absolvatur sponsalibus. Etenim nostro jure, cum celebrandis nuptiis nullum pacto fuit præfixum tempus, statim ad earum consummationem sponsus compelli potest. l. 14. D. de regul. jur. 4 vel ad sponsalium diremptionem agere sponsa. Quod ipsum tamen cum temperamento intelligi velim; habita nimirum ratione temporis, loci, & personæ. Non enim semper expedit, nec mens contrahentium est, ut confestim à pactis sponsalibus ad nuptiarum festivitatem convoletur. Conventio quæ ex sponsalibus nascitur, in diem est, si nuptiis dies dictus pacto sit; si non, pura. si prius pactum fuerit, licet ex sponsalibus præsens oriatur obligatio, cum tamen præstatio in diem dilata sit, antequam dies venerit, agi ad matrimonii celebrationem nequit. l. 46. D. de verbor. obligat. l. 213. D. de verbor. signif. Si vero mentio diei nulla facta sit, præsens quidem obligatio nascitur, & statim sponsa sponso debetur. l. 41. §. 1. D. de verbor. obligat. peti tamen prius sponsa non potest, nisi tantum temporis spacium effluerit, ut & commode & honeste, ejus præstatio fieri possit. d. l. 41. §. 1. l. 23. D. de obligat. & action. §. ult. instit. de inutil. stipulat. Recte dicimus, *honeste*: tum quod regula juris antiqua sit, ut in matrimoniis contrahendis, non tantum consideretur, quod licet, sed etiam quod honestum est. l. 197. D. de regul. jur. tum quod Apostolus jubeat, ut omnia in ecclesia, in  
cujus

4 *Consil. 368.*  
libr. 4. IC.  
Batarv.

- cujus conspectu nuptiæ hodie contrahuntur, recte atque ordine administrantur. Illud vero intermedium tempus, non annum, non biennium, non triennium, sed ex iudicis arbitrio, pro personarum qualitate, & circumstantiis rerum definiendum esse statuo. Iustæ enim & necessariae intervenire possunt causæ, ne expediat intra certum tempus matrimonium contrahi: uti sponsi sponsæve valetudo adversa, parentum mortes, longiores ex necessitate peregrinationes, de capitalibus criminibus accusationes, quæ amicis intentantur. *l. 17. D. de sponsal.* Etenim morbus ineptos nuptiarum operi & usui homines reddit: parentes lugere, necessarium olim fuit, hodie ex necessitate honestum est. *l. 23. D. de his qui notantur infam.* <sup>1</sup> Necessitas legem non habet: nec nobis ea duntaxat necessaria dicitur absentia, quæ Reipublicæ causa sit, uti Cujacio videtur. <sup>2</sup> sed quævis alia, quæ legitimam & urgentem habet causam. <sup>3</sup> Cum publico quis accusatur iudicio, proximos ejus cognatos veste squalida & sordida uti, atque capillos submittere decet. *l. 39. D. de inj. observ.* at quæ convenientia festivitatis cum mœre? sponsi sponsæque hilaritatis cum totius familiæ luctu? Si extra provinciam degat sponsus, ut vel minima vel nulla eum conveniendi detur facultas, distinguere debet: vel conscia & assentiente sponsa peregre profectus est, vel clam, & eam deferendi malo animo. Si prius, forte mercaturæ exercendæ causa, vel etiam animi gratia, pro longinquitate locorum expectandus sponsi reditus est. Nam, ut recte Canisius, <sup>4</sup> discessus, qui animo redeundi sit, tacitam sponsalium renunciatio- nem non inducit; nec vota sua diutius eludi queri potest puella, quæ peregrinationi consensit. Longius iter in Galliam, quam Flandriam, in Italiam quam Galliam, in Indiam quam Italiam est: ut recte canones nullum huic negotio tempus præfigentes, ejus definitionem iudicis arbitrio relinquunt, *arg. C. 5. x. de sponsal.* <sup>5</sup> Deinde & necessitatis habenda ratio est; uti si quis captivus, morbo detentus, Principis legatus, prædonum metu perterritus, aliamve ob causam, domum reverti, intra breve spacium, vel non audeat, vel non possit. Semper verò iudici ita moderandum suum officium est, ut quam minimum virginum vota vel eludantur, vel protelentur, ne illis opportunum nubendi tempus pereat. *l. 2. C. de sponsal. l. 2. C. de repud.* Ardua quoque res est puellis nuptiarum spe incensis, animi superare motus, & sua vota domare.
- <sup>49</sup> Si vero clam, & ignorante sponsa, aufugit verius quam peregrinetur sponsus, pro malitioso desertore habendus est: nec ferendum, ut is hoc modo, cum injuria sponsæ diutius protrahere nuptiarum festivitatem, atque vota puellæ eludere possit. *C. 5. x. de sponsal. & matrim.* attamen inquirere sponsa debet, quo terrarum loco degat sponsus; quod si sciat, admonere illum per epistolas, vel interpositas personas, sui officii; qua via si non procedat, nec præfractarius ille pareat rationi; vel si nesciat sponsa, ubi lateat, duabus vel tribus vicibus publice, ex auctoritate iudicis, citare sponsum debet, ut se sistat iudici, atque actionem ab ea instituendam excipiat, si possit: vel ut patiatursibi tanquam puellæ desertori, & fidei violatori ademptam ex constitutis.

<sup>1</sup> Basil. Pont.  
libr. 12. c. 6.  
ne. 1. de sa-  
cram. ma-  
trim.

<sup>2</sup> Libr. 23.

<sup>3</sup> Alberic.  
Gentil. lib. 6.  
cap. 16. de  
nupt.

<sup>4</sup> In cap. 5. x.  
de sponsal.

<sup>5</sup> Covarruv.  
in 4. decret.  
part. 1. de  
sponsal. c. 5.  
n. 7. Carer.  
cap. 15. de  
sponsal. &  
matrim. Al-  
ber. Gent.  
libr. 6. cap.

15. de nupt.  
apud quem  
vide divers.  
interpret.  
sentent.



tutis sponsalibus actionem, sponsæque concedi novæ conjunctionis cum alio libertatem. <sup>1</sup> Et ita Leydæ observatum, me iudice, memini. <sup>2</sup> Contemnere hic sponsam, & renunciare sponsioni videtur, ut sponsæ quoque renunciandi potestas jure tribuatur, & ita quasi amborum consensu distracta habeantur sponsalia. Nec distinguendum puto, quantum jus attinet, utrum privata duntaxat, an & insuper publica pacta fuerint sponsalia, quamvis quantum ad tempus agendi aliquid interesse putem. Publicis sponsalibus contractis clam aut fugiens sponsus, confestim prodit animum suum deferendi sponsam, ideoque sponsæ statim jus erit impetrandi à iudice publicas citationes: at privata duntaxat constituta nuptiarum sponsione, inscia sponsa, arreptum à sponso iter non ita confestim prodit malitiosum deferendi animum, ut non aliquod tempus, antequam ad extremum confugiatur remedium, elabi & interponi debeat. *arg. l. 41. §. 1. D. de verbor. obligat. l. 23. de obligat. & action.* Malitioso desertori comparandus is est, qui pactis huic sponsalibus, alteri se despondet virginis: imo ille animo & facto satis testatur, se à priori sponsione recedere, ut citandus non sit, ut ab ejus sponsalibus puella absolvatur, verum ut iudicem audiat libertatem meliori nubendi viro, virginis concedere, ipse infami rubore publice suffundatur, poenis in sponsalium temeratores lege constitutis plectatur. <sup>3</sup> Quæ de sponso dicta sunt, etiam in sponsa tergiverfante, vel peregre profecta locum habent. *arg. l. 17. D. de sponsal.*

Cæterum exercitii causa hoc loco inquirendum est, quomodo explicandum sit illud dissidium, quod inter Augusti & Constantini cum Constante constitutiones esse videtur. Ex Suetonio & Dione retulimus, Augustum lege Papiæ tempus habendi sponsas intra biennium coarctasse, eumque de immaturis sponsis, quarum bonorum fructibus interim gauderent sponsi, locutum esse. <sup>4</sup> Constantinus vero & Constans biennium ad exequendas nuptias concedunt in eadem provincia degenti sponso, & de matura nuptiis virgine loquuntur. *l. 2. C. de spons.* Ex quibus inferri posset, sponsum immaturam sibi virginem despondentē, quadriennium frui posse fructibus bonorum sponsæ, biennium ante, & biennium post nuptiis aptam virginis ætatem. Quid ergo dicendumne est, tempore Constantini & Constantis, in desuetudinē abiisse illud legis Papiæ caput, quod de coarctato sponsas habendi tempore constitutum fuit? idque ex eo conjecturari posse, quod nusquam in libris nostris, ejus ulla mentio fiat? & quod nusquam concedantur sponso fructus bonorum sponsæ? At licet hæc conjectura suæ non careat pondere, non tamen putamus nobis eo effugio opus esse, ut hi Imperatores concilientur. Ita sentio. Ex Augusti constitutione elapso biennio & viripotente facta puella, quæ impubes esset desponsata, ejus bonorum fructibus privabatur sponsus, nisi necessariæ causæ, non solum biennium, triennium, vel ulterius traherent sponsalia. *l. 17. D. de sponsal.* At vero Constantinus & Constans de fructibus bonorum sponsæ intra biennium à sponso percipiendis non locuti fuerunt, ideoque Augusti constitutionem non extenderunt. Verum voluerunt infamiam non incur-

re il-

*Sanch. lib. 1. disput. 49. n. 2. & Basil. Pont. lib. 2.1. cap. 14. de sacram. matrim.*

<sup>4</sup> *Cap. 3. n. 15. lib. 1.*

re illam puellam, quæ biennii fine decurso, vota sua diutius eludi non passa, infcio sponso & in eadem provincia degente, cum alio nuptias maturaret; volueruntque hanc rem ita accipiendam esse, quasi ob negligentiam sponsi, ipso jure sponsalia priora distracta essent: ne alias (quod edictum prætoris infamia coërcet) alteri sponsa, alteri nupta dicatur. l. 13. §. 3. D. de his qui notantur infam. Augustus igitur percipiendis bonorum sponsæ à sponso fructibus biennium præfixit: Constantinus cum Constante constituit, ut biennii spacio decurso, ob negligentiam sponsi non exequentis nuptias, integrum esset sponsæ, etiam non misso repudio, sponsalibus quasi vi legis solutis, in alterius conjunctionem pervenire, citra infamiæ metum. Hæc in transitu.

- 52 Repudio quoque locus est, vel potius ipso facto intereunt sponsalia, cum intra certum tempus nuptiis ex conventionem partium præfinitum, ducta non fuit sponsa. Etenim terminus ad limitandam vel restringendam obligationem pacto adjectus, si effluxerit, solvitur obligatio. C. 22. x. de sponsal. & matrim. nisi vis major promittentem, quo minus præstiterit nuptias, impederit. d. C. 22. l. 17. D. de sponsal. l. 16. D. ex quibus caus. major. l. 23. §. 1. D. de recept. arbitr. (nam vi majori impedito non currit tempus l. 2. C. de annal. except.) vel per adversarium steterit, quominus sponsus nuptias perficere potuerit. d. C. 22. x. de sponsal. Recte diximus id verum esse, quotiens terminus, qui facto præstando præfinitur, ipsam viam obligationis limitat, atque restringit. E. G. *ick belove u binnen het jaar te trouwen*, ducam te intra annum. Nam rei consummandæ gratia, tempus contractui perfectio adjectum & effluens, non mutat obligationem; uti si dictum fuerit, *ick belove u te trouwen, en binnen het jaar, het houwelyck te volbrenghe*, spondeo tibi nuptias, promittoque me eas intra annum consuminaturum. l. 23. §. 1. D. de recept. arbitr. Etenim hic terminus magis maturandi matrimonii, quam extinguendæ, elapso tempore, obligationis gratia, pacto adjicitur. <sup>1</sup> Deinde quoque animadvertendum est, si quis virginem, intra annum, ductum iri sponderit, non eam esse nostram mentem, effluxo anno, sponsum à sponsalibus liberatum esse; minime. Nam temporis adjectio semper executionem respicit; nec absolvitur, qui non solvit die, quo quid præstiturum se promiserat d. l. 23. §. 1. D. de recept. arbitr. C. 6. x. de contum. & dol. <sup>2</sup> Sed volumus, non astrictam esse sponsioni suæ sponsam, effluxo anno, intra quem ducturum se puellam spondit sponsus; ut hujus tergiversatio, victræ tractus sponsam à sponsalibus liberet C. 22. x. de sponsal. Sponsum vero à sponsione sua tum liberum esse dicimus cum culpa sponsæ confectum præfixo tempore non fuit matrimonium; vel si constiterit hoc esse inter partes actum, ut non contractis intra præfinitum tempus nuptiis, evanescerent sponsalia. Id autem expressis verbis sponsioni adjicere, si ea contrahentium mens sit, consultum judico, ne in alium sensum postea, ab altera parte, flectatur sponsio. In dubio, à parte virginis, terminum sponsalibus finientiæ obligationis magis quam differendæ præfigi, ne illi tempus nuptiis maturum elabatur, ex communi interpretum opinione credit Pontius, nisi circumstantiæ aliud arguant. <sup>3</sup>

K k

Repu-

<sup>1</sup> Covarrub.  
in 4. decret.  
pars. 1. de  
sponsal. c. 5.  
n. 8. Christin.  
vol. 3. decis.  
124. n. 3. Cur.  
Suprem. Cy-  
præ. libr. 1. c.  
13. §. 84. de  
jur. connub.  
Sanch. lib. 1.  
disput. 53. de  
sacram. ma-  
trim.  
<sup>2</sup> Alber. Gen-  
til. lib. 6. cap.  
17. de nupt.  
Sichard in l.  
2. c. de spons.  
<sup>3</sup> Libr 12.  
cap. 16. de  
sacram. ma-  
trim.

Repudium ex amborum desponsorum, eorumque quorum interest, mutata voluntate, bona gratia & civili, l. 1. C. de sponsal. junct. Novell. 22. cap. 4. & canonico, C. 2. x. de sponsal. & matrim. & jure Batavo nostro fieri posse,

<sup>2</sup> Conf. 94 lib. 4. IC. Batav. <sup>3</sup> Sanch. l. 1. de disput. 52. de sacram. matrim. Thomas in suppl. sum. quest. 43. art. 3. in respons. ad 5. Carer. c. 15. de spons. & matrim. <sup>3</sup> Mæsters. disput. 74. Thes. 11. Cypræ. c. 13. §. 12. libr. 1. de jur. comm. <sup>4</sup> Menoch. libr. 2. cent. 2. cas. 103. n. 2. de arb. judic. Alber. Gent. libr. 6. c. 2. de nupt. B. fil. Pont. libr. 12. cap. 3. de sacram. matrim. <sup>5</sup> Part. 1. de sponsal. c. 5. n. 1. <sup>6</sup> Habit. ann. 1578. in aff. art. 80. Bor. libr. 12. fol. 50. Nederl. Hist. <sup>7</sup> Christen. dissert. 2. quest. 1. de caus. matrimon. non ambigo. <sup>1</sup> Contractus enim & pacta sponsalia sunt, quæ sicuti contrahentium voluntate contrahuntur, ita quoque contrario eorum dissensu mutuo solvuntur, quo ipso nihil esse naturalius Ulpianus ait, l. 35. D. de regul. jur. l. 58. D. de pact. <sup>2</sup> Nec quicquam mutat, etiam si concubitu vel jurisjurandi religione firmata dicatur sponsio: quippe extra matrimonium coitus, contra coeuntium voluntatem, nullam arctius ligandi vim habet. <sup>3</sup> Jusjurandum vero conscientiam jurantis quidem firmitus ligat, at nec juranti, nec ei in cujus gratiam interponitur, libertatem adimit, mutuo dissensu à contractu recedere. <sup>4</sup> Recte Covarruvias, homine, cui sub jurejurando facta promissio est, obligationem remittente, Deus etiam quo teste juratum est, remittit. <sup>5</sup> Idem jus in legitimis sponsalibus, in quorum diremptionem consentiunt parentes, esto. In quo à nostris moribus differunt Transylvanice leges, quæ id fieri prohibent. part. 2. Tit. 1. art. 3. lantreght van Overijssel. part. 3. Tit. 1. art. 4. Reghten en gewoont. tot Deventer. Quid autem? an eodem modo quo privata, publica quoque sponsalia mutuo contrahentium privato dissensu solvi possunt? minime. Publica sponsalia, ut proxima ad matrimonium mediâ, participant aliquid de natura finis sui: ideoque quasi adulter punitur, desponsam violans. Deuter. 22. v. 23. quasi adultera, quæ sponsa, volens stuprum patitur. l. 13. §. 3. D. ad leg. Jul. de adul. uxor dicitur sponsa, sponsus maritus. Deuter. 22. v. 24. & infamis est, uti qui binas nuptias, qui bina sponsalia habet. l. 1. l. 13. §. 3. D. de his qui notant. infam. (quæ loca ego juxta mores nostros, publicis sponsalibus applicanda censeo) ut si non impossibilis, difficilior tamen debeat esse publicorum sponsalium diremptio. Deinde cum contrahuntur publica sponsalia, etiam nuptiarum præfectis futuræ promittuntur nuptiæ, ut in potestate sola consponsorum non sit, sine consensu eorum, quibus quoque sponsæ sunt, earum promissam celebrationem intermittere, & non præstare, dictante juris regula, quo quid ligatum est modo, eo solvi debere. l. 35. D. de regul. jur. Quid ergo? possuntne tamen interposita magistratus auctoritate, ex mutua consponsorum voluntate dissolvi? Ita judico, & ita olim synodus Dordracena decrevit. <sup>6</sup> Nec video cur adeo difficiles quidam sint, ut hoc negent; etenim licet quid de natura finis sui participant sponsalia publica, matrimonia tamen non sunt, sed via duntaxat, & gradus ad nuptias; ut Deus nondum conjunxisse dici possit inexplicabili nexu, qui sponsores duntaxat sunt conjugii futuri. Deinde, & melius est, mutato affectu utriusque consponsi si infelix credatur futurum conjugium, ut sinat magistratus distrahi sponsalia, quam ut cogat invitos nuptias perficere, distrahendas postea forte vel divortio, vel lectuli & mensæ separatione. Qui ex Germanis jurisconsultis contrariam sequuntur sententiam, publicis sponsalibus inchoari matrimonium volunt, nec ea quodam vinculum differre consummato conjugio; ideoque & illud Christi,

quos

quos Deus conjunxit, homo non separet; quamvis præcipue de confecto matrimonio intelligendum esse fateantur, tamen & sponsalibus applicant, & sponsalia adhibita sacra benedictione celebrant. <sup>1</sup> Verum nobis alia sunt jura, alii mores, <sup>1</sup> *Carpx. l. 2. Tit. 10. defm. 173. jurispr. confist. & libr. 5. Resp. Elef. 108. Petr. Heig. part. 2. q. 16. n. 4. & seqq. Arnif. cap. 6. scilicet. 3. n. 14. de jur. conub.*

58 uti ex dictis patet, & ex iis quæ dicenda restant apparebit. Attamen quamvis sponsalia publica, si consentiat magistratus ex contrario contrahentium mutato affectu dissolvi possint, non adeo facilis debet esse judex iis, qui publica hæc fœdera, pro lusu & oblectamento quodammodo habentes, ex animi quadam inconstantia, dirimenda flagitant, nec gravem satis mutati affectus rationem adferre possunt. Verum si leviuscula quædam dirimat consponsos causa, vel calore iracundiæ potius, quam deliberato animo repudium petant, prius eos sui officii admonere debet, omniaque tentare, ut sibi invicem reconcilientur, præstitamque observent fidem. C. 2. C. 17. x. de sponsal. & matrim. & si hac via non procedat, ultra tempus legibus quarundam civitatum præfinitum protelantes nuptias, indictis pœnis cogere debet. At si tanta animorum aversio in desponsis reperitur, ut omnium amicorum intercessione placari commotæ mentes nequeant, ut judicis persuasionem induci ad observandam fidem non possint, ut magis magisque alter alterius conspectum horreat, fugiatque inauspicatas nuptias; ne majus scandalum ex coacto, & discordi futuro matrimonio oboriatur ecclesiæ, distractis publica auctoritate ex consponsorum consensu sponsalibus, poterit hæceorum secessio in patientia tolerari. C. 2. x. de sponsal. & matrim. Et hæc de repudiis dicta satis sunt.

## CAPUT VIGESIMUM SEXTUM

## De stupro.

## SUMMARI A.

1. Stuprum Antiquis turpitudinem significavit, & male derivatur à prævo studio, vel turpi pudore.
2. Stuprum generis nomen est, & omnem illicitum coitum denotat.
3. Lex Julia stupri verbo promiscue usa fuit, tum pro adulterio, tum pro stupro.
4. Adulterium proprie cum nupta; stuprum cum virgine vel vidua committitur.
5. Stupri definitio traditur, & explicatur.
6. Celebs quis dicatur.
7. Lessii sententia, statuentis ex stupro filia nullum patri acque ipsi vitiatam adversus stupratorem jus esse jure natura, refutatur.
8. Virgini vi subacta, & postea commodis potita nuptiis, nullam jure natura adversus stupratorem actionem esse, negatur.
9. Ex simulatis, & ore, non animo promissis nuptiis, quæ actio stuprata nascatur jure natura ex Pontificiorum sententia, refertur.
10. Quomodo damnum amissa virginittatis jure natura aestimetur ex Lessii sententia refertur.
11. Lex divina patri puella arbitrio commisit vitiatam nuptias, vel dotem accipere.
12. In puella stuprata parentibus orbe arbitrio, non fuit dotem eligere, jure divino.
13. Quæ astu & fraude seducta fuit, dotem accipere, & aspernari nuptias stupratoris potuit.
14. Interpretationes Rabbiorum in distinguenda vitiatæ ætate rejiciuntur.
15. Quare debuit stuprator, & dotem constituere

- tueri, & ducere stupratam puellam, jure divino?
16. Constitutio dotis apud Romanos & Græcos argumentum fuit legitimi matrimonii.
17. Quæ astu & fraude stuprata fuit, ducere pudari nequit; at quidem illa, quæ sub fide matrimonii fuit ad stuprum plectita.
18. Qui appellasset, sociatus fuisset virginem, vel vi comitem abduxisset, injuriarum tenebatur jure Romano.
19. Appellare, ademptare, comitem abducere, quid significant?
20. Qui animo iniuriandi non appellat, non tenetur.
21. Etiam si remiserit injuriam filia, pater agere injuriarum potest.
22. Jure Romano stuprum inter crimina publica relatum fuit.
23. Poena stupri alia in humili, alia in honesto stupratore constituta est.
24. Quis humilis, quis honestus in libris nostris dicatur.
25. Stupri poenam effugit, qui vitiatam à se uxorem ducit.
26. Nihil interest, an quis plectus fuerit, ut stuprum inferret, an ipse puella pudorem extorserit.
27. Multum interest, cum qua, & quomodo stuprum commissum sit.
28. Aliquando judicio extraordinario, capitis poena punitum stuprum fuit.
29. Exasperatur stupri poena, cum quis quam legibus prohibetur uxorem ducere corrumpit.
30. Quod vi virginem corrumpit, & stupri tenetur, & in legem Juliam de vi publica incidit.
31. Spurius ex stupro illustri facmine natus, existentibus liberis legitimis, neque ab intestato, neque ex testamento matri succedit.
32. Vidua stuprum passa, eisdem poenis coërcetur, quibus plectitur, quæ nuptias intra & post annum luctus, iterat.
33. Virgo vi jubaia, à crimine stupri remota est.
34. An ex lege Julia stupri poenâ plectatur mulier stuprum passa, quaeritur.
35. Explicatur, quæ vulgaris mulier appellatur in l. 13. §. 2. D. ad leg. Jul. de adulter.
36. L. 7. C. de adulter. explicatur.
37. Legis Julia de stupro poena plectitur, qui stuprum suadet, consilium operumque fert, aut domum suam prebet.
38. Legis Julia poena non punitur, qui virginem meretricia veste indutam violat.
39. Queritur an adulterium committas, qui cum alterius uxore in publico lupanari, tanquam cum meretrice congregatur?
40. Jure pontificio in arbitrio stupratoris ponitur, vel ducere, vel dotare stupratam.
41. Apud nos olim lex divina de stupro in usu fuit.
42. Hodie totius Europa consuetudinem sequimur: aut ducat, aut dotet.
43. Traditur ratio, cur à divina de stupro lege recessimus.
44. Dotem dare, vel ducere tenetur stuprator, etiam si puella occasionem stupro committendo dederit.
45. Committitur hodie stuprum cum ancilla seu muliere nobis certa mercede inserta viente.
46. Dotanda non est à secundo stupratore puella.
47. Dotis actionem non habet hodie vidua stupro polluta.
48. Ad dotem consequendam agere ille potest, cui postea nupsit vitiatam.
49. Dos ex arbitrio boni viri moderari judex debet.
50. Representanda dos est, non expectanda nuptia: nec restitui debet, etiam si non quam nubat puella.
51. Stuprator & impensas puerperii ferre, & infantem tollere debet.
52. Qui constituitur stuprum, pro patre infantis habetur usque dum manifestis argumentis probet, se patrem non esse, vel meretricem esse & se pluribus summississe stupratam puellam, &c.
53. Queritur, an hodie insuper alia poena quam dotis assignatione plectatur stuprum?

Hæc-

**H**actenus, sparsim licet, explicatum satis illud jus est, quod nascitur puellæ ex decerpto, sub matrimonii sponsione, virginitatis flore. Præsentis capite explicare animus est illam juris partem, quæ de stupro tractat, nulla fide futuri conjugii data, vel quæ probari nequit, virgini illato; deque alendo partu, si sese adeo exercuerit juvenus in veneris palæstra, ut indicium ac testis prostituti pudoris existat nata soboles. Nec inutilem me laborem facturum puto, si accurate tradidero, quid hac in re moribus nostris observetur, explicatis prius divini, civilis, & canonici juris constitutionibus, cum & hic perniciosè sæpius erreretur, quia jura non distinguuntur. Ipsa quoque materia fastidium non pariet lectori meo, neque sine utilitate compensabit jacturam temporis, quod in legendo impendetur, cum ejus vis in cottidiano sit usu, & sæpius judicia occupare soleat. Nam quid frequentius vitiatis puellis, quam furtivam venerem, conjugium nuptiasque vocare, & hæc speciosa nomina culpæ suæ imponere? Quibus postea inclamantibus amorem mutuum, datam fidem, inceptos hymenæos, satiati libidine stupratores regere solent illud *Aenæa*:

*Non conjugis unquam*

*Pratendi tadas, aut hac in fœdera veni.*

- Sunt enim, ut *Teleippe* apud *Aristænetum* ait, speratæ nuptiæ, dulces, gratæ, optandæ: ubi potiti sunt stupratores, contemptus venit, studio magno peritum abjicitur, neglectuique habetur. <sup>1</sup> Itaque ut primum nominis etymon tradamus, deinde definitionem, Antiquos stuprum pro turpitudine accepisse, auctor *Festus* est, citans hoc *Nelei* carmen: *fæde, stupreque castigor quotidie*: hocque quod in *Appii* sententiis habetur: *qui animum compotem esse, ne quid fraudis stuprique ferocia pariat*: illud insuper *Nævii*: *sin illos deserant fortissimos viros, magnum stuprum populo fieri pergetis*. <sup>2</sup> Festum sequitur *Pervottus*. <sup>3</sup> Ex quo patet, quam imperite id nonnulli deductum velint vel à pravo studio, quod verbo sum lenociniis, & veneris invitandæ illecebris decipiat eludatque ante, qui <sup>4</sup> stuprare cogitat: vel à turpi stupore, uti *Gæddeus* voluit. <sup>5</sup> Hanc vero generalem hujus verbi significationem restrinxit postea usus ad vetitos lege coitus. Nec tamen tum quodque generis nomen esse desiit, cum aliquando pro incestu ponatur, uti in hoc *Ciceronis* pro *Milone*, *Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit*: aliquando pro adulterio, uti in hoc *Quintiliani*, *uxor marito dicit se appellatam de stupro à privigno*, ut & in l. 24. §. 2. *D. ad leg. Jul. de adulter*: aliquando, repetito generis nomine, in specie pro eo coitu usurpetur, qui extra celebratas nuptias vel concubinatum, cum vidua vel virgine committitur: & in hac generali significatione legem *Juliam* hoc verbo promiscue usam *Modestinus* & *Papinianus* docent. l. 101. *D. de verbor. signif.* l. 6. §. 1. *Alber. Gentil. in l. 101. D. de verb. signif. post Cujacium in d. l.*
- <sup>6</sup> Minus tamen proprie, vel ut *Papinianus* loquitur, abusive adulterium pro

<sup>1</sup> *Libr. 1. epist. 21.*

<sup>2</sup> *Libr. 17. de verb. veter. signif.*

<sup>3</sup> *Cornuc. lat. linguae col. 870. 44.*

<sup>4</sup> *In l. 101. D. de verb. signif.*

<sup>5</sup> *Alber. Gentil. in l. 101. D. de verb. signif. post Cujacium in d. l.*

Stupro sumitur: nam ex consuetudine loquendi Jurisconsultis usitatio-  
 proe adulterium in nuptam committitur, propter partum ex altero conce-  
 ptum composito nomine; stuprum vero in virginem viduamque, quod *φθόγος*,  
 id est, corruptionem appellant. l. 6. §. 1. l. 34. §. 1. D. ad leg. Jul. de adulter.  
 l. 101. D. de verbor. signif. Stuprum incestui, adulterio, concubinatui, & me-  
 retriciæ libidini oppositum Gratianus definit, illicitam virginis defloratio-  
 nem. C. 2. caus. 36. q. 1. Alii inordinatum concubitum, quo virginalis inte-  
 gritas corrumpitur. Vtrumque imperite satis; nam & in probatæ vitæ vi-  
 dua, cui jam dudum periit virginitas, committitur. l. 6. §. 1. l. 34. §. 1. D. ad  
 leg. Jul. de adulter. & apud Romanos cum ancilla virgine concubitus extra le-  
 gis Julæ de stupro pœnam fuit. l. 25. C. de adulter. l. 25. D. de injur. & famos.  
 libell. dabantur licet, eo nomine, privata judicia. l. 6. D. ad leg. Jul. de adult.  
 l. 25. D. de injur. & extra ordinem de devirginata ancilla præfides cognosce-  
 bant. l. ult. D. de offic. præsid. Libertinarum quoque viliorum abjectarumque  
 virginum defloratio, stupri nomine proprie notari non meruit; quas nuptas  
 etiam ob conditionis vilitatem, legum observatione indignas censuit, & ex-  
 tra adulterii pœnam constituit Constantinus. l. 29. C. de adulter. Itaque non  
 satis significanter stuprum definitur illicita virginis defloratio. Sunt quid  
 flagitium, pueri, vel virginis, vel honestæ viduæ corruptionem definiunt. At  
 quid in vidua corrumpatur, nescio. Mores proprie corrumpi dicuntur; ut in  
 edicto de servo corrupto. l. 1. pr. §. 2. l. 2. l. 14. §. 1. & T. T. D. de serv. cor-  
 rupt. & corpora inanimata, quæ usserit, fregerit, ruperit quis; ut in legis Aquil-  
 iæ tertio capite l. 27. §. 5. D. ad leg. Aquil. at omnis morum corruptio non  
 involvit stuprum; quamvis corruptorum morum recte dicatur mulier, quæ se  
 alterius libidini submittit. Verum est Græcis *φθόγος*, id est, corruptionem,  
 speciali significatu stuprum dici; sed non æque Latinis. Nos ergo, ut & defi-  
 nitionem aptemus moribus nostris, stuprum esse dicimus, cœlibis cum ingenua  
 virgine vel vidua honeste vivente coitum. Cur cœlibis? quia nobis mariti coitus  
 cum vacante muliere adulterium est, non stuprum, uti jure Romano. l. 6. §. 1.  
 D. ad leg. Jul. de adulter. junct. l. 2. §. 24. v. stupri, D. de origin. jur. Cœlibem quo-  
 quē non intelligimus eum duntaxat, qui caret caruitque semper matrimonio,  
 (licet is proprie cœlebs dicatur)<sup>2</sup> sed & qui tum caret uxore, cum se mulieri  
 miscet. Non eum quoque cœlibem intelligimus, qui contracto matrimonio  
 juxta virginem primo cubat (nam hic jam istius mulieris maritus est, & legiti-  
 mi conjugii jure utitur) sed qui, nec huic, cui stuprum infert, nec alteri fœ-  
 minæ matrimonii lege obstrictus est. Coitum dicimus esse stuprum, ut indigite-  
 mus, hoc crimen corporum cominxtione peragi, adeoque præcipue ad cor-  
 pus, ad mores duntaxat per consequens pertinere. Etenim non stupri, sed mo-  
 rum corruptorum ex edicto de servo corrupto, utilis actio, officio judicis æsti-  
 manda, contra eos datur, qui animos duntaxat nostrorum liberorum cor-  
 rumpunt. l. 14. §. 1. D. de servo corrupt. Virgini viduam cum Justiniano, & ve-  
 teribus Jurisconsultis conjungimus. §. 4. Inst. de public. judic. l. 6. §. 1. l. 34. §. 1.  
 D. de

<sup>1</sup> *Jul. Clar. §. Stuprum. & Bajard. in nos. ibid.*

<sup>2</sup> *Perott. Cor-  
 muncop. col. 71.  
 50.*

*D. ad leg. Jul. de adult. l. 101. D. de verbor. signif.* Etenim cum casta viduitas virginitate minus æstimanda non sit, æque vindicanda ejus lascivia est, qui honestæ viduæ libidinis auctor fuit. Adjungimus, *modo honeste vivat*. quia cum ea muliere vidua, quæ sui corporis usuram viris præbet, & meretricios sectatur mores, scortatio, non stuprum committitur. *C. 2. caus. 36. q. 1.* Eadem ratione quoque *cum virgine* dicimus: quia cum devirginata, quæ virum experta non est maritum, ut neque virgo, neque vidua sit, etiamsi palam venalem formam non habeat, non committitur stuprum, aut impune committitur. *l. 13. §. 2. D. ad leg. Jul. de adulter.* <sup>1</sup> ut & nec in ea quæ dignitatis matronalis oblitâ, se alterius quam patroni concubinam esse patitur. *l. 16. §. 1. D. de his quæ ut indign. aufer.* Omisimus in nostra stupri definitione, Modestini de concubina exceptionem. Vult jurisconsultus *stuprum committere, qui liberam mulierem, consuetudinis causa, non matrimonii continet, excepta concubina l. 34. D. ad leg. Jul. de adulter.* Sed ille in jure Romano versatur, nos in nostro Batavo. Christiana doctrina, quam profitemur, concubinatum damnat, & omnem consuetudinem, extra eam, quæ cum ducta uxore exercetur, libidinem vocat: at jus Romanum cum quibusdam mulieribus admisit concubinatum. *l. 1. D. de concubinat.*

7 Hactenus, quid sit stuprum, dictum est: videamus jam, quæ actiones vitiatæ puellæ in stupratorem suum naturali ratione, legibus, vel consuetudine nascantur, & proditæ sint. Docent quidam, inter quos Lessius, <sup>2</sup> Sanchez <sup>3</sup> & cæteri Jesuitæ, in foro interiori, seu seposita omni positiva lege, quæ non decepta consensit in stuprum, nullam, ob omissum virginitatis honorem, contra stupratorem suum actionem habere; cum jure naturæ, volenti injuria non fiat. *l. 1. §. 5. D. de injur.* nec quis cogatur refarcire damnum cupienti illatum. *C. 27. x. de regul. jur. in 6. l. 11. D. si quid in fraud. patron. fact.* Nec re-  
ferre volunt, etiamsi prius reluctans, postea importunis stupratoris precibus seducta, vel muneribus pellecta succubuerit puella: quia qui repugnavit initio, si cesserit, consensit. Aliud tamen esse volunt, si minæ blanditiis additæ fuerint, vel si reverentiæ metu, precibus & persuasione Domini, vel magnæ auctoritatis hominis cesserit tandem virgo. <sup>4</sup> Verum extra hunc casum, ipsius voluntarii stupri ratione, ne quidem ipsi patri adversum stupratorem ullam actionem concedendam judicant: sed duntaxat, quatenus stuprum etiam ejus pudorem pertingit, familiam dedecorat, eumque in collocanda filia grandiori doti alligat. <sup>5</sup> Scilicet, filia sui corporis domina est, eoque suo jure uti potest, etiam ad committendum stuprum: quapropter si propria voluntate, florem virginitatis suæ delibari ab amante patiat, nullam, patri eo ipso infert injuriam, cum de suo disponat, nec patri aliquid auferat eum minus jus non habet in corpus violatæ, quam in violatæ filiæ. <sup>6</sup>

Verum enim vero quamvis primum hujus doctrinæ argumentum, stricto, crudoque naturæ jure, & nulla scæminei sexus fragilitatis habita ratione, duntaxat admitti possit; secundum certe, perverso & non ferendo nititur funda-

<sup>1</sup> Cuiac. lib. 20. cap. 16. observ.

<sup>2</sup> De justit. & jur. 2. c. 10. dubit. 2. n. 9.

<sup>3</sup> Lib. 7. ad spec. 14. de sacram. matrim.

<sup>4</sup> Less. d. l. n.

<sup>5</sup> Sanchez. d. l. n. 11. 12.

<sup>6</sup> Less. d. l. num. 5. dubit. 1.



fundamento. Etenim. quomodo sui corporis domina dici potest filiafamilias cum ipsa nativitate liberos dominio & imperio parentum subiectos voluerit natura? ideoque quomodo dici potest non peccare in patrem, quæ volens stuprum patitur, cum abutatur eo, cujus pater dominus est? & quomodo non tractare rem alienam invito domino stuprator, qui virgini etiam si volenti vitium infert? Rectius mihi dicendum videtur, hunc stupratorem naturali ratione patri obligatum esse, tum injuriarum, tum ad damni æstimationem: injuriarum, quia læsit familiæ honorem, & pudorem patris l. 1. §. 5. l. 26. D. de injur. & famul. libell. ad resarciendum damnum, quia corripit virginem, quæ non sui domini, sed patris erat. Nec hæc virginei floris corruptio, etiam si in matrimonio licita sit, in stupro parvi æstimanda cum Lessio<sup>1</sup> est, cum lædat pudorem & famam puellarum, etiam si non naturam. Alterum argumentum frivolum, & nulla ejus consequentia est: *non majus est patri jus in inviolatam quam violatam*, ergo patri nulla sit injuria ex voluntario filiæ stupro? Nam nulli licet re aliena invito domino uti, etiam si non diminuat ipsum domini jus, quid dicam abuti. Ad damni æstimationem tenetur stuprator, non tantum quia majori dote eget pater ad collocandam corruptam filiam quam integram; sed etiam quia in se spectata puella, depreciaa stupro est cum damno patris, cui majores divitiæ sunt, alere domi filiam incorrupti quam prosti- tuti pudoris arg. l. 14. §. 1. D. de servo. corrupt. Cæterum, si quis vi vel fraude extorserit virgini stuprum, idque sine matrimonii promissione, huic stupra- tori injungunt citati Auctores, vel matrimonio, vel damni æstimatione, re- pendere illatam injuriam, non autem præcise ut nuptias contrahat, eum cogi posse volunt, quia matrimonii nulla est facta sponsio: si vero matrimo- nium nolit puella, paterve ejus, obligatum nihilominus volentem nuptias stupratorem volunt ad damni æstimationem, ob vim & fraudes adhibitas, nisi deceptæ virginis conditioni respondeat eligentis nuptias stupratoris for- tuna. Et hæc est Covarruvæ sententia, quam quidem æquitati, sed non rigori juris conformem esse Lessius ait. Nolunt quoque in foro conscientiæ, ullo modo obligatum esse stupratorem puellæ vi vel fraude subactæ, quæ postea æque commodis potita nuptiis fuit. Tum quod ipsa pudicitia defloratio irreparabilis sit, nec pretio æstimanda veniat. Tum quod hæc puella nul- lum ex stupro passa sit damnum. Sed hæc perversa mihi videtur argumen- tatio, non enim duntaxat stupri damnum in eo est, quod majore dote egeat ad nubendum puella; sed & in ipsa virginitate interfecta, nulla etiam si externæ rei habeatur ratio. Sed pergunt hi Auctores, si quis verbis quidem de futuro, vel etiam de præsentī, simulato tamen animo, & fraudulento, promiserit, contraxeritque matrimonium, & hujus fiducia, mente & affectu meretricio stupraverit virginem, licet in foro conscientia interiori nec nuptiæ nec spon- salia pacta sint (quæ animo dissentiente, verbis non ineuntur) obligatum ta- men hunc deceptorem volunt, sub pœna lethalis peccati, eligentem nuptias stupratam ducere, quæ dote, vel largis donationibus damnum sarciri non vult.

<sup>1</sup> d. dubit.  
1. n. 3.

<sup>2</sup> Less. d. l.  
dubis. 2. n. 10.  
13.

<sup>3</sup> Part. 2. de  
sponsal. c. 6.  
§. 8. n. 19.  
<sup>4</sup> d. l. n. 12.

<sup>5</sup> Less. d. l. n.  
15.

vult, cum in modum contractus facta sit promissio, & à parte virginis perfectionem acceperit. Nec spectandum esse dicunt, quid mente agitaverit, sed quid ore dixerit stuprator; tale enim artificium infinitis fraudibus humana commercia turbaret. Bona fide consensit copulæ puella, ut matrimonium sequeretur, non ut damnum amissæ virginitatis pecunia æstimaretur. Itaque jus iustitiæ, ut loquitur Lessius, acquiritur puella ad ipsum matrimonium. Aliud volunt esse, si illa noverit multo se nobiliorem, opulentiozem esse, & dignitate excellere stupratorem, ut facile ipsi fuerit suspicari, ficto animo & potiundæ libidinis spe promitti nuptias: vel si ex aliis conjecturis deprehendere potuerit, non candide agere juvenem. Tum enim cum reverâ, spe matrimonii seducta non fuerit puella, sed verius se decipi sinxerit; obligatum duntaxat volunt stupratorem, vel æstimationem rescarcire damnum, vel ducere, si ipse nuptias eligat. Caterum damni æstimationem, de qua jam sæpius locuti fuimus, faciendam non esse volunt, ita ut integram adæquet dotem, quæ virginibus ex lege dari solet, sed quanti pluris fuit spes nuptiarum illibatæ virginis, id est, quanti pluris eget corrupta, ut copuletur honesto marito, quam integra. Hæc & multa alia circa hanc materiam, secundum jus naturæ, & quatenus conscientiæ forum spectatur, subtilius verius quam utilius disputant Pontificii; quibus magis laxant conscientias hominum, quam ligant.

Lex Divina omnino cogit stupratorem, virginem, quam etiam volentem blanditiis pellexit in coitum, & dotare & ducere, si patri puellæ placuerit ejus affinitas; sin minus, pendere pecuniam, prout est dos virginum Exod. 22. v. 16. 17. Deuter. 22. v. 28. 29. In qua lege perpendendum est, non violatæ, non stupratoris, vel patris ejus; sed patris puellæ arbitrio committi nuptias: idque ideo, quia parentum est collocare liberos matrimonio, & honori simulque commoditati familiæ prospicere: filiæ vero, quæ volens stuprum passa est, deprecari culpam: stupratoris, afflictam à se puellam erigere, & ignominiz labem, stupro ejus nomini aspersam, honore matrimonii sepelire. Si nuptias elegerit pater, nunquam libello repudii dimittere potuit, astu & malis artibus primo vitiatam, deinde ductam uxorem hic maritus Deut. 22. v. 29. Idque ut deterreatur juvenus, cum summo probro familiarum, seducere virgines: utque sciat, non leve crimen esse, pellicere in meretricios concubitus puellam Israëliticam, quæ vitiatam Ebræis humiliata dicitur: quia ut Arniszus docet, de statu ex lege Dei ejicitur, & infamis, servaque sit pœnæ. & quamvis utriusque tum puellæ tum viri versetur turpitudine, imputandam tamen stupratori maxime commissam luxuriam voluit Deus, ut qui libidinis primus auctor creditur fuisse, blanditiis & amoris lenocinio seducens fragilem sexum. Quod si parentibus orba, nolit stupratori suo nubere vitiatam, viri quidam docti volunt, pendere tum quoque pecuniam dotis stupratorem debere: quia fidos danda sit, aspernante nuptias patre, ad quem tamen negotium per consequens magis, quam directe & præcipue pertinet: etiam &

Thom. Sanch. libr. 1. disp. 9. 10. 11.

Cap. 3. sect. 3. n. 12. de jur. connub.

11

multo

multo magis jus exigendi dotem violata habebit, quæ nuptias non vult, cum ejus pudorem præcipue commissa luxuria pertingat. Deinde & dos hæc quasi injuriæ per stuprum illatæ pœna est: at autem justum est, non inultam manere libidinem, abhorrente stupratoris nuptias puella. Verum hæc sententia, quamvis communi Doctõrum calculo probata reperiatur, uti refert <sup>r</sup> *M lib. 48.* Antonius Matthæus; mihi tamen non nisi sub distinctione probanda videtur. *D. Tit. 3. c. 7.* Etenim quæ optime cognovit conditiones stupratoris, & volens libidini ejus & suæ succubuit, cur ejus posset reprobare mores, spernere matrimonium (quo solo aboleri macula prostitutæ pudicitæ potest) & cum alterius maximo forte incommodo dotem eligere? Deinde vult Deus omnino & dotandam, & ducendam esse stupratam; nec remittit necessitatem ex arbitrio vel stupratæ, vel stupratoris, sed duntaxat ex judicio patris puellæ, ob patriam potestatem: ut non videam, quæ patrem non habet superstitem, quo jure posset dotem exigere, quæ parere legi, & nubere stupratori non vult? & quomodo pœnam injuriæ illatæ poscere, quam volens passa fuit, & quæ ipsa in causa est, ut non aboleatur? volenti non fit injuria, *L. 1. §. 5. D. de injuriis*, & damnum cupienti illatum non refarcitur. *C. 27. x. de regul. jur. in 6.* Aliud vero fuisse existimaverim, cum quis vel vi, vel dolo, astu, fraude, malis artibus, pellexisset in concubitum honestam puellam, & illa ob detectam postea vitæ & fortunæ vilitatem, stupratoris sui merito horruisset nuptias.

Non me latet, quod Rabбини volunt, in stuprata puella ætatem distinguendam esse; dicuntque legem de juvenula loqui: ideoque plenæ pubertatis virginem, quæ blanditiis seducta, & voluntarium passa fuit stuprum, non habere jus exigendi vel dotem, vel nuptias, à stupratore suo: non etiam, etsi vim passa fuisset; quamvis hoc casu ex institutis Majorum, pudoris seu ignominie, vitiati corporis, & doloris pœnas à stupratore exigere posse puellam velint. Harum primam ignominie pœnam æstimandam esse dicunt pro ratione tum dignitatis, tum fortunæ, tam stupratoris, quam stupratæ: alteram vitiati corporis, juxta rationes eorum, qui ancillas in foro empturi, pretium ob ereptam virginitatem minuunt. Tertiam, doloris perpeffi mulctam, definendam esse, ex habitu corporis & ætate vitiatæ virginis. Verum quæ de mulctis dicuntur, ad leges Judæorum forenses pertinent, cætera quæ de ætate referuntur, deliramenta & febriculosa Rabbinorum interpretationes sunt, nullo legis divinæ fundamento nitentia. Etenim non distinguit Deus inter plenæ pubertatis virginem, & eam, quæ annis duodecim præter sex menses minor adultam nondum attingit ætatem; ideoque nec homini distinguendum est, ne accuratiores legum latori summo videamur. Deinde, nonne idem & par stupratoris in utraque virgine flagitium est? an minori injuriæ vel leviori infamia afficitur pater, ejusve familia, ex stupro illato filie, dum est in virginitate sua, quam cum est plenæ pubertatis? minime. Damnum forsan majus infligitur, cum corrumpitur in virginitate sua virgo, quia maxime apud Hebræos æstima-

æstimabatur hæc ætas: at non minor injuria, non minor infamia inferitur patri vitiatæ, nec minus adolescentis flagitium est, cum plenæ pubertatis virgo devirginatur.

- 15 Cæterum, quod Moses vult, constituta dote, ducendam esse stupratam, ad mores illorum temporum, & illius gentis contrahendarum nuptiarum ritus pertinet. Pellex & concubina apud Ebræos habebatur, quæ ommissis sponsalibus, & præcipue, nulla dote constituta, se tradebat marito. <sup>1</sup> Spondebantur à parentibus filiæ, & numeratis quinquaginta siclis argenteis (quæ dos virginum fuit, definiente lege. *Deuter. 22. v. 29. Exod. 22. vers. 17.* viduæ vero vel devirginatæ, viginti quinque siclis, ex Rabbiorum scitis æstimata fuit. <sup>2</sup>) quasi constituto precio tradebantur viris, atque hoc modo à parentibus quasi emebantur legitimæ uxores. Idque à Mose præceptum contendunt Rabbinii *Deuter. 22. vers. 13. & 24. vers. 1. 2.* Quibus locis, verba, si acceperit uxorem, interpretantur, si emerit, & constituta dote sibi desponsaverit: Et verba, ingredi ad eam, matrimonium perficere, significare contendunt; uti Buxtorfius accuratissimus rituum Judæorum scrutator refert. <sup>3</sup> Rationem juris ex Talmudicorum monumentis hanc tradit Seldenus: ne despecta & minus dilecta à marito, nimium facile divortio ejiceretur. <sup>4</sup> Calvinus hanc: ne repudiata mulier, vacua à mariti thoro discedat. <sup>5</sup> Itaque ut constaret, non pellicis, non concubinæ loco haberi, sed in legitimam uxorem, non lecti duntaxat, sed & omnis fortunæ sociam duci stupratam, constituere sponsæ dotem stuprator jam sponsus debuit. Constitutio dotis, ut hoc in transcurso notem, Græcis quoque & Romanis aliquando legitimarum nuptiarum argumentum fuit: & non tam uxor quam concubina, vel si inopiæ causa dos data non fuerat, utcunque legitima, non tamen adeo honeste tradita viro dicebatur indotata: uti ex hoc Plauti loco planum est.

*Nolo ego mihi te tam prospicere, qui meam egestatem leves,  
Sed ut inops, infamis ne sim, ne mihi hanc famam differant,  
Me germanam meam sororem, in concubinatum tibi  
Sic sine dote dedisse, magis quam in matrimonium.  
Quis me improbius perhibeatur esse? hac famigeratio  
Te honestet, me autem collutulet: si sine dote duxeris  
Tibi sit emolumentum honoris, mihi quod obiectent, fiet.* <sup>6</sup>

In hoc tamen differentia fuit inter utrumque jus, quod apud Ebræos sponsus constituerebat dotem; apud Romanos & Græcos, pater vel necessarii nupturæ puellæ.

- 17 Cæterum in divina de pudicitia lege, hæc quoque animadvertenda differentia est; quod qui astu, vino, poculo amatorio, aliisve malis artibus circumventam stuprasset virginem, præter dotem, patriæ auctoritatis per scelus violatæ nomine, ignominiaque per dolum illatæ, quinquaginta siclos argenteos patri vitiatæ pendere debuit, interdicto ei insuper in perpetuum repudio. *Deuter. 22. v. 28. 29.* Ille autem, qui sub sponsione matrimonii se cum

<sup>1</sup> *Costant. Tit. quid sit matrim. n. 11. tract. de sponsal. & matrim. 2* *vid. Selden. libr. 2. cap. 9. 10. & 19. Vxor. Ebræa.*

<sup>3</sup> *Part. 1. §. 7. 8. 9. de sponsal. & divort. Ebræor. 4* *Libr. 1. c. 16. Vxor. Ebræ.*

<sup>5</sup> *Ad 7. de cal. præcept. Exod. 22. vers. 16. 17.*

<sup>6</sup> *In Trinumm. act. 3. scen. 2.*

r. Selden.  
lib. 1. c. 16.  
Vxor ebr.

\* Trouw-  
ring. in dia-  
log. ad  
exempl.  
zoues ver-  
craght. en  
beyde ge-  
trouwt. pag.  
(mibi) 12.  
post Walla-  
in epist. &  
conf. pag.  
487. Acas.  
privil. 6. c. 8.  
n. 4. §. 6. de  
privil paren-  
tum. & libr.  
Cypræ. lib. 1.  
c. 10. §. 14.  
n. 1. 2. de  
jure connub.  
confil. 257.  
lib. 2. IC Ba-  
xv.

virgine oblectasset, dotare tantum & ducere debuit; at ductæ si non ferret mores, quocunque tempore, dato libello repudii, proturbare domo uxorem potuit. *Exod. 22. v. 16. 17.* Et hæc satis dicta sunt de hac divina de pudicitia lege: quam naturalem æquitatem in se continere, ideoque etsi lex Mo- sis in omnibus non obliget Christianos, in Republica nostra negligendam non esse, cum multis & doctrina & pietate præcellentibus viris, nobilis poëta Catzius judicat. Jam ad jus civile transgrediamur.

Cum castitatis observatio præcipuum scæminarum bonum *l. 5. C. ad Sc. Or. 81. fician.* & non suspecta pudicitia, præcipua puellarum dos sit: Romani injuria- rum teneri eum voluerunt, qui vel adfectatus fuisset, vel appellasset honestam virginem, vel ei comitem abduxisset. *l. 9. §. ult. l. 15. §. 15. D. de injur.* Ad- pellare Jurisconsultus esse dicit, blanda oratione virginis pudicitiam adtem- ptare. *l. 15. §. 20. D. de injur.* id est, ut Paulus ait, hoc agere, ut quis ex pu- dico, impudicus fiat. *l. 10. D. eodem.* Adfectari est, frequenter mulierem, qua- 19 si scortum esset, sequi. *l. 15. §. 22. D. eod.* Comitem abducere est, efficere, ut matronæ incedenti comes non sit, sive eum quis per vim abducatur, sive per- suadeat, ut virginem deserat, sive alio modo efficiat, ut comes mulieri non sit. *l. 15. §. 16. 17. 18. D. eod.* Quæ omnia, quoquo modo fiant, ad infamiam ho- nestæ virginis, vel matronæ pertinere dicuntur. Nam hoc ipso, quod quis appellat, significat se jam aliquam opinionem animo concepisse, de incon- stantia morum appellatæ virginis, cum sciat pudicam esse non posse, quæ se blando sermone appellari sinit, & hoc ipso injuriam facit. Qui frequenter virgini in publico obambulat, eamque assiduo sequitur, ejus famam suggillat; quia quasi scortum esset, ad locum constitutum sectari videtur. ut recte Ga- jus dicat, assiduam frequentiam, etiamsi quis tacitus adfectetur, nonnullam præbere infamiam *l. 15. §. 22. D. de injur.* Apud Festum legitur: *adfectata fo- mina, vel in bonam partem dicitur, veluti honorata; vel in malam, quasi in extremum periculum, honoris & pudicitiae intellige, adducta.* Qui comitem abducit, hoc agere videtur, ut videatur virgo impudiciæ committendæ angulum, locum obscurum quærere, clam, & sine testibus esse velle. *arg. l. 1. §. ult. D. de ex- traord. crimin.* vel ideo injuriam facit, quod contra dignitatem matronæ sit, sine comite incedere. *l. 1. §. 2. D. de injur.* Meminisse tamen oportet, non om- 20 nem qui adfectatus fuisset, non omnem qui appellasset, injuriarum conve- niri potuisse: neque enim si quis colludendi, si quis officii honeste faciendi gratia, id fecisset, statim in edictum incidebat; sed qui contra bonos mores civitatis hoc fecisset. *l. 15. §. 6. & 23. D. de injur.* Qui turpibus verbis usus 21 fuisset, præsentem matrona, vel virgine honesta, etiamsi hoc ipso non tempta- set pudicitiam, injuriarum tamen tenebatur. *l. 15. §. 21. D. de injur.* quia pudorem offendunt, læduntque bonos mores impudici sermones. Si volenti comes abductus fuisset, ut injuria puellæ non fuerit illata; vel si illa remisisset injuriam, pater tamen ejus injuriarum agere potuit. *l. 1. §. 5. D. de injur.* cum id factum etiam ad illius pudorem pertingat. Si quis persuasionem suam virginis mores.

mores corrupisset, luxuriosam vel contumacem fecisset, utilis actio iudicis officio æstimanda, ad similitudinem actionis ex edicto de servo corrupto, patri data fuit. l. 2. junct. l. 14. §. 1. D. de serv. corrupt. Quoniam interest nostra, animum nostrorum liberorum non corrumpi: atque insuper ille injuriarum conveniri potuit, quia animum injuriæ inferendæ, qui id facit, habet. l. 26. D. de injur.

- 22 Attica lex fuit, imitata divinam, *ducat uxorem, quam quis vitiauit, civem virginem*: uti ex Plauto & Terentio patet. <sup>1</sup> At jure Romano, consentienti in libidinem virgini, nulla actio ad nuptias, dotemve exigendam prodita fuit: cum generalis fuerit regula, volenti non fit injuria l. 1. §. 5. de injur. nec cupienti damnum infertur. l. 11. D. si quid in fraud. patro. Verum ut tuta esset fœminarum pudicitia (cum certitudo familiarum dependeat ex certitudine patrum, qui certi esse non possunt, si incerta sit matris castitas) inter crimina publico vindicanda iudicio, stupra posuere Romani; volueruntque stupri pœnam esse, si cætera honestæ existimationis vir stuprasset virginem, publicationem partis dimidiæ bonorum, si humilis & turpis moribus hoc flagitium fecisset,
- 23 corporis coërcitionem cum relegatione. §. 4. Inst. de publ. judic. In quo loco animadvertendum est, quod honestam ab humili distinguat Imperator, ad mores & vitæ genus referendum esse, ingenuis vel dignum vel indignum; non ad fortunæ vel dignitatis discrimina. arg. l. 3. §. 5. De de Bonor. possess. contra tabul. Sic Valentin. & Marcianus Imperatores *humilem & abjectam* fœminam minime judicant eam, quæ licet pauper ab ingenuis tamen parentibus nata irreprehensæ est vitæ; sed quam vilissima vitæ conditio & impudici mores infamant; hanc, & aliam nullam inter ingenuas pauperes & opulentiores, ex divitiis & opulentiore fortuna distantiam esse existimantes l. 7. C. de incest. nupt. <sup>2</sup>
- 25 Voluit enim legis Julæ auctor Augustus non tantum prospicere pudicitie illustrium fœminarum; sed & libidinosis amputare ansam vitiandi pauperes virgines, honestas & ingenuas tamen. Crediderim ego hanc stupri pœnam effugisse eum, qui vitiatam à se virginem, uxorem duxisset, idque ex eo colligo quod Marcianus dicit, *qui mulierem honestam & ingenuam in concubinato habet, nec hoc testatione manifestum facit: aut uxorem eam ducat, aut hoc recusans, stuprum cum*
- 26 *ea committit* l. 3. D. de concub. in Basil. Cæterum nihil interest, ut quis stupri reus accusetur, an invitatus, irretitusque illecebris corruptæ fuerit; an ultro libidinis auctor, virginis blanditiis extorserit pudorem: ut recte militi glorioso excusanti crimen, quod invitatus & oratus venisset, apud Comicum
- 27 occurratur à sene, *Quare ausus?* <sup>3</sup> Etenim & si inviteris, fugienda scelerata sunt. <sup>4</sup> At multum interest, quoad coërcitionem & pœnam, cum qua, quâ ratione & modo commissum fuerit stuprum: utrum nuptiis innata, an ad ulta corrupta dicatur: utrum invitaverit ultro stupratorem, an seducta fuerit; fraude, doloque ejus, qui juris speciem præferebat, aliave improbitate; an solis blanditiis, & amoris incantamentis: utrum fortuna & dignitate pari vel minori; an illustriori, & quæ ei honeste nubere non posset: utrum repugnan-

<sup>1</sup> Plaut. Aul. Act. 4. scen. 10. Terent. Adolph. Act. 3. scen. 4.

<sup>2</sup> Covarruv. part. 2. de matrim. c. 8. §. 5. n. 24. Vinn. in d. §. 4. insti. de publ. judic. comment. in Instis.

<sup>3</sup> Plaut. Act. 5. mil. glorios. <sup>4</sup> Heid. c. 2. conclus. crimin. x. pag. 162.

<sup>1</sup> *Libr. 5. pa-  
rad. 10. Me-  
noch. cas.  
238. n. 11.  
de arbitr. ju-  
dic. post. eos  
Anton.  
Matth. ad  
Libr. D. 48.  
Tit. 3. cap. 5.  
n. 8. de cri-  
min.*

ti, an volenti extorserit pudorem stuprator. Ordinario enim judicio & extra ordinem quis reus accusari potest. Et optime Alciatus observavit, quamvis legis Juliae poena capitalis non fuerit, si tamen quis extra ordinem accusaretur, capitalem poenam irrogari potuisse, quotiens improbius dolus, aliudve nefas stuprum comitatum fuisset, etiamsi vis adhibita non fuerit. Et hoc modo intelligendus Paulus est, cum scribit, *eum qui mulieri, puellave stuprum obtulerit, perfecto flagitio capite puniendum, imperfecto, in insulam deportandum, corruptos comites summo supplicio afficiendos esse.* l. 1. §. ult. D. de Extraord. criminib. Nec placet hic Baldi responso, Jurisconsultum de violento stupro loqui. Verba enim *persuadere & interpellare*, quibus utitur Paulus, interpretationem de vi adhibita respuunt. l. 15. §. 20. D. de injur. & famos. libell. Exasperatur porro poena in eum, qui stupro polluit eam, quam uxorem ducere legibus prohibetur, ut si libertus senatoris filiam, l. 16. l. 32. D. de rit. rupt. patronam, patroni filiam, neptem, proneptemve corruperit. l. 3. C. de nupt. Si quis ingenuas virgines, dignitate, honore & divitiis eminentes, privatus & nullius conditionis homo, pravis persuasionum illecebris, dolo, fraude ad stuprum seduxerit: admodum honestas & pudicas, donis, muneribus circumvenerit. Nec male Solon, (ut Duarenus ex Lysia adnotat) persuasionem gravius puniri voluit, quam violentiam: hæc enim corpus duntaxat violat, cum animum quoque persuasio corrumpat. *Persuadere plus est, quam compelli & cogi sibi parere*, Ulpianus ait. l. 1. §. 2. D. de serv. corrupt. Qui tutor pupillam quondam suam stuprat, deportatur in insulam, omnibus ejus facultatibus fisco addictis: l. un. C. si quis eam cuj. tutor fuer. Servus dominæ stuprator flammis imponitur, corrupta capite plectitur. l. un. C. de mulier. qua se propr. serv. conj. Virginis immaturæ corruptor, si honestior sit, in insulam relegatur, si humilior ad metallum damnatur: quod si pudenda ruperit, ut ad concipiendum inepta reperiatur reddita puella, ultimo hunc puniendum supplicio interpretes volunt: <sup>2</sup> *severius coercetur quoque, qui uxorem habens, fisco cœlibatu, stuprum committit, sub prætextu matrimonii;* l. 18. C. de adulter. Denique qui vi, virgini pudicitiam eripit, etiamsi sine armis vis facta dicatur, in legem Juliam de vi publica insuper incidit: l. 29. §. ult. D. ad leg. Jul. de adulter. l. 3. §. 4. D. ad leg. Jul. de vi publ. cujus poena, aquæ & ignis interdictio, seu deportatio est. l. 10. §. ult. D. ad leg. Jul. de vi publ. §. 8. Inst. de publ. judic. Nec placet illorum opinio, qui volunt lege Julia de vi privata, publicatione scilicet tertiæ partis bonorum plecti crimen sine armis perpetratum. l. 1. D. de vi privat. §. 8. Inst. de publ. judic. at crescere poenam, si vis armata arguatur. Quoniam Ulpianus & Marcianus, absque distinctione, vim publicam committere, & lege Julia de vi publica plectendum stupratorem, qui vim adhibuit, statuunt. l. 29. §. ult. D. ad leg. Jul. de adult. l. 3. §. 4. D. ad leg. Jul. de vi publ. Et hanc quidem poenam lex Julia huic crimini præscripsit. At non male mihi sentire videntur interpretes, argumento constitutionis Justinianæ de raptu, ultimo supplicio afficiendum violentum stupratorem: quam poenam aliquando stu-

<sup>2</sup> *Menoch.  
cas. 249. de  
arbitr. jud.  
Anton.  
Matth. d. l.*

do stupro sine vi perpetrato infligi posse, ex Paulo docuimus. Rapere videtur, qui vi stuprat, nec levius crimen est vi stuprare virginem, quam abducere: raptus autem poena mors est, etiamsi effectu caruit scelus *l. 5. §. 2. D. ad l. Jul. de vi publ. l. unic. C. de rapt.* Notantur præterea infamia, hoc iudicio, uti cæteris publicis, damnati *l. 7. D. de publ. judic. ad testimonii fidem non admittuntur l. 3. §. 5. l. 18. D. de testib.* tanquam indignis auferuntur, quæ sibi invicem testamento reliquerunt. *l. 4. l. 16. §. 1. D. de his quæ ut indign. aufer. l. 41. §. 1. D. de militar. testam.* fratres vel sorores consanguinei, contra testamentum fratris vel sororis, de inofficioso quæstionem movere possunt, instituto stupratore, vel stuprata *arg. l. 27. C. de inoffic. testam.* exheredari potest, quæ intra vigesimum quintum ætatis annum, alterius libidini corpus suum supposuit, *Novell. 115. cap. 3. §. 11.* Has porro, quas jam retulimus poenæ & in muliere stuprata locum quoque obtinuisse, satis allegatæ leges probant.

31 Justinianus insuper negat spurio ex illustri matre nato, existentibus legitimis liberis, succedendi jus ab intestato in bona materna, nec quoque cum aliquid consequi posse vult ex liberalitate viventis matris, nec etiam etsi ex testamento heres vocatus, vel ei aliquid legatum fuerit. *l. 5. C. ad SC. Orfician.* cum satis injuriosum, acerbumque satis, & indignum temporibus suis dicat

32 Imperator, in mulieribus ingenuis, & illustribus, spurios nominari. Viduæ voluntario pollutæ stupro, quas portentosæ vilitatis, & abjectæ pudicitiaæ lex vocat *l. 7. C. de revocand. donation.* quin plectantur poenis in secundas nuptias, constitutis nullum dubium est; etenim plus est, magisque ignominiosum, meretricio more, impudicas ducere noctes, quam iterare matrimonium: cum id revera turpe non sit. Itaque quæ post annum luctus pudori suo non parcit, earum rerum amittit proprietatem, quæ ex liberalitate defuncti mariti vel ex successione unius ex liberis percepit, retento tamen usufructu *arg. l. 3. & seqq. C. de secund. nupt. Novell. 2. cap. 1. & 4. Novell. 39. cap. 2.* Intra annum luctus vero quæ id perpetraverit, penitus amittit omnia à defuncto marito ei relicta, nec ex aliorum testamentis quid capere potest, nec ab intestato ultra tertium gradum succedere. *arg. l. 1. l. 2. C. de secund. nupt. Novell. 22. cap. 22.* & utroque casu jus revocandæ donationis propter ingratum liberorum amittit *l. 7. C. de revoc. donation.* dotem tamen non amittit, cum eâ non privetur, quæ intra annum luctus nubit *Novell. 22. cap. 22.* iisdem enim poenis, quas patitur intra tempus luctui perscriptum nubens, subdendam vult Imperator intra idem tempus stupro pollutam *Novell. 39. cap. 2. §. 1. in fine.*

33 Cæterum certum est, vi, fraude, aut dolo subactam virginem à crimine stupri remotam, & inviolatæ existimationis esse; *l. 7. l. 20. C. ad leg. Jul. de adulter. l. 13. §. 7. l. 39. D. eod.* adeoque non mereri poenam, quæ irreprehensa voluntate, ob majorem quam repellere potuit violentiam, in carne sua sensit expleri libidinem non suam *C. 3. caus. 32. q. 5.* sed an præter poenâs jam à nobis relatas, locum habuerit in muliere, quæ volens pudorem suum alienæ libidini submisit, durior illa legis Julia poena, quæ insuper in stupra-

tore

Anton.  
Matth. in D.  
libr. 48. Tit.  
3. cap. 5. n. 4.  
de Crimin.  
2. Vid. Jul.  
Clarum. §.  
Stuprum n. 5.  
3. Jul. Clarus  
§. Stupru. n.  
6. vide Me-  
noch. cas.  
288. de ar-  
bitr. judic.  
Covarruv.  
in 4. decret.  
part. 2. de  
matrim. c. 7.  
§. 6. n. 18.  
Anton.  
Matth. d. l.



tore obtinet, non adeo liquet. Hoc mihi constat, distinctionem inter *honestum & humilem*, qua distinguit stupri poenam Imperator; in §. 4. *Instit. de publ. judic.* in mulieribus stupro pollutis obtinere non posse. Nam cum vilibus & abjectis scæminis impune stuprum committitur, imo potius non committitur, cum eas, ob vitæ vilitatem, legum observatione indignas Diocletianus cum Maxim. & Constantinus Imperatores judicarunt. l. 22. l. 29. C. ad leg. Jul. de adulter. ideoque scripsit Ulpianus, impune committi stuprum in ea vidua, quæ ante matrimonium vulgaris fuit. l. 13. §. 2. D. ad leg. Jul. de adulter. Nec hic quicquam valet Hippolyti effugium, non quidem plecti, qui cum vidua vulgari congruitur, sed ipsam viduam extra legis poenam non constitui: nam cum qua stuprum non committitur, rea stupri dici nequit. At ego, ut verum fatear, hunc Ulpiani locum huc vix pertinere puto; non enim mihi jurisconsulto vulgaris dicitur, quæ est peregrina, & ex adventitio vulgo, non civis Romana, uti Alciatus putat. vel ut alii, quæ de plebe, vilis, & abjecta, attamen integra & casta est: etiam si horum sententia non adverteretur idioma-tilatino: uti ex hoc Capitolini palam est, *Verus ad amicæ vulgaris arbitrium posuisse barbaram fertur.* atque hoc Suetonii de Vitellio, *ex muliere vulgari Antiochi cuiusdam sumariam exercentis filia, equitem Romanum genuit.* in Vitell. Verum existimo Ulpianum, eam dicere scæminam vulgarem, quæ vulgo alienis libidinibus inservit, vel ut loquuntur Diocletianus & Maximianus, *qua passim venalem formam exhibuit, & prostitutam meretricio more vulgo se præbuit.* l. 22. C. de adulter. ea enim significatione hæc vox probatis auctoribus sumitur: Plautus ait, *cuique me absente, corpus vulgavit suum.* Valerius Maximus, meretricem libertinam, vulgarem appellat. Idque vel quia meretrices corpora sua quasi vulgant; vel ex more, quo illæ apud ædiles licentiam stupri vulgabant, uti Tacitus refert. Cæterum ut ex diverticulo in viam redeamus, est nobis quæstio, an in honesta & ingenua virgine, commissum stuprum legis Julæ poena vindicatum fuerit. Autumat Antonius Gomezius, non minus stupratarum, quam stupratorum flagitium coercitum fuisse: atque hoc tam aperte à Valeriano & Gallieno in l. 18. C. de adulter. à Diocletiano & Maximiano. in l. 20. C. eod. indicatum dicit Antonius Matthæus, ut miretur nonnullos contrarium affirmasse; quos putat quoque historiam refellere, cum Valerius referat, Pontium Aufidianum, & P. Atilium Philiscum filiarum supra, earundem nece ultos esse. Nos vero facile concedimus Antonio doctissimo viro, Alexandri constitutionem ei non obesse; quamvis illa dicat, corruptam stupratorem suum accusare posse, l. 7. C. ad l. Jul. de Adulter. quod absurdum esset, si ipsa, eadem lege, qua accusat, teneretur. Non tamen intelligimus cum eo, Alexandrum loqui de ea, quæ vi, aut dolo, ficto forte cœlibatu decepta, alterius libidini succubuit; verum de ea muliere quæ nondum viripotens, sine vi tamen corrupta fuit: Ratio nostræ sententiæ est, quod in Basilicis ita legatur præfata constitutio, *Propter violatam Virginem novellam, qua postea pubescere cepit, accusator justus (supple, maritus) non est.* libr.

<sup>1</sup> In singul.  
151.

<sup>2</sup> Libr. 2 pa-  
rerq. cap. 40.

<sup>3</sup> In Vero  
Imperat.

<sup>4</sup> Libr. 6.  
cap. 3. n. 11.  
Exempl. me-  
morab.

<sup>5</sup> Ad leg.  
Tauri. 80. n.

<sup>6</sup> Ad lib. 48.  
Digist. Tit. 3.  
cap. 5. n. 6.  
de crimib.

libr. 60. Tit. 37. *const.* 52. Nec hanc interpretationem respuit communis lectio, modo virgo pro impubere accipiat: quod jurisconsultis nostris, uti ex Papiniano patet l. 63. D. de rit. nuptiar. nec latinis auctoribus insolitum est; Nam Nonius quoque hanc significationem notat, cum virgines, non tantum foeminas, verum etiam pueros investes, & quicunque ex ephebis excesserunt, devirginatos dictos dicat. <sup>1</sup> Violatque denique nomen non semper pro stupro, adhibita vi, sed etiam sine vi illato sumitur. Conceditur puellae, quae immatura nuptiis, improba stupratoris persuasione, corrupta fuit, assistentibus curatoribus persequi injurias suas, accusando corruptorem suum; quum impuberis voluntas, quasi nulla habenda sit, propter ætatis imbecillitatem, & seductioni obnoxiam fragilitatem, ut merito quoque pro debita tanto delicto, si probetur, severitate, Præses Provinciæ examinare debeat. At vero adultæ ætati & robustæ, quæ volens stuprum patitur, concedere licentiam accusandi stupratorem suum ex lege Julia, cujus ipsa rea accusari posset, contra legis rationem & incongruum videtur. *arg. l. 37. D. de minoribus.* quod tamen Cujacio placuisse reperio. <sup>2</sup> Cæterum, ut revertamur, unde digressi sumus. Si vera sit Matthæi sententia, equidem satis mirari nequeo, quæ ratione nusquam expresse cautum reperiatur, vindicandum lege Julia in foemina stuprum esse, eadem qua in stupratore pœna: & cur Imperator omiserit pœnam stupratæ esse infligendam, cum tamen accurate, quomodo in corruptore plectendum sit crimen, exprimat? §. 4. *inst. de publ. judic.* Nec me movent allegatæ à doctissimo viro leges; quarum prima à contrario infert, vindicandam esse ejus mulieris libidinem, quæ sciens habenti uxorem se copulavit matrimonio l. 18. C. ad leg. Jul. de adulter. quod certe crimen simplici stupro gravius est. Alteram legem 20. C. eod. referunt interpretes ad tribadas & frictrices. At nos isto non egemus effugio, nec hanc interpretationem admittit textus: verum dicimus Imperatores hoc loco non dicere eadem legis Juliæ pœna plecti mulieres, quæ pudorem suum alienis libidinibus prosterunt, qua puniuntur stupratores: sed quæ de nuptiis latæ sunt leges, foedissimis his mulieribus connubia cum honoratis & honestioribus viris interdicare. Minus est, quod ex Valerio adfertur: non enim spectandum est, quid unus alterve iratus pater, vel agnati fecerunt; sed quid leges statuerunt, sine quibus loqui erubescit Jurisconsultus. Deinde Pontius Aufidianus eques Romanus fuit, comperitque filiæ suæ virginitatem à pædagogo Fannio Saturnino scelerato servo proditam, ut mirum non sit, illum non contentum, servum affecisse supplicio, etiam graviter à filia crimen exegisse. <sup>3</sup> Notandum quoque est tempore Aufidii & P. Atilii, nullam certam pœnam hisce criminibus præfinitam, sed majorum more impudicarum mulierum coercitionem propinquis & necessariis mandatam fuisse, eosque in eas pro arbitrio statuisse, uti id ex Valerio Maximo patet, <sup>4</sup> atque Suetonius in Tiberio ostendit, cum refert eum auctorem fuisse, ut propinqui more majorum de communi sententia coercerent matronas prostitutæ pudicitæ, quibus accusator publicus deesset:

M m

quam-

<sup>1</sup> Lib. 38. de propriis servorum.

<sup>2</sup> Libr. 20. cap. 16. ob servat.

<sup>3</sup> Valer. Maxim. libr. 6. cap. 1. n. 3. exempl. memor.

<sup>4</sup> Lib. 6. c. 3. n. 8. exempl. memor.

quamvis & tum lex Julia de adulteriis lata fuisset. Quid tum? ita sentio; Matthæi doctissimi viri sententiam veram esse, sed allegatis legibus non satis probari posse. Ego vero sic argumentor; Papinianus ait, hoc capite legis Juliz mulieres quoque teneri, quod domum præbuerunt, ut pro comperto stupro aliquid acciperent. l. 10. §. 1. D. ad leg. Jul. de adulter. at ex sententia hujus & aliorum jurisconsultorum, eadem pœna legis Juliz puniuntur, qui stuprum, adulteriumque suadent, quam qui committunt. l. 12. l. 14. D. ad leg. Jul. de adulter. Itaque ex adverso, si legis Juliz pœna plectuntur mulieres, quæ suadent stuprum, multo magis quæ ipsæ stuprum committunt. Verum ante latam legem Juliam, vel ex arbitrio propinquorum, uti ex allegato Suetonii loco patet, vel etiam aliquando ab Ædilibus extra ordinem coercitam fuisse hanc scœminarum libidinem, uti ex Livio colligo, cum refert L. Vilius Tapulum & M. Fundanium Ædiles plebis aliquot matronas probri apud populum accusasse, & in exilium egisse.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Libr. 25.

Cæterum lex Julia, ut jam incepimus dicere, Ulpiano interprete, non duntaxat punit qui stuprum commiserunt, sed etiam qui suaserunt, consilium dederunt, opemve tulerunt, qui pretium pro comperto stupro acceperunt, aut domum præbuerunt: l. 13. l. 14. D. de Adulter. l. 37. §. 1. D. de minorib. l. 3. §. 3. D. de accusation. l. 8. D. de eo quod metus causa. Etenim hæc omnia cum in adulterio obtineant, in stupro obtinere, rationis est. Recte Antonius Matthæus notat, quod leges dicunt, *suasores hujus criminis quasi adulteros esse puniendos, & pœna legis Julia de Adulteriis teneri* l. 8. 9. 10. D. l. 10. C. de Adulter.<sup>2</sup> ita intelligendum esse, ut hi prædicatores vel adulterii vel stupri, pro arbitrio actoris accusari possint; sed si eligatur adulterii accusatio, non pœnam adulterii à Constantino introductam, sed legis Juliz, publicationem bonorum nempe, vel relegationem infligendam esse. Etenim offenderet rectam rationem, si gravius plecteretur qui suadet crimen, cujusque ope vel consilio factum est, quive domum præbet, quam qui committit. Sed ut verum fatear, non opus videtur hac doctissimi viri cautione: nam mihi accuratius allegatas leges inspicienti, non inferre eæ videntur, qui ope, consiliove stupratorem juvant adulterii accusari posse: at stupri tantum, uti qui adulteros juvant adulterii. Nec adversantur nobis Papiniani verba, *quasi adulter puniatur* l. 8. D. ad leg. Jul. de adulter. Stuprum, adulterium, nefandam cum masculis libidinem, & lenocinium conjungens Jurisconsultus, adulterii pœnam tantum exprimit, ut quæ graviori delicto, & lenocinio quoque infligitur. Alexander vero adulterium stuprum vocat, dicitque eum plecti Juliz legis de Adulteriis pœna, qui pro comperto stupro, id est, adulterio pretium acceperit. l. 10. C. de Adulter. At vero lex Julia promiscue de adulteriis & stupro loquitur, atque stuprum pro adulterio, & adulterium pro stupro sæpius sumit. l. 6. §. 1. D. ad leg. Jul. de adul. Sic inscribitur Rubr. Codicis, ad legem Juliam de Adulteriis & stupro: Sic pœna stupri, pœna adulterii dicitur, l. 22. C. de Adult. Sic qui tutor ante completam ætatem pupillam ducit, accusari adulterii posse ait Jurisconsultus.

<sup>2</sup> In d. libr. D. 48. Tit. 3. cap. 5. n. 7. de criminib.

sultus, id est, stupri *l. 7. D. ad leg. Jul. de Adulter.* Sic per concubinatum adulterium non committi Marcianus ait, id est, stuprum. *l. 3. §. 1. D. de concubin.* Nec ratio est, quare adulterium pro stupro explicari non possit, cum adulterare nativa sua significatione nihil aliud sit quam corrumpere; corrumpitur autem virgo, quæ stupro polluitur. Ita adulterinos nummos, stateras, testamentum, rationes pro corruptis dicimus *l. 16. D. de pœnis l. 6. §. ult. D. de extraord. crimin. l. 6. D. ad leg. Cornel. de fals. l. 1. D. de serv. corrupt.* Sicut & vice versa Plautus, aliique stuprum sæpius pro adulterio posuerunt. Ex quibus patet, recte à Papiniano dici, lege Julia de adulteriis plecti, qui stupri pœnam

38 patitur. Tandem notandum est, extra legis pœnam esse, qui non animo stupri committendi, honestæ virgini vitium obtulit, cum iusta ratione ductus existimaret, in ea stuprum non committi; ait enim lex, qui sciens dolo malo stuprum, adulterium vefecerit. *l. 12. D. ad leg. Jul. de Adulter.* itaque si dolus absit, cessat pœna. Quapropter, cum doli suspicionem quilibet facti error excludat *l. 12. §. 3. D. de liberal. caus.* qui ancillari veste, non matrum familiarum indutam virginem appellaverit, minus peccare videtur; meretrice veste vestitam, multo minus *l. 15. §. 15. D. de injur.* eamque qui stuprauit, vix est, ut lege Julia teneatur. *arg. l. 43. D. ad leg. Jul. de adul.* quoniam hac

39 mente, & animo amplexus puellam non est, ut stuprum committeret. <sup>1</sup> Hinc solvi potest & illa quæstio, quæ alibi à Quintiliano proponitur: an adulterii teneatur maritus, qui publico lupanari, credens se cum prostituta meretrice rem habere, alienam subagitat inscius uxorem. certe error ejus à dolo & scientia longe abest, quorum utrunque lex Julia in hoc delicto exigit. Cave tamen hoc moribus nostris applices, quibus cum innupta, & meretrice à marito commissus coitus adulterium esse dicitur. <sup>2</sup>

40 Jus pontificium emolliens legis Juliæ duritiem, divinam de stupro constitutionem probavit, quam verbotenus ex Exodo transcripsit Gratianus. *C. 1. x. de adulter. & stupr.* eam tamen dilatavit, tum quatenus & ipsius stupra-  
tæ consensum in nuptias requirit, cum solius patris voluntati acquiescat jus divinum. *gloss. in d. cap. 1.* tum quatenus copulativam, ducat et dotet, resolvit in alternativam, aut ducat aut dotet. tum quatenus jussit Gregorius Papa, ut stuprator condemnatus ducere stupratam, & nolens parere judicis sententiæ, excommunicetur, & post corporis coercitionem, in monasterium, ut pœnitentiam agat, detrudatur. *C. 2. x. de adulter.* <sup>3</sup> Jus vero divinum non re-

<sup>1</sup> Brissou. *libr. singul. ad l. Jul. de Adulter.*  
<sup>2</sup> Groenew. *in l. 22. C. de Adulter. tract. de legib. abrog.*  
<sup>3</sup> Perez. *in Cod. ad Tit. de adul. Less. de justis. & jwr. libr. 2. dubit. 2. n. 71. cap. 10.*

misit necessitatem nuptiarum; sub quacunque pœna, cum absque ulla limitatione dicat, *ex voluntate patris esto stuprata stupratori in uxorem, omnibus diebus suis, Exod. 22. vers. 16. 17. Deuter. 22. vers. 28. 29.* Cætera textus verba, reddet juxta modum dotis, quam virgines accipere consueverunt. *C. 1. x. de adulter.* intelligunt pontificii ita, ut ea tantum dos assignanda sit præflorata, quæ virgini suffecisset ut nuberet pari viro: idque si ipsa, paterque ejus spreverint affinitatem stupratoris volentis nuptias, & qui paris est dignitatis atque fortunæ: si vero inæqualem genere & fortuna, vel moribus turpem, adeoque jure

optimo recusaverit pater stupratorem generum habere, vel ille negaverit uxorem ducere stupratam, dandum insuper puellæ illud putant, quo pluris indiget corrupta, ut nubat marito dignitate sibi pari.<sup>1</sup>

Vtebatur olim Patria nostra, divina lege, vitiatamque matrimonio stupra-  
toris honorabat: non quod jure naturæ (cujus simplicitati inhærere admo-  
dum Majores nostri solebant) volenti damnum illatum sit resarciendum, sed  
ut subveniretur aliquantulum fragilitati scæminei sexus, simulque ut coërce-  
rentur crebra virorum cum virginibus stupra, quos puellis malorum morum  
auctores esse, indigne tulerunt prudentissimi mortales. Id ipsum jus hodie  
adhuc quasdam civitates amplecti Grotius testatur, verum nullas producit  
municipales leges, quibus id constitutum patet.<sup>2</sup> In statutis Amstelædami  
cautum reperio, stupri pœnam esse nuptiarum necessitatem, si ita arbitrabitur  
judex, & matrimonium deflorata velit: tum vero dotem constituendam  
duntaxat, cum justa ratio stupratorem à nuptiis contrahendis excusat: deinde  
quoque arbitrio judicis committitur, vindicare commissam libidinem, erogata  
stupratori civili multa, vel corporis coërcitione. *art. 11. 12. Ordonn. van  
houwel. saack. tot Amsterd. vand. jaar 1586. art. 16. instruct. voor commiss. van houwel.  
saack. tot Amsterd.* Id ipsum quoque repperi sancitum Transylvanianæ legibus.  
*part. 2. Tit. 1. art. 6. lantreght. van Overysel. & Daventriæ statutis part. 3. Tit. 1.*  
*art. 10. Reght. en gewoont. tot Devent.* Verum cæteræ civitates, locique, quæ  
hac in re specialibus non utuntur legibus, non sequuntur hodie jus divi-  
num, sed generalem totius Europæ (ut testantur interpretes) consuetudi-  
nem, dictantem, *aut ducat aut dotet*: adeoque solius stupratoris arbitrio com-  
mittunt, an ducere stupratam, an ei constituere dotem in pretium interfectæ  
virginitatis velit, nulla optione alterutrius, puellæ vel patri ejus concessa.<sup>4</sup>  
Quam consuetudinem expressa sanctione probarunt Ordines Generales. *art.  
86. eghreglem. vande Staten gener. & præjudiciis firmavit Hollandiæ Curia.*<sup>5</sup>

Putat Grotius duritiem divinæ legis, tractu temporis Majores nostros re-  
misisse, quod viderent illius fiducia pauperculas puellas, & ancillas ultro  
procaciores, formæ venustate, honestiorum & locupletium adolescentum  
connubiis insidiari: quæ ratio, justa divinæ legis disjunctionis causa quoque  
Antonio Matthæo videtur, dicitque recte voculam copulativam, ducat &  
dotet, resolvi à magistratu potuisse in alternativam, *aut ducat aut dotet*, quia  
non simpliciter lex divina jubet utrumque fieri, sed si pater velit, qui & con-  
tentus potuit esse dote sola: atqui quod privato patri licet, id quoque  
magistratui, patriæ patri licere, negandum non est.<sup>6</sup> Minus negotii facessit,  
si quis quærat, cur hodie nuptias eligens stuprator, non cogatur nuptiæ  
vitiatæ dotem quoque assignare, cum tamen & nuptias, & dotem voluerit  
Deus; Sciat ille, constitutionem dotis à sponso apud Ebræos signum  
fuisse legitimi matrimonii, atque pellicem habitam, quæ nullis sponsalibus &  
nulla

<sup>1</sup> Covarruv.  
part. 2. de  
matrim. c. 6.  
§. 8. n. 20.  
Menoch. cas.  
288. n. 18.  
19. de arbit.  
judic.  
<sup>2</sup> Part. ult.  
cap. 35. verb.  
Bylapinghe,  
inleyd. tot  
Holland.  
Raghige-  
leerth.  
<sup>3</sup> Carpz. lib.  
2. Tit. 14. de-  
finit. 228.  
229. jurispr.  
consistor.  
Sand. libr. 2.  
Tit. 1. defn.  
10. decis.  
Fris. I. Clar.  
§. stuprum. n.  
3. Papen.  
lib. 22. Tit. 9.  
arrest. 9.  
Ant. Gomez.  
ad leg. Tauri.  
80. n. 7. Me-  
noch. libr. 2.  
cas. 288. n.  
14. de arbit.  
judic. Have-  
mann. libr. 4.  
Tit. 4. post. 4.  
Gamol. sy-  
nept.  
<sup>4</sup> Grot. d. l.  
Groenervv.  
in §. 4. Inst.  
de public. ju-  
dic. Christin.  
ad leg. Mach-  
lin. Tit. 18.  
art. 6. n. 3.  
<sup>5</sup> Inde saac-  
ke van Iosna  
van Zyden-  
burgh Eys-  
cherse ter  
eenre, ende  
Frans van  
der Does gedaaghd. ter andre syde den 2. Maart. 1582. inde saacks van Ellers Ooms gerequirerde ter eenre, ende  
Geertruyt Schepels requirante ter andre syde den 10. May. 1636.  
<sup>6</sup> In libr. Digest. 48. Tit. 3. c. 7. n. 17. de crimin.

nulla dote constituta jungebatur marito: verum mores nostri omnium bonorum societatem inter conjuges invexerunt, justumque ducunt matrimonium, quod ritu solenni contractum est, etiamsi nulla dos, donatiove ante nuptias constituta, vel ulla res in societatem conjugalem collata fuerit.

- 44 Dotanda ergo vel ducenda, quæ stuprum passa, puella est. Quid? etiam illa quæ occasionem ut appellaretur, dedit, cultu ornato, spiranti venerem vultu, verbis ad lasciviam compositis, gestu libidinem irritante? ait Comicus

*Munditia, illecebra animo est amantum.*

*Amanti amantitas malo est.*<sup>1</sup>

Quid si illa non adeo repugnans se summisserit juveni, ut propriæ libidini indulgisse videatur? Dotanda nihilominus, vel ducenda est: nec excusare stupratorem potest, quod formosa videri, atque colloquentibus grata, & amabilis esse studuerit puella; ne semper alias stupratoribus cavillandi occasio detur. Aliud est, si adeo petulans & procax fuerit puella, ut palam abjecto omni pudore, meretricio more, ultro appellaverit juvenem, eumque ad coitum incitaverit: non enim illa favorem meretur, quæ libidinis auctor fuit, & seduxit stupratorem.<sup>2</sup> uti id expresse apud Frisios cautum reperio.

*Art. 1. & 2. Tit. 4. libr. 1. statuten van Friesland.* Verum sunt, qui hanc non admittunt sententiam, voluntque lascivientem puellam furenti, cui mos geri non debet, comparandam esse, atque stupratori hoc modo culpam excusanti, *ultro ventum est ad me: oratus sum venire hinc: occurrendum esse cum sene apud Comicum, quare ausus?*<sup>3</sup> Putant enim debuisse juvenem, firmiori judicio, erigere insidiis & stimulis carnis deceptam ac incensam puellam: deinde dicunt præsumptionem semper esse, tantum dedecus noluisse virginem, nisi sollicitata, nisi odio-

sis artibus prius circumventa sit. *arg. l. unic. C. de rapt. virgin.*<sup>4</sup> Verum ego hac in quæstione, multum prudentiæ judicis deferendum puto, judicaturi ex ætate, dignitate tum stupratoris tum stupratæ, favorem anne mereatur infirmitas puellæ.

- 45 Mulieres, quæ nobis certa mercede inserviunt, apud nos non comparantur vilibus & abjectis personis, cum quibus adulterium vel stuprum, quod lex Julia plectit, committi non dicitur jure civili. *l. 29. C. de adulter.* ideoque viciatæ, vel ducendæ vel dotandæ sunt. Etenim, licet mercenariæ sint, ingenuæ tamen sunt, & sæpius honestis parentibus natæ; depressæ duntaxat fortunæ infelicitate. Atqui nulla apud nos lex vetat locupletiores pauperiori, puellæ matrimonio jungi: nec divina de constituenda dote sanctio inter viciatam infimæ foris, vel majoris familiæ puellam distinguit. Deinde & hæc dos, quasi pretium ereptæ virginittatis & amissi pudoris, traditur, at grata quoque in plebeia virgine virginittas est, & magni æstimandus pudor.<sup>5</sup> Verum quæ deducta in fornicem ad quæstum sedet, & nundinato pudore cuilibet prostat, etiamsi virgo sit, cum ut meretrix subigatur, ad consequendam dotem actionem non habet; ipsa enim sibi mali causa est. Recte Terentianus Parmeno, *quis homo unquam pro macho vidit in domo meretricia prebendi quem-*

M m 3

quam?

<sup>1</sup> Menoch.

*Art. 2. f. 2.*

<sup>3</sup>

<sup>2</sup> Anton.

*Matth. d. l.*

*Gomez. ad*

*legem Tauri*

*80. n. 10.*

*in fine.*

<sup>3</sup> *Art. 5.*

*mil. glorios.*

<sup>4</sup> *Bayard. in*

*Clarum S.*

*stiprum n.*

*10.*

<sup>5</sup> Anton.

*Matth. d. l.*

*Jul. Clarus S.*

*stiprum n. 3.*

*Havemann.*

*libr. 4. Tit. 4.*

*post. 4. G.*

*mol. synops.*

*Menoch. cas.*

*288. n. 15.*

*de arbit.*

*Ind.*

<sup>1</sup> *Enunch. act. 5. scen. 5.* *quam?* <sup>1</sup> Sic quoque, quo jure honestæ virginis stuprator dici potest, qui in publico lupanari prostantem ducat mulierem? *arg. l. 15. §. 15. D. de injur. & famos. libell.* Nec dotanda etiam illa est, quæ ab alio jam ante stupro polluta fuit. Etenim si dotem à primo stupratore nata sit, jam interfectæ virginitatis pretium accepit: si non; indigna beneficio legis est, quia sæpius se stuprandam præbens, meretricios mores æmulata fuit. Volunt quoque interpretes non habere mulierem dotis actionem, quæ pro admisso stupro pretium accepit: nolunt tamen in totum stupratorem indemnem esse, cum à patre puellæ, cui & injuria & damnum illatum est, conveniri possit, ut præstet, quo ille pluris indiget ad collocandam vitiatam. <sup>2</sup> Quid vero, si vidua 47 stuprum passa fuerit? volunt quidam, inter quos Antonius Matthæus est, eandem legem, quæ de virgine loquitur, & ad viduam porrigendam esse, quia non duntaxat hæc dos datur, ut sit amissæ virginitatis, sed etiam deperditæ pudicitie pretium: atqui æque in vidua, quam in virgine expetenda pudicitia est. Deinde quoque non tantum stupratæ addicitur dos, ut eo ipso melius virum inveniat (nam aliunde satis amplas facultates habere posset, quæ sufficerent ad illiciendum aliquem ad nuptias) sed & ut erogata pecunia dotis, pœna sit stupratori. <sup>3</sup> Verum hæc sententia quamvis ratione non careat, usu tamen apud nos recepta non est, quippe sola virginitas est, quæ delibata, dote compensari debet. <sup>4</sup> Actionem ad consequendam dotem & pater, & 48 vitiata puella habent, imo & vitiatæ maritus; seu infra fortunam, seu digno genere & conditione sua, nupserit illa. <sup>5</sup> Nulli etiam dubium esse potest, quin dotem dare teneatur stuprator, qui jam aliam mulierem duxit uxorem domum: ipse enim sibi nuptiarum cum stuprata electionem eripuit, ut dotare tantum possit, *arg. l. 203. D. de regul. jur. l. 3. C. de sponsal.* Quod si pendente lite mulier decesserit, eam, actionem suam ad heredes transmittere autumat Perezus: <sup>6</sup> quia quæsta fuit de stupro, & se vivens dispositioni legis conformavit dictantis, *ducat aut dotet.* Stuprator vero, cum tergiversando sibi eripuerit potestatem ducendi, non potest queri sibi injuriam fieri ex necessitate duntaxat dotandi, Nec est, quod dos absque matrimonio esse non possit eaque detur, ut facilius virum inveniat vitiata: nam hac dote gaudet stuprata etiam si nunquam nubat, & etiam pœnæ nomine à stupratore exigitur. Dotis hæc actio, cum civilis sit, perpetua est. *arg. princ. Instit. de perpet. & tempor. act.* ideoque & post quinquennium institui potest, quamvis actioni de stupro criminali hoc spacium lex Julia præfiniverit. *l. 29. §. 6. D. ad leg. Jul. de adult.*

Cæterum dos hæc ex arbitrio boni viri à judice moderanda est. *arr. 13. or-* 49  
<sup>7</sup> *donn. op. matrimon. saack, tot Amsterd.* & spectabit ille tum facultates stupratoris, tum conditionem vitiatæ, *arg. l. 60. l. 69. §. 4. D. de jur. dot. & peculiariter æstimare debet, quanto carius elocentur corruptæ, quam integræ.* <sup>7</sup> Sande Clarissimus quondam Frisæ senator, conditionem vitiatæ duntaxat inspiciendam autumat, & ad eam quantitatem redigendam dotem, quam pater filiæ suæ constituisset: <sup>8</sup> sed ille verbis constitutionis Frisæ inhæret, non juri communi nititur.

Repræ-

50 Representanda hæc dos est, ut eo melius conditionem invenire puella possit, non expectandæ sunt nuptiæ. tum ne fraude & technis stupratoris speratæ semper turbentur; tum ne imminet puellæ periculum amittendæ dotis, cum antequam illa contrahere possit nuptias, labi facultatibus stuprator possit. <sup>1</sup> *Ant. Matth. d. l. n. 22. Bajard in Jul. Clarum. §. supr. n. 24.* Dos data restituenda non est, etiamsi nunquam nubat puella. Nam quamvis detur, ut facilius viro nubere vitata possit; datur quoque, ut sit pretium ereptæ virginitatis, quæ cum restitui nunquam possit, nec dos unquam restituenda est. Deinde quoque hæc dotis traditio inungitur tanquam poena stupratori, à qua illum liberare non debet cœlibatus puellæ: cum ipse in causa sit, ut difficillime illa consortem invenire possit. Nam & adhuc apud nos hoc, quod de Antiquis Germanis Tacitus refert, verum est, apud honestiores *publicata pudicitia nullam esse veniam, non ætate, non forma maritum invenire.* <sup>2</sup> *De morib. German.*

51 Hactenus de dote, tanquam pretio interfectæ virginitatis. videamus porro quæ insuper mala stupratorem premant. Et primum sciendum est, si tantum sese exercuerit juvenus, ut testis libidinis in cunis luserit parvulus Æneas, obligatum esse stupratorem, & ferre puerperii expensas, & tollere infantem. <sup>3</sup> Nec est, etiamsi quoque transactione interposita, de pretio deflorationis lis finita ostendatur, modo nullum de alendo partu interjectum verbum fuerit. Etenim diversæ sunt, & ad diversum finem tendunt, nec se mutuo tollunt, de dote & alendo filio actiones. *arg. l. 2. §. 1. D. de tutel. & ration. distrab. l. 60. D. de obligat. & action.* Dos puellæ datur pro amissa pudicitia & flore virgineo, ipsumque stupratæ jus concernit: alimenta vero infanti debentur, ut mater quæ de dote transegerit, infanti præjudicium fecisse, & alimenta præstanda remisisse patri, non credatur. <sup>4</sup> Cæterum quod diximus de tollendo partu, intelligunt interpretes, quod mater alere spurium usque ad triennium debeat *l. 9. C. de patr. potest.* pater vero, post triennium usque ad eam ætatem, qua sese filius proprio Marte sustinere poterit. *l. 5. §. 7. D. de agnoscend. & alend. liber.* attamen ita, nisi mater & tenella, & pauper, & imbecillis, sibi & puero, manibus victum quærere non possit. <sup>5</sup> At mores nostri, nulla ætatis distinctione facta, simplicitati juris naturæ inhærentes, utrique parenti injungunt communibus impensis communem alere nothum: *arg. l. 1. §. 3. D. de just. & jur. C. 5. x. de eo qui dux. in matrim. quam poll. adult.* verum si alter inops sit, vel quærendo victui non sufficiat, totum alendi onus dii & valido imponunt. *arg. l. 5. §. 2. D. de agnosc. & alend. liber.* Quid si utroque destituant bona, nec alendi facultas sit? puta filios & filias familias, & ætate minores esse stupratores, & ita educatos, ut nulla arte adhuc sibi victum comparare possint? Ad eorum parentes hoc alendi infantis onus pertinet, detra- cturos si velint, in commodum cæterorum liberorum, ex hereditatis parte, quæ stupratori debetur, quantum in alendo ejus notho consumserint. <sup>7</sup> Si vero sui juris stuprator, fugitivus vel absens sit, ut compelli ad constituendam dotem, solvendas puerperii impensas, & præstanda infanti alimenta non possit, in bona ejus, si quæ hic habeat, sententiæ executio decernenda

est:



est: quin & in bona ejus, stuprata immitti à judice potest, tum ut ex iis sumat sine quibus foetus sustineri non potest, idque pro facultatibus & dignitate stupratoris & sua. *arg. l. 1. § 19. D. de ventr. in possess. mitt.* tum ut iis incumbat tanquam doti sibi obligatis, donec elegerit stuprator, vel matrimonium vel

<sup>1</sup> *Carpz. d. l. definis. 242.* dotandi onus, & filio alimenta constituerit. <sup>2</sup> Suspectus de fuga, si nulla possideat immobilia bona, in loco, ubi vel ad ducendam, vel dotandam stupratam, vel præbenda infanti alimenta agitur, carcere detineri potest, donec caveat fidejussoribus vel pignoribus datis, judicio sisti, aut judicatum solvi: quod si hæc facere nequeat ex arbitrio judicis jurejurando defungi potest, uti quondam Holl. Curia judicavit. In hac materia quoque hæc quæstio ventilari solet, apud quem natus infans enutrirī debeat? & refert Annæus Robertus censuisse senatum, non esse puellam crudeli sævitia à maternis visceribus divellendam, cui natura ad alendos liberos ubera dedit, & ut hoc velit, magnum affectum erga partum impressit, ideoque amantissimæ matri charissimam filiam fovendam & educandam adjudicasse. *arg. l. 1. D. ubi pupill. educ. deb.* <sup>3</sup> Quod & mores nostri sequuntur, nisi justa & prægnans ratio aliud suadeat.

Qui confitetur stuprum, pro patre infantis habetur, & interlocutoria sententia infanti alimenta præstare condemnatur, etiam si quoque mulierem meretricem esse, vel pluribus se commiscuisse dicat, vel tantum temporis à concubitu effluxisse, ut ex eo conceptus, natus infans esse non possit: quippe coitum fatenti in cæteris fides denegatur, & impræsens mulieri etiam non juratæ creditur. <sup>4</sup> atque rejicitur in aliud tempus quasi altioris indagationis principalis causa. Verum si postea solidis suffultus argumentis probaverit stuprator, ex eo conceptum infantem esse non posse, vel ex patribus conventitiis concipisse meretricem, vel à pluribus palam subactam, vel clam surreptitio amore sæpius usam, vel pretium danti obsequutam; peremptoria sententia à dotis datione, puerperii expensis, tollendo partu absolvendus est. <sup>5</sup> Etenim vulgo conceptus dicitur, qui ex ea natus est, quæ se plurium libidini prosternit *l. 23. D. de stat. homin. l. 5. §. 4. D. de agnosc. & alend. liber.* at cui pater populus, ei pater nullus. Quid si non tantum patrem se esse, sed & ipsum stuprum neget juvenis? ejus probatio mulieri incumbit, cui cum non credatur hoc casu, etiam si partu laborans jurejurando affirmaverit hunc patrem esse, *arg. l. 3. §. 1. D. ad SC. Syllan. l. 10. D. de testib.* accidit sæpius, præfloratas non deficere jus, sed probationem juris, uti Paulus in alio casu loquitur. *l. 30. D. de testam. tutel.* cum supra in occulto, & nullis testibus præsentibus committi soleant. *arg. C. ult. caus. 32. q. 5.* At vero si in probatione deficiat stuprata, poterit stupratori jusjurandum purgationis deferre, eique hanc necessitatē imponere, vel jurisjurandi religionem subire, vel jusjurandum referre, <sup>6</sup> etiam si quoque mulier, cum partu laboraret, eum patrem esse non juraverit: quia manifestæ turpitudinis, & confessionis est, nolle nec jurare nec jusjurandum referre. *l. 38. D. de cis. 3 n. 4. & 88. part. 3. IC. Batav.*

jure-

*jurejurand.* <sup>1</sup> & ita sæpius ab Hollandiæ Curia judicatum fuisse Groenewegen <sup>1</sup> *Christin. d. l. art. 5. n. 3.*  
testatur. <sup>2</sup>

53 Tandem quæri potest, ane legis Juliæ, vel alia insuper pœna hodie in <sup>3</sup> *part. ult. cap. 35. n. 22. in-*  
stupratore & stuprata plectatur stuprum? Sunt, qui volunt extra ordinem <sup>4</sup> *leyd. tot. Holl. reghts.*  
insuper puniri hoc flagitium, vel multa pecuniaria pauperibus eroganda, <sup>5</sup> *Lambers. Gor. tract. miscell. c. 10. n. 24. advers. jur. subcis. 4 Cypr. libr. 1. cap. 10. §. 11. de jur. connub. Gomerz. ad leg. Tauri. 80. n. 9. Carpz. lib. 2. Tit. 14. de finit. 231.*  
vel corporis coërcitione, vel aliâ graviori pœna, pro ratione conditionis tum <sup>6</sup> *jurispr. consistor.*  
stupratoris tum stupratæ. <sup>7</sup> neque enim par scelus est, si quis conditione <sup>8</sup> *In Tit. cod. si quis eam cuj. sus. fuer. corrupt. tract. de leg. abrog.*  
parem sibi vitiaverit puellam, an plebeius filiam nobilis, vel senatoris, vel <sup>9</sup>  
famulus heri sui filiam, tutor pupillam, vel quam propter paupertatem suam, <sup>10</sup>  
dotare non potest. <sup>11</sup> Putantque interpretes infamiæ nota afficiendam <sup>12</sup>  
stupratam, etiamsi quoque postea nubat stupratori suo. <sup>13</sup> Verum ego jura <sup>14</sup>  
nostra respiciens, nihil hac de re in Politicâ constitutione cautum reperio. <sup>15</sup>  
Fateor quidem articuli decimi octavi verba *en diergelycke gequalificeerde hoerereye*, <sup>16</sup>  
extendi posse ad improbius stuprum, uti si quis immaturam corru- <sup>17</sup>  
perit virginem, cum furiosa vel amente congrediatur, pupillam vel mino- <sup>18</sup>  
rem suæ custodiæ concreditam ipse grandior vitiaverit (uti aliquando ex <sup>19</sup>  
judicium Harlemensium sententia, virgis cæsum & relegatum fuisse lu- <sup>20</sup>  
dimagistrum refert *Groenewegen*, qui puellam suæ disciplinæ concredi- <sup>21</sup>  
tam stupraverat <sup>22</sup>) duas vel plures eodem tempore violaverit, ut qua- <sup>23</sup>  
si pro delectamento habere videatur, virginibus vitium inferre. Atta- <sup>24</sup>  
men cum, qui parem sibi, vel dignitate vel fortuna inferiorem stupro pol- <sup>25</sup>  
luisset, ullas alias quam quas retulimus, sustinuisse pœnas nunquam audi- <sup>26</sup>  
vimus: reperimus tamen in statutis patriæ urbis Amstelædami sancitum <sup>27</sup>  
esse, ex arbitrio judicis plectendum insuper hoc crimen, vel corporis coër- <sup>28</sup>  
citione, vel civili multa. *art. 11. & 12. Ordonn. van matrimon. saack. tot Am-*  
*sterd. vande jaar 1586.* & ab Ordinibus Generalibus præscriptam esse stupro <sup>29</sup>  
centum florenorum multa, & si quis cum pluribus rem habuerit, dignitatis <sup>30</sup>  
si qua fungitur privationem, vel aliam extraordinariam pœnam pro judicis <sup>31</sup>  
arbitrio. *art. 86. Eghreglem. vande Raten Generaal.*

## CAPUT VIGESIMUM SEPTIMUM

*De meretricio concubitu, & concubinato.*

## S U M M A R I A.

1. Methodus ratio datur.
2. Quid proprie significet fornicatio?
3. Fornicatio generis verbum est, & ceteros illicitos coitus significatu suo complectitur.
4. Quid proprie sit scortatio? quid scortari?
5. Meretrix quare dicitur impudica mulier.
6. Meretricis definitio traditur.
7. Alia meretrix, alia impudica mulier est.
8. Quibus indicibus probetur meretrix: impudicam esse mulierem difficultas probatio est.
7. Ante legem Moysi, corpore quaestum facere, contra fas non fuisse Rabbini docent.
10. Noluit Deus in populo suo esse meretrices, gentis extraneae mulieres.
11. Meretriciam libidinem jus divinum excratur.
12. Jus Romanum vagam venerem detestatur.
13. An jure Codicis revocari potuit à donatis consanguineis, quod meretrici donatum erat, queritur.
14. Publica lupanaria apud Romanos recepta & probata fuisse, libris nostris probari non potest.
15. Pontifices Romani scortationem damnant, attamen publica lupanaria Roma admittunt, & protegunt.
16. Lenoniciu exercere in Republica nostra non permittitur: lenones, & meretrices, & scortatores variis poenis subjiuntur.
17. Concubinatus definitio traditur, & explicatur.
18. Concubina; quarum fit mentio in veteri testamento, minus honorata uxores suae, non vera concubina.
19. Jure Romano concubinatus licita conjunctio fuit.
20. Solo maritali honore, & affectione conjugali, concubina ab uxore distinguebatur jure Romano.
21. Quando in libera mulieris consuetudine, non concubinatus, sed nuptia esse intelliguntur.
22. In quibus concubinatus conveniat matrimonio?
23. In quibus deferant nuptia & concubinatus, explicatur.
24. Ingenua & honesta mulier, nisi testatio concubinatum manifestum faciat, stuprum committit.
25. Testatio quid? & quomodo interponetur in concubinato?
26. Liberta concubina ab invito patrono divertens, alteri uxor esse non potuit.
27. Non recte Christiani Principes Justinianus & Constantinus admisserunt concubinatum.
28. Jus canonicum non permisit alicui concubinam habere.
29. Leo Philosophus laudatur, quod concubinatum sustulerit.
30. Jure Batavo concubinatus improbat, & poenis pluitur.

Postquam de stupro actum est, non incongruum erit, pauca quoque de meretricio concubitu, & concubinato dicere. Sunt enim & hae libidines, quae sicuti stuprum, cum vacante muliere à cœlibe viro committuntur, quæque in se nil vitii, nisi ipsam luxuriam habent. Quod utrumque de cætero coitu illicito dici nequit: quippe polygamia non à cœlibe, adulterium non cum vacante muliere committuntur; raptus, & incestus præter libidinem, vim adjungunt, & proximioris sanguinis necessitatem habent, ut damnentur. Ideoque de hisce dicere animus est, cum de contrahendo, vel contracto matrimonio agemus: tum enim potissimum spectatur, & sanguinis necessitas, & matrimonii

monii vinculum, & ne quis vi rapiatur ad nuptias. De meretricio concubitu & concubinato hoc capite: cum post repudiorum doctrinam, ea jura adhuc tractamus, quæ ex coitu inter cœlibes, nulla futurarum nuptiarum sponsione facta, obtinent.

2 Meretricius concubitus fornicatio vulgo dici solet, idque verbum potissimum apud ecclesiasticos in ista significatione invenitur: at non ita Romani locuti fuere; illis quidem *fornix* lupanar denotavit, uti ex Horatio, <sup>1</sup> Seneca, <sup>2</sup> Juvenali <sup>3</sup> palam est; quia in fornicibus, id est, locis in arcum ædificatis & subobscuris, turpitudinis occultandæ gratia, meretriciæ libidines perpetrari solebant (fornix enim à furvo, id est, atro deducitur) at hinc *fornicari*, pro scortari, citra probati cujusdam scriptoris auctoritatem usurpatur. *Fornicari* proprie significat fornicem, id est, arcum extruere, vel fornicis figuram rei alicui inducere, uti ex Plinio, <sup>4</sup> Vitruvio, Marcellino, aliisque constat; & *fornicatio* Senecæ est, fornicis structura, cum dicit, *Societas nostra lapidum fornicationi similis est, quæ casura, nisi invicem obstarent, hoc ipso sustinetur*. Attamen hoc verbum etiam in hac significatione, qua pro scortari sumitur, quasi civitate donatum à scholasticis est; & fornicator iis dicitur, qui cum scortis caput suum collimat: cui respondere volunt fornicariam, quæ alienæ libidinis victima corpore suo meret: quamvis proprie fornicarius sit opifex, propola, seu institor, qui tabernas à fisco conducit sub fornicibus, ut ibi merces suas vœnales habeat. l. 17. §. 5. D. de usur. & fruct. Sed ita obtinuit usus, cui & nos nolimus adversari.

3 Fornicationem generale verbum esse Gratianus dicit, & in generali suo significato adulterium, raptum, incestum, scortationem completi: in specie vero sumi pro libidine, quæ cum vidua, meretrice, vel concubina committitur. C. 2. caus. 36. q. 1. Sed utut feram generalem hanc significationem quæ & Augustino. C. 11. caus. 32. q. 4. aliisque probatur; <sup>5</sup> ex usu tamen recte loquentium, in honesta vidua stuprum committitur l. 6. §. 1. *Jul. de adult.* cum concubina concubinatus exercetur, l. 3. D. de concubin. cum meretrice, ancilla, vili & abjecta muliere proprie scortatur. l. 22. l. 25. C. de adulter. Quæ libido etiam scortatio, & meretricatio dicitur; scortatio in viris, qui scortatores, & soli inviti cubantes, ut Plautus ait, <sup>6</sup> scorta sequuntur; meretricatio in mulieribus, quæ publica prostibula, scortatores excipiunt. Scortari consuetudinem quandam actus, & sæpius meretriculam adire denotat; dictum à scorto, quod proprie corium est animalium, præsertim eorum, quæ crassiorrem & duriorrem pellem habent, uti patet ex eo, quod scortea dicimus ea, quæ è corio & pellicibus sunt facta, teste Varrone. <sup>7</sup> meretrices autem scortata appellatæ sunt, vel quod sicuti pelliculæ subigantur, vel quod in grabatulis pelleis stratas tenere consueverunt. Meretricari à merendo dicitur, & mulier meretrix, quæ corpore suo turpiter meret: scilicet, ad similitudinem militiæ, in qua mereri stipendia, id est, mercede militare milites dicuntur. & certe meretricium, gravis & dura militia est; quam qui sequuntur, semper

viati discedunt libidinis commissæ conscientia agitati, corporis viribus debilitati, nummis emuncti: sunt enim meretrices illecebræ argentariæ, quas Plautus mari comparat, omnia quæ das devoranti, nunquam abundanti. <sup>1</sup> Sunt sanguisugæ, quæ ipsas medullas veneris nepotibus exugunt, & corpora arida relinquunt: sunt fontes iniquitatum, è quibus nunquam biberis sine morfu conscientia: & ipsæ meretrices dum nummos merent, pretiosam animam diabolo addicunt, & tandem ipsæ ipsa libidine victæ corpus effœtum tradunt senectuti.

Scortatio itaque proprie est cœlibis cum meretrice venerea libido. Meretrix definiente Ulpiano dicitur, quæ palam, id est, passim, sine delectu corpore quæstum facit, & vicem prostitutæ sustinet. *l. 43. pr. & §. 1. D. de ritu nupt.* Augustinus dicit eam esse meretricem, cujus publice venalis turpitudine est. *C. 11 caus. 32. q. 4.* Hieronymus, quæ multorum libidini patet *C. 16. distinct. 34.* Quæ tres descriptiones verbis inter se discrepant, non sensu: optima tamen mihi postrema videtur. Nam & ea meretrix est, quæ sine quæstu palam se prostituit, & quæ cum delectu, pluribus se commiscet. Verum quidem est, quod præcipue in allegata lege Ulpianus docet, palam corpore quæstum non facere, quæ se cum delectu adulteris, vel stupratoribus summittit, vel quæ se uni aut alteri pecunia accepta commiscet. Sed & verum est, meretricios æmulari mores, quæ id libidinis causa, non sponsione matrimonii seducta facit. Quid ergo? cum velit Hieronymus, ut multorum libidini pateat, quæ meretrix appellatur; Ulpianus autem neget palam quæstum facere, quæ se cum uno & altero pecunia accepta commiscet: an ea vocanda duntaxat meretrix est, quæ rem habuit cum viginti tribus millibus hominum, aut ad minimum cum sexaginta, ut ait *gloss. in C. 16. distinct. 34.* Certe aut nunquam ulla fuit, aut rarissima extitit meretrix, si tot millibus nupsisse debuit mulier, antequam id nomen adipiscatur. Ego puto Connanum recte secundum nostros mores loqui, cum ait meretricum & scortorum nomine appellari omnes mulieres, quæ alterius quam mariti consuetudine utuntur. <sup>2</sup>

<sup>3</sup> *Libr. 8. comm. c. 13.* Deinde, ne jam meretricem à stupro polluta & concubina fecernamus, distinguendum esse putamus inter meretricem & meretricem, id est, inter publicum scortum, & impudicam mulierem. Publicam meretricem dicimus quæ palam pudori suo non parcit, quæ palam corpore suo quæstum facit, quæ sine delectu, pecunia accepta, omnium convenientium libidini patet, quæ publicum prostibulum, in lupanari promiscue omnibus prostat. Impudicam vero vocamus mulierem, quæ se non omnium, non promiscue, non palam, sed plurium, cum delectu, clam, libidini prosternit, & furtiva quasi venere utitur, idque turpis quæstus, vel solius libidinis percipiendæ gratia. Inter quas duas tantum interesse Nævianus dicit, quantum inter se miles & grassator, justum bellum & latrocinium differunt: quorum alter palam in aciem prodiens committit prælium; alter, quia ei tantum non est animi, clanculum, sine signis latrocinatur. <sup>3</sup>

Mere-

8 Probatur autem aliqua esse meretrix, scortum, publicum prostibulum, quod in lupanari proſtet, verſetur, continuo ſit, vicem proſtitutæ ſuſtineat. *l. 43. D. de rit. nuptiar.* At impudicam eſſe mulierem difficilius probatio eſt, cum eam adeundi in ganeo non cuilibet detur copia, ideoque ad indicia & ſuſpicionem recurrendum eſt: veluti ſi erratica ſit, cum ſuſpectis de pudicitia ſceminis converſetur, frequentet ſuſpectas ædes. Proprium enim pudicarum mulierum eſt, intra proprios lares ſe continere, non vagari, non conſpectibus virorum apparere. *l. 21. C. de procur. C. 2. de judic. in 6. præcipue non cum publicatæ pudicitie ſceminis verſari.* Deinde ſi plures probroſos homines, clam, noctu, in tenebris admittat, in domum recipiat, ſe alloqui ſolam patiatur: qua ratione Baldus ait, eam meretricem videri, cujus domum ſæpius noctu ſcholaris ingreditur, eamque alloquitur ſolam: *quia, ut inquit ille, Scholaris, qui loquitur cum puella, non præſumitur dicere pater noſter;* <sup>1</sup> quaſi id genus hominum ſoleat venerem ſectari. Cætera indicia, quæ adferunt interpretes, moribus noſtris non conveniunt. Non enim, uti jure Romano, hodie meretrix præſumitur mulier, quia ſola in publicum procedit. Hodie comitem habere, dignitatis ſignum eſt, antiquitus quoque caſtitatis fuit: ideoque ſuſpectæ pudicitie habebantur mulieres, quæ ſine comite publice & privatimque incedebant, quaſi id eſſet meretricum; & gravis matronæ illata dicebatur injuria, ſi quis in publico, privatove comitem abduxifſet. *l. 1. §. 2. l. 15. §. 16. D. de injur. & famoſ. lib.* Non quoque hodie ſuſpecta redditur mulier ex aſſidua alicujus viri frequentia, uti jure Romano. *l. 15. §. 22. D. eodem.* Neque proſtituta, vel proſtituenda præſumitur, quæ in caupona miniſtrandi cauſa verſatur, & potantibus miniſterium præbet, uti jure Romano. *l. 43. §. 9. D. de rit. nupt. l. 29. C. ad leg. Jul. de adulter.* Etenim nobis tabernæ cauponiæ, honeſtæ ædes ſunt, & honeſta diverſoria habentur.

<sup>1</sup> *In l. neque natales n. 1. C. de procurator.*

9 Meretrices, quæ palam corpore quaſtum faciunt, contra fas non feciſſe autem legem Moſaicam, auctoritate hiſtoriolæ de Juda & Thamara aſſerunt Ebræorum Magiſtri; voluntque tum temporis illicitam non fuiſſe cum amica vel meretrice, mercede conſtituta, conſuetudinem, neque huic libidini ullam pœnam præſcriptam fuiſſe: leges vero Moſaicas primum cum inuſtis concubitus in populo Iſraëlitico damnaſſe, adeo ut deinde Ebræis, mercedis vel libidinis cauſa, cum inuſta extra legitimas nuptias conſuetudo proſuſ illicita fuerit. Hancque legem referri à Moſe volunt *Deuter. 23. verſu 17. & Levit. 19. verſ. 29.* his verbis: *Non ſit meretrix, aut qua pro lubitu ſine nuptiis copiam ſui corporis faciat, ex filiabus Iſraël. & Non profanabis filiam tuam, ut ſcortari facias eam, ne & ipſa terra ſcortetur, & ſcelere impleatur.* Interdicti rationem eſſe dicit Majemonides, tum ut evitentur contentionum & ſimultatum mala, quæ ex huiusmodi vagis libidinibus oriri ſolent: tum quoque ut familiarum certa & diſtincta ſit noſtitia, quæ eſſe nequit, niſi mulier certo marito matrimonio ſocietur. <sup>2</sup>

<sup>2</sup> *More Nebochim. libr. 3. cap. 49. ut reſert Selden. libr. 5. cap. 4. de jur. natur. & gent. juxta diſciplinam Ebræorum.*

10 Sunt & tum ex Rabbiniſ, tum ex Chriſtianiſ, qui contendunt, cum dicit

Nn 3

Deus:

Deus, *ne esto meretrix è filiabus Israël.* Deuter. 23. v. 17. intelligenda esse hæc 10 verba, ut restringantur duntaxat ad filias Judæorum; quasi tantum prohibuerit Deus in populo suo meretrices esse mulieres gentis Ebrææ, non vero extrarias. Verum horum sententia mihi minime arridet. Puto enim Deum, citata lege, omnem & cum quacunque muliere veneream libidinem prohibere, filias autem Israël exprimi, ut inculcetur, seu ostendatur Judæis, hanc luxuriam minime illas decere, quæ ex speciali patrum suorum in populum Dei adoptione, Deo generantur *Ezech.* 16. v. 20. Id enim sequitur ex Decalogi septimo præcepto, *non machaberis.* Quod in genere omnem turpitudinem execrans, non distinguit, cum quacunque muliere libido fiat. Et certe cum corpus & animus credentium templa sunt Spiritus sancti, cum is habitare non possit in homine impudico, cum velit Deus electos sanctos esse, sicuti ipse sanctus est, quomodo ferre potuisset in populo suo extrarias meretrices? Christus quoque & Apostoli non aliter Mosis legem interpretati sunt, cum dixerunt omnem libidinem odisse Deum, eam etiam quæ cogitando committitur. *ad Hebr.* 13. vers. 4. *Matth.* 5. vers. 28.

Jure divino, speciali pœna à magistratu infligenda vindicatam fuisse scortationem non reperio: verum Deus comminatus fuit æternam mortem scortatoribus, eosque à regno cælorum arcuit Christus. *Matth.* 5. vers. 28. *Jerem.* cap. 5. v. 7. *Osea* cap. 4. v. 14. ut hoc ipso ostendatur, quam horrenda sit hæc libido in oculis Jehovæ. Omnia mala quæ scortatores, dum vivunt, premunt, graphice depingit Salomon, ut juventutem à meretricum lenociniis avertat. *Proverb.* cap. 2. v. 18. 19. cap. 6. v. 24. 25. 26. cap. 7. v. 5. & seqq. foveæ periculosa, & insidiis latronum assimilans cum meretricibus conversationem *Proverb.* 23. vers. 27. 28. Ex quibus patet magno conatu magnas nugas agere improbum istud genus hominum, qui scortationem non adeo magnum esse peccatum asserunt, eosque abuti tum decreto primæ Synodus Apostolicæ quo decernitur, ut ethnici sibi temperarent à sanguine, à suffocato, ab idolothytis, & à scortatione. *Act. Apost.* cap. 15. v. 20. & 29. (quasi scilicet cum tria priora indifferentia & per se non sint peccata, scortatio quoque ejusdem naturæ censenda foret) tum eo quod jussit Hoseam Deus ex meretrice suscipere sobolem *Hose.* cap. 1. v. 2. 3. tum quod in septimo decalogi præcepto adulterium, non scortatio prohibita sit. Quibus ut aliquid regeramus, falsum est, ex eo, quod in se peccatum non sit, se non temperare ab iis, quæ simulacris immolata sunt, & sanguine, & suffocato, hinc sequi scortationem peccatum non esse: ea enim duntaxat hac mente conjungunt Apostoli, ne essent Ethnici offendiculo Ebræis, qui etsi Christiani, tum temporis à sanguine, suffocato, & idolothytis, propter legem abstinebant, non ut scortationem cæteris per omnia compararent. Duxit Hosea jussu Dei meretricem uxorem: at quæ hinc sequela scortationem licitam, & rem indifferentem esse? Quamquam sint qui sentiunt, hæc omnia quæ de conjugio Prophetæ memorata extant, non in rei veritate ita gesta esse, sed in visione duntaxat appa-

apparuisse; vel ut alii, parabolicum esse & figuratum dicendi genus, quo illa referuntur. <sup>1</sup> Diximus in lege Dei nomine adulterii quamcunque libidinem intelligi, uti nomine furti omnis illicita rei alienæ usurpatio intelligitur, sive ea sine, sive armis adhibitis, vi, rapina, sive simplici furto fiat. Recte Augustinus, mœchiæ nomine omnis illicitus coitus, & genitalium membrorum non legitimus usus prohibetur. C. 21. *caus.* 32. q. 4.

<sup>2</sup> *Vid. Flacc. mann. libr. 3. Tit. 12. Gammol. synops.*

- 12 Meretricias libidines in libris nostris vel patientia tolerari, vel non semper à jurisperitis improbari, vel citra omnem pœnam apud Romanos commissas fuisse nego; ne quis eo nomine culpet jus nostrum, quasi castitati non satis studuerit. Justinianus, cujus auctoritate Prudentum responsa & Principum constitutiones in unum corpus congesta sunt, amantissimus castitatis Princeps, ne sint lenones, in ullo imperii Romani loco, variis constitutionibus cavit, lenocinium castitatis furtum, atque latrocinium appellavit, ipsos lenones atque lenas, & qui illecebris pellectas puellas ad quæstum alere comperti essent, acerbissimis pœnis subijci voluit. l. ult. C. de *spectac. & scen. & Lenon.* Novell. 14. & veteres jurisconsulti, vagam venerem, ut generali juris præcepto, *honeste vivere*, adversam semper detestati sunt. Ulpianus lupanarium inhonestum locum vocat l. 21. §. 11. D. de *recept. qui arbitr.* Prætor lenones, lenasque infamia notavit l. 1. D. de *his qui notant. infam.* iis jus accusandi concessum non fuit. l. 4. D. de *accusat.* ut viles, turpes, abjectæ personæ, in adulterio deprehensi impune à maritis occidi potuerunt. l. 24. D. ad leg. *Jul. de adulter.* Q. Metellus, in prætura urbana, Vetibio lenoni bonorum possessionem secundum tabulas denegavit, separandam fori & lupanaris conditionem existimans, jurisque & legum auxilio indignos esse eos, qui, *pestis & perniciēs communis adolescentium*, ut Terentius loquitur, <sup>2</sup> tantam Civitati labem inferrent. Marcellus dixit, probum intelligi in illis mulieribus, quæ turpiter vivunt, & corpore quæstum faciunt, etiam si non palam. l. 41. D. de *ritu nupt.* Ut & Ulpianus in hisce, quæ palam pudori suo non parcant, etiam si sine quæstu l. 43. §. 3. D. de *rit. nupt.* nec deleri probum dicit, etiam si intermiserit luxuriam mulier; quia non aboletur turpitudine, quæ postea intermissa est. d. l. 42. §. 4. nec ignoscendum ei vult, quæ obtentu paupertatis turpissimam vitam agit. d. l. 43. §. 5. Alexander dicit, in turpi quæstu esse mulierem, quæ se prostituit. l. 1. C. si *man. ita venier. ne prost.* & veneno inficere animos perditorum Constantinus. l. 1. C. de *natur. liber. & matr.* Inofficiosa querela negatur ei, quæ turpiter & cum flagitiosa sceditate vivit l. 19. C. de *inoffic. testam.* nec arcentur ab inofficiosa actione fratres vel sorores, instituta à
- 13 fratre meretrice herede. l. 27. C. de *inoff. testam.* Inhonestæ dicuntur, & turpes donationes, quæ circa meretrices fiunt. l. 5. D. de *donation.* & donata re-jurè novo vocari potuisse à donantis legitima sobole, sorore, fratre, patre vel matre Tholosanus autumat, <sup>3</sup> Sed id mihi verum non videtur, cum dicat Ulpianus inhonestas donationes, quæ circa meretrices fiunt, prohibitas non esse l. 5. D. de *donation.* Cumque Diocletianus & Maximianus negent repeti

<sup>2</sup> *In Adelpb. Act. 2. scen. 1*

<sup>3</sup> *Syntagm. jur. univ. libr. 10. c. 2. n. 17.*

posse,



posse, quod oblenocinium datum fuit. l. 2. l. 5. C. de condic. ob turp. caus. cumque aperte idem Ulpianus scribat, quod meretrici datur, repeti non posse: idque nova ratione, non ea, quod utriusque versatur turpitudine, sed ex Labeonis & Marcelli sententia, solius dantis: illam enim turpiter facere, quod sit meretrix, non turpiter accipere, cum sit meretrix. l. 4. §. 3. D. de condic. ob turp. vel injust. caus. Quæ verba ita interpretatur Tholosanus, quasi quid datum ponat jurisconsultus, percipiendæ libidinis, non perceptæ gratia, ut solius dantis hic versetur turpitudine, qui in coitum pellicere mulierem tentavit; non ipsius accipientis, quæ coitum non admisit. Verum hæc interpretatio menti jurisconsulti congrua non videtur; non enim negat utriusque turpitudinem versari, quæ in sola libidine venerea consistit: sed per jocum quasi, novam tradit non insubtiliter à Labeone & Marcello inventam rationem: scilicet, quod pro admissio coitu, non turpiter accipiat mulier, cum sit meretrix, quamvis turpiter faciat, quod sit meretrix. Etenim illa, quæ jam dudum pudori suo non pepercit, & apud ædiles impudicitiam professa, inter honestas fœminas nomen amisit, non videtur nummos à scortatore accipere, ut pudicitiam suam, quam non habet, prostituat (in quo pudicæ mulieris, cui quid ob stuprum datur, turpitudine versatur. l. 4. D. de condic. ob turp. vel injust. caus.) sed ut quæstu suo sibi prospiciat: pertinet enim ad professionem meretricum, noctes vendendo locandoque, quæstum, quantum possint, maximum facere. In vitio quoque cubat quod præterea dicit Tholosanus, etiam si propter utriusque turpitudinem ab ipso scortatore repeti non possit, quod datum est meretrici, quia in pari turpitudinis causa semper conditio possidentis melior quam repetentis est. l. 8. D. si ob turp. vel injust. caus. attamen Constantinum constituisse, donantis cognatis proximis revocandi jus esse, atque in eo emendatas esse veteres, quæ donationes circa meretrices recipiebant, leges. l. 1. C. de natur. liber. Quippe hæc lex Constantini de Senatoribus loquitur, iisque qui in diginitate positi ex vilibus & abjectis mulieribus, quas tamen uxorum nomine dignabantur, liberos susceptos in legitimorum numero habere volebant, & occæcati amore, vel ut Imperator ille loquitur, libidinis venenis infecti, nimis largitionibus circa hæc harumque liberos factis, in præjudicium legitimæ sobolis, facultates suas exhauriebant: at vero de donatione publicæ meretrici facta, ne verbo quidem disponit, ut jus vetus emendare dici non possit. Imo & hæc lex Constantini prohibens honestioris cum abjecta muliere nuptias, jure novellarum derogata est. Novell. 117. cap. 4. Sed ut revertamur, unde digressi fuimus, probrois fœminis lecticæ usum, jus capiendi legata hereditatesque ademit Domitianus, <sup>1</sup> operas suas à meretrice liberta patrono sine turpitudine præstari non posse, ideoque non deberi Callistratus scribit. l. 38. D. de oper. libert. & tandem ut ignominia causa meretrices ab honestis matronis discriminarentur, flavo crine, veste variegata, eaque subductiore, toga non stola uti cogebantur. <sup>2</sup> Sed ne quis putet in meretrice duntaxat, non etiam in scortatore damnari libidinem, animadvertendum est, gravatam dici

<sup>1</sup> Sueton. in Domit.

<sup>2</sup> Tholosan.

Syntagm. jur. univers. libr.

10. cap. 2. n.

38. Gothofr.

in l. 15. §. 15.

D. de injur.

& sim. libell.

ejus opinionem, qui convictus & condemnatus fuit libidine intemperatæ cupiditatis exaruisse in ancillas *l. 25. C. de adulter.* at ob rem honestam nullius nomen grayatur. Deinde, inter causas justæ repudii, impudicæ sponsi conversatio ponitur. *l. 5. C. de sponsal.* Denique, ait Ulpianus furtum non esse, nec Fabia eum teneri, qui meretricem libidinis causa suppressit, sed hunc turpius facere, quam qui surripit, & secum facti ignominiam compensare. *l. 39. D. de defart.* Dicitque alibi, veneris nepotulum repetere non posse, quod meretrici dedit, quia ei adversatur propria turpitudine. *l. 4. §. 3. D. de condict. ob turp. vel injust.* Tandem idem Ulpianus mandati actionem negat adversus eum, qui, ut meretrici crederetur, vel pro meretrice fidejuberetur, mandavit. *l. 12. §. 11. D. mandat.* dicitque bona fide non videre emisse, & proinde non usucapere, qui à domino luxurioso, & protinus scorto daturus sciens emit. *l. 8. D. pro emptor.* Quia qui ita credit, vel tale mandatum exequitur, vel à luxurioso hujusmodi emit, luxuriam probare, & ope sua corrumpere hominis animum videtur: ideoque dicit jurisconsultus, adversus bonam fidem quasi mandatum esse. Nec mutat, si quis ex eo argumentetur, non æstimatam fuisse hanc libidinem, quod dicatur cessare in ea crimen adulterii, quæ passim venalem formam exhibuit, & prostitutam meretricio more se vulgo præbuit. *l. 22. C. de adulter:* quod impune stuprum committi dicatur in vidua, quæ antè matrimonium vulgaris fuit. *l. 13. §. 2. D. ad leg. Jul. de adulter.* Nam primum, non sequitur, id omne quod lex non plectit speciali pœna, probari. Multa punit lex humana, quæ offendunt tranquillitatem publicam; multa punienda relinquit Deo, cum pacem non turbant generis humani: uti sunt malæ cogitationes, avaritia, spurcitia, ingratitude, ebrietas, & cætera animi vitia, quæ honestati adversantur. Recte Paulus, non omne quod licet, id est, quod impunitum legibus est, honestum est. *l. 144. D. de regul. jur.* Deinde, in citatis locis impune scortatio committi dicitur, quia non punitur ex lege Julia stupri pœna; non quod in totum non plectatur. Demonstratum enim est, infamia meretrices, exstimationis jactura scortatores apud graves viros plecti. Verum quidem est, vix dedecus æstimatum fuisse meretricios sectari amores, uti passim ex historiis, & comicorum scriptis patet, & præcipue ex his Plauti & Terentii locis.

Pal. Ita tuam conferto amare semper, si sapis.

Ne id quod ames, populus si sciat tibi sit probro:

Semper curato, ne sis intestabilis,

Quas amas, amato testibus presentibus.

Phædr. Quid istuc est verbi? Pal. caute ut incedas via

Phædr. Quia lena hic habitat. Pal. nemo hic prohibet, nec vetat.

Nemo ire quenquam publica prohibet via;

Dumne per fundum septum facias semitam,

Dum tute abstineas, nupta, vidua, virgine,

Juvenute; & pueris liberis, ama quod lubet.

O o

Simo.

Vide Menoch. libr. 2.  
cent. 6. caus.  
535. n. 20.  
21. de arbit.  
judic.

Curcul.  
Act. 1. scen.  
1.

Simo. *Meum gnatum rumor est amare. Dav. id populus curat scilicet.*

Sim. *Hoccine agis an non? Dav. ego vero istuc. Sim. sed nunc ea me exquirere Iniqui patris est. Nam, quod ante hac fecit, nihil ad me attinet. Dum tempus ad eam rem tulit, sivi animum ut expleret suum. Nunc hic dies aliam vitam adfert, alios mores postulat.*<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Andr.  
scen. 1. act. 2.

Mit. *Non est flagitium, mihi crede, adolescentulum Scottari, neque potare, non est, neque fores Effringere. hac si neque ego, neque tu fecimus, Non sivit egestas facere nos. tu nunc tibi Id laudi ducis, quod tum fecisti inopia. Injurium est. nam si esset, unde id fieret, Faceremus.*<sup>2</sup>

<sup>2</sup> Alf. 1.  
scen. 2.  
Adelph.

Sed ita locuti fuere Comici ex personis, vel servi domino adulantis, vel indulgentis patris, vel mitissimi alicujus hominis Mitionis, ut scenæ interserrent; non quod ipsi ita sentirent. Nam apud eundem Terentium Chremes ait, se pudere præsente uxore verbum turpe dicere, id est, meretricem nominare.<sup>3</sup> At non ita de hac re Jurisconsulti scripsere, Justitiam sacerdotes, & honestatis custodes, uti jam demonstravimus.

<sup>3</sup> Heautont.  
Alf. 5. scen.

Publica lupanaria, vel recepta, vel ad minimum patientiâ tolerata apud 14 Romanos fuisse, auctoritate alicujus legis scriptæ libris nostris insertæ probari posse, nego. Nec hoc inferunt loca, quæ hic allegari solent. Dicit Ulpianus in multorum honestiorum virorum prædiis lupanaria exerceri. l. 27. §. 1. D. de petit. heredit. Sed dicit hoc fieri, ut factum notet, non ut probet hoc publica patientia licere. Sic quoque sæpius gravissima crimina in honestiorum virorum ædibus perpetrantur. l. 1. C. de falsa monet. Sic idem Jurisconsultus ait, multas mulieres cauponam exercentes sub prætextu instrumenti cauponii ad solere corpora quæstuarialia habere. l. 43. §. 9. D. de rit. nupt. Sed eo ipso, quod prætextum allegat, satis innuit prostitutas mulieres habere moribus illicitum esse. Nec mutat, quod in primo loco dicat, cogendum esse possessorem restituere pensiones ex locationibus prædiorum urbanorum, etiam à lupanario perceptas. Nam id statuit, non quod probet lenonias artes, lenociniumque, sed ne honesta interpretatio non honesto quæstui lucrum possessori faciat, uti Hermogenianus ait l. 52. D. de petit. heredit. id est, ex interpretatione Gothofredi, honestius est inhonesto, quæstus quæsitos cedere lucro petitoris hereditatis, quam ejus possessoris. Nam vel utrique anferendus est quæstus: vel si alterutri dandus est, innocenti potius quam nocenti concedendus est. Innocens autem est petitor. in d. l. 52. Itaque publica lupanaria in libris nostris nullum præsidium habent, nec eo nomine quis culpet jus nostrum. Verum ea aliquando in imperio Romano licite exercita fuisse, historiarum monumenta probant. Vtriusque sexus meritoria passim tam in Oriente, quam in Occidente, totoque imperio Romano fuisse, Salmasius ostendit, ad quem brevitatis causa lectorem remitto.<sup>4</sup> Tacitus de Drusi & Germanici temporibus agens, eodem anno, inquit,

<sup>4</sup> De sanor.  
trapezit.  
pag. 126. &  
143.

gravi-

gravibus senatus decretis, libido faminarum coercita, cautumque, ne quæstum corpore faceret, cui avus, aut pater, aut maritus, eques Romanus fuisset. Nam Vistilia, prætoria familia genita, licentiam stupri apud adiles vulgaverat, more apud veteres recepto, qui satius penarum adversus impudicas in ipsa professione flagitii credebant. <sup>1</sup> Et cum in <sup>Libr. 2. annal.</sup> exemplum adducat gravissimus hic auctor Vistiliam Tisidiano Labeoni marito nuptam, quæ apud Adiles nomen suum inter meretrices professæ, quæstus gratia corporis sui copiam cuique faciebant. Cajus Caligula constituisse in palatio lupanaria dicitur, indeque ex prostitutis primariis fœminis pecuniam quoque collegisse. <sup>2</sup> Messalina Claudii uxor, publice in palatio adulteria & <sup>3</sup> <sup>Dion Cass. libr. 60.</sup> stupra, in conspectu suorum maritorum, fœminas committere admisit. <sup>3</sup> Sed <sup>4</sup> <sup>Dion d.l.</sup> Cajus Caligula monstrum hominis fuit, & nulla virtute à vitiis redemptus. Claudii libidinosi Principis uxor, Messalina, admodum & adeo luxuriosa mulier fuit ut de ea in hunc modum Juvenalis cecinerit:

*Dormire virum cum senserat uxor,  
Ausa Palatino tegetem præferre cubili,  
Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos,  
Linquebat, comite ancilla non amplius una;  
Et nigrum flavo crinem abscondente galero,  
Intravit calidum veteri centone lupanar,  
Et cellam vacuum atque suam. tunc nuda papillis  
Constitit auratis, titulum mentita Lyrisca,  
Ostenditque tuum generose Britannice ventrem:  
Excepit blanda intrantes, atque ara poposcit.  
Mox lenone suas jam dimittente puellas,  
Tristis abit. Sed quod potuit, tamen ultima cellam  
Clausit adhuc ardens rigida tentigine vulva,  
Et resupina jacens multorum absorbuist ictus,  
Et lassata viris nondum satiata recessit,  
Obscurisque genis turpis, fumoque lucerna  
Fœda lupanaris tulit ad pulvinar odorem. <sup>4</sup>*

<sup>4</sup> Satyr. 6.

Vt mirum non sit lupanaria fuisse recepta, & ex iis vectigal collectum sub hisce Principibus. Sed non eadem mens fuit honestioribus Imperatoribus. Scipio scorta, ut haruspices, & vates castris pepulit, teste Suida. Severus vetuit inferri in sacrum ærarium, lenonum vectigal, & meretricum, & exolcutorum, ut Lampridius refert. <sup>5</sup> atque Justinianus dissolutis lenonum & meretricum Byzantii sodalitiis, monasterium ædificavit, abundeque redditibus donavit, in quo ejusmodi mulieres ad meliorem frugem conversæ, meliori operi vacare possent, teste Procopio. <sup>6</sup> Sed de hisce satis, ad jus Canonicum transgrediamur. <sup>5</sup> <sup>In Alex. andr. Suer.</sup> <sup>6</sup> <sup>Libr. de edif. Justin.</sup>

15 Pontificum decreta omnem extra legitimam uxorem concubitum detestantur & damnant. C. 11. caus. 32. q. 4. C. 6. distinct. 34. C. 20. caus. 27. q. 1.

O o 2

atque

atque si palam sit clericum esse scortatum, suspendendum primum ab officio, deinde deponendum; laicum vero arbitraria pœna plectendum in foro litigio volunt. *gloss. in C. Maximianus 6. in verb. remouentur Distinct. 81. C. 9. x. de atat. & qualir.* In foro autem conscientie abluendum esse hoc peccatum

<sup>2</sup> Menoch.  
libr. 2. Cent.  
3 cas. 289.  
n. 9. de ar-  
bitr. judic.  
Iul. Clar. §.  
fornicatio. n.

1. 3.

<sup>3</sup> Menoch.

cas. 289. n.

8. & seqq.

de arbitr.

Jud. Kitzel.

c. 9. Theor. 1.

& 5. synops.

matrim. Co-

varr. tom. 1.

part. 1. de

spons. c. 4. n. 7

Ant. Gomez.

ad leg. Tauri.

80. n. 4. Heid.

c. 2. concl. cri-

min. 12. pag.

(mibi) 172.

3 Cap. 2.

concl. crimi-

nal. 11. pag.

(mibi) 169.

<sup>4</sup> Libr. 4. c.

19. de arcen.

Respubl.

<sup>5</sup> Thuan.

Histor. libr.

29.

<sup>6</sup> Lib. 13. de

civitat. Dei.

<sup>7</sup> Cap. 4. de

Ordinib.

<sup>8</sup> In C. privi-

legia §. offi-

cium di-

stinct. 3.

<sup>9</sup> Tom. 1.

part. 1. de

spons. cap. 4.

n. 7.

<sup>10</sup> Cap. 9.

Theor. 2. sy-

nos. matrim.

<sup>11</sup> Libr. 3.

Tit. 12. Ga-

mol synopt.

nexam qualitatem stupri, vel adulterii, vel incestus, aliamve similem habet; alias ob simplicem scortationem nemine deponi dicit glossa. *in d. C. Maximianus 6. addita ratione hac, cum pauci sine illo vitio inveniuntur. C. 16. distinct. 50.* scilicet frequentia delicti excusat crimen, & pauci in papatu, qui castitatem vovent, casti & sine carnali delicto, ut Gregorius loquitur, inveniuntur monachi.

Cæterum quamvis meretricias libidines decretis suis damnent Pontifices, publica tamen lupanaria Romæ, in ipso vicarii Christi conspectu, admittunt, & ex probrosis scæminis vectigal colligunt, quod singulis annis triginta millia coronatorum superare, post alios Heiden refert, idque inter arcana Reipublicæ collocat Clapmarius: <sup>4</sup> Et cum omnia meritoria abolere constitisset Pius quintus, intercessit senatus, judicans id fore contra publicam utilitatem. <sup>5</sup> Scilicet, ex duobus malis minimum eligendum est, cum utrumque caveri non possit. C. 1. 2. distinct. 13. & sæpius tolerandum minus præsens, ob evitandum majus malum futurum, quod verisimilibus conjecturis metuitur; at vero si non admittantur meretrices, appellarentur honestæ virgines & matronæ, stupra & adulteria quotidie committerentur. Quod respiciens Augustinus ait: *Hoc fecit meretrix in mando, quod sentina in navi, vel cloaca in palatio; tolle cloacam, & fetore replebis palatium, similiter de sentina: tolle meretrices de mundo, & replebis eum sodomia.* <sup>6</sup> & alibi, *auser meretrices à rebus humanis, & turbaveris omnia libidimbus.* <sup>7</sup> & hac ratione, Ant. Georgius, <sup>8</sup> quem vulgo Præpositum appellamus, & post eum Covarruvias tradunt, ecclesiam in republica meretrices tolerare. <sup>9</sup> Sed hisce tantum opponam illud Pauli, non esse facienda mala ut eveniant bona *ad Roman. cap. 3. vers 8.* quid dicam publica auctoritate, admittenda mala, quia duntaxat metuuntur majora, quæ honesto vitæ instituto præcavenda sunt, & fugienda voluit Dominus? Hanc Pontificum sententiam planius prostratam videat lector apud Kitzelium <sup>10</sup> & Havemannum. <sup>11</sup>

In pluribus civitatibus nostræ Reipublicæ lupanaria publica admissa, iis, quæ certa loca quæ habitarent lenones, assignata fuisse, veteres municipales leges urbis Leydæ & Amstelædami testantur, *art. 15. 16. 17. vande Burgerl. Keur. der Stat Leyden. gemaacht inde jaare 1545. ende vernieuwt den 17. Septemb. 1561. Keure geëmanneert den 24. Januar. 1509.* quarum excerpta, quæ vulgus leguleiorum extracta vocat, apud me sunt. Sed id fuit, cum Majores nostri adhuc Romanam bestiam adorarent, & cæci versarentur in tenebris papatus. Verum postquam summo Dei optimi Maximi beneficio illuxit parentibus nostris

nostris pura, neque traditionibus humanis deturpata Euangelii doctrina; Reformatus magistratus non solum meritoria sustulit, sed & meretrices publico gynæceo, ut emendem probrosam vitam primo inclusit, scortatores carceri, pane & aqua cibandos mancipavit, & si coerciti non intermiserint luxuriam, civitatibus expulit, lenasque gravissimis pœnis subiecit. *art. 24. & seqq. Pol. Zeland. constitut. art. 73. & seqq. Egri-Reglem. vande Staten Gener. &* hoc jure passim utimur: ne quis apud nos omnem castitatis disciplinam hodie afflictam putet. Non enim æquum est, in loco honesto, inhonestas adnotare & invenire personas *l. 4. C. de spect. & scen. verum expellere eas oportet, ut foetida cadavera, quæ contagione & visu sana quoque inficiunt corpora. Et certe non parvum crimen est meretricium scelus; probrosæ fœminæ, proprium corpus vendendo, minutatim, ut propolæ merces, distrahunt, quæstum faciunt ex membris, quæ natura ad alium usum produxit, & quamvis liber homo non recipiat æstimationem l. 2. §. 5. D. de his qui effuder. vel deject. attamen ad pretium participandum quasi venundari se patiuntur. Lenocinium non minus crimen quam corpore quæstum exercere l. 43. §. 6. D. de ritu nupt. imo majus est. Nam hoc unius mulieris flagitium est, & ex unius libidinoso nascitur amore: at leno plures ad libidinem variorum explendam quæstus gratia producit, & aliquando puellas necdum decimum agentes annum ad periculosam deponit corruptionem *Novell. 14. imo adulterio gravius lenocinium esse quidam interpretes judicant: nam adulter duntaxat in se ipsum peccat; leno vero in se & alium: nec adulteria, nec stupra sæpius committerentur, si lenones non essent.* Sed de hoc fœdo meretricum argumento satis.*

- 17 Concubinatus definiri potest, *soliis voluptatis gratia cœlibi viri & mulieris ad tempus conjunctio: & concubina, mulier quæ soliis voluptatis gratia, cum uxor non sit, uxoris loco habetur; ac uni viro se miscet. l. 144. D. de verbor. signif.* Dicimus concubinatum viri & mulieris conjunctionem esse, ut indigitemus, eum matrimonium imitari, quod unius viri & mulieris conjunctio est. Dicimus concubinam uxoris loco haberi, quia uni viro duntaxat sociatur. Nam quæ uxor, alteri quam marito suo se miscet, adulterium committit; quæ concubina pluribus, quam uni viro se submittit, corporisque sui copiam facit, non concubina, sed meretrix est. *Cœlibi viri & mulieris* dicimus: mulieris; ut indigitemus utrosque cœlibes esse debere, qui concubinatu cœunt. Nam proprie pellex hodie dicitur, non concubina, quæ eum eo, cui uxor est, corpus miscet: quamquam id verbum quoque concubinæ ab antiquis tributum fuisse Massurius scribat. *l. 144. D. de verbor. signif.* Et cui maritus est alteri se prostituens mulier, adultera est, non concubina: *C. 5. caus. 32. q. 2.* Dicimus ad tempus conjunctionem esse concubinatum: quia ex sola animi destinatione æstimatur, initur, consistit, durat, *l. 4. D. de concubin.* atque cessat, quam cito expleta libidine, cohabitare amplius nolunt concubini. Matrimonium vero perpetua conjunctio & individua vitæ consuetudo est. *§. 1. instit. de patria potest. l. 1. D. de nupt.* Tandem dicimus concubinam soliis voluptatis gratia sumi, cum uxor liberorum quærendo-

<sup>1</sup> Heid. c. 2. concl. crimin. 18. pag. (mi-bi) 201.



apud Romanos concubinitus fuit: Plus honoris tributum uxori, concubinæ aliquid: l. 16. §. 1. D. de his qua ut indign. aufer. non amisit matronæ nomen, quæ patroni concubina fuit l. 13. D. ad leg. Jul. de adulter. Sola maritalis affectio, honor, & animi destinatio ab uxore distinguebat concubinam. l. 3. §. 1. D. de concubin. l. 3. §. 1. D. de donat. int. vir. & uxor. quasi duntaxat major dignitas æstimanda esset in uxore. l. 49. §. 1. D. de legat. 3. plenior honor, major affectio præstanda esset à marito uxori, quam concubinæ l. 31. D. de donat. l. 41. §. 1. D. de rit. nupt. Quæ omnia ex sola animi destinatione ipsius viri pendebant. Si pleniori honore, puro affectu quis dilexerat mulierem, uxor habebatur, non concubina Novell. 74. pr. & cap. 4. vel si vertisset amorem erga concubinam in maritalem affectionem, eique exhibuisset honorem pleniorē, id est, conjugalem, eamque habere siuisset matris familias honestatem, concubinitus in verum matrimonium vertebatur, & habebatur concubina primum, jam legitima uxor. d. l. 41. §. 1. l. 31. D. de donat. l. 3. §. 1. D. de donat. inter vir. & uxor. quia neque tabulæ, neque nuptialis pompa, neque festiuitas matrimonium faciunt, sed animi destinatio, consensus, & maritalis affectio. l. 31. D. de donation. l. 9. l. 13. C. de nupt. l. 32. §. 13. D. de donat. inter vir. & uxor. An autem maritalis affectio & honor conjugalis pridem præcessisset, intervenissetque, personis comparatis, vitæ conjunctione considerata, perpendebatur. l. 31. D. de donation. & in dubio, in liberæ mulieris consuetudine, non concubinitus, sed nuptiæ intelligebantur l. 24. D. de rit. nupt. nisi hanc præsumptionem excluderet vilior mulieris conditio, uti si corpore quæstum fecisset. d. l. 24. & tam probrosa esset, ut ab eâ pudicitia ratio non exigeretur. Nec distinguitur etiam si clam, non palam pudori suo non perpercisset. Nam licet ab ingenuorum nuptiis, lege Julia de maritandis ordinibus, duntaxat repellantur probrosæ foeminae, quæ de pudicitia sua palam quæstum faciunt, vel stupri damnatae sunt l. 29. §. 1. l. 11. §. ult. D. ad leg. Jul. de adulter. non eæ, quæ clam turpiter vivunt (Nam Ulpianus scribit, vulgarem foeminam uxorem duci, & adulterium ab eâ perpetratum vindicare maritum posse. l. 13. §. 2. D. ad leg. Jul. de adulter. \*) attamen cum probrosa & famosa sit mulier, quæ, etiam si non palam, vulgo quæstum facit l. 41. D. de rit. nuptiar. non capitur matrimonii præsumptio, ex diutina ejus cum viro cohabitatione, consuetudine, & contubernio; quia neque honestum est honesto viro talem uxorem habere, etiam si lege liceat; neque honorificum Reipublicæ, tam vilem personam, sola juris interpretatione, admitti ad consortium divini & humani juris: ne honesta interpretatio, non honestæ personæ lucrum adferat l. 52. D. de petition. heredit. & denique, quia stuprum non committitur in muliere, quamvis ingenua, quæ corpore suo meret, necessaria non est ad evitandam stupri suspicionem hæc interpretatio.

Itaque admisit jus civile concubinitum, eumque, conjugium inæquale Theodosius & Valentinianus appellarunt l. 3. C. de natural. liber. concubinam, uxorem imitari dixit Julianus, Novell. 18. eam *ἡμιγάμου* vocavit Zonaras, id

<sup>1</sup> Comman.  
libr. 8. cap.  
13. comment.  
jur. Civil.  
Briffon. lib.  
singul. ad l.  
Iml. de adult.  
n. 10.

<sup>2</sup> Briffon. d. l.



id est, vice conjugem, & caste vivere qui una concubina contentus vivit. Justinianus *Novell.* 18. *cap.* 5. *Novell.* 89. *cap.* 12. §. 5. Ideoque ut non in matrimonio, ita neque in concubinato esse potest mulier, minor duodecim annis *l.* 1. §. 4. *D. de concubin.* nec filii concubina esse potest, quæ patris fuit. *l.* 1. §. 3. *D. de concubin.* *l.* 4. *C. de nupt.* nec tollitur furor concubinitus *l.* 2. *D. eod.* uti nec matrimonium *l.* 45. §. 5. *D. de rit. nupt.* *l.* 22. §. 7. *D. solut. matrimon.* duas concubinas habere, uti duas uxores prohibitum est, & scortis potius misceri quam concubinis, qui sub nomine concubinitus, multitudinem habet mulierum fornicantium, dixit Justinianus *Novell.* 18. *cap.* 5. *Novell.* 89. *cap.* 12. §. 5. *l.* 1. *D. de his qui not. infam.* *l.* 2. *C. de incest. nupt.* cui uxor est, concubina esse nequit, quia inter duos tantum constrinxit matrimonium Deus. *l.* un. *C. de concubin.* *C. l. ult. C. commun. de manumiss.* quod & sua & antiqua jura constituisse Justinianus ait; & constat ad minimum contra bonos mores, & receptam consuetudinem æstimatum fuisse, ut quis uxori concubinam adjungat, etiam ante Constantini tempora, cum dicat Ulpianus concludendum esse, nolle patronum, uxorem sibi libertam qui concubinam sibi adhibet, *l. ult. §. ult. D. de repud. & divor.* cumque asserat Papinianus, valere ducentorum stipulationem, a muliere factam, si maritus tempore matrimonii concubinæ consuetudinem repetisset. *l.* 121. §. 1. *D. de verb. obligat.* atque Paulus scribat, eo tempore quo quis uxorem habet, concubinam habere non potest. *libr. 2. sent. Tit. 20.* Quorum jurisconsultorum alter sub Caracalla, alter & tertius sub Heliogabalo & Alexandro floruit; ne quis putet ante Constantini constitutionem uxori concubinam induci licuisse.

Non tamen adeo ut in uxore, vel ætas, vel vitæ integritas, vel dignitas, vel status conditio in concubina consideratur. Non ætas; nam quinquagenaria, quam lex Papia Poppæa vetat duci uxorem a viro illa ætate minore, concubina esse potest. *l.* 1. §. 4. *D. de concub.* Non vitæ integritas; nam in concubinato esse potest mulier adulterii damnata, vel in adulterio deprehensa *l.* 1. §. 2. *D. de concubin.* quam ducere uxorem lex Julia vetat *l.* 11. §. ult. *l.* 29. §. 1. *D. l.* 9. *C. ad leg. Jul. de adulter.* *l.* 43. §. 12. 13. *D. de rit. nuptiar.* Non dignitas; nam concubina senatori, filiisque ejus esse potest mulier, quæ iis uxor esse non potest. *l.* 23. *l.* 41. §. 10. *l.* 44. *de nupt.* mulierem in provincia in qua quis officium administrat, oriundam uxorem ducere prohibetur. *l.* 38. *l.* 57. *l.* 63. *D. de rit. nuptiar.* *l.* 3. §. 1. *D. de donat. int. vir. & uxor.* non tamen concubinam habere *l. ult. D. de concubin.* Non status conditio; nam cum ancillis potest esse concubinitus *l. ult. C. commun. de manum.* cum quibus tamen connubii jus non est. *l.* 3. *C. de incest. nupt.* Quorum omnium ratio est, quod concubinitus, non legitimæ prolis suscipiendæ, non justæ societatis, sed solius concubitus, & voluptatis gratia ineatur. Præter hæc inter uxorem & concubinam discrimina, quia hic sese offert occasio, pauca alia adjungam. Vxor si ad alium accedat, ut adultera accusari potest, concubina nisi patroni, non potest *l.* 13. *D. ad leg. Jul. de adulter.* quod adeo verum dicit Ulpianus, ut quamvis postea cum concubina matrimonium quis contrahat, pro præterito concubitu

<sup>1</sup> Ulpian. Tit. 5. §. 3. in fragm.

<sup>2</sup> Goman. lib. 8. cap. 13. comment. jur. civil. Cujac. libr. 5. observ. 6.

bitu illam accusare jam maritus non possit. l. 13. §. 6. *D. de Adult. Vxor mariti & bonorum temporalium & sacrorum particeps est, testibus Halicarnassæ, & Paulo l. 1. D. de Rit. Nupt. & Gordiano Imperatore l. 3. C. expil. her. quam* <sup>1 Libr. 2. Roman. Antiquit.</sup> societatem concubina non habet. Donatio uxori facta, irrita est, l. 1. *D. de donat. int. vir. & uxor. non in concubinam collata, l. 3. §. 1. D. de donat. int. vir. & ux. etiamsi ea postea uxor ducta sit. l. 31. D. de donat.* Adversus uxorem res mariti amoventem, furti non datur actio; tum, quia quasi domina earum est, uti ex Nerva & Cassio Paulus scribit. l. 1. *D. de action. rer. amotar.* tum quia furti actio famosa est & turpis, & ideo in honorem matrimonii, marito negatur. l. 2. *D. eod.* quæ tamen adversus concubinam competit, ut in quamlibet personam extraneam l. 17. *D. eod.* Vxor forum, domiciliumque mariti sequitur l. 65. *D. de judic.* concubina proprium tantum. l. 37. *D. ad municip.* Vxor, quæ in manu mariti convenit, illi morienti intestato sine liberis, heres fuit l. 1. *D. Vnd. Vir. & uxor.* concubina vero tanquam extranea persona, nisi heres instituta, jure veteri nihil capiebat. Vxor ut dimitti possit, divortio opus est, eoque solenniter facto, adhibitis septem testibus civibus Romanis l. 9. *D. de divort.* in concubina, quia nullum præcessit matrimonium, nullo opus est divortio. l. 17. *D. action. rer. amotar.* Vxor diimitti sine causa non potest. l. 8. *C. de repud.* concubina pro libitu. Ingenua, concubina facta, matronæ nomen amittit l. 13. *D. ad leg. Jul. de adult.* nec matris familias honestatem habet. l. 41. §. 1. *D. de rit. nupt.* quo utroque ducta nuptiis uxor gaudet. Liberi ex iustis nuptiis procreati patrem certum habent, & legitimi sunt, l. 4. l. 5. *D. de in jus vocand. pr. Inst. de patr. potest.* non sunt, percepti ex concubinato §. 12. *Inst. de nupt. l. 2. C. de natur. liber. Novell. 18. cap. 5.*

- 24 Inter modum ineundi concubinatum cum ingenua & honestæ vitæ puella, & cum ea, quæ obscuro loco nata est, vel corpore quæstum fecit, cæterisque vilibus & abjectis mulieribus, hæc differentia fuit, quod testatio ingenuæ mulieris concubinatum manifestum facere debuit: nam ea neglecta, stuprum committebatur. l. 3. *D. de concubin.* quod in cæteris propter vitæ vilitatem non committitur, vel impune committitur, l. 1. §. 1. *D. eod.* Idque <sup>2 Brisson. libr. sing. ad leg. Jul. de adulter. n.</sup> est, quod Marcianus dicit, nec adulterium per concubinatum committi, quia hæc consuetudo, cum per leges nomen assumpsit, extra legis pœnam est. l. 3. §. 1. *D. de conc.* per adulterium enim stuprum intelligit, quod committere negat, qui abjectam cœ-
- 25 minam concubinā sibi asciscit l. 34. *D. ad leg. Jul. de adult.* De testatione hac de qua loquitur Marcianus, nihil se unquam legisse, quod meminerit, fatetur Con-  
nanus, dubitatque, an non fieri debuerit apud Aediles, ut judicarent, ex cujusque viri & mulieris existimatione, permittendus, negandusne esset inter illos concubinatus. Nam, ait, cum meretricis & scorti nomine appellaretur, notareturque à lege, quæ aliter, quam mariti consuetudine uteretur, placuit quidem extra legis pœnam esse, quæ unus se familiaritati, & amori applicuisset, unaque cum eo domo mansisset, neque id fraudi alicui esse: attamen illud vitæ genus ut indignum, non permisere ingenuis mulieribus, quæ pudorem suum non vulgaverant, & matronæ nomen non exuerant, nisi testatione.

<sup>1</sup> Libr. 8.  
cap. 13. com-  
ment. jur. ci-  
vil.

*hoc manifestum apud Ediles faciente.* Hoc tenos ille. <sup>1</sup> Sed cum hac sententia ex conjectura pendeat, quidni & nobis licet conjecturam facere, hanc testationem interponi debuisse, septem civibus Romanis puberibus adhibitis, sicuti nullum divortium, nisi hoc modo factum, ratum fuit, l. 9. D. de divort. ut hac ratione, pudore aliquo, tum diverrentes, tum quæ ingenuæ, concubinæ vitæ, non matrisfamilias honestatem amplectebantur, afficerentur. In liberta hoc observandum est, quod et lex Julia & Papia concubium 26 negavit, quæ uxor ab invito patrono divortia. l. ult. D. de divort. imo & combinatum cum altero, dummodo prior patronus eam uxorem vellet, aut aliam sibi non desponsasset, destinassetve. l. 1. C. de inest. nupt. l. 45. §. 5. l. 51. D. de rit. nupt. l. ult. §. ult. D. de divort. Ratio est, quia ex liberta cum alio matrimonio, injuria non decentes ei sunt, quæ libertatem imposuit. Novell. 22. cap. 37. libertæ vero concubinæ, quæ invitum patronum deserit, negat quidem lex Papia conjugium, at non concubinatum: quia honestius est patrono libertam concubinam, quam matremfamilias habere. l. 1. D. de concub. Verum liberta sponsa duntaxat, invito patrono si nuntium miserit, cum alio concubium habet: quia lex tantum ad nuptiam pertinet, non ad sponsam. l. 45. §. 4. D. de rit.

<sup>2</sup> Ant. Fab. nupt. De hisce plura Faber, quem videat lector.

Tis. 9. princ.  
2. illat. 1. &  
pr. 5. illat.  
26. 27. 28.  
Jurispr. Pa-  
pin. scient.

Cæterum, quod admiserint concubinatum Constantinus, Justinianus & 27 cæteri Christiani Principes, non adeo mihi culpandi videntur, cum hæc consuetudo, ut juris naturæ matrimonium, destitutum duntaxat quibusdam civilibus effectibus, sustineri possit, uti id jure Ebraeorum factum diximus. Sed in eo mihi peccasse videntur, quod solius voluptatis causa concubinatum contrahi dixerint; quod cujusvis arbitrio commiserint, deserere concubinam ad tempus quasi suntam, & alteri sese vel tradere matrimonio, vel libidinis causa miscere. Etenim recte Thomas affirmat, concubinatum voluptatis solius causa, & non animi destinatione perpetuam fore consuetudinem, initum, contra legem naturæ esse. <sup>3</sup> Rectius jus canonicum concubinatum admittit, 28

<sup>3</sup> In libr. 4.  
sent. distinct.  
33. q. 1. art.  
3.

sed perpetuum, & sub conditione, ut uterque non defugiat prolem, alter alteri soli adhareat, nec destituat. C. 4. C. 5. C. 6. distinct. 34. Hocque intelligo censuisse concilium Toletanum, cum decrevit non repellendum esse à communione eam, qui unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ conjunctione contentus, vivit. C. 4. distinct. 34. Ne contrarium sit Augustino, qui docet, concubinas ad tempus adhibitas, etiam si filiorum procreandorum causa concumbant, justum non facere concubinatum. C. 6. distinct. 34. C. 5. C. 6. cons. 32. q. 2. Nam alias, ut recte idem Augustinus ait, cum à scortatione excusari nequeat, qui mulieri adfuescit, donec aliam digniorem vel honoribus vel facultatibus suis inveniat, quam uxorem ducat, & interim libidini suæ indulget, C. 6. cons. 32. q. 2. quomodo ille à communione fidelium non sit repellendus, non video. Ut plane assentiar illorum virorum sententiæ, qui autumant memoratum concilium de matrimonio loqui, & concubinam appellare, quæ clanculum, sine nuptiis, id est, non observatis Ecclesiæ ritibus nuptiarum

<sup>4</sup> Habt. am.  
Christ 403.

puarum nupit: etenim hæc interpretatio non male congruit verbis, quibus vocatur Patres, distinguentes inter uxorem & concubinam. Post Christum natum & mortuum, uxorem vocant, quæ rita solenni ducta pleno honore matrimonii habebatur, concubinam vero appellatam fuisse, quæ quidem iusto conjugio sociata, at sine solennitatibus, vel clam, absque publico ritu, iuncta viro erat, ideoque nec uxoris nomine honorabatur, Basilii Pontius ostendit. \* Quidam Jus civile excusant, quod permiserit concubinatum temporarium, ad evitanda maiora adulterii & stupri crimina: quia obstitit omni ex parte hominum nequitia non potuit: & quod divortiorum nimia frequentia, & facilitas non passa fuit aliquam firmitatem esse concubinatus, vel inexplicabile ejus vinculum. Quibus respondere non lubet, cum satis in 29 prioribus responsum sit. Rectius, & hac quidem pia ratione Leo Philosophus & uxorem habenti, absterfa juris Justiniani macula, & non habenti, concubinam adfiscere, in perpetuum interdixit: *Ab illa enim non molitor religionem, verum etiam naturæ injuria, secundum divina, Christianisquæ continentia præcepta prohibemur. & quidem, si eam fomes habetas, sobrie inde haurire divino præcepto monere: quæ ratione cum puram aquam haurire liceat, lutum tu maris? Tum camesi fontem non habetas, rebus tamen vetitis uti non potes. Caterum vitæ consortem invenire difficile non est. Novell. Leon. 91.* Quæ sententia imitatus videretur fuisse Imperator illud Salomonis: *Bibe aquam de cisterna tua, & fluat de medio patris tui: erit scaturigo tua bene ducta, & lacus de antro adolescentiæ tuæ. Sic cervæ amicitissimi, & rapti capiti gratiosa: ubera ipsius uberem te omni tempore, in amore ejus errato jugitat. & quare erras fili mi cum extranea, & amplectereris pedus alienæ? cum coram oculis Jehovæ via ejusque sint, & omnes vias ejus expendas.* Proverb. cap. 5. vers. 15 & seqq. Egregius quoque locus ex Ambrosio à Gratiano refertur, damnavit eam ancillis concubinatum, dignis re legatur. C. 9. caus. 32. q. 4.

30 Majores nostri, cum lex naturæ, \* prima matrimonii institutio. Genes. 2. vers. 23. 24. & Christiana castitas damnavit concubinatum, 1. ad Corinth. 6. \* Thom. in vers. 9. 13. 15. ad Galat. 5. vers. 19. non duntaxat, uti Justinianus Episcopus & Clericos Novell. 5. cap. 8. Novell. 6. cap. 5. Novell. 123. cap. 1. & 12. sed 33. q. 1. art. 3. & omnes cujusque conditionis seu vitæ homines huic consuetudini interdixerunt. Nec admiserunt distinctionem inter perpetuam & temporariam consuetudinem. art. 3. Pol. Holl. const. art. 29. Zeland. art. 72. Eght Regl. vande Staten Gener. art. 7. Tit. 1. part. 2. Lantreght. van Overys. part. 3. Tit. I. art. 14. Reght. en gewoont. tot Devent. æstimantes juxta Dei præceptum, omnem extra justam uxorem, cum muliere consuetudinem, scortationem, & peccatum esse. C. 4. caus. 32. q. 4. Nec distingui oportere inter uxorem & uxorem, sine nuptiis, & solennibus nuptiis ductam, justam conjugem, & minus honoratam, matrem familias, & uxoris loco concubinam. Non enim æquum æstimarunt, nec commodum Reipublicæ, nec honestum Christianis, non pleno honore, non maritali affectione, non puro conjugali affectu habere concubinam uxorem, ex qua susceptus filius, nec successionis heres, nec

sanguinis est, sed patri pudori, & testis libidinis. Itaque voluerunt, abrogata penitus illa juris Justiniani, quæ de concubinis est, parte, si quæ mulier talibus prædita sit moribus, ut mereatur consortium, mereri & nomen uxoris.

Hinc impudica & probrofa hodie habetur mulier, concubina; concubinatus, & sortatio; liberi ex eo suscepti, spurii, & quasi vulgo concepti à paterna hereditate excluduntur; quicquid concubina aut inter vivos donatur, aut testamento relinquitur, tanquam personæ turpi & indignæ aufertur. arg. l. 13. l. 14. & gloss. in l. 16. §. 1. D. de his quæ ut indign. aufert. Ipsi concubini si mensem in contubernio fuerint, quinquaginta, si alterum, insuper centum, si tertium mensem adjunxerint, ducentorum florenorum multa puniuntur, eroganda ejus tertia parte pauperibus, tertia prætori, tertia delatori; & si coerciti non intermittant luxuriam, decem annorum exilio plectuntur. art. 3. Pol. Holl. constit. art. 29. Zeland. art. 72. Eight-Reglem. vande Stat. Gener. art. 11. Ordonn. van bouwel. Jaack tot Amsterd. ann. 1586. part. 2. Tit. 1. art. 8. Lantreght van Overys. Attamen liberi ex concubina suscepti, cum legitimis filiis, ab intestato ad maternam successionem hodie admittuntur, Costum. van Vreghet. rubr. 23. art. ult. Costum. van Antwerp. Tit. 45. art. 3. 4. & à patre heredes, ut quilibet extranei, institui possunt, uti sæpius judicatum, se intellexisse Groenewegen testatur. Rationem juris hanc esse dicit, quod concubinus moribus nostris improbetur quidem, at demum ex perseverantia puniatur. art. 3. Pol. Holl. constit. verb. een maant. Verum Leydæ, liberis nothis nihil amplius, existentibus liberis legitimis, à patre relinqui potest, quam quæstia pars eorum, quæ filio vel filia legitimis in subsidium matrimonii data sunt: Sed si nulla existat legitima soboles, hac in re, jus civile probatur. 150. Burgerl. keure ter stadt. Leyden. ut & si liberi ex damnatis, adulterinis & nefariis complexibus nati sint. auth. ex complexu C. de incest. nupt. junct. 150 Keur. van Leyd.

## CAPUT VIGESIMUM OCTAVUM

*Qua actione conveniri possint, qui sponsalia à virgine constituta esse calumniose spargunt.*

## SUMMARIA.

1. Habet ex lege diffamari civilem actionem puella, adversus eum, qui injuriâ sponsalia pretendit.
2. Injuriarum conveniri potest, qui dolo finxit nuptias sibi spondidisse virginem.
3. Injuriarum conveniri potest, qui convenit à patre sponsalia à filia ætate minore sibi constituta pretendit.
4. Actione injuriarum non tenetur, qui sibi sponsalia constituta à filia adulta, pretendit.
5. Quæ inverscham virginis pudicitiam esse sparserit, criminali & civili judicio conveniri potest.

**A**ccidit sæpius, ut ei qui iratæ litarunt veneri, dum versò in odium amore, repullæ contumeliam male fesiati vindicare volunt, honestum virginis nomen

nomenclum calumnie proscindere conentur, sparso rumore interfectæ virgin-  
tatis, vel cujusunque alius perpetratæ lasciviæ. Sunt & amantes, verius  
amentes, qui talia spargunt, ut quas morum comitate, precibus, & benevo-  
lencia in sui amorem flectere non possunt, præcisa quali cum aliis nuptiarum  
spe, ipsi ducant. Sunt & qui palam jactant, sibi privata conventionione sponsum  
esse matrimonium, ut hoc modo amotis cæteris competitoribus, ac si jam  
sponsa esset, huic calumniatori nubere cogatur quasi nuptias desiderans vir-  
go. Quæ calumnia, quique dolus, cum noxii esse soleant fœmineo sexui in  
conciliando sibi honesto matrimonio; cumque sæpius metum incutiant virgi-  
num sponsis, ne prætextu datæ fidei, cum eorum injuria turbentur forsan  
nuptiales denunciationes; ipsumque quandoque connubium turbet dubia ex  
tali calumnia uxoris pudicitia: animus est breviter tradere, quid mulieri viro-  
ye infimulatis, contra hujusmodi male seriatos calumniatores faciendum sit.

1 Si mala famigeratio duntaxat sit, pactas esse à puella nuptias: altera ex lege  
diffamari, *arg. l. 5. C. de ingen. manum.* altera injuriarum actio infimulatis datur.  
Ex lege diffamari convenitur infimulans, quem vulgus diffamantem vocat,  
ut intra certum diem à judice præfigendum, actionem suam, si quam ex con-  
stitutis sponsalibus adversus virginem habeat, vel habere se putet, instituat:  
vel si probationibus suis diffidens, vadimonium deserat, ut patiatursibi impo-  
ni perpetuum silentium. 1 Quem modum agendi veteribus incognitum, in  
usum deduxisse Doctorum nostrarum sapientiam Scipio Gentilis ait, tracta-  
to citata modo Imperatoris Diocletiani constitutione in l. 5. C. de ingen. ma-  
num. cum olim nemo, vel agere, vel accusare cogi posset. 2

2 Actio injuriarum adversus infimulantem datur, si ex lege diffamari con-  
demnatus; nihilominus in eadem contumelia perseveret, puellamque  
ruptæ fidei accuset, traducatque ut alios avertat ab ejus nuptiis. Adigitur  
hic famigerator ad publicam palmodiam, & confiteri cogitur, nulla conven-  
tione sibi obligatam mulierem esse, atque insuper in multam pecuniariam  
pauperibus erogandam, litisque expensas condemnatur. 3 Quam quoque in-  
juriarum actionem instituere puella potest, etiam si nondum ex lege diffamasi  
egerit. Etenim ad honorem virginum pertinet, non traduci, quasi clam, &  
ingratis parentum, necessariorumque, nuptias spondissent, & appetentia  
procacioris sibi ipsæ maritos quæsiscent.

3 Nec ab hac actione excusatur ille, qui à patre conventus, sponsalia sibi  
constituta, à filia ætate minore præterdit, ostenditque. Nam virgo nondum  
adultæ, invito vel clam patre, nec nubere, nec nuptias spondere potest, nec  
debet. Ut injuria affecerit patrem, qui nequissimus homo ad constituenda  
sponsalia incautam puellam adigit, & ad hoc velle, quod patris curæ com-  
mittendum erat, induxit, *arg. l. 14. §. D. de serv. corrupt.* atque hanc non bellam  
de virginis famam sparsit. *arg. l. 1. §. 5. l. 26. D. de injur.* uti Frisiz Curia  
judicavit. 4 Aliud est, quamvis causa cadat, qui ea prætexit sponsalia, quæ  
major annis viginti filia constituit, at postea obsequens patri, & pœnitentia

Gayl. libr.  
1. observ. 9.  
n. 1. 2. 3.  
Kitzel. c. 10.  
Theor. 3. sy-  
nops. ma-  
trim. Herve-  
mann. libr. 4.  
Tit. 4. post.  
2. Gamol. sy-  
nops.  
2 In not. ad  
Apol. Apul.  
n. 20.  
3 Siet de  
fementie  
vande hoghe  
Rade geuvon-  
sen inde  
Jaacke van  
Zegelin van  
Alberinghe  
requirante  
ter cenre: en  
de Mr. Adria-  
aan van  
Weresleijn  
als vooght  
niffens Eli-  
sabet van  
Baarle gere-  
quirende  
ter andre  
syde in dat-  
den 1 Maart.  
1595.  
4 Sand.  
libr. 5. Tit. 8.  
defn. 5. De-  
cis. Fris.

304      **QUA ACTIONE CONVENIRI POSSINT, &c. LIB. I.**  
ducta revocavit. Ille enim dolo agere, vel animum injuriandi habere non creditur; cum virgo spondens nuptias, ejus est ætatis, ut in amore persistens cogere potuerit patrem rationes dissensus dare: juvenis autem versum esse virginis erga se animum merito dubitare potest, & credere illam minis patris adductam, non sponte sua nuntium misisse, ideoque si præsens judici sistatur, facile confessuram se nuptias velle. Conveniri tamen recte potest ex lege diffamari, ut irrita videat declarari sponsalia ingratis parentum à filia adulta constituta.

Si quis mendax Thrafo non solum fidem de futuris nuptiis datam jactaverit, verum insuper, concubitu, denudatos sinus, aliamve virginibus indecoram lasciviam admissam fuisse, pessimo animo & ausu sparserit, & civili, & criminali, seu publico judicio conveniri potest. Civiliter, à puella, patre, sponso, & quos illa propinquo sanguine attingit l. 1. §. 3. & 5. l. 15. §. 24. D. de injuriis. (Nam injuria, quæ liberis nostris fit, nostrum pudorem pertingit.) ut resorbeat calumniator, quod petulanter evomuit, publice palinodiam cantando, utque plectatur pecuniaria multa judicis arbitrio æstimanda, atque pauperibus eroganda. C. 9. & ib. DD. x. de excess. prelat. Criminaliter, ab Urbano Prætor, ut plectatur carcere, relegatione, aliave pœna arbitraria, pro ratione objectæ fœditatis, virginis insimulatæ dignitatis, & ipsius insimulantis conditionis vilitatis. <sup>1</sup> Refert Sande calumniatorem quendam, qui virginis, quam deperibat, famam traduxerat, quasi illam doctasset, accusatum & convictum virginis publice cæsum, & anni exilio punitum fuisse. <sup>2</sup> Nec cuiquam nimis acerba hæc coercitio videri debet: nam Reipublicæ interest, sponсарum pudorem suspitione alicujus flagitii carere, ut tranquilla sint matrimonia. Deinde, famæ damna majora sunt, quam ut pecunia æstimari possint, & præcipuus virginis census est non suspecta pudicitia, omnibus mundi thesauris præferenda. l. 8. §. 2. D. quod met. caus. Proverb. 22. vers. 1. Grave crimen est, gloriari cum male feceris; & velle, id neminem ignorare. C. 9. x. de excess. Prelat. quid dicam, quasi flagitasses, id est, stuprasses virginem, honestum ejus nomen conspurcare, cum non feceris? Et certe apud nos Batavos maxime laborandum est, ne improbo cuique impune, vel sub leviuscula duntaxat pœna liceat gloriari ereptam pudicitiam, & virginitatem puellæ clam à se interfectam esse; cum apud nos impleverit licentia magis quam libertas conveniendi virgines, & cum iis familiariter clam arbitris confabulandi, differendi, colloquendi. Ne hæc innoxia consuetudo nostra, ex morum integritate, & candore Majorum nostrorum introducta, capteatur sæpius ab improbis prociis, fiatque occasio honesto virginum nomini & famæ quandam labem aspergendi.

<sup>1</sup> Ioach. à Beuff. part. 1. de spons. quest. 17. de jur. conub. <sup>2</sup> Eibr. 5. Tit. 8. definit. 5. decis. Fris.

F I N I S.



HENRICI BROUWER, JC.

DE

JURE CONNUBIORUM

APVD BATAVOS RECEPTO

LIBER SECUNDUS.

CAPUT PRIMUM.

*De necessitate sponsalium*

SUMMARIA.

1. Si simplicitas juris naturæ spectetur, non est necesse ante nuptias sponsalia constitui.
2. Jure Romano quandoque necessaria, quandoque non necessaria ante nuptias sponsalia fieri.
3. Nullum temporis spatium inter sponsalia nuptiasque effluendum, jure Romano prefinitum fuit.
4. Queritur, an jure divino aliquod tempus inter sponsalia & nuptias efflui necessarium debuerit?
5. Jure Pontificio matrimonium aliud ratum, aliud ratum & legitimum, aliud legitimum est, & queritur, quid in singulis circa tempus inter sponsalia nuptiasque effluendum, observatum fuit?
6. Carpitur tum civile, tum Canonicum jus, quod omnis sponsalibus nuptias contrahi, & clandestinas nuptias permiserint, neque certum tempus inter sponsalia, & nuptiarum celebrationem necessario effluendum prefinnerint.
7. Rationes exhibentur, propter quas juxta Pontificium clandestina matrimonia probavit.
8. Rationes exhibentur, quare Romani claustrum matrimonia contrahere permiserint.
9. Quid circa necessitatem publicæ contrahendis nuptias statuerit Justinianus, refertur.
10. Concilii Tridentini decretum de clandestinis nuptiis refertur; & carpitur, quod nuptialium denunciationum necessitatem arbitrio episcopi commiserit.

Ut quasi glutine quodam præcedenti præsentem jungamus tractatum, auspiciari hunc librum lubet, cum quæstione tum sponsalium, tum nuptiarum materiæ æque propria, an necesse sit ante nuptias sponsalia constitui. Verum quidem est, id ipsum quærere, indignum videri posse jurisconsulto operam



ram navanti Batavo foro, cum usitata nostris ecclesiis celebrandarum nuptiarum trina denunciatio, præambula sponsalia necessario involvat. At nobis id ipsum indignum non erit, qui & jus civile interpretamur, in quo hæc quaestio ventilari solet; & qui proposuimus, detectis fugitivo calamo erroribus, quibus jus Romanum circa contrahendas nuptias laborat, accurata progredi via, ad celebrandi matrimonii Batavos ritus. Quaestioni autem propositæ, ut respondeamus, jus naturæ à civili, idque postremum vetus à novo distinguenda sunt. Si simplicitas juris naturæ spectetur, ambigendum non est, quin neganda sit sponsalium necessitas in contrahendis nuptiis. Etenim spondent nuptias sponsalia, & earum obligationem in tempus differunt, ipsiunque matrimonium in se spectatum, solo & nudo coeuntium consensu perficitur: at vero quæcunque obligatio in tempus sponderi & differri potest, cum solo consensu consistat, confestim etiam & præsentis tempore confici potest. Sic promitti possunt emptio venditio, locatio conductio; sed & neglecta futuræ obligationis sponsione, ex solo contrahentium mutuo consensu, qui momento temporis interponi potest, statim perfici possunt. Verum quidem est, simulac in matrimonium conspirant coeuntes, impossibile esse, ut non aliquod vel minimum temporis intervallum transeat, antequam quis, etiam in simplicitate juris naturæ constitutus, & corpus tradere, & conjugales amplexus addere contractui possit. Sed & sciendum est, jure naturæ quoque, corporum traditionem, maritalesque congressus sequi contractas nuptias; adeoque nullum intervallum esse inter contractum de nuptiis, & nuptias ipsas, ut sponsalia constituta dicantur; sed duntaxat inter contractas nuptias, & earum ultimam per coitum perfectionem. Non enim putamus jure naturæ non contrahi matrimonium, nisi consensui additus conjugalis

<sup>1</sup> *Libr. 5. c. 4. de jur. natur. & gent. juss. discipl. Ebraeor.*

plexus fuerit, uti, teste Seldeno, Ebraeorum magistri censuere. <sup>1</sup> Itaque si matrimonii natura, nuda & in se, non vestita hujus vel illius gentis moribus spectetur, sola contrahentium animorum destinatio, & sponsalia constituet, & neglectis sponsalibus nuptias. Ex quibus patet, non perficiendi matrimonii necessitatem, sed honeste celebrandi utilitatem, sponsalia invexisse, de quo postea.

In Romana republica si quaeratur, quid observatum fuit, tempora distinguenda sunt, jus, uti diximus, vetus à novo, & deinde conditiones futurorum conjugum perspiciendæ. Cum moris esset, & ne quid secus fieret, lege cautum, ut cujusvis ætatis scæmina, nisi à consanguineis amicisve desponsata, uxor duceretur; <sup>2</sup> cumque confarreatione vel coemptione ducta transiret in manum mariti, necessaria fuere ante nuptias sponsalia: quippe hæc solennitates, hi ritus peragi non potuere, nisi prius pactæ nuptiæ essent, nec desponsa ab amicis dici potuit puella, nec ut sponsa tradi viro, nisi constitutis prius sponsalibus. Verum labascente cum incremento Imperii, legum Romanarum circa pudorem severitate, postquam placuit mulieres, quæ sui juris essent, se ipsas despondere posse: non necessaria fuere ante nuptias spon-

<sup>2</sup> *Dion libr. 59 & ex eo Anton. Hottomann. cap. 9. de veter. rit. nupt. Cypræ. libr. 1. cap. 1. §. 1. n. 10. de jur. connub.*

sponsalia, nisi in filiis familias, qui sine parentum jussu se copulare matrimonio non poterant. Etenim concipi non potest, quomodo liberorum nuptiis interponi potuerit paternus consensus, nisi pactis sponsalibus; quomodo parentum jussus præcedere potuerit liberorum nuptias, nisi cum eæ futuræ promitterentur. Jubet matrimonium pater, quod constitutis sponsalibus, futurum spondet; & vix possibile est, ut in promissas non antea nuptias eodem momento consentiant parentes, easque contrahant tum filius familias, tum futura uxor. Cæteri vero homines, antiquo more, sponsalibus pactis præcludere matrimonio potuerunt; idque honestum semper habitum fuit, sed si animo aliud adlubesceret, omisissis sponsalibus, recta quoque convolare ad nuptias, cum nulla lex contrarium urgeret. Quod ipsum sæpius factum fuisse, ex Ulpiano & Papiniano colligi potest, cum uterque dicat, si non præcesserint, non videri sponsalia facta, hoc ipso, quod immatura puella in domum deducta est. *l. 9. D. de sponsal. l. 32. §. 27. D. de donat. inter vir. & uxor.* In quibus locis, non negant Jurisconsulti contractas esse nuptias, ob neglecta sponsalia, sed quia legibus cum nondum viripotente improbatum conjugium esset. Eadem ratione idem Ulpianus dicit, quod non uti sponsa, non tanquam uxor accusari possit, quæ minor annis duodecim, non factis sponsalibus, in domum deducta adulterium commisit, sed duntaxat quasi uxor. *l. 13. §. 8. D. ad leg. Jul. de adulter.* Quæ eadem, si tempore nuptiarum, justæ ætatis fuisset, ut uxor; vel si sponsalia præcessissent nuptias, ut sponsa accusari potuisset. *l. 13. §. 3. D. l. 7. C. ad leg. Jul. de adulter.* Denique ex utriusque conjugis animi destinatione pependerit Romanorum sponsalia, nuptiæ, concubinatus; si adesset alternus in nuptias præsentis affectus, idque testarentur contrahentes, nuptiæ erant. *l. 15. D. vendit. & demonstrat. Novell. 22. cap. 3. Novell. 117. cap. 3. l. 32. §. 13. D. de donat. int. vir. & uxor.* si in futuras, sponsalia. *l. 1. D. de sponsal.* si in concubinatum, concubinatus. *l. 4. D. de concubin.* & si sponsalibus accederet nuptialis consensus, desponsata virgo fiebat uxor. *d. Novell. 22. cap. 3.* si concubinatus affectio maritalis, concubina, legitima habebatur uxor. *l. 31. D. de donation. l. 3. §. 1. D. de donat. inter vir. & uxor.* atque in dubio, in liberæ mulieris consuetudine, non concubinatus, sed nuptiæ intelligebantur. *l. 24. D. de rit. nupt.* Sponsalia itaque ante nuptias non adeo necessaria fuere, quin omitti potuerint. Honestum tamen, & decorum semper æstimatum fuit, præmissis sponsalibus ad nuptialia fœdera progredi, neque uno momento, eodem actu, à cœlibe vita ad inexplicabilem matrimonii nexum convolare: tanti namque res semper momenti, matrimonium creditum fuit, ut sine animi præparatione, & maturo consilio contrahi temere non debuerit.

3 Hisce ita explicatis, quærere absurdum videtur, quantum temporis spatium elabi, sponsalia nuptiasque inter, ad minimum voluere Romani. Etenim cui licuit, nullis factis sponsalibus nuptias contrahere, cur non quoque ei licuisset, confestim, & eodem die à sponsione nuptiarum ad ipsam nuptia-

ptiarum festivitatem progredi, & transire? Idque sæpius factum comici ostendunt. Apud Plautum de filiarum nuptiis cum Megadoro in hunc modum Euclio transigit.

M. *Quid nunc? etiam mihi despondes filiam?* E. *Spondeo.*

M. *Sed nuptias*

*Hodie quin faciamus, num qua causa est?* E. *Ino adeo optuma.*

<sup>1</sup> *Andr. act.*

<sup>2</sup> *scen. 2.*

M. *Ibo igitur, parabo. nunquid me vis?* E. *istuc. M. fiet. vale.*<sup>1</sup>

Et in Trinummo Callicles, postquam filiam uxorem desponderat Charmides Lysiteli.

<sup>3</sup> *Andr. 5. scen.*

*ult.*

*Nunc quid causa est, quin uxorem cras domum ducat.*

Cui respondens Charmides ait:

*optimum est: licet.*

*Tu in perendum paratus sis, ut ducas.*<sup>2</sup>

<sup>3</sup> *Andr. act.*

<sup>1</sup> *scen. 5.*

*Adelpb. act.*

<sup>4</sup> *scen. 5.*

Similia exempla exhibet Terentius.<sup>3</sup> Locus vero Suetonii, qui hic ab Interpretibus allegari solet, in quo inter probra Claudii refertur, Imperatorem vix uno die interposito nuptias confecisse, ad hanc rem impertinens est. Non enim loquitur Tranquillus de temporis intervallo, quod sponsalia nuptiasque inter, effluxit, sed quod inter Senatusconsultum (quo Claudii nuptiarum cum Agrippina Germanici fratris sui filia, quæ ad id tempus incestæ habebantur, iustæ decernebantur) & ipsarum nuptiarum festivitatem intercessit: quippe jam antea pactum inter Claudium & Agrippinam matrimonium fuisse, Tacitus testatur.<sup>4</sup> Melius quis argumentabitur, in Romano Imperio ante Alexium Comnenum celebrandarum nuptiarum, post pacta sponsalia, tempus plane arbitrarium fuisse, atque pro lubitu coeuntium, prorsus intercipi potuisse, cum is expressa sanctione statuerit, ne sponsalia nuptiarumque, res multum inter se disjunctæ, uno die atque hora in posterum, effectum sortirentur, neve ideam momentum sponsaliti consensu, & nuptialis, adjecto concubitu videret catastrophem.

<sup>4</sup> *Annal.*

*libr. 12.*

Quid jure divino circa hoc negotium observatum fuerit, non adeo expeditum, nec dictu facile est. Rabbini duo tempora distinguunt, ante & post latam legem. Primo tempore usos fuisse Ebræos Gentium seu Noachidarum jure volunt, atque sæpius omni neglecta disciplina, omissis sponsalibus, sine ulla solennitate, solo consensu & concubitu, inchoasse simul & consummasse matrimonia: volunt enim eo jure nihil aliud requisitum fuisse ad nuptias perficiendas, quam additum consensui conjugalem amplexum; uti ex hoc Moysi Majemonidis loco patet: *Ante legem datam. si femina in publico occurrisset vir, & tam hac quam ille in matrimonium consensisset, eam in domum abducebat, & remotis arbitris, cum ea concumbebat, atque ei fiebat ea uxor.*<sup>5</sup> Verum tempore legis latæ, præceptum de desponsanda prius, & postea ducenda uxore à Deo per Moysen datum populo Israëlítico docent; idque probare conantur, duobus hisce deuteronom. locis cap. 22. vers. 13. & cap. 24. vers. 1. & seqq. In quibus verba, *cum quis acceperit uxorem*, significare contendunt, *cum quis emerit,*

<sup>5</sup> *Halach.*

*Isbeth. cap.*

<sup>1</sup> *& ex eo*

*Selden. libr.*

<sup>5</sup> *c. p. 4. de*

*jur. utur. &*

*gent. juxta.*

*discipl.*

*Ebræor.*

*com-*

*comparaverit, & quasi constituta dote desponsaverit sibi virginem, futuram uxorem, & verba si postquam congressus cum ea, denotare, postquam perfecerit matrimonium, duxerit uxorem domum.*<sup>1</sup> Verum hæc de hisce Rabbiorum scita & traditiones<sup>1</sup> Buxtorf. *part. 1. §. 7. 8. 9. de sponsal. & di- vers. Ebr.* sunt. Mihi vero probat septennis Jacobi sponsa Rachel, dum decurrit septenne pro ducenda uxore sponsi servitium, & deinde eadem puella denuo desponsata, at non nisi post hebdomadam ducenda, ante legem quoque in more positum fuisse Ebræis, pactis sponsalibus matrimonio præludere; non, uno eodemque momento, & pacisci & perficere nuptias. Post legem vero latam, contigisse quidem, ut neglectis sponsalibus conglutinentur nuptiæ, (sicuti argumento est Ruthæ matrimonium, quod statim coaluisset, nisi propinquiores in familia vindicem metuisset Bohas. *Ruth. cap. 3. v. 9. 11. 12.*) sed id rarius contigisse, imo in probis habitum fuisse, constitutis sponsalibus, eodem confestim die, coitu perficere nuptias. Conjecturæ locum faciunt veteris ævi pietas, conjugii dignitas, (quod illotis manibus, & sine pia animorum præparatione ineundum non est) sponsarum apud Mosem non semel mentio *Exod. 22. vers. 16.* & piissimorum hominum nuptiarum futuram relata sponsio. Lex de puella plectenda, quæ desponsa viro, cum alio concumbit, nota est. *Deuter. 22. vers. 23.* Lex itidem militaris, ut in procinctu constituto exercitu, revertatur domum qui desponsavit uxorem, ne in hoc prælio moriatur, & alius ducat mulierem. *Deuter. 20. vers. 7.* Lothi filiæ desponsatæ fuere, non ductæ. *Genes. 19. vers. 14.* Samson virginem, quam pater ei pactus fuerat, post aliquot dies duxit uxorem. *Judic. cap. 14. vers. 8. 9.* David Micalem à patre Rege desponsam suspiravit dilatam, dum implerentur nuptiarum dies. *1 Samuel. 18. vers. 25.* & cui non nota sunt Mariæ & Josephi sponsalia? Tempus vero quod sponsalia nuptiasque intercessit, arbitrarium puto fuisse, cum id nusquam determinatum in sacra historia inveniat, quamvis sint, qui hoc tradant, sed volo potius hic ignorantiam meam profiteri cum Beza,<sup>2</sup> Buxtorfio<sup>3</sup> & Seldeno,<sup>4</sup> quam cum illis, sine auctoritate certa, hoc spacium præfinire. Quid de hoc tempore Rabbini scripserint, & quid ex institutis Majorum circa illud in Ebræa Republica observatum fuerit, videat apud Seldenum lector.<sup>5</sup> Interstitium mensis, quod Deus voluit effluere inter sponsalia nuptiasque militis Ebræi, cum captiva gentili, uti quoque illa, quæ adjunguntur cætera, *radat caput, sinat crescere ungues suos, deponat vestes splendiores, captivitatis suæ, sedeat domi suæ per mensem dierum, atq; deplorat parentes suos.* *Deut. 21. vers. 11. & seqq.* huc non pertinent. Hisce enim actibus, & hoc temporis intervallo voluit Deus reprimere libidinem militis depereuntis captivæ pulcritudinem, & ejus fugitivum brevi amorē castigare. Radat caput; forsan propter aspectum crinium, pulchra visa fuit; sinat crescere ungues; displicebit tum forsan: deponat captivitatis splendiores vestes; ut videas, an vestium fucus ad amandum impulerit te: sedeat domi suæ, lugeat parentes pleno mense; lugubris ille status, & brevissimum hoc tempus forsan repellat peregrinum, nec satis Deo probatum amorem. Volunt quoque Rabbini mi-

liti pulchritudine captivæ virginis capto, unicum concubitum cum ea licitum fuisse, nec postea amplius, antequam hac lege observata, ancilla ducta uxor fuisset; Quæ omnia specialia in captiva esse, nec ad ordinarias Ebræorum nuptiales leges transferri posse, quis non videt? Hactenus de Romano & Divino jure.

Jus Pontificium triplex agnoscit conjugium, legitimum, ratum & legitimum, ratumque. Cujus distinctionis refellendæ absurditati, post alios, inhærere non lubet. Legitimum dicunt esse conjugium, quod inter infideles ex

<sup>a</sup> Soacc. part. 2. de sponsal. pag. 37.

præscripto legum, aut provinciæ moribus contrahitur <sup>1</sup> Legitimum & ratum vocant, quod in facie Ecclesiæ, post trinam futurarum nuptiarum denunciationem celebratur. C. 1. caus. 30. q. 5. cap. 3. x. de clandest. despons. Ratum duntaxat appellant, quod neglecta ecclesiæ disciplina, nudus coeuntium consensus conficit. C. 2. 3. x. eod. Legitimum ergo leges & provinciæ mores dirigunt. Legitimum & ratum necessario præcedunt sponsalia. A patre enim peti & sponderi debet puella, nuptiarum denunciations fieri debent, benedicendi sunt à sacerdote futuri conjuges, & à paranympis custodita, congruo tempore tradit debet marito desponsata, C. 1. caus. 30. q. 5. & ita demum rite confici hoc nuptiale fœdus respondet Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum. C. 3. caus. 30. q. 5. Ratum vero matrimonium & præmissis & omissis sponsalibus contrahi potest. <sup>2</sup> Etenim si vir & mulier præsentis temporis

<sup>a</sup> Canis. ad Tit. 3. lib. 4. decret.

verbis utantur, dicantque *accipio te virum, accipio te uxorem*, præsentis erunt nuptiæ: si verbis in futurum conceptis, *accipiam*, sponsalia duntaxat constituta dicentur, promissæque futura nuptiæ: at quibus verbis contrahentes uti velint, in privato eorundem positum est arbitrio. Si verbis in præsens tem-

<sup>a</sup> Menoch. lib.

3. pref. 1. n. 6. 7. de præsumpt. contr.

cap. 12. lib. 1. de spons. & matrim.

Idem. in lib.

4. sentent.

dist. 28. q. 1.

art. 3.

<sup>a</sup> Wames.

consil. 91. n.

1. 1. cons. 5.

for. civil. Ba.

fil. Pont. lib.

5. cap. 1. &

seqq. de sc-

ram. ma-

trim.

<sup>a</sup> Carer. lib.

4. cap. 7. de

sponsal. &

matrim.

poris conceptis usi fuerint consponsi, inexplicabiles contractæ nuptiæ dicuntur, nec iis aliud restare, quam conjugalem amplexum, ut ultimam perfectionem nanciscantur. C. 30. C. 31. x. de sponsal. & matrim. Si vero verbis futuri temporis usi fuerint, nuptiæ quidem duntaxat promissæ sunt, sed quæ in veras vertuntur nuptias, si postea in eum finem ex privato consponsorum arbitrio, nuptialis consensus verbis interponatur, vel etiam, si facto ipso, sponsoni de futuro conjugio adjiciatur coitus conjugalis præsens. d. cap. 30. & 31. cui tantam vim inesse volunt ex judicio ecclesiæ, ut ne quidem propter adulterium, hoc modo coalitum dirimi posse velint connubium. <sup>3</sup> Imo statuunt ratum matrimonium, quomodocunque contractum, clam, sine testibus, ingratis parentum, neglecta omni ecclesiæ disciplina, modo id publicetur postea, quod ad vinculum conjugale, coram Deo nihil differre à legitimis ratisque nuptiis C. 2. x. de clandest. desponsal. <sup>4</sup> Verum quidem est, clandestina matrimonia in jure pontificio, odiosa dici, at id dicitur propter probationis difficultatem: stupra, adulteria, & scortationes vocari. C. 1. caus. 30. q. 5. minusque æstimari. C. 3. caus. 30. q. 5. at id sit respectu honoris & laudis, quibus ratum & legitimum præfulget conjugium: non, ratione arctioris vinculi, vel quod clandestinæ conjunctiones legibus prohibita sint. <sup>5</sup> Breviter Ma-

gister

gister sententiarum, sine parentum consensu, sine solennitate adhibita, ratum est conjugium ex nudo contrahentium consensu, quantum ad virtutem, non quantum ad honestatem sacramenti: <sup>1</sup>

<sup>1</sup> Libr. 4.  
sent. distinct.  
28. q. 1. ib.  
Thom. q. 1.  
art. 3.

6 Nævo non caret utrumque jus, tum civile, tum pontificium. Damnam dum enim in iis est, & quod omiſſis ſponſalibus matrimonia iniri permiserint, & quod eadem clandestina toleraverint. Impium est, & sapit, refoditque exosam deterioris gentilismi prurientem scabiem, nulla sponsione, nulla animi præparatione prævia, confestim, cum æstuans amore abdomen cepit despumare in libidinem, una die, eadem hora, eodemque momento, & cogitare, & stipulari, & conficere nuptias. Illud enim est in usum quasi revocare hoc Noachidarum jus, de quo Rabbiui referunt, quod justum habebat matrimonium, à viro & muliere, qui forte fortuna sibi in publico occurrissent, verbis sponſum, & confestim concubitu firmatum. Deinde, præterquam quod impium sit, tantam rem tam negligenter & inconsultis amicis agere, nonne & coeuntibus periculolum, & Reipublicæ noxium est, privato arbitrio, & clam arbitris matrimonia confici posse? Experientia testata fuit, dum clandestinitas impunitatis spem ostendit, libidine ferocientes homines, harum fiducia nuptiarum, sæpius adulteria, incestus, aliave metuenda crimina commisisse, & clam cum primæ & secundæ mulieris ignominia polygamos extitisse, atque tres, pluresve simulatas nuptias, eodem anno, concubitu perfecisse. arg. l. 18. C. ad leg. Jul. de adulter. C. 30. x. de sponsal. & matrim. l. ult. D. de rit. nupt. Probationis quoque difficultas merito ab hoc jure prudentiores averteret, cum ostendat Justinianus, propter probationis inopiam, & liberos quasi nothos, & uxores quasi non ductas, à maritis expleta libidine negantibus matrimonium, domo ejectos fuisse. Novell. 74. cap. 5. Si acciderit, ut attrito hujus virginis flore, mox clandestino matrimonio aliam decipiat polygamus, quæ tum oriuntur rixæ, quæ contentiones in jure canonico, circa prioris conjugii probationem? Ille quidem sceleratus non nisi morte alterutrius solvendum contraxit matrimonium, sed tum disputatur, an primæ se junxerit verbis de præſenti, an de futuro; si utrique de futuro; in qua prius lumbos fregerit, ut ſciatur, cui adhærere debeat. C. 22. 30. 31. x. de sponsal. Quæ omnia certe in bene constituta Republica præcavenda sunt. Et hæc quidem mala utrique juri communia sunt: sed hoc auget præterea juris pontificii turpitudinem, quod ingratis parentum, liberis contrahendi matrimonii. privata auctoritate jus dat, ex eleganti scilicet hac ratione: *Non est in patris potestate puella, uti ancilla, ut sui corporis potestatem non habeat; sed quasi filia ad educandum: Ideoque quia secundum hoc libera est, potest se in alterius potestatem absque patris consensu dare.* Ita angelicus ille doctor Thomas. Sed quæ detestanda flagitia, & quæ

<sup>2</sup> In libr. 4.  
sent. distinct.  
28. q. 1. art.  
3.

spe confestim inflari, ut sæpius senserint Pontifices, certum prope, quod alias insperatum, ex clandestini matrimonii conniventia, excetris, scortis vilissimis, plebeis, pauperimis puellis, modo adfuerit formæ amabilis aliqua gratia, honesti ac ditis conjugis aucupium. Si enim juvenis venereis illecebris & forte largiore temeti haultu abreptus paucula hæc elocutus fuisset verba, *accipio te uxorem*; vel amatoris lenociniis pellectus sponsioni futuræ adjecisset coitum præsentem, contractum erat matrimonium, nulla ratione nisi morte solvendum. C. 15. x. de sponsal. Taceo referre, quod hæc de clandestino matrimonio Pontificum doctrina, & cum coitum voluerint vertere futuras, in præsentem nuptias, ante ætatem nuptiis legibus præfinitam, multos pueros, patres, puellas, matres fecerit; dum impulsu ac machinatione parentum, ne mutatis forsitan liberorum amoribus, tempore pubertatis lege definitæ, non succederent speratæ nuptiæ, vix & ante tempus puberes & viripotentes sponsi irritarunt immaturam venerem. Quæ scæda & damnosa temerimis corporibus libido, si successum habuisset, ratum habebatur matrimonium clandestinum, non tantum, sed & consummatum. C. 8. x. de sponsal. impub. Quod si non tam pluchre successisset hæc scortatio, ut tumor uteri absolutam venerem probare posset, in dubio credendum fuit iurijurando viri coitum asserentis. C. 6. x. de sponsal. impub. at negante coitum stupratore, defloratæ incubuit hujus rei difficillima probatio. Tum disputatum fuit, an nusus ad copulam sufficiat. C. 3. C. ult. x. de sponsal. C. 10. x. de sponsal. impub. an necessaria sit seminis ejaculatio. arg. C. 16. C. 27. caus. 37. q. 2. imo seminum confusio, ut contractum probetur clandestinum matrimonium. Quæ omnia relatu scæda, auditu turpia argumenta, necessaria visa fuere, quia clam arbitris, & sine parentum consensu, à liberis nuptiæ contrahi potuerunt. Prætereo inter puberes tortuosas disputationes, quæ quoque ex eodem fonte profluxerunt, quæ verba sponsalia, quæ efficiant nuptias: quibus indicis, quibus testibus probetur matrimonium: an osculum, amplexus, annuli traditio, in domum deductio, munera missa, & hujus commatis plura, sponsalia de futuro in veras vertant nuptias. Hæ turpes & scædæ & noxiæ Reipublicæ disputationes etiam si profluant ex clandestino matrimonio, non tamen id contrahi prohibuerunt, sed inter novi scæderis sacramenta reposuerunt Pontifices, & cum tot tantisque difficultatibus, quæ ex hisce fontibus scaturiunt, premant conjugii contractum, volunt nihilominus execrandum anathema esse, sanctumque spiritum blasphemare, qui contra eorum decreta loqui sustinet. C. 30. caus. 17. q. 4.

Verum ne quis putet, non aliquo publicæ justitiæ velo hoc jus à pontificiis adumbrari, animadvertendum est, Pontificum pietatem, & promovendæ salutis humanæ studium huic errori prætextum invenisse. Nempe, liberum sit oportet matrimonium, novi scæderis sacramentum, res spiritualis; nec in ejus electione ulli, nisi Deo, subiaceat humana voluntas C. ult. x. de judic. in 6. At vero, si non nisi in facie ecclesiæ contrahi possent nuptiæ, facile esset

<sup>a</sup> Wamef. conf. 93. n. 2. cent. 5. ad jus Civile.

<sup>a</sup> Vid. Sanchez. lib. 3. disput. 21. de matrimonio. Basil. Pont. libr. 4. cap. 10. de sacram. matrim.

set parentibus impedire liberorum conjugia, virginem domi retinendo, filii nuptiis intercedendo. Jam autem, cum, omni solennitate omiſſa, pauculis duntaxat verbis hiſce, *accipio te virum, accipio te uxorem*, ſeu clam, ſeu palam, vel voce effatis, vel epiſtolæ commiſſis inexplicabiles contrahantur nuptiæ, impoſſibile parentibus eſt, liberorum conjunctionibus occurrere. Deinde in concilio Tridentino Theologi dixerunt, eſſe de eſſentia matrimonii, ut ſolo conſenſu coeüntium perficiatur: dixiſſe Chriſtum, non poſſe hominem ſeparare, quod à Deo conjunctum eſt: idque intelligendum eſſe tam in clandestinis, quam publicis nuptiis, cum doctrina Chriſti non diſtinguat: ideoque ne quidem ipſam eccleſiam poteſtatem habere clandestina matrimonia irrita reddendi, vel ſtatuendi, ut non niſi publice contracta rata eſſent. Denique par eſt, æquumque, ut curent Pontifices, ne vitiatis puellis ſua ſimplicitas fraudi ſit, & ſtuprum illatum, impune adoleſcentibus; utque caveant, ne ſcortari, & peccatum lethale committere dicatur juvenus: illis enim animarum cura concredita eſt. At hoc utrumque conſecuti dicuntur, ſtatuendo ex juris interpretatione, ſeu judicio eccleſiæ, clam admiſſum coitum vertere ſponſalia in præſentes nuptias, & ſine arbitris matrimonium contrahi poſſe. Etenim ſi clandestinæ ſponſioni adjiciat concubitus juvenis, non impune hoc facit; neque attritio floris virginis, puellæ fraudi eſt: eo enim ipſo & ille maritus C. 15. C. 30. x. *de ſponſal.* & illa ejus uxor ſit, perpetuumque contractum inter eos matrimonium eſt: & etiamſi ingratis parentum coiere, clam arbitris, omiſſa omni eccleſiæ diſciplina, non tamen ſtuprum commiſſiſſe, non peccaſſe dicuntur, quia jam coram Deo conjuges, ſuo jure uſi ſunt, & in rato matrimonio procreandæ ſoboli licitam operam dederunt. arg. C. 6. x. *de raptorib.* Nam cum ſcortatio delictum ſit, C. 11. *cauſ.* 32. q. 4. & omnis extra legitimam uxorem concubitus, ſcortatio, C. 4. *cauſ.* 32. q. 4. præſumi non debet, l. 5. 1. D. *pro ſociet.* 51. D. *de donat. inter vir. & uxor.* Sed ô egregios libertatis nuptiarum, cum injuria parentum, matrimonii dedecore, & Eccleſiæ ſcandalo, propugnatores, & animabus hominum pios conſultores!

3. Cæterum ſæpius miratus fui, Romanos tum veteres ethnicoſ tum Chriſtianos principes permiſſiſſe tacite, ſine ulla teſtatione publica, vel judicis auctoritate interpoſita, & duntaxat ex domeſtica vitæ conſuetudine, contrahi poſſe matrimonium, quod tamen ipſi magna ex parte, publici aut divini juris eſſe dixerunt, appellantes uxorem divini & humani juris ſociam. l. 4. C. *de crimin. expilat heredis.* ipſasque nuptias definiētes, divini & humani juris communicationem l. 1. D. *de rit. nupt.* quaſque olim ad civis Romanæ caput pertinere voluerunt: (nam priſco jure, quæ mater familias fiebat, capite minuebatur, cum ſubjiceretur poteſtati mariti.) Cum tamen apud eoſdem Romanos, neque adoptio, neque adrogatio, neque emancipatio, quia in iis civis Romani quædam ſtatus mutatio fiebat, ſine principis auctoritate, magiſtratus imperio, judicis cognitione, actis rei geſtæ publicis intervenientibus, & ritus aliqua ſolennitate fieri poterant. §. 1. *Inſtit. de adopt.* §. 6. *inſtit. quib. mod. juſ parv.*

<sup>1</sup> Hiſtor. concil. Trident. libr. 7 pag. 780.

<sup>2</sup> Thom. ſuppl. q. 46. art. 2.

<sup>3</sup> Covarr. part. 1. de ſponſal. c. 4. §. 1. n. 1. Menoch. libr. 3. Præſumt. l. 2. 7. de præſumt.



*potestas. solvit. l. 1. l. ult. C. de adopt. l. 4. D. eod. l. ult. C. de emancipat. liberor.* Nonne & tanti, imo majoris res momenti, matrimonii celebratio fuit, quam adoptio, vel emancipatio?

Sed quænam fuerit Romani juris ratio, non facile dictu est. Si conjecturam facere mihi liceat, crediderim, cum legibus cautum, vel moribus inductum esset, ne mulier, nisi à parentibus, necessariisve desponsa, uxor duceretur, vel cum frequens esset in Republica interposito coëmptionis aut confarreationis ritu, mulierem in manum viri convenire, & ita honorato sociari matrimonio, supervacaneum visum fuisse Romanis, cavere, ut duntaxat publica auctoritate celebrarentur nuptiæ, cum publicum satis esset, quod in præsentia amicorum, tot, tantisque ritibus adhibitis perficiebatur. Postea vero, corruptis Reipublicæ moribus, tempore sublatis per coëmptionem & confarreationem nubendi modis, retento diutius pessimo ritu, quo usu annuo capiebatur uxor, & tandem quoque adultas & sui juris fœminas in desuetudinem redacta à parentibus despondendi consuetudine, etiam si multis difficultatibus clandestina premerentur matrimonia, ea tamen à Romanis permessa fuisse crediderim, quia absurdum visum fuit, ut publica inirentur auctoritate, quæ alterutrius conjugis privata voluntas, interposito divorcio, solvebat, *Novell. 22. cap. 4. Novell. 140. pr. & cap. 1.* Deinde & quod crediderint, conjugium, animorum conjunctionem esse, adeoque ad ejus contractum nihil esse requirendum, quam futurorum conjugum conspirantes voluntates. Justinianus quoque tanti videtur fecisse in conciliandis nuptiis exhibitum à coëuntibus privatum consensum, ut dotis necessitatem, quæ in solennibus nuptiarum jure Romano veteri fuit, etiam sustulerit; expressa constitutione cavens, non tantum inter pares, sed etiam honestate impares personas, omissa dote & dotalibus instrumentis, sola voluntate & maritali affectione matrimonia contrahi posse. *l. 11. C. de repud. Novell. 22. cap. 3.* quod tamen contrarium, licet obscurius, priscis legibus constitutum erat. *l. 22. l. 23. §. 7. C. de nupt.* Scilicet, putavit forte Imperator, eam esse conditionem matrimonii, ut interveniente utriusque conjugis consensu statim existere debeat. Verum cum videret falsitatis contractibus compleri Rempublicam ex eo, quod nuptia extra dotalia instrumenta ex solo affectu coalitæ, justæ habebantur, postea casta lege, ut loquitur, sancivit, ne Illustrium, Senatorum, & maximis dignitatibus decoratorum, sine dote, donatione ante nuptias, & dotalibus instrumentis celebrarentur matrimonia, exceptis tamen Barbaris, quibus licet hujusmodi dignitatibus decoratis, solo affectu nuptias contrahere permitfit. *Novell. 117. cap. 4.* Minus vero Illustribus concessit, ut possent, si velint, absque nuptiali documento, legitimis nuptiis copulari, modo hoc non efficiant quomodocunque, & sine cautela effuse, & sine probatione: sed veniant ad quandam orationis domum, & fateantur sanctissimæ illius ecclesiæ defensori, contractas à se esse nuptias. Qui defensor, tribus vel quatuor reverendissimis clericis adhibitis, publicum celebrati matrimonii, quo die, quo

mense

menſe, quo conſule, quo imperii anno, teſtimonium, ab ipſis conjugibus, de-  
 fenſore, & à teſtibus rite ſubſcriptum, ad perpetuam rei geſtæ memoriã in  
 archivis eccleſiæ reponet. *Novell. 74. cap. 4. §. 1. 2.* Quæ quidem pie & juxta  
 matrimonii dignitatem ab Imperatore conſtituta fuere, & utinam non dun-  
 taxat immutatam reliquiſſet hanc novellam, neque poſteriori conſtitutione  
 ſolorum Illuſtrium nuptias ritui dotis aſtrinxiffet. *Novell. 117. cap. 4.* ſed  
 etiam cæteros ſubjectos ſuos prohibuiſſet, ſine dote, vel ad minimum, ſine  
 teſtatione coram deſenſore eccleſiæ interpoſita, ex ſolo duntaxat affectu  
 matrimonia contrahere. Sed dum cæteris hanc neceſſitatem remittit, *No-  
 vell. 74. cap. 4. §. 3.* Illuſtrium quidem familiis recte, ſed privatorum non  
 recte, quod tamen Principis eſt, proſpicit. Non enim minus decora, oportet,  
 ut ſint plebeiſque quam illuſtrium matrimonia, cum ex iis civitas repleatur,  
 & ſint ſæpius magnarum familiarum exordia; magnorum virorum, modo ho-  
 neſta accedat liberorum educatio, fontes. Rectius Plato cenſuit, in conſti-  
 tuenda Republica, & ferendis legibus, legum latori initium faciendum eſſe  
 ab exordiis civitatis, ſeu à nuptiis privatorum civium; cum ex iis male coalitis,  
 privatæ calamitates redundent in Rempublicam, atque impoſſibile ſit, ut  
 corpus bene ſe habeat, cujus membra languſcunt. Nec juſta exceptionis, *Lib. 5. de  
 legib.* quæ ab Imperatore affertur, ratio eſt, agricolas, milites armatos, & obſcu-  
 riores, cauſarum civilium ignaros eſſe, ut qui duntaxat circa terram operentur,  
 vel ſolius militiæ ſtudioſi ſint. Nam non adeo magna juris ſubtilitas eſt, ex  
 ſcripto, & præſentibus teſtibus matrimonium contrahere: & ſi eſſet, ſemper  
 adeſt copia illorum, quos conſulere futurus maritus poteſt. *arg. l. 10. D. de  
 honor. poſſeſſion.*

- 10 Et hæc quidem de Romanis Principibus, Romanoque nubendi ritu. Sed quæ  
 potuit eſſe ratio, quod Chriſtiani Pontifices, qui audire volunt Chriſti vicarii,  
 utriusque tabulæ cuſtodes, non exactiorem huic rei gerendæ modum præ-  
 ſcripſerint? Nam certe, poſtquā voluerunt, matrimonium novi fœderis ſacra-  
 mentum eſſe, ejuſque vinculum ſemel colligatum adeo inextricabile, ut ne ad-  
 ulterium, vel malitioſa deſertio id proſuſ ſolvere poſſit: ratio pia & juſta fla-  
 gitaffe videtur, ne magnum illud ſacramentum, niſi publice, in faciẽ eccleſiæ,  
 prævia mentis ipſorum conjugum præparatione, ex conſenſu, & conſilio pa-  
 rentum, neceſſariorum, amicorumve, ex auctoritate publica celebrari poſ-  
 ſet: non quoque, clam arbitris, ingratius parentum, eorumve quorum inter-  
 eſt, ex privato liberorum amantium amore, aliorumque coeuntium, (qui  
 ſæpius libidine æſtuentes magis quam ratione ducti contrahunt) temerario  
 conſenſu. Quid ergo? ipſiſne utile viſum fuit, inter ſacramenta reponere ma-  
 trimonium, ut hac ratione, cum reſtrictione imperatoriæ jurisdiſtionis, eccle-  
 ſiaſtici fori dicerentur quæcunque de nuptiis, ut de rebus ſpiritualibus, con-  
 troverſiæ? permittere ſine ordine, ſine teſtatione, contrahi matrimonia, ut  
 variis tricis & tortuoſis quæſtionibus impedito matrimonii contractu, ma-  
 gis amplectenda effulgeret monachorum cœlebs vita? Pontificum conſilium

R r

neſcio,

nescio, hoc scio, cum viderent Principes & Reges variis temporibus insurgere in clandestina matrimonia, illamque scdam nubendi licentiam certis pœnis coërcere, ne viderentur deferere curam ejus rei, quā maxime ad ecclesiæ tribunal pertinere volebant, procurasse decretum fieri in Tridentina synodo, rata quidem & vera esse ac semper fuisse clandestina matrimonia, attamen nihilominus ab ecclesia semper improbata: ideoque in posterum legitimis non futuras nuptias, nisi in facie ecclesiæ, trina vice è suggestu denunciatas, vel ad minimum, præsentem Parocho, vel ex ejus consensu, alio sacerdote, & duobus tribusve testibus adhibitis contractas. *Seff. 24. de reform. matrim.* Scilicet tandem voluere Pontifices, non effuse & sine probatione contrahi matrimonia, ideoque præcepere Parochis, ut certo & in hunc usum comparato libro coëuntium nomina inscriberent, hortarenturque futuros conjuges, ante nuptias vel earum ultimam perfectionem, peccata confiteri, & ad eucharistiæ sacramentum accedere: atque ita converterunt, rem ante id tempus honestam quidem, sed arbitariam. C. 1. 2. 3. *caus. 30. q. 5. Junct. C. 2. 3. x. de clandest. despons. C. ult. x. qui matrim. accus. poss.* in necessariam, & ritum sub testatione publica contrahendi matrimonii necessarium fecerunt. In eo tamē accusandi Patres Tridentini sunt, quod necessitatem denunciationum nuptialium, atque nuptiarum in facie ecclesiæ celebrandarum remiserint futuris conjugibus ex Episcoporum judicio: hoc enim modo, dum ecclesiasticorum avaritiæ inferviunt, certum nummorum aucupium ex hisce exemptionibus sperantium, utilissimum veteris ecclesiæ institutum, & bono Reipublicæ excogitatum, si non in totum everterunt, non tamen minimam ejus partem neglectui exposuerunt, sinistra quasi manu impie prosternentes, quod dextra pie fulciant. De hoc capite concilii Tridentini videat lector Sanchem, <sup>1</sup> Basilium Pontium, <sup>2</sup> pontificiosque alios, & quæ in eo decernendo dicta actaque fuere, si scire aveat, consulat historiam ejusdem concilii sub nomine Petri Suavis Polani editam, & à patre Paulo Sarpio Veneto scriptam, & reperiet magnis motibus agitatam fuisse hanc de irritis habendis clandestinis conjugis quæstionem, arque tandem dissentientibus quinquaginta sex Patribus decisam. <sup>3</sup>

<sup>1</sup> Libr. 3. disp. 5. & seqq. de sacram. matrim.

<sup>2</sup> Libr. 5. 6. 2. & seqq. de sacram. matrim.

<sup>3</sup> *Histor. concil. Trident. libr. 7. pag.*

776. 780.

781. libr. 8.

pag. 870.

874. 880.

881. 882.

## CAPUT SECUNDUM

*De ritu Batavo publica sponsalia contrahendi, deque  
nuptiarum futurarum denunciationibus  
publicis.*

## SUMMARI A.

- |   |   |
|---|---|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Ordinis ratio datur.</li> <li>2. Corā iis, qui publica auctoritate nuptiis prefecti sunt, publica sponsalia contrahi debent.</li> <li>3. Hollandia Ordines, vel Syndrium, vel cuiusque civitatis seu pagi magistratum, nuptiis prefecerunt.</li> <li>4. In quibus officium nuptiis-prefectorum consistat, explicatur.</li> <li>5. Nuptiis-prefecti ad magistratum, seu iudices remittere desponsos debent, si grave aliquod impedimentum eorum conjunctioni obstat.</li> <li>6. Quid desponsi facere debeant, antequam iis nuptiales denunciationes concedantur, demonstratur.</li> <li>7. Commoda recensentur, quæ ex ritu nuptias contrahendi Batavo, in Rempublicam profuunt.</li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>8. Triplex ratio datur, cur futura nuptia populo denunciantur.</li> <li>9. Nuptia vel è curia, vel in ecclesia casu, populo denunciantur futura.</li> <li>10. Ritus traditur, quo loco, &amp; quomodo nuptia denunciantur futura.</li> <li>11. Ter nuptia futura prænunciantur: &amp; huius ritus utilitas traditur.</li> <li>12. Quo ordine tres nuptiarum prænunciationes peragantur, traditur.</li> <li>13. Delatio, quod contra leges &amp; injustum futurum esset petitum matrimonium, publica seu popularis est.</li> <li>14. Ordines Hollandia necessitatem publicarum denunciationum remittere possunt.</li> <li>15. Batavorum nuptia tribus gradibus perficiuntur.</li> </ol> |
|---|---|

1 **C**irca ritus nuptiarum Batavos, consideranda sunt privata & publica sponsalia, nuptiales denunciationes, & ipsa nuptiarum celebratio. De privatis sponsalibus fufe satis egimus libro, qui præcessit: cui & passim, cum occasio postularet, inseruimus varia de publicorum sponsalium vi & effectu. De ipsa celebrandarum nuptiarum festivitate infra dabitur loquendi locus. Præfens hoc caput speciatim publica sponsalia, & nuptiales denunciationes occupabunt: idque flagitat operis methodus, ut ostendatur, jus Batavum honestiori via progredi ad matrimonium, quam Romanum, Ponticiumque.

2 Publica sponsalia, primordia tædæ, & spes proxima matrimonii recte dici possunt; quia in procinctu quasi ponunt nuptias, easque brevi futuras promittunt: suntque eo nomine insignita, quia constitui nequeunt, nisi contrahentibus assentiantur personæ, quibus hæc provincia publicâ auctoritate demandata est. Non enim voluere Majores nostri, matrimonii célébrationem, rem esse privati plane arbitrii: verum ad eam nulli aspirandi jus esse, nisi magistratus futuram conjunctionem Reipublicæ decoram censeat. Quod certe laudabile institutum summa ratione nititur. Nam si recte in Republica constitutum sit, extrarium hominem non esse transcribendum in civium nume-

R r 2

rum,

rum, nisi cum delectu, & indagatione antea actæ vitæ; ne turbo, nequam, & inutilis civis societati publicæ asciscatur. Si pie in ecclesia observetur, neminem esse catalogo membrorum Christi inferendum, nisi sub fidei confessione, atque morum examine prævio; ne sub nomine orthodoxi, hæreticus infestet oves Domini; vel homo nulla virtute à vitiis redemptus offendiculo sit cæteris fratribus: cui non quoque rectum, justumque videbitur, neminem esse admittendum, nisi ex publico judicio, ad matrimonium, Ecclesiæ simul & Reipublicæ seminarium, *Novell. 22. in princ. & Novell. 140. in pr. l. 1. §. 15. D. de ventr. in possess. mittend.* ne huic damnum, illi scandalum suboriatur ex incestuoso forsan, eo acto, vel alias inutili conjugio.

Assentiendi futuris privatorum conjunctionibus auctoritatem Illustrissimi Hollandiæ Ordines cujusque civitatis & pagi magistratui, vel synedrio delegarunt. relicto nupturis arbitrio quos voluerint adeundi. *art. 3. polit. Holl. constit.* Verum quarundam civitatum Summates viri, penes quos Rempublicam ordinandi potestas est, præterito synedrio, quidam ex civibus electos & graves viros huic negotio præfecerunt *art. 1. 2. Ordonn. van houwel. saack. tot Amsterd. ann. 1588. art. 1. vand. 101. Burg. keur. tot Leyden. art. 1. instr. voor commiss. van houwel. saack. tot Delft.* Idque hoc consilio, tum ut una & eadem omnibus pateret janua ad nuptiarum celebrationem, tum ne improbiore homines negata ab uno collegio nubendi licentia, quæ sito colore, & fictis rationibus alteri imponere studerent. Hosce viros Batavo idiomate *Commissarissen van Eghe-saacken* vocamus: nos eos Latino sermone, nuptiis-præfectos vel nuptiarum præsidēs appellabimus: sunt enim rebus novis nova ponenda vocabula, nec nos putamus ullum elegantius verbum ad designandum horum hominum officium apud Latinos inveniri posse. Cæterum partita hæc nuptiis privatorum assentiendi provincia in quibusdam patriæ nostræ civitatibus, inter synedrium & magistratum; in quibusdam vero locis, excluso synedrio, tota politico cuidam collegio delegata fuit: tum ut in limine quoque celebrationis matrimonii, à magistratu obviam iretur scrupulosis eorum conscientiis, qui censent matrimonii contractum, rem politicam esse, nec ad ecclesiam pertinere: tum ne ii, qui propter fidei diversitatem, nostras preces, nostrosque nuptiarum ritus in synedrio peragendos, salva conscientia ferre se non posse putant, cogerentur coram & ex auctoritate nostrorum verbi divini ministrorum matrimonia auspicari. *art. 1. Pol. Holl. constit. Synod. Dordrac. ann. 1574. habit. art. 85. in post. act.* Et hac ratione, conjugium, quod ad omnes homines æque jure naturæ pertinet, nulli, cujuscunque sit sectæ homini, in patria nostra, contractu difficile factum est.

Horum nuptiis-Præfectorum munus est, quantum humana patitur imbecillitas, prospicere, ne in conjunctionibus lædatur pudor naturalis, vel quicquam scandalī Ecclesiæ, incommodi Reipublicæ suboriatur, ex ullis civium futuris nuptiis. Ideoque diligentia adhibita, in conditiones, vitas, & familias futurorum conjugum anquirere debent; scilicet, an justæ sint ætatis

&amp;

& nuptiis apti: an parentes habeant superstites, & ii consenserint matrimonio: an annis majores sint, vel curatorum prudentia regantur: an nunquam experti nuptias, an vidui sint: quo tempore, quo loco obierit defunctus conjux: an assignaverint hæreditatem defuncti conjugis, communibus liberis, (antequam enim id fecerint, non admittuntur ad secunda vota, & ea contracta pænis subjacent secundum aliquarum civitatum statuta) Tit. 2. art. 29. ordonn. vand. weefs. tot Alkmaer. art. 6. Ordonn. van Houw. saack. tot Delft. art. 10. vand. 100. Burgerl. Keure tot Leyden art. 23. Ordonn. vande weescam. tot Amst. part. 3. tit. 1. art. 12. Reght. ende gewoont. tot Deventer. art. 53. Eght. Regl. vand. Staten Gener. an ullo, & quo affinitatis, vel sanguinis jure invicem se attingant consponsi: an non cuiquam alteri nuptias sponponderint? & quæ sunt ejus generis huc spectantia plura. art. 4. 7. 8. 13. vand. 101. B. Keure tot Leyd. art. 5. Ordonn. van houw. saack. tot Amst. 1586. art. 11. Eght. Reglem. vande Stat. Generaal. part. 3. tit. 1. art. 7. Reghten. & gewoont. tot Devent. Ad quæ omnia candide & aperte, etiam sub jurisjurandi religione respondere incumbit desponsis, nisi velint arceri matrimonio: art. 12. Eght. Regl. van de Staten Generaal. art. 6. vand. 101. B. keuren tot Leyden. art. 5. Ordonn. van houw. saack. tot Amsterdam. art. 7. ord. van Houwel. saack. tot Delft.

5 Hoc examine habito, si deprehendant nuptiis-Præfecti, legibus interdictum esse, quod expetitur matrimonium: eorum officii est, denegare nuptiales denunciationes, & à limine nuptiarum remove improbos homines, art. 3. Polit. Holl. constit. art. 6. Polit. Zeland. constit. art. 6. Instrucl. van Houwel. saacke. tot Amst. ann. 1588. Si vero de honestate futuri matrimonii dubitent; vel alteri tertio sponcione astricti dicantur sponsus sponsave: differre nuptiales denunciationes, donec ab iis, (quorum ea de re notio est) adprobeatur, vel reprobetur desiderata conjunctio: vel si de sponsalibus sit quæstio, donec intercessione consulum cujusque civitatis convenerit inter partes, aut judicum sententia, lis de firmitate priorum sponsalium, quæ tertius prætendit, decisa fuerit. art. 3. art. 12. Polit. Holl. constit. d. art. 6. 8. 21. Polit. Zel. constitut. art. 13. vand. 101. B. Keure. van Leyden. art. 6. Instrucl. vande houw. saack van Amsterdam. art. 70. & 93. Eght. Regl. vande Stat. Gener. Nuptiis enim Præfecti, ut & consules, perfunctorie duntaxat de nuptiarum quæstionibus cognoscunt, & amica intercessione, si fieri possit, concordēs reddere partes conantur: quas si redigere in concordiam nequeant, remittere ad iudices debent, quibus lites civium decidendi delegata jurisdictio est. Resolut. vande Stat. van Holland vande 9. August. 1646. Cæterum si nihil deprehendant nuptiis-Præfecti, quod matrimonio expetito impedimento esse possit, vota desponsorum exaudire, eorum nomina albo sponsalicio inscribere, & stipulatione de futura nuptiarum celebratione interposita, curare debent, ut solennè ritu, tribus publicis denunciationibus, innotescat populo futurum matrimonium. art. 2. 3. & 31. Eght. Reglem. vande Stat. Generaal. art. 2. Instr. van Houwel. saack. tot Amsterdam. art. 1. vand. 101. Burgerl. Keuren tot Leyden. art. 3. Polit.

Holl. *Constit. art. 6. Polit. Zeland. Constitut. art. 11. 12. Ord. van Houw. saack, tot Delft.*

Hocce nuptiis-Præfectos adire futuri conjuges debent, atque ab iis impetrare potestatem nubendi, utque in eum finem futuræ nuptiæ populo denuncientur. *art. 1. & 2. Eght-Regl. vande Staten Generaal. art. 3. Holland. art. 6. Zeland. polit. constit. art. 2. & 3. vand. 101. Burgerl. Keur. tot Leyden. art. 5. instruct. van Houwel. saack, tot Amsterdam. ann. 1588. art. 2. Ordonn. van Houwel. saack, tot Delft.* Ipsi consponsi præsentés se sistere nuptiis-Præfectis debent, non eorum nomine alii. Noluerunt enim Ordines nostri hoc negotium per procuratorem regulariter expediri posse: tum ut constet, non metu, vel fraude quem adigi ad futurum matrimonium; tum ut palam sit ex ipsa testatione consponsorum, se spontanea voluntate spondidisse, & adhuc spondere futuras nuptias; tum ut ipsi testentur, se nullis aliis sponfalibus implicitos esse. *art. 5. instruct. van Houwel. tot Amsterd. art. 12. Eght-Regl. vande Staten Gener.* Cautè diximus regulariter procuratorem non admitti: id enim quandoque fit, in Principum, ægrotantium, vel illorum, qui Reipublicæ causa vel aliam ob necessitatē absunt, expediendis publicis sponfalibus. Cæterum, non tantum sufficit, ut se sistant præsentés consponsi, nisi insuper eos comitentur parentes, curatores, necessarii, vel duo tresve probatæ vitæ cives, qui testes & auctores sint nihil esse quominus desideratæ nuptiæ secundum leges rite contrahi possint. *dd. art. art. 3. ord. van Delft. art. 5. 6. 8. Eght-Reglem. vande Staten Generaal.* Tempus quoque locusque in singulis civitatibus præfinita sunt, quibus adeundi nuptiis-Præfectos unicuique licentia datur. *dd. art. art. 1. vande 101. B. keure van Leyden. art. 1. instruct. van Houwel. saac. tot Amsterdam.* Verum in hisce & pluribus aliis, nuptiis-Præfectorum aliquod arbitrium est. Solent enim hi aliquando indulgere honestioribus civibus, ut in privatis ædibus consponsorum nomina albo sponfalitio inferantur, & stipulationes confectum iri publice speratum matrimonium interponantur; vel si id leges civitatis non permittant, ut totum hoc transigatur negotium in loco publico quidem, sed horis non consuetis, seu ordinariis.

Hæc de nuptiis-Præfectis, eorumque officio dicta satis sunt. Ante-7 quam pergamus tradere, quo ritu, quo ordine nuptiales denunciationes transigantur, recensenda sunt commoda, quæ ex hoc more nuptias contrahendi Batavo in Rempublicam fluunt. Et primum quidem ex iis quæ diximus palam est, non esse plane rem privati arbitrii matrimonii contractum; utpote cujus ne quidem primordia sine Magistratus auctoritate iniri possunt. Deinde constat neglectis sponfalibus hodie nullum confici posse matrimonium. Etenim licet nuptiis-Præfectos adire possint futuri conjuges, nulla sponsione mutua obligati: attamen cum stipulantibus Præfectis spondere debeant, confectum iri futurum matrimonium, hæc ad minimum publica sponfalia antecedunt nuptiarum celebritatem. At vero contra honestatem & turpe est, non in præsentia necessariorum de futuris nuptiis agere; non priva-

privata pactione te obligare, antequam ad publicam nuptiarum sponsonem progrediaris: hujusmodi certe hominem potius libidinis explendæ impotens furor impellit in coitum, quam desideranda prolis generatio invitat ad matrimonium. Cæterum ex eo, quod matrimonium, privati arbitrii res non fit, quodque id contrahi nequeat, nisi sponsalia præcesserint, hæc duo commoda atque hæc duæ promanant utilitates: primum, quod scæda illa Pontificiorum clandestina matrimonia apud nos exulent; ac proinde nostris hominibus ignotæ sint spinosæ illæ quæstiones, quando, quibus verbis, quibus signis, an osculo, concubitu, nisu ad coitum, &c. perficiatur matrimonium: quibus ventilandis toti occupantur juris Pontificii interpretes. Deinde, quod nemo fraude, dolo, metu, vel ante ætatem ad nuptias compelli possit: quæ omnia sæpe contingere, cum intra privatos parietes transigi poterat matrimonii celebratio. Hinc in foro nostro locum habere non potest illud Honorii tertii rescryptum, quo dicitur, rescindi posse nuptias, benedictione sacra, non tamen concubitu firmatas, si queratur mulier, se metu illato compulsam verba quidem protulisse consensum exprimentia, at animo dissensisse. C. 28. x. de sponsal. qui enim audiendus est, qui publico in loco, omnem metus suspensionem excludente, nuptiarum Præsidibus, viris publica auctoritate decoratis, fassus fuit spontanea voluntate se consensisse, & adhuc consentire futuro matrimonio, cum tum temporis dissentire ei integrum, & innoxium esset: taceo, si dissensum prætegere quis vellet, post publicam in facie ecclesiæ nuptiarum celebrationem. l. 23. D. de eo quod met. caus. Deinde ex illo nostro nuptiarum ritu, quo diximus publica futurorum conjugum sponsalia albo sponsalicio inferi (cum id in eum finem fiat, tum ut nuptiales denunciationes ex scripto recitentur, tum ut annotet sua manu ecclesiæ vel civitatis minister, contractas esse illo die, illo tempore nuptias) hoc commodum profluit, quod cessant in orbe nostro, frequentes nimium apud civilis & canonici juris interpretes intricatæ illæ quæstiones circa matrimonii contracti probationes. Quippe hi sponsalium, & contractarum nuptiarum publica alba in archivis civitatum & synedrii in perpetuam rei gestæ memoriam custodiuntur, ut cuilibet admodum facile sit, etiam post longissimum tempus probare quorumvis sponsalia, contractasque nuptias. Omnibus enim id flagitantibus datur ex iis apographum, seu exemplum, seu excerptum, si ita loqui mavis. In locis etiam limitaneis seu imperii finibus, ipsis neogamis dari solet publicum contracti matrimonii testimonium, ne forsan bello vel incendio sublati sponsalium albis, dubia unquam reddantur eorum conjugia. art. 32. Eight-Regl. vande Stat. Generaal. Id ipsum quoque in quibusdam patriæ nostræ civitatibus fieri solet, cum coram tribunali politico celebratur matrimonium. Laudandum sane hoc Majorum nostrorum institutum est; non enim quomodocunque, & sine cautela, effuse & sine probatione contrahendum fuit conjugium, præsertim in patria nostra, propter longinquiores expeditiones, quæ sæpius à nostris civibus, cum uxoribus & liberis mæscaturæ

EXER-

<sup>p</sup> De quib.  
vid. Menoch.  
libr. 1. Præ-  
sumt. 1. de  
Præsumt.  
Wesembec. in  
paratit. Tit.  
de Nupt. n. 5.  
Alber. Gent.  
libr. 7. cap. 1.  
de Nupt.  
Sichard. in  
l. 9. C. de  
Nuptiis.



exercendæ vel militiæ causa suscipiuntur: ne parentibus mortuis, liberis facile moveatur de legitimo statu quæstio, & deferatur ad alios hæreditas; ne quoque honesta mulier pro concubina aut meretrice ab aliis habeatur, & incerta sit personarum atque familiarum dignitas. Præterquam, quod ipsius matrimonii (quod divini & humani juris communicatio dicitur) dignitas flagitare per se videatur, ne clam & re moris arbitris, atque duntaxat ex domestica vitæ consuetudine contrahatur. Tandem ex hoc nostro contrahendi ritu profluit, non præsumi hodie ex quacunque consuetudine, initum esse matrimonium, adeoque hoc Modestini scriptum *in libera mulieris consuetudine, non concubinatus, sed nuptia intelligenda sunt. l. 2. §. D. de Rit. Nupt.* utpote quod tacite præmittit, solo conjugum affectu matrimonium contrahi posse; Romani juris, non nostri scientiam sapere.

Hiscita prælibatis, animadvertendum est, triplicem ob rationem, nuptiarum denunciationes, ad quas jam progredimur, fieri. Primum, ne populo incerto initium capiat matrimonium, ex quo tota Respublica cives expectat. Deinde, ut si quid forte legitimi impedimenti adferre aliquis possit, cum fide id faciat, & magistratui in tempore indicet: ut omnia, quemadmodum Paulus vult, recte atque ordine in ecclesiâ Dei gerantur. Tandem, ut jure experiantur ante nuptias, qui sponsam sibi prioribus sponsalibus pactam asserit. *art. 3. Holland. art. 6. Zeland. Polit. constitut. art. 16. Eght Reglem. van Staten Gener. part. 2. tit. 1. art. 4. Lant-Reghten van Overysel part. 3. tit. 1. art. 5. Reghten en Gewoonten tot Deventer.* Tres enim hæ nuptiales denunciationes vim citationis ex lege diffamari habent, cujus ea natura est, ut qui intra tempus à iudice præfinitum negligat actionem, quam habet, instituire, patiatur sibi imponi perpetuum silentium, extincta quasi ejus actione. *DD. in l. diffamari §. C. de ingenuis manumiss. junct. C. final. x. qui accus. matrim. poss. vel contra.* Celebrata quippe rite matrimonia prætextu priorum sponsalium turbanda non sunt.

Ipsæ futurarum nuptiarum denunciationes, vel ex suggestu in solenni ecclesiæ cætu, diebus dominicis; vel è curia, coram populo fiunt, illis diebus, quibus se in urbem, singulis septimanis, recipiunt rustici ad mercatum. *Art. 3. Holl. art. 6. Zeland. Polit. constitut.* (quos nundinarum, seu nundinales vocabimus) Idque in eum finem, ut quantum fieri possit, pluribus innotescant coalituræ nuptiæ. Dicimus vel in ecclesia, vel è curia: id enim arbitrio desponsorum relinquitur: *dd. art. 3. & 6. art. 2. van de 101. Burgerl. Keure tot Leyden. art. 9. Instruct. van houwel. saack. tot Amsterd. ann. 1586.* Ne ii, qui à vera fide diffident, nostros celebrandarum in ecclesia nuptiarum non ferentes ritus, onerentur conscientiæ scrupulo: quippe nuptiæ celebrari debent eo in loco, quo denunciata sunt, uti dicuntur quarundam civitatum municipales leges. *art. 15. vande 101. B. Keur. van leyd.* At vero, uti id cæteris recte indulgetur propter religionis diversitatem; ita minime decorum est, orthodoxos non in facie ecclesiæ auspicari ecclesiæ seminarium.

In patria civitate, in loco domicilii, in quæ habitant, vel intra annum habi-  
tarunt

bitarunt desponsi, expressis urbis regionibus & vicis, denunciandæ sunt futuræ nuptiæ *art. 3. Holl. art. 6. Zeland. Polit. constit. art. 2. en 18. Eght-Regel. vande Staten Gener.* imo aliquando simul diversis in locis, si diversas incolant urbes sponsus sponsave, vel intra annum incoluerint. *art. 10. vande 101. Burgerl. Keuren tot Leyden.* Scilicet, iis in locis nuptiales denunciationes fieri debent, in quibus vita, familia, conditio, mores futurorum conjugum noti sunt, ne ulla fraus vel fallacia committi possit. Prænomina quoque, & cum cognominibus agnomina, dignitates, qualitates, natale solum, officia, munera, quibus funguntur desponsi, candide exprimenda sunt; ut aperte populo constet, quorum hominum nuptiæ prænunciantur futuræ. *art. 11. Eght. Reglem. vande Staten Generaal. art. 2. vande 101. Burgerl. Keuren tot Leyden.* Qui vero translatis in peregrinum sermonem, verborum transpositione adumbratis, suppressa familia vel gente obscuratis, & simulatis nominibus, eludunt verius, quam observant civitatum municipales leges, vel in alio quam domicilii loco fraudulenter denunciatas perficiunt nuptias; ob falsi nominis, vel cognominis adseverationem, graviter pro arbitrio judicis coercentur, l. 13. D. ad leg. Cornel. de fals. *art. 35. Eght-Regl. vande Staten Gener. art. 6. vande 101. B. Keuren van Leyden. Art. 5. Instruët. van Houwel. saack. tot Amsterdam. ann. 1588.* & ob fraudem legi factam irritæ sunt secutæ nuptiæ. *art. 13. Holl. art. 10. Zel. Polit. constit. art. 17. vande 101. B. Keuren van Leyd. constit. 177. part. 2. IC. Batav. stuprumque committitur in simulato matrimonio. art. 3. Polit. Holl. constit. l. 34. D. de Adulteriis. art. 25. Instruët. van Houwel. saack. tot Amsterd. ann. 1588. uti iudicatum Leidæ me scabino memini.*

- II Cæterum nuptiæ futuræ non semel, non bis duntaxat, sed trina vice ternis dominicis vel nundinarum diebus se proxime sequentibus prænunciandæ sunt. *art. 3. Holl. 6. Zeland. Polit. constit.* Ne quis queri possit, propter temporis angustiam, ter denunciato matrimonio in una hebdomade, se non potuisse in tempore occurrere futuræ conjunctioni; vel si una tantum denunciatio fieret, se forsan illo die, vel forum non frequentasse, vel extra urbem fuisse. Illud quoque duarum septimanarum spatium, quod decurrit, dum trina vice denunciatur matrimonium, satis superque longum est, ut in notitiam omnium, quorum interest, pervenire possit desiderata conjunctio. Habet & hanc utilitatem parva hæc legibus imperata mora, quod nullæ possint contrahi civiles mores, eodem die, eodem momento, & cogitari & sponderi & contrahi nuptiæ. Deinde, commodum quoque illud parvum tempus futuris conjugibus est, ut interim mente & animo se præparent futuro matrimonio, deprecanturque à Deo conjugii auctore conjugalem concordiam, pudicos affectus, spem & præmium nuptiarum, pulchram sobolem, uno verbo, ut ecclesiæ honori, Reipublicæ decori, ipsis saluti sit coaliturum matrimonium. Accendit etiam paululum dilatus nuptiarum dies, sponsi desiderium augetque sponsæ æstimationem. Augustinus ait, jam olim institutum fuisse, ut pactæ sponsæ non statim tradantur; ne vilem habeat maritus datam
- Sf
- quam

*Inde saacke crimineel  
suff. den. affi-  
cier ende  
Laendert  
Glasoor. den  
2 May.  
1662.*

quam non suspiravit sponsus dilatare. C. 39. *caus.* 27. q. 2. Illa quoque paucorum dierum sponsalitia sponsi sponsæque familiaritas, magna vi conciliat mutuum amorem illorum animis, & gustu quodam prævio futuri dulcedinis confortii eorum mentes illicit, imbuuntque. Sed & ex adverso, non oportuit illud inter sponsalia nuptiasque tempus, longius præfiniri, & honestissima vota futurorum conjugum nimium protrahi, tum ne languescat honesta cupido, vel nimia mora laceffita in nervum erumpat, & ante nuptias nuptiarum prima præmia decerpant juvenus: tum ut in tempore per celebrationem matrimonii imponatur silentium invidis linguis, & obturetur os maleferiatis hominibus, qui sæpius infamem spargendo de pudicitia sponsæ, sponsumque moribus rumorem, turbare coalituras nuptias conantur.

Quod diximus nuptias prænunciandas esse tribus dominicis vel nundina-<sup>12</sup> rum diebus, se proxime sequentibus; non ita intelligi debet, quasi secunda denunciatione, auctoritate magistratus inhibita, remoto postea impedimento, post quatuor, vel tres etiam, pluresve menses, ea, & tertia fieri nequirent, nisi prima repeteretur: sed quod in arbitrio desponsorum non sit, ut prima hoc die, post mensem altera, post annum forte tertia fiat. Ne fraus quæratur legi, & coalitura nuptiæ minus populo innotescant. Non quoque integrum est desponsis, sistere alteram, vel tertiam denunciationem, vel iis peractis protrahere matrimonii festivitatem, nisi implorata magistratus auctoritate, & exhibita urgenti ratione; uti si forte eorum alter, justam ob causam, quæ lauit hactenus, conditioni renunciare conetur: vel ambo, pari voluntate à sponsalibus resilire desiderent. Quibus casibus, si iudici, repudiæ ex mala vel bona gratia facti causa probetur, deletis in albo sponsalitia desponsorum nominibus, habenda sunt, quasi nunquam constituta fuissent eorum sponsalia, & quæ ea secuta fuerunt nuptiarum denunciationes. Ideoque redactis forsan in concordiam desponsis, & renovata nuptiarum sponsione publica, renovari quoque debent nuptiales tres denunciationes, nec prodesse possunt priores, quæ repudio facto, irritæ redditæ fuere. Quid autem? si is, cujus delegata provincia quoque est populo denunciandi futuras nuptias, humani quid passus per socordiam neglexerit tertiam denunciationem? Non poterunt desponsi suo tempore, legitimo copulari matrimonio; cum satis factum non sit Politicæ constitutioni, non duas sed tres denunciationes exigenti. *arg. l. 8. §. 17. D. de transaction. art. 3. Pol. Holl. constit. art. 5. Ordonn. van Houw. Jaack, tot Amster. ann. 1588.* Attamen alterius incuria non adeo protelare desponsorum vota debet, ut repetendæ judicarentur transactæ denunciationes, verum quarto die dominico addenda prioribus tertia est, vel magistratus iudicio lapsus hic corrigi debet. *arg. l. 1. §. ult. D. de ventre inspiciend.*<sup>1</sup>

Delatio futuri contra leges matrimonii publica, seu populi est, adeo-<sup>13</sup> que quilibet ex populo, nuptiales denunciationes sistere potest, modo id magistratus auctoritatem implorans faciat. *art. 20. 21. Eght-Reglem. vande Stat. Gener. art. 3. Holl. art. 6. Zel. Palis. Constit. art. 15. vande 101. B. Keur. van Leyden.*

Hujus

<sup>1</sup> Siet de  
Jaacke by den  
Hove van  
Hollant ge-  
wezen tus-  
schen Corne-  
lis Grave-  
lant, en D.  
Cornelis Ly-  
oghton die-  
naer des G.  
Woorts tot  
Rotterdam,  
als voochden  
over de Kin-  
deren van  
Simon van  
Hoorn erfige-  
naem ex si-  
deicom. van  
Simon van  
Reyer, contra  
Mr. Adriaen  
Raep, voor  
hem selve, en  
voor sijn  
broeder Pi-  
ter Raep.  
Mr. Rombout  
nomine ux-  
oris en Maria  
Reyns vve-  
duwe vry  
len Nicol. du  
Gordyn den  
....1662.

Hujus enim est transitorie, vel, ut nostri loquuntur, summarie de intercessionis causis cognoscere, & si eas non frivolas judicet, futurum differre matrimonium, relicto iudicibus seu scabinis accuratiori de intercessione iudicio, & litis decisione. Verum uti laudem meretur, qui vero zelo ductus, ne quid ex nefariis nuptiis scandali ecclesiæ obveniat, nuptiales denunciationes sistit; ita è contrario iudicis censuram incurrit, & desponsis injuriarum tenetur, qui calumniose simulans affinitatem inter conjungendos, vel cognationem aliquam esse, aliamve futilem ob causam, futurorum conjugum honestissima vota protrahit, speratasque nuptias retardat. *art. 21. Eight-Regl. vande Stat. Gener. art. 15. Instruct. van Hruw. Saack. tot Amsterd. ann. 1586. C. 3. in fine x. de clandestin. desponsat.* Potest & prima, & altera, & tertia denunciatione facta, nuptiarum inhiberi celebratio. At post tertiam denunciationem, non facile quis audiri debet, nisi tale quid magistratui exhibeat, quod & contractum dirimeret matrimonium, & publica sponsalia contrahi non sineret, addita nimis seræ intercessionis iusta excusatione *arg. C. ult. x. qui matrim. accus. poss. vel contra.* Alias coercendus potius, quam audiendus nebulo est, qui tribus denunciationibus, sine alicujus intercessione interpositis, omnibus ad festivitatem compositis, omnibus rebus paratis, atque exornatis nuptiis, futilem ob rationem nuptiarum celebrationem sistere conatur.

- 14 Cæterum, ut hoc huic capiti, coronidis loco adjungamus, ambiguum non est, eorum, quæ in contrahendis publicis sponsalibus, peragendisve denunciationibus ex lege municipali requiruntur, gratiam facere posse (quod vulgo dispensare vocant) uniuscujusque civitatis Summates, penes quos earundem condendarum legum jus fuit. Sic magistratus Leidensis concessit aliquando, celebrari coram scabinis matrimonium, cujus nuptiales denunciationes in ecclesia factæ erant, etiamsi lex municipalis in contrarium esset. Sic causa cognita, indulgit Gerhardo le Febure, & Annæ de Vos nuptiales denunciationes, etiamsi neuter eorum hanc urbem, annum inhabitasset, vel in loco postremi domicilii, denunciari futurum matrimonium curasset. 6. *Januar. 1663.* Idem jus esse Hollandiæ Ordinibus circa eas solennitates, quas eorum comprehendit Politica constitutio, cum penes eos sit suprema Majestas, nemo, nisi animam pro sale habeat, ambigere potest. Verum an idem liceat singularum civitatum magistratui, affirmare non ausim: videtur enim id adversari communi omnium jurisconsultorum sententiæ, quæ inculcat, non licere inferiori Principi, seu magistratui, quid jubere, vel permittere, contra expressam superioris Principis legem. Certe magistratus Leidensis, me scabino sepulit supplicem libellum, qua submisit postulabat quidam sponsus, ut ei denunciationum nuptialium aliqua gratia fieret, ratus non esse sui juris aliquem eximere publicæ Ordinum Hollandiæ constitutioni. Cæterum gravis sit, & fontica causa, ut hujusmodi à lege solutio, ab eo, cujus ea de re notio est, obtineri possit: ut si uterum gerat sponsa, & de salute sponsi desperent medici, ut partus nascatur legitimus; cumque

acceleranda sunt Principum nuptiæ; vel ingruens quædam necessitas denunciationum moram non patitur. Sic fonticas ob causas, Concilium Ordinum

<sup>1</sup> *Gecommitteerde Raaden.*

<sup>2</sup> *2 April. 1625.*

<sup>3</sup> *Part. 1. decis. 185.*

*pag. 766.*

*vande Sentent. van den hoghe ende Provincial. Rad. in Holl.*

<sup>4</sup> *Tract. de repud. & divorc. pag. mibi, 5.*

<sup>5</sup> *Libr. 2. Tit. 8. definit.*

*140. Jurispr. consistor.*

<sup>6</sup> *Inde saake tussen Mr. Andries de Hubert, als Procuratie hebbende van Heer Philips de Soete als*

*Oom en vooght van*

*Juff. Charlotte van*

*Meeterkerke*

*eyfcher in conventie en*

*verrunder*

*reconventie, en Maria van Catz.*

*verrunder.*

*sterse en eyfcherfche*

*respective.*

*den 3. April. 1619. Sentent. en decis. vande*

*Hoghe en Provinc. Rad. in*

*Holl. decis. 185.*

Hollandiæ & West Frisiæ<sup>1</sup> denunciationum gratiam fecit Frederico Henrico Auriaco Principi & Ameliz Solmensi Comiti.<sup>2</sup> Quæ ipsa à lege publica solutio, confecto jam tum matrimonio, probata & confirmata postea ab ipsis Ordinibus fuit, ne quis de legitimis nuptiis seu jure nuptiarum legitimo dubitaret.<sup>3</sup> necessitatis telum nulli subiectum est legi. l. 7. §. 3. *D. qua vi aut clam.* Verum quotiens nulla urget necessitas, nobilibus æque & Patriciis, ac plebeiis deneganda hæc exemptio à communi lege est. Nec quævis dignitas hic eximia esse debet; ne ordo & ritus publicus, honeste & pie in Republica constitutus apud parvos vivat, apud magnos moriatur: & ne nos similes reddamus Pontificibus, qui accepto vili pretio, denunciationibus prorsus neglectis, nuptiarum celebrationem permittunt; quos propterea sacrilegos Beza,<sup>4</sup> & post eum Carpzovius vocant.<sup>5</sup> In totum quoque hæc exemptio à lege, quam vulgo dispensationem vocant, non facile concedenda est: sed una hebdomade, diversis diebus, tres peragenda denunciationes, si necessitas urgeat: etenim, si quid contra legem concedi debeat, id ita fieri oportet, ut semper quam minime ritus publicus lædatur. Imo melius judico, ut aliqua semper figura ordinis publici ostendatur, una die fieri tres nuptiales denunciationes, quam ut omnes prorsus omittantur. Cujus quoque sententiæ jam olim fuit Dordracena *ann. 1574. art. 86. vid. Bor. tom. 1. libr. 7. pag. 52. Histor. Belg. & nationalis Synodus Middelburgi habita. ann. 1581. art. 84. vid. Bor. tom. 2. libr. 16. tot. 29.* Nullum & injustum esse matrimonium, quod neglectis publicis sponsalibus (etiamsi privata auctoritate copulaverit conjuges verbi divini Minister) contractum est, Hollandiæ curia judicavit.<sup>6</sup>

Ex jam dictis colligi potest, in transigendis Batavorum nuptiis, tres quasi 15 gradus constitui. Primum, intra privatos parietes, de nuptiarum conditionibus, id est, de dote, donatione propter nuptias, de dotis incremento, arrhis sponsalitiis, aliisque rebus, quæ stante vel soluto matrimonio rata esse volunt, privata conventionem, ex parentum, propinquorum, amicorumque sententia, transigunt futuri conjuges, atque publica constituenda sponsalia spondent. Deinde, parentibus auctoribus & testibus præsentibus consentitur nuptiarum-Præfectis, privata conventionem inter eos de nuptiis actum esse, jam autem se petere, ut post nuptiales denunciationes ex more in ecclesia factas, ad publicam nuptiarum celebrationem progredi iis liceat; testantes candide, ab omni aliarum nuptiarum obligatione se liberos esse, neque sibi esse conscios, quam ob causam eorum nuptiæ conglutinari non possint: quas jam suo tempore futuras sponsus sponsæ, sponsa sponso, stipulantibus quasi nuptiarum-Præfectis aperte spondent. Tandem, præstituto tempore & die, more solenni & ritu apud nos usitato, publice nuptiæ celebrantur.

## CAPUT TERTIUM

*De etate nuptiis matura.*

## S U M M A R I A.

1. Ordinis ratio datur.
2. Eadem rationes, qua nuptias, nuptiales denunciationes inhihent.
3. Possunt quandoque prohibiturum nuptiarum denunciationes recte fieri.
4. *Etas matura* nuptiis in contrahentibus precipue exigenda est.
5. *Etatis humana* partitio traditur.
6. *Alia etate* legumlatores, alia philosophi contrahendas esse nuptias voluerunt.
7. Rabbini nubendi tempus anno decimo tertio in masculis, duodecimo in feminis definiunt.
8. An duodecimo atatis anno Salomon, Achaz undecimo patres fuere, indagatur.
9. In Pandectarum libris nusquam masculorum, uti quidem faminarum etas nuptiis matura expresso annorum numero terminatur.
10. Duodecim annorum virgo viripotens antiquius aestimata fuit. In definienda masculorum pubertate Cassius, Proculus, & Priscus differunt.
11. Puberem Justinianus voluit, qui decimum quartum atatis annum complevit.
12. Qua ratione dicat Justinianus, se primum masculorum pubertatem annorum numero determinasse, explicatur.
13. An unquam in Imperio Romano sada necessarium partium ad generationem inspectio, usitata fuerit, indagatur?
14. Qua ratione dicat Justinianus se rescasse indecoram observationem in examinanda marium pubertate?
15. Quare Justinianus anno decimo quarto puberes masculos, duodecimo viripotentes feminas haberi voluerit?
16. Investigatur cur citius maribus femina pubescant?
17. Quare Romani juvenclularum virginum, quam primum viripotentes essent, matrimonia probarent, Lycurgus minime?
18. Pontifices Romani non annorum numero definiendam, sed ex aspectu corporis colligendam pubertatem voluerunt.
19. Puberes a pube dicuntur: puerpera, mulier recens a partu. Notatur Isidorus.
20. Quamvis puberis nomen utrique sexui commune sit, proprie tamen puberes masculi dicuntur, femina viripotentes. & hujus denominationis ratio traditur.
21. Quartus decimus, & duodecimus annus confectus, non affectus modo esse debet, ut nuptia consistant.
22. Iusta uxor non est, qua minor duodecim annis in domum mariti deducta est.
23. Explicatur, quid intelligat Vlpianus per collatas nuptias in l. 9. D. de sponsal.
24. Ante etatem in domum mariti deducta muliere, nec nuptia sunt, nec sponsalia constituta habentur, nisi ea preceserint.
25. Minor annis nupta, sum legitima uxor est, cum apud maritum duodecim annos explevit, ex tacita conjugum voluntate.
26. Hodie ante etatem ducta, iusta uxor est: arbitraria tamen pena coercendi sunt, qui minores annis virgines ducunt.
27. Batavi pubertatem annorum numero, uti Romani definiunt, non uti Pontificii, eam ex aspectu corporis colligunt.
28. Quare raro anno decimo tertio, quarto, quinto, mulieres, sexto, septimo, octavo masculi Batavi jungantur matrimonio?
29. Nuptiis inepta, provellet nimis etas est. Non tamen senibus matrimonia negantur.
30. Laudatur legis Julia de maritandis ordinibus caput, inhihent nuptias sexagenarii cum quinquaginta annis minore femina.
31. Carpitur vetula cum adulescente conjugium.
32. Reprehenduntur decrepitorum senum cum juvenclulis matrimonia.

**A** quibus & quomodo impetrari, simulque quo ritu, quo loco, quo tem-  
pore nuptiarum futurarum denunciationes fieri soleant, satis accurate  
præcedenti capite explicatum dedimus. Instituti nostri methodus exigit, ut  
sequentia prioribus connectantur, ut hoc loco tradamus, quæ nuptiarum de-  
nunciationes, quibus, & quare, vel à nuptiis Præfectis denegari debeant, vel  
fraudulenter impetratæ à quovis ex populo jure sisti possint. Quorum om-  
nium doctrina, & scitu necessaria, & propter rerum, quas complectitur, gra-  
vitatem, perquam utilis est, utpote cujus vis non tantum in cotidiano est usu,  
sed quæ etiam suo ambitu continet eam juris partem, & quidem totam, quæ  
de prohibitis nuptiis est. Nam certius nihil est, quam inutiliter fieri, & ple-  
rumque jure sisti posse eas nuptiales denunciationes, quæ de inutilibus & in-  
cestis conjunctionibus fiunt. *arg. l. 15. l. 16. D. de sponsal.*

Itaque, ut ordiamur, dicimus cum Paulo, *cum qua nuptia contrahi non possunt, ea plerumque ne quidem publice desponderi potest; l. 60. §. 5. D. de rit. nuptiar.* sive  
ut congruentius moribus nostris loquamur, *cum qua nuptia contrahi non possunt, ab ea nuptiarum futurarum denunciationes inutiliter impetrantur.* Recta enim  
procedit argumentatio à prohibitis nuptiis ad nuptialium denunciationum  
prohibitionem, cum ex duntaxat media, & transitus sint ad perficiendas nup-  
tias. Temperavimus tamen cum Paulo generaliore hanc regulam adje-  
cta voce exceptiva *plerumque*. Nam ea licet semper vera sit in iis conjunctio-  
nibus, quarum prohibitionis causa, perpetua est; non tamen semper vera  
est, cum temporis curriculum prohibitionem tollit. Quippe nondum viri-  
potentis virginis, & viduæ intra luctus tempus sponsæ futuræ nuptiæ denun-  
ciari populo possunt, licet adhuc nubere legibus prohibeantur, dummodo  
nec hæc ante exactum luctus tempus, nec illa antequam viripotens facta  
fuerit, nuptias perficere destinaverit: & sæpius à viduis, quæ verentur intra  
tempus luctus nubere, propter pœnæ metum, nec tamen longiorem moram  
secundarum nuptiarum, libidine æstuantes ferunt, ut quantum possint, tem-  
pus moræ præcidant, intra annum luctus impetrantur nuptiales denuncia-  
tiones, ita tamen, ut ante tertiam prænunciationem tempus luctus exspiret:  
quod consilium illis noxium fuisse, nunquam vidimus; nec potuit esse, cum  
illis jura civilia auxilio sint. Minor annis duodecim sponderi potest. *l. 14. D. de sponsal.* duci non potest. *l. 4. D. de nupt.* Intra tempus luctus sine metu  
pœnæ spondetur vidua, non sine infamia ducitur. *l. 10. §. 1. D. de his qui  
notantur infam.* Qui in aliqua provincia officium administrat inde oriundam  
puellam uxorem ducere non potest, dum in officio est, quamvis sponsare non  
prohibeatur. *l. 38. D. de rit. nupt.* Sed videamus, quæ de licitis, vel inutilibus  
nuptiis, lege vel moribus prodita sunt, ut ex iis colligamus, quæ nuptiales  
denunciationes inhiberi debeant.

Primum & ante omnia spectandum est, an habiles sint futuri conjuges 4  
contrahendo matrimonio. Habilitas hæc ex duobus colligi debet, animi  
nempe & corporis viribus. Requiritur enim in futuro conjuge, judicii vis, ut  
con-

consentire conjunctioni possit; generandi potentia, ut consistent nuptiæ: quorum alterum ad animum, alterum ad corpus pertinet. Sed cum certum sit, non statim à nativitate adeo firmo judicio pollere hominem, ut cum ratione rebus assentiri possit, cumque liquido constet, eum per omne vitæ spatium generandæ soboli aptum non esse; verum corpori ut & animo vires addere, itidemque demere vitæ tempus; distinguenda ætas humana est, ut seligatur ea, quæ nuptiis maxime apta habetur. Varias ætatis partitiones Pythagoras,<sup>1</sup> Xenophon,<sup>2</sup> Servius Tullius Romanorum Rex, cujus Gellius meminit,<sup>3</sup> Marcus Terentius Varro, Macrobius,<sup>4</sup> alique tradidere, quas singulatim referre animus non est; cum eas singuli materiæ, quam tractabant, applicuerint, ut aliis diversa negotia tractantibus non adeo semper utiles esse possint. Nobis ea nostro instituto maxime convenire videtur, quæ ætatem humanam, in infantiam, pueritiam, adolescentiam, juventutem, firmatam seu virilem ætatem, quam virilitatem vocant; & senectutem distinguit. Quæ sit infantia, quæ pueritia, & quoto ætatis anno terminentur, explicatum dedimus capite hujus libri secundo: utramque autem nuptiis contrahendis inidoneam esse, non ille inficias ibit, qui animadvertet pueritiam destitui generandi potentia, infantiam quoque consentiendi facultate. Adolescentia, quæ secunda ætas à Justiniano appellatur *Novell. 72. Novell. 135. l. ult. C. de bonis qua liber. cum* pubertate incipit, tum scilicet, cum ex quibusdam signis colligimus viripotentes esse fœminas, masculos puberes, atque anno ætatis vigesimo quinto terminari solet. *l. l. D. de minor. d. Novell. 72.* quo tempore eam excipit juvenas seu adulta ætas ad annum trigessimum quintum ætatis excurrent, iudice Hippocrate.<sup>6</sup> Deinde insequitur virilitas, quæ constans ac media ætas Ciceroni dicitur,<sup>7</sup> quia librat quasi juventutem & senectutem, & constantius vigorem suum, statumque retinet. Tandem senectuti adscribitur quicquid vitæ ab anno ætatis quinquagesimo ad mortem usque excurrit.

6 Has medias intra pueritiam & senectutem ætates procreandæ soboli habiles esse nemo ambigit, sed an omnes ad nuptias admittendæ sint; & cum singulæ certum complectantur annorum curriculum, an omnibus hominibus certum nubendi tempus præscribendum sit, variæ medicorum, philosophorum, legumlatorum, & Jurisconsultorum sunt sententiæ. Medici, naturæ antistites vim tantum prolificam quæ siverunt, & naturam corporum in individuis spectantes, cum frigidi tardius, calidi citius pubescant, intervalla ætatum ex temperamentorum mutatione æstimanda, non in omnibus eodem annorum numero definienda esse judicarunt.<sup>8</sup> hinc Celsus ait, *ars medica non est, quæ annos numeret.* Plato<sup>9</sup> & Aristoteles<sup>10</sup> serius nubendi tempus prodixerunt; primus in viris trigessimum, in fœminis vigesimum: alter in viris trigessimum septimum, in fœminis decimum octavum ætatis annum præscribentes. Scilicet, hisce Philosophis curæ fuit, non tam ut soboles, quam ut robusta soboles, quæ tuendæ patriæ adjumento esse posset, nasceretur. Ideoque inter se non disputarunt qua ætate homines procreandæ proli habiles essent, sed qua

ætate

<sup>1</sup> Vid. Montan. cap. 5. m. 16. de tuel.

<sup>2</sup> Hœm in lex. verb. ætas.

<sup>3</sup> Libr. 10. cap. 28.

<sup>4</sup> Censorin. libr. 1. de die natal. c. 14.

<sup>5</sup> In somn. Scipion. lib. 1. cap. 6.

<sup>6</sup> Libr. 3. prognost.

<sup>7</sup> Libr. de senect.

<sup>8</sup> Galen. lib. 6. de sanit. tuend. cap. 2.

<sup>9</sup> Libr. 5. de Republ.

<sup>10</sup> Libr. 7. cap. 17. §. 10. litis.



ætate in usum Reipublicæ nuptiæ contrahidebeant: constat autem juventutem maxime vegetam esse. Legumlatores ampliari imperium, hominum adjectione & copia desiderantes l. 7. §. 3. *D. de bon. damnat.* citius & quam cito adesse potentia generandi crederetur, homines ad nuptias admiserunt, & secundum id, quod in plurimis, si non in omnibus, frequenter accidere solet, puberes esse masculos anno ætatis decimo quarto, foeminas viripotentes duodecimo esse dixerunt. Jurisconsulti vero, cum dicerent matrimonium contractum esse, qui consensu perficitur, eam ætatem requisiverunt, quæ consentiendi facultate polleret; attamen ita, ut potentiam generandi quoque ut conditionem sine qua non, in conjugibus exigerent, adeoque adollescentibus, quam primum puberes essent, nuptias indulserunt. Et hæc quidem in genere de ætate nuptiis apta dicta satis sunt: videamus jam, quod præcipue nostri propositi est, quid speciatim hac in re Jus Divinum, Romanum, Canonicum, & Batavum nostrum constituerit.

In sacris literis à Deo, Moseve definitum non invenio, quæ nuptiis matura ætas, quæ immatura habeatur. Sed refert cum Buxtorfio<sup>1</sup> Seldenus<sup>2</sup> Rabbiorum scripta tradere, non licuisse masculo Ebræo ante decimum tertium ætatis annum præter diem unicum, uxorem ducere, irritaque æstimata fuisse sponsalia ante id tempus constituta: puellam vero usque ad annum civilem ætatis duodecimum, diemque insuper unicum, *minorem*; impleto hoc tempore per sex insequentibus menses, *juvenculam*; & deinde *pubertatis plena* nuncupatam, dictamque fuisse: minorem autem, ut nondum viripotentem, nulli homini; juvenculam, & quæ plenæ pubertatis esset, cuivis; at sacerdoti summo nullam nubere potuisse, nisi quæ in pubertate seu virginitate sua constituta plenam nondum consecuta esset pubertatem, id est, nec minor esset duodecim, nec major duodecim cum dimidio annis.<sup>3</sup> Juxta quæ Rabbiorum tradita, videntur uxores duxisse Ammon & Josia Judæ reges. Nam hi ambo anno ætatis decimo quarto patres fuere, uti patet ex collatione locorum 2 Reg. 21. vers. 19. & cap. 22. seq. vers. 1. item 2. Reg. 22. vers. 1. & cap. 24. vers. 2. Sed hisce adversari videtur quod Tholosanus post Hieronymum tradit, Salomonem Roboami duodecimo, Achazum Ezechiz seu Hiskiz undecimo ætatis anno patres fuisse; nisi dixeris à communi patriæ lege & moribus Principes eximios fuisse, ideoque rata illorum æstimata fuisse ante tempus contracta matrimonia. At autem, dicantur legibus soluti Principes, ut potuerint ante nuptiis lege definitam ætatem, uxores ducere, superest tamen difficultas credendi, ante consuetum naturæ tempus, tenellis istius ætatis corporibus vim generandi adfuisse. Sed videamus, an recte ætatem Salomonis collegerit Tholosanus; lubet enim paululum moræ huc rei, licet non adeo ad nostrum institutum pertinenti exercitii gratia interponere. Sed Salomonis annos tantum explicabimus, ne cum fastidio lectoris prolixiores simus. Ait ille Salomoni patri in regnum successisse Roboamum, cum esset annorum quadraginta: Salomonem vitam & regnum deposuisse anno ætatis suæ quinqua-

<sup>1</sup> *Tobann. Buxtorf. cap. 3. Synag. Judaic. & tract. de sponsa. & divor.*

<sup>2</sup> *Ebræor. part. 1. n. 11.*

<sup>3</sup> *Libr. 2. cap. 3. Vxor. Ebræ.*

<sup>4</sup> *Selden. libr. 1. cap. 7. ux. ebræ.*

<sup>5</sup> *In Epist. ad Vital. præfby.*

<sup>6</sup> *Syntagm. jur. Civil. libr. 9. cap. 7. n. 8. 9.*

quagesimo secundo, quod suscepit duodecim annorum puer, & tenuerat quadraginta annos; ergo necessario undecimo, vel duodecimo ætatis anno pater fuisse debuit. Verum si Funcchio, vel Carioni recte posita sit computatio, hic Tholosani calculus duplici laborat vitio: Funccius successisse patri Salomonem sedecim annorum adolescentem, & obiisse anno ætatis suæ quinquagesimo sexto; Carion creatum Salomonem circa vigesimum, & cum vita deposuisse regnum circa sexagesimum ætatis suæ annum dicit: & per consequens nativitate Roboami, in decimum sextum, vel in vigesimum aut circiter Salomonis annum reponunt: regnasse enim Salomonem quadraginta annos, atque in primo ejus regni anno natum Roboamum, omnes pariter concedunt. Horum calculus probabilior quam Tholosani mihi videtur, nam verosimile non est, Salomonem decennem uxorem duxisse mulierem alienigenam, qualis Roboami mater fuit, idque patre ejus Davide vivente; & si id factum fuisset, huic imbecilli ætati potentiam generandi adfuisse. Sed ut verum fatear, nec hæc quidē Funcii & Carionis computatio, speciosa licet, mihi plane aridet. Qui enim cum ordiretur regnū, juvenis dici potuit Roboamus, natus primo anno regni patris, qui 40. annos imperium tenuit? Itaque, quamvis non ausim ex æte definire ætatem Salomonis, cum ei nasceretur Roboamus, crediderim tamen cum Isaaco Vossio summo Chronologo, eum in senectute sua genuisse hunc filium. Idque ex eo colligo, quod Salomon jam senex dicatur adamasse mulieres alienigenas, & inter eas Ammonitidas 1. Reg. 11. vers. 1. qualis fuit Naama mater Roboami. 1. Reg. 14. v. 21. & ult. Roboamus secutus dicitur cogitationes juniorum, cum quibus educatus erat, & sprevisse consilia seniorum, 1. Reg. 12. vers. 8. at neque adolescens, multominus puer dici potest, vir quadraginta annorum. Nec mutat, si quis mihi reponat locum Scripturæ, testantem Roboamum 41. annorum fuisse, cum ordiretur regnum 1. Reg. 14. v. 41. sciendum enim est, illo loco non referre sacram historiam annos ætatis Roboami, sed regni patris Salomonis, atque Roboamum appellare filium 41. annorum, quia quadragesimo primo, id est, ultimo regni patris anno auspicabatur regnum 1. Reg. 11. vers. 42. Hæc de Salomone. De Achazi nuptiis consulat lector Spanhemium. 1. Part. 1. du-

9 Notandum est, veteres jurisconsultos, quorum nomina Pandectarum libris continentur, in finienda quidem tutela, testamenti factione l. 5. D. qui testam. facer. poss. similive negotio l. 2. D. de vulgar. & pupill. substit. l. 10. D. de quæstion. l. 3. D. de censib. ætatem masculorum æque ac foeminarum determinare, at nusquam id eos facere, cum de contrahendis nuptiis agunt. Forfan ideo, quamvis laudarent Romani juniorum virginum matrimonia, quod tamen masculi nunquam tam cito ad nuptias volarent, ut dubia posset esse eorum pubertas. Sumebant Romani anno ætatis decimo quarto virilem togam, deposita prætexta, & se ab eo tempore honestis disciplinis atque studiis per triennium exercebant, quo decurso nomen militiæ dabant, spondebant quidem eo tempore sibi futuras uxores, at earum celebrationem diutius differebant, uti de Marco Antonino Philosopho Capitolinus, de Julio Cæsare Suetonius

nus testatur. Hinc est, quod in libris nostris nusquam de impuberis masculi, uti quidem de virginis nondum viripotentis conjugio legatur. l. 4. D. de rit. nupt. l. 9. D. de sponsal. l. 32. §. 27. l. 65. D. de Donat. inter vir. & uxor. l. 11. §. 3. D. quod fals. tutor. auctor. l. 30. D. quand. dies leg. l. 13. §. 8. l. 38. §. 4. D. ad leg. Jul. de adulter. l. 17. §. 1. D. de reb. auct. judic. possid. l. 10. D. de condit. & demonstr. l. 1. §. final. D. de concub. l. 32. §. 27. D. de donat. inter vir. & uxor. Nam quod Justinianus ait, si quis intra ætatem maritus sit. Novell. 100. cap. 2. intelligendum est de ætate legitima, quæ in masculis ut & in fœminis viginti quinque annorum curriculo terminatur, uti id colligi potest ex eadem Novella, cum dicantur *vehementer citius nuptias contrahere, qui quindecim annorum ad eas procedunt*. Tribonianus in institutionibus fœminas viripotentes, & puberes masculos ad nuptias admisit. pr. Inst. de nupt. at eo loco, quæ viripotens, qui pubes haberetur, non definivit, sed hanc definitionem in eum locum cum de finienda ob pubertatem tutela agendum esset, seposuit. & Justinianus saltem uno aut. altero loco, de nuptiis agens, hanc ætatem annorum numero expressit. l. 24. C. de nupt. Quod an sorte fortuna, an consilio factum fuerit, nescio: prius verum esse puto, cum non videam rationem, quare Imperator in cæteris constitutionibus, quas de nuptiis emisit, studio reticuisset hunc annorum numerum, cum jam puberes vocaverat ad conjugium, & expressa sanctione pubertatem definierat l. 3. C. quand. tutor. vel curat.

Itaque viripotens debet esse fœmina, masculus pubes, ut matrimonium 10 contrahere possit. Et viripotens quidem antiquitus æstimata fœmina fuit, quæ annum ætatis duodecimum compleisset. pr. inst. quib. mod. tutel. finit. Sed non per hæc certa ætatis nuptiis maturæ definitio in masculis probata vel confirmata fuit. Quæ res Cassio, Proculo, & Prisco, magnis olim jurisprudentiæ luminibus, occasio fuit disputandi, quando seu quo ætatis anno pubes habendus masculus esset; & ut est hominum ad dissentiendum facilis natura, Cassiuseum puberem esse dixit, qui habitu corporis pubes appareret, id est, qui generare posset, neque certum annorum numerum definiendæ pubertati præscripsit, cum citius alii, alii serius pubescant. Proculus eum puberem haberi voluit, qui annum ætatis quartum decimum compleret, atque pubertatem certo temporis curriculo alligandam putavit, ne circa eam in individuis semper fluctuaretur. Priscus vero eum puberem æstimandum dixit, in quem utrumque concurreret, & horum annorum numerus, & corporis habitus. 1 Sed cum videret Justinianus, ob horum virorum diversas sententias, jurisconsultorum ordinem in partes tres divisum, nec habere populum, quid hac in re ut explorati juris sequeretur, quod proprie legum-latoris & Principis est, emissâ constitutione hanc litem diremit, & probans Proculianam sententiam, masculos decimo quarto ætatis anno puberes esse dixit. l. 3. C. quand. tutor. vel curat. esse desin. pr. inst. quib. mod. tutel. finit.

In hac Justinianeâ constitutione, antequam progrediamur, duo notanda 11 sunt. Primum, quia ratione sibi tribuerit Imperator hanc pubertatis ex annis

in

1. Apian. in  
fragm. Tit.  
14. in fine

in masculis definitionem; cum Tertullianus scribat, Ethnicos tempus observasse, ut ex lege natura, jura sua etatibus redderent. Nam eos feminas quidem à duodecim annis, masculos à duobus amplius ad negotia misisso.<sup>1</sup> cumque Macrobius testetur, secundum jura publica, duodecimum annum in foeminis, & decimum quartum in masculis definire pubertatis ætatem.<sup>2</sup> vixit autem Macrobius ante Justinianum ab Honorio & Theodosio ad sacri cubiculi præposituram evectus, uti post Scaligerum, & Johan. Isacium Arniseus notat.<sup>3</sup> Tertullianus vero sub Septimio Severo floruit. Deinde an recte dixerit Justinianus se refecare indecoram observationem in examinanda marium pubertate, adeoque an veteres jurisconsulti ex indagatione corporis inhonesta pubertatem colligendam esse voluerint. Ad primum respondendum est, Macrobium & Tertullianum Proculianorum sententiam retulisse, atque eam, utrum temporis frequentiore, amplexos fuisse; Justinianum vero, ex Imperatoribus primum fuisse, qui eam lege lata confirmavit, cum hucusque quisque suum secutus esset judicium. Ad secundum quoque facilis responsio est: nempe, indecoram illam corporis inspectionem, quam se refecare Justinianus dicit, nunquam in Republica Romana observatam fuisse, nec veteres jurisconsultos, qui ex corporis habitu colligendam pubertatem censuerunt, de fœda genitum partium aspectu locutos fuisse, verum hoc iis per malitiam à Triboniano affictum esse, si per veteres quos ex habitu corporis æstimasse pubertatem dicit pr. Just. quib. mod. tutel. finitur, jurisconsultos Romanos, seu Cassianorum scholam intelligat. Etenim nullus veterum est, qui tam impudici moris meminit, & castiores magis, magisque verecundiores fuere Romani, quam ut turpem hanc pubertatis indagationem in Republica tolerassent. Antonius objecit Augusto, quod sibi conditiones per amicos quæreret, qui matres familias & adultas atate virgines demudarent, atque perspicerent, tanquam Thoranio mænone vendente.<sup>4</sup> Cum ludi florales celebrarentur, nudas mimas in scenam produxisse, verum est: refertque Blondus<sup>5</sup> ad vallem Agenæ, vel ut Alexander scribit, extra urbem ad Tiberis ripam, templum fuisse virilis fortunæ, in quod mulieres, quæ dabantur nuptui, frequentes ventitabant, & corpore invelato, singula membra, ne quo morbo vitioque affecta forent, aut labe aliqua tenerentur, detegebant.<sup>6</sup> Sed ex hisce concludere velle, obtinuisse quandoque in Republica morem ex fœda corporis inspectione æstimandi pubertatem, frivolum, ne dicam stultum est: ista enim in alios fines facta sunt, uti auctores, qui hæc referunt, legenti per se perspicuum est. Minus negotii facessit hic Quintiliani locus, postea nudari filium, atque in conspectu judicum constitui cœgisset: atque interrogaret, an ille maritus esset, qui fieri pater non posset.<sup>7</sup> Hoc enim ut plerumque fit in scholasticis exercitationibus, à declamatore fingi cum Clarissimo Vinnio sentio,<sup>8</sup> ut ex eo infirmum argumentum ad probandam hanc fœdæ inspectionis consuetudinē deducatur. Jurisconsulti semper honestatis studiosi fuere, vitaruntque id omne quod bonos mores offenderet, adeo ut certo certius sit Cassianam scholam, cum eum puberem esse, qui habitu corporis pubes apparet, dixerit, non aliud significare

<sup>1</sup> Lib. de virg. land. virgin.

<sup>2</sup> Lib. 7. Saturnal. c. 7.

<sup>3</sup> Lib. 1. in somn. Scipion.

<sup>4</sup> Cap. 2. sect. 1. n. 6. de iur. conub.

<sup>5</sup> Sueton. in August. Rom.

<sup>6</sup> Thriumph. lib. 1. infm.

<sup>7</sup> Lib. 1. c. 13. Dier. Genial.

<sup>8</sup> Declamat. 279.

<sup>9</sup> In pr. infm. quib. mod. finit.

ficare voluisse, quam ex corporis externa dispositione, forma, ac figura colligendam esse pubertatem: scilicet, ut is pubes dicatur, qui externis corporis lineamentis pubertatem ostendit, & maturi jam vigoris vestigia edit, & ut  
<sup>1</sup> *In fragm.* Ulpianus dicit, *qui generare potest*, <sup>1</sup> id est, qui generare posse creditur. Sic Ci-  
<sup>Tit. 11. in fin.</sup> ceroni *habitus oris & vultus, æquabilis moderatusque corporis habitus* <sup>2</sup> dicitur, qua-  
<sup>2</sup> *Libr. 3. de finib.* tenus is ex externo & honesto aspectu colligitur; habitus enim sive habitudo Latinis scriptoribus formam corporis significat, uti id Clarissimus Vinnius,  
<sup>3</sup> *D. L.* Ciceronis, Livii, & Terentii auctoritate probat. <sup>3</sup> Cætera, quod obiter notandum est, veterum jurisconsultorum loca, l. 32. *D. de minorib.* quæ in Digestis reperiuntur, & de aspectu corporis externo loquuntur, non ita accipienda sunt, ut quis dicatur major vel pubes ex corporis habitudine, cum revera nondum impleverit pubertatis vel legitimæ ætatis annos, sed ut præsumatur, probeturque talis in dubio, cum nativitas nescitur. *arg. l. 3. C. si minor. se major.*

Quid ergo movisse potuit Principem, ut hanc scædam ex genitalium partium aspectu, quas natura in abditiu seclusas locum, tacite tegi jussit, pubertatis indagationem veteribus adscripserit? Putat Rævardus, <sup>4</sup> atque post eum Vinnius, <sup>5</sup> Triboniano imposuisse Platonem, qui, ut convenientia ætatis ad matrimonium in futuris conjugibus prehenderetur, nudos omnino masculos, nudatasque usque ad pudenda scæminas per judicem inspiciendos voluit: <sup>6</sup> eumque, cum in jurisconsultorum libris legisset, dubitatum fuisse aliquando, an ex habitu corporis, an ex annis pubertas metienda esset, <sup>7</sup> quod de indaganda corporum convenientia, ex imaginaria Platonis lege didicisset, confudisse cum hoc de definienda pubertatis ex Romanorum jurisconsultorum sententia, atque quod hi de honesto corporis aspectu intellexerunt, de scæda genitalium partium inspectione interpretatum fuisse. Ego vero, ut verum fatear, vix credere possum tantæ inscitæ vel malitiæ fuisse Tribonianum, hominem in jurisconsultorum scriptis & historiis versatum, ut hanc sententiam veteribus Romanis jurisconsultis vel affingere, vel Platonis locum de convenientia corporis agentem, ad indagandam pubertatem inepte transferre voluerit. Verum aliorum judicio committo, annon benigna interpretatione facta, dici possit, eum respexisse inhonestam consuetudinem suo seculo ingruentem, quam quidam homines placitis veterum forte tuebantur, eamque illum inhibuisse, & quasi in ipso ortu reseccasse; & quod in scæminis etiam antiquis inhonestum visum fuisse fatebantur, expressa constitutione, cum de ea re hætenus lex nulla esset, ad masculos extendisse. Quid enim expressa constitutione prohibitiva fuisset opus, si tale quid non fuisset factum suo tempore in Republica, & quare dixisset Princeps se, *indecoram observationem* reseccare, si nulla talis, in examinanda marium pubertate, scæda corporis inspectio usitata fuisset? certe raro, imo nunquam fere conduntur leges, quibus scelera & vitia prohibentur, nisi ea jam commissa sæpius fuerint in Republica. Quos vero intelligat Tribonianus veteres, qui ex impudica corporis

<sup>4</sup> *4 Variat.*

<sup>5</sup> *10.*

<sup>6</sup> *Comment.*

*in Instit. Tit.*

*quib. mod.*

*finib. tutel. n.*

<sup>7</sup> *2.*

*Libr. 2. de*

*legib.*

<sup>7</sup> *Quintil.*

*libr. 4. instit.*

*orat. 2. Pl.*

*pian. fragm.*

*Tit. 11. in fin.*

ris inspectione pubertatem æstimandam volebant, cum eorum nomina retineat, divinandum aliis relinquo. Hæc in transcurso.

- 15 Hujus ætatis tum in masculis tum in fœminis definitionis, à Justiniano probatæ, ratio non est; vel quod omnes eo tempore procreandæ soboli apti credantur; multos enim etiam post plenam ætatem generationi ineptos esse experientia testatur; vel quod ante hos annos natura omnibus hominibus vim generandi neget; nam contrarium docuit puella novennis puerpera, de qua Albericus de Rosate testatur, <sup>1</sup> & alia itidem novennis, cujus Ambrosius Pareus meminit, <sup>2</sup> puerque decennis, de quo Hieronymus, <sup>3</sup> itidemque novennis, de quo Gregorius, <sup>4</sup> nutricum suarum stupratores impletoresque. Sed quod hæc ætas ex Medicorum & Physicorum sententia, in omnibus hominibus gignendæ proli apta vel invenitur, vel brevi redditur: signa enim hujus potentia circa hoc tempus natura edit, in fœminis menstrua, in masculis pubem; fitque, ut cum Macrobio loquar, via genituræ. <sup>5</sup> Cum enim propositum esset Justiniano, hoc tempus determinare, ne perpetuo circa obscura habilitatis generandi potentia indicia in singulis hominibus fluctuarem, debuit id facere, juxta illud, quod quam plurimum sit: at frequenter hæc ætate puberes reperiuntur masculi, fœminæ viripotentes, cum secula aliquot non videant novennem puerperam vel patrem, ut miraculi instar habeatur, quotiens id contingit. Ex dictis colligi potest, quod hæc ætatis definitio à Justiniano facta, partim naturalis, partim civilis dici debeat: naturalis, quatenus naturam & frequentiore naturæ cursum sequitur; civilis, quatenus à legum conditore certo annorum numero determinatur, cum in quibusdam hominibus hoc tempus sæpius prævertat pubertatem, in quibusdam serius sequatur. Mera enim naturalis pubertas illa est, quæ ex habitu corporis in singulis individuis æstimatur: civilis tota, quæ pro ratione definitionis, solius Principis habet voluntatem.

- 16 Quæri hoc loco ab interpretibus solet, cur fœminæ viripotentes duodecimo, masculi dum puberes decimo quarto ætatis anno fiant? Baldus inquit, fœminam citius consumi, & ideo perfici celerius; at hoc ipsum quare citius perficiatur & consumatur, in quæstione est; præterquam quod falsum sit citius consumi viris fœminas, si longævitate spectes, quantum ad diuturnitatem generandi, cujus causam jam quærimus, solummodo verum. Ignominiosa fœmineo sexui Accursii ratio est, comparantis virgines malæ herbæ cito crescenti; cui incidit hæc Bodini collectio, fœminas numero vincere mares, quia in naturæ universitate, rerum deteriorum major est affluentia quam preciosarum. <sup>6</sup> Hostiensis prorsus ineptus est, cum dicit, facilius esse pati, quam agere; in conjugio pati fœminam, agere masculum. Nam si generationem hominis respicias, ad eam plus viri confert fœmina, concipiendo, conceptum fovendo, pariendo, partum lactando, nutriendo; quod si veneris usum intuearis (quem respexisse in hac ætatis determinatione legumlatores Besoldus opinatur) verum fortasse est, majus robur requiri ad com-

<sup>1</sup> In lexie.  
verb. matrim.  
mon.

<sup>2</sup> Libr. 28.  
de art. Chyr-  
rurch.

<sup>3</sup> In Epist.  
ad Vital.

<sup>4</sup> Presbyt.

<sup>5</sup> Libr. 4.

dialog. 19.

vid gloss. in

c. 1. caus.

20. q. 1. Co-

varru.

tom. 1. part.

2. de ma-

trim. cap. 5.

n. 6.

<sup>6</sup> In summ.

Scipion.

<sup>6</sup> Libr. 4. de  
Republ.

plexum conjugalem in mare quam foemina, ideoque eum citius lassari, citius satiari, & etiam ex immodico veneris usu in morbos incidere. Plinius id foeminarum naturæ imbecilliori adscribit, haud secus quam videmus poma exilia citius, robusta serius maturefcere, salices, eo quod humidiores, laxioresque sint; citius, quercus tardius crescere; betam cito nasci, buxum paulatim: quæ etiam ratio Symmachi apud Macrobius est, verior illa quam eodem loco dat Horus, nempe quia calidiores foeminae sunt viris, calor vero omnis generationis causa est; nam Hippocrate iudice, vir foemina calidior est. Optimam rationem Clementem Alexandrinum tradere Borcholt. autumat, quod mutatio in masculis fiat per septenarium, in foeminis per senarium. Macrobius ait, post annos bis septem ætatem necessitate pubescere, ideoque tum temporis tutelam in masculis finire, foeminas autem propter votorum festinationem, id est, ex interpretatione Costani, propter desiderium generandi, & prævenientem vim naturæ, maturius biennio liberari: Covarruviz explicatio, quia facilius in foeminis malitia supplet ætatem, & difficilius custoditur pudor, qui semel amissus hunc sexum perpetua multat infamia, à mente Macrobii aliena est, qui potentiam generandi respicit, uti ex eo patet, quod alio loco foeminas celerius quam masculos generationi aptas testetur. Nos vero hujus rei accuratiorem indaginem medicorum filiis relinquimus, quibus incumbit naturam, operationes, & opéra naturæ peritius perscrutari. Nos enim his rationibus contenti esse possumus, quibus sufficit scire, differenter & circa hæc tempora in foeminis & masculis operari naturam, ut demonstramus legum-latores in determinanda pubertate, naturæ ductum secutos fuisse, etiam si medicorum more accuratius non investigemus, quomodo tam differenter in utroque sexu operetur natura.

Cæterum Romana hæc annorum in nuptiis præfinitio, nec olim Lycurgo nobili Spartiæ placuit, nec hodie Pontificibus placet. Lycurgus plenam duntaxat ætatem ex se jam venerem appetentem ad nuptias vocavit, tum ut coitus, amoris & gratiæ initium esset, non odii & timoris; quod ultimum futurum metuebat, si adulta nondum ætate, nubere cogerentur tenellæ puellæ: tum etiam, ut ex grandioribus natu parentibus vegetior in usum Reipublicæ proles nasceretur; ideoque & corpora virginum, cursu, lucta, disci & missilium jaculationibus exercuit, ut robustiora fierent, & validiores ederent partus; metuebat insuper corporibus ad ferendum edendumque partum ob juniorem ætatem non satis firmis. At Romani, homines militiæ addicti, & continuis semper bellis implicati, ideoque studiosissimi augendæ civitatis liberorum hominum accessione, cum experientia edocti essent, hos annos ferendo edendoque partui sufficere, coituque tum delectari puellas, non tantum in eo commodum Reipublicæ spectandum esse arbitrati sunt, ut robustiores ex adultis virginibus generarentur cives, sed etiam, ut quam plurimi nascerentur, quum quoque experientia testaretur, tenerrimas matres sæpius maxime vegetas producere soboles. Deinde quoque existimarunt, morum & suavitatis

*Libr. 7. c. 3.  
Hisor. natu-  
ral.*

*Disput. de  
matrimon.*

*In somn.  
Scipion. lib. 1.  
Traff. de  
sponsal. &  
matrim. Tit.  
de his qui  
nupt. contrah.  
poss. n. 30.  
Tom. 1.*

*part. 2. c. 5. n.  
2. de matri-  
mon.*

*Saturnal.  
libr. 7. cap. 7.*

*Plutarch.  
in Lycurg.*

tatis rationem in conjugio habendam esse; at autem consuetudinem vitæ jucundiorē futuram, quotiens per ætatem proculdubio, & re & verbis illibata virginitas thalamo nuptiali inferatur, & puellæ mores, incorrupti & rudiores adhuc, ideoque flexibiliores marito formandi traduntur. Certum enim est, uxores quo juniores sunt, ceterius mores maritorum amplecti & sequi, sese facilius ad eorum obsequia flectere & fingere in juniori ætate quam grandiori. Recte in simili Ulpianus: rudia & simpliciora ingenia ad quodcunque ministerium aptiora & dociliora sunt, atque ad quoscunque mores facile formantur. l. 37. D. de edilit. Edict. Itaque patet, Lycurgum robustiorum liberorum generandorum causa duntaxat, ad naturam respexisse: Romanos vero & copiam civium desiderasse, & ut fruerentur consuetudine vitæ suavioris, ad morum rationem magis respexisse.

18 Romani vero Pontifices, Cassianorum sententiam postliminio quasi revocantes, pubertatem ex aspectu corporis æstimandam volunt: imo quod magis mireris, ut vult glossa, & in scæminis nudi corporis inspectionem probant. in C. 3. C. 9. x. de desponsat. impuber. quam ne in masculis quidem unquam probarunt Cassiani. Sunt tamen Pontificii Doctores, qui ut hunc errorem à sanctis Pontificibus removeant, contendunt, jus Canonicum æque ac Romanum annorum numero terminasse pubertatem, vel ad minimum cum Cassio honestum corporis aspectum requisivisse. His enim incredibile videtur honestam visam fuisse sanctis Pontificibus pubis inspectionem, quam castitate suorum temporum indignam Justinianus, & veteres jurisconsulti ethnici indecoram judicarunt. Quapropter volunt ea loca, quæ de turpi corporis aspectu loquuntur, referenda esse ad quæstiones, quæ ventilantur, cum accusata alterius conjugis impotentia, post biennium ex contracti matrimonii die elapsum, irritum dicitur reddere matrimonium. C. 4. e. 14. x. de probation. vel cum dubitatur, an puella virgo sit. C. 4. caus. 27. q. 1. d. C. 4. C. 14. Isidori autem verba, cum dicit, eum puberem esse, qui ex habitu corporis pubertatem offendit, & generare jam potest, C. 3. x. de desponsat. impuber. intelligenda esse volunt, uti ea Ulpiani, de quibus locuti sumus; nimirum, facta vigoris naturalis honesta indagatione, concludendum esse, an quis generare possit, ut pubes æstimetur.<sup>1</sup> Sed obtineat hæc sententia, attamen cum velit jus Pontificium, in tutela vel cura, annorum numero pubertatem quidem æstimandam esse: at in matrimonio contrahendo ex vigore naturali tantum, nævo non caret. Hoc enim modo fenestram aperit libidini, & multos ante ætatem in venerem trudit, ut ex coitu probetur cum puella intra nubilem ætatem constituta coaluisse matrimonium. arg. C. 6. e. 10. x. de desponsat. impuber. At vero coercenda potius, non incitanda ad præmaturam corporibus libidinem hæc ætas est. Scelestum alibi vocat Justinianus, puellas decimum non agentes animum, ad periculosam deponere corruptionem. Novell. 14. quod quamvis in eos dicat, qui nondum viripotentes quæstui exponunt; in eos quoque quadrat, qui nondum nubilem ætatem, ut experietur venerem, prætextu matrimonii invitant.

Me-

<sup>1</sup> Ant. Gossan. tract. de spons. & matrim. Tit. de his qui nupt. contrah. poss. C. de nupt. tom. 1. par. 2. cap. 5. n. 2. de matrim. Panormit. in d. cap. 3. x. de desponsat. impub.



Melius olim Priscus, ante ætatis annum decimum quartum, puberem dici neminem voluit; postea vero duntaxat eos, quorū annos juvaret corporis robur, vigorque naturalis. Quippe non visa ei satis fuit externa corporis habitudo (cum ex ea non semper potentia generandi, quæ oculis non patet, argui certo possit) nisi & anni concurrerent, qui sufficientes vires ad generandum conferre solēt: nec ex adverso solos annos probavit, cum experientia teste, ea ætate multi nondum pubescant, nisi & corporis vigor vim generandi adesse ostenderet. Sed Prisco è diametro contrarii Pontifices, & ante ætatem civili lege nuptiis præfinitam, ex aspectu corporis dubio colligunt pubertatem, & tenerimam juventutem admittunt ad matrimonium;¹ & ea ætate majores, licet nondum puberes nec fœturæ habiles, matrimonio non omnino prohibent; quasi melius sit, ut ante tempus civili lege definitum, ob conceptam pubertatis ex corporis aspectu opinionem, nuptiæ concedantur, quam ut ex post id tempus prætextu tardioris ætatis negentur; cum utrumque noxium sit infirmæ juventuti. Sed hæc cum videant absurda, contendunt alii, eundem annorum numerum, quem jus Romanum probavit, præscripsisse pubertati, simul & matrimonio contrahendo Pontifices. Idque ex eo palam esse contendunt, quod exacto decimo quarto ætatis anno contractas à conjugibus nuptias, consistere dixerint, donec naturæ vires intra triennium explorentur, etiamsi interim ad coitum inepti habeantur conjuges. *arg. C. 5. x. de frigid. & malef.* Deinde dicunt, ante ætatem contractas nuptias, ab iis, quorum malitia superat nativitatis annos, non consistere, vel ob solam coeundi potentiam, seu corporis habitum, vel ob solam malitiam tempus pubertatis prævertentem (quam discretionem, prudentiam, sagacitatem interpretantur. *gloss. in C. 9. verb. malit. C. ult. x. de despons. impuber.*) sed ex concursu utriusque. *C. 6. x. de desponsat. impuber.*² Scilicet, quod olim de annorum & pubertatis concursu Priscus statuit, id Pontificii volunt in concursu pubertatis & malitiæ probandum esse. Verum, ut primo respondeamus argumento, fatemur jus canonicum, contractas post completum decimum quartum ætatis annum nuptias consistere velle, etiamsi conjugibus coeundi potentia desit, & expectandum esse triennium, ut cognoscatur, an infirmitas illa perpetua futura sit, explosa glossæ diversa sententia in *C. 3. verb. tardissime. x. de despons. impuber.* At hinc non sequitur, idem jus non statuere, admittendos esse quoque homines intra nubilem ætatem ad matrimonium, qui ex habitu corporis puberes esse creduntur. Secundam opinionem, quæ in verborum interpretatione consistit, & quam Covarruvias amplectitur, capitula juris canonici non admittunt. Isidorus certe nullam prudentiam annos prævertentem, sed duntaxat corporis vires respicit; cum ex habitu corporis pubertatem æstimat, & eum puberem esse dicit, qui generare potest. *C. 3. x. de despons. impuber.* quem explicans gloss. aperte ait, *solam pubertatem, seu naturalem vigorem considerare; ut possint conjugali vinculo sociari. in C. 3. verb. generare & C. 9. 16. b. copula. x. de despons. impube.* Nec adversatur nobis, quod

In-

¹ *Caver. libr. 1. cap. 10. de sponsal. & matrim. Lan. cel. lib. 2. Tit. 11. in fin. jur. canon.*

² *Covarruv. tom. 1. part. 2. de matrim. cap. 5. n. 4. 5.*

Innocentius tertius requirat, ut in minorum duodecim vel quatuordecim annis prudentia suppleat ætatem *C. ult. x. de desponsat. impub.* Nam gloss. verbum *prudentie* interpretatur carnalem concupiscentiam *arg. C. 11. caus. 32. q. 1.* & alibi malitiam appellari dicit in *C. ult. x. verb. prudentia x. de despons. impub.* Minus negotii facessit, quod consensus mentio fiat, quotiens post confectam copulam, firmæ declarantur intra nobiles annos contractæ nuptiæ. *C. 6. c. 7. x. de desponsat. impub.* Id enim fit, quia nullum est matrimonium, quod consensu coeuntium destituitur: at hinc inferre majori prudentia, quam ætas conferre ordinario solet, subnixum requiri consensum, & non propter solius corporis vires annos prævertentes subsistere matrimonium, à mente Pontificum alienum est; uti id palam est ex Alexandro tertio, cum ait, non esse separandos conjuges, quos carnalis commistio copulavit, quamvis ante nobiles annos conjugalem consensum non habeant. *C. 8. x. de desponsat. impub.* Volunt itaque Pontificii, tum consistere intra tempus lege civili definitum ab impuberibus contractum matrimonium, quotiens habitudo corporis eos ante ætatem puberes esse ostendit, seu quotiens coeundi potentia adesse conjugibus probatur; eam autem adesse colligendum volunt, non tantum ex eo, quod ipsi contrahentes se mutuò conjugali amplexu cognovisse dicantur: verum etiam cum ante ætatem nuptiis definitam, puella à pluribus subacta fuit, & minor masculus se virum esse aliis mulieribus ostendit: dicuntque inter hosce consistere contractum matrimonium, etiamsi se invicem cognovisse non probentur. *gloss. in C. unuc. verb. supplebat. x. de desponsat. impuber. in 6.* <sup>1</sup> explosa Hostiensis sententia, qui volebat, tum tantum consistere matrimonium eorum, in quibus malitia supplet ætatem, cum se invicem cognovissent, non enim aliter potentiam coeundi ante ætatem conjugibus adesse, constare posse. *gloss. in d. C. un.* Et hæc de pubertatis definitione

19 ex iure canonico. Antequam revertamur ad ius civile, duplex error in hoc capitulo, quod Isidoro inscribitur, notandus est. Dicit ille puberem à pube vocari: id quidem recte; at cum pubem, pudentiam corporis interpretatur, & ad loca refert, quæ primo lanuginem ducunt, misere fallitur. Non enim à loco, quo pubes crescit, sed ab ipsa pube, quæ circa pudenda juventutem vestit puberem appellamus. Hinc & vesticeps, pubes dicitur, & impubes, investis, quasi qui pube nondum vestitur. Nec excusari Isidorus potest, etiamsi dicatur per pudentiam non intelligere locum, quo pubes crescit, sed pudorem, quem patiebantur, (ut est error glossæ in d. cap. 3. x. de despons. impub.) tum qui inspiciebant partes genitales, seu membra pudenda, tum qui inspiciebantur. Nam à pube dictos puberes jam ostensum est, & pudentia pro pudore barbarum est, necita Latini fuere locuti. Alter Isidori, (ad quem tamen tanquam ad sacram anchoram, si quid erat explicandum, Scholasticos confugere solitos fuisse, Erasmus scribit <sup>2</sup>) in hoc capitulo error est, puerperas dici, quæ in annis puerilibus pariunt: cum puerpera jurisconsultis & scriptoribus Romanis sit quævis foemina recens à partu, seu quæ recens puerum peperit, uti ex

<sup>1</sup> Covarruv.  
tom. 1. part.  
2. de matrim.  
cap. 5. n. 4.

<sup>2</sup> In Matth.  
cap. 1. verb.  
volebat eam  
trad. not. in  
nov. testam.

Paulo constat. l. 163. §. 1. D. de verbor. signif. atque ex his Plauti, & Terentii: *abs uterò exerti dolores, ut solent puerpera:* <sup>1</sup> *intro rectius est, quam illam puerperam nunc duci huc per viam, egrotant.* Puberis nomen sui natura utriusque sexui commune est. l. 3. §. 1. D. de homin. liber. exhib. uti & pueri appellatione puella significatur. l. 163. §. 1. D. de verbor. signif. quod quibque Priscianus annotavit, citans illud ex Livii Andronici oda, *Sancta puer, Saturni filia.* Attamen frequentius est jurisconsultis, masculos puberes appellare l. 1. §. 32. D. de senat. conf. Silab. pr. instit. de nupt. pr. instit. quib. mod. finit. tut. l. 11. §. 2. D. quod fals. tutor. auct. virgines viripotentes l. 13. D. de verbor. signif. l. 51. D. de legat. 1. l. 101. D. de condit. & demonstrat. l. 65. D. de donat. inter vir. & uxor. cumque de masculis loquuntur, quorum pubertas prospicitur futura, hac formula frequenter utuntur, *si pubes factus fueris, si in tutelam suam perveneris, si sua tutela factus fueris.* l. 9. §. 1. D. de administr. & pericul. l. 50. pr. & §. 1. D. de legat. 3. l. ult. D. de jur. deliber. at cum de foemina sermo est, dicere solent, *si viripotens fueris.* l. 101. D. de condit. & demonstrat. l. 65. D. de donat. inter vir. & uxor. l. 30. D. quando dies legat. Quam loquendi formulam utramque prætoris edictum ab Ulpiano relatum servavit. l. 5. §. 2. D. quib. ex caus. in possess. eatur. Idque ex eo est, quod veteri jure foemina in perpetua continebantur tutela, & ut earum pubertas, cum de finienda tutela ageretur, considerari non poterit; at vero cum quaereretur de matura nuptiis puella, magis placuit ut viripotens diceretur, tanquam id significantius esset, quam pubes. Viripotens est, quæ virum pati potest. l. 30. D. quando dies legat.

<sup>1</sup> Ulpian. in fragm. tit. 11. §. ult.

Cæterum, ut jam jam revocetur, quæ excurrit oratio, quartum decimum in masculis annum, ut nuptiæ consistant, confectum esse, non affectum modo Justinianus voluit. l. 24. C. de nupt. & expressa constitutione post eum cavuit Imperator Leo Novell. 109. Decimus quintus annus, quem alibi requirit idem Princeps Novell. 74. inceptus, non completus intelligendus est, ut ex Alexii Comneni constitutione manifeste constat. cap. 3. Confectum ultimum pueritiæ annum, ut viripotens virgo dicatur, etiam veteres jurisconsulti requisiverunt. l. 4. D. de rit. nupt. l. 68. D. de jur. dot. l. 11. §. 3. D. quod falso tutor. auct. Et id quidem observata computatione naturali, quæ de momento in momentam excurrit. l. 134. D. de verbor. signif. ut non suffecerit novissimum annorum diem affectum fuisse, sed exactum esse desideratum fuerit. <sup>4</sup> Non quod crediderint jurisconsulti, ante eam ætatem prorsus exactam, nullam ferre virum posse, & conjugis munia sustinere, (contrarium enim ex Ulpiano patet. l. 13. §. 8. D. ad leg. Jul. de adul.) Sed quia periculosa, & mali exempli res visa fuit, facto & conatu ipso, id ipsum ante ætatem in foeminis explorare, Ideoque veteres legumlatore, ut tollerent cupidinem immitis uvr, simulque repellerent lasciviores homines à periculosa tenellis corporibus per complexum indagatione, an subacta cervice ferre viri jugum valeat puella; an munia conjugis æquare; dixerunt justam non esse uxorem, quæ minor annis duodecim, ritu licet solemnī, in domum viri deducta esset, etiam si se viripoten-

<sup>4</sup> Valens Forster. libr. singul. de nupt. cap. 7. Hæm. variar. resolut. libr. 1. tract. 3. quæst. 7.

tentem illa demonstrasset. l. 13. §. 8. D. ad leg. Jul. de adult. l. 68. D. de donat. int. vir. & uxor. l. 10. D. de condit. & demonstr. l. 4. D. de rit. nupt. Imo ne quidem, etiam si apud maritum, ætatem excesserit, & ceperit iusta esse uxor, jure viri accusari posse voluerunt Jurisconsulti, propter id adulterium, quod ante ætatem nupta commisit. l. 13. §. 8. D. ad leg. Jul. de adult.

23 Quo jure probato, quæ situm apud Julianum fuit, an sponsalia sint ante duodecimum annum si fuerint nuptia collata? id est, an sponsa habeatur ante ætatem ducta puella, cum uxor esse non possit? l. 9. D. de sponsal. l. 32. §. penult. l. 65. D. de donat. inter vir. & uxor. Cui quæstioni antequam respondeam, paucula præfanda sunt de eo, quid intelligat jurisconsultus per collatas nuptias. Alciatus autumat, conferre, idem hoc loco esse, ac rejicere, & collatas nuptias significare dilatas, rejectasque, non quidem in tempus pubertatis, uti Budæus existimat, sed nuptiis præmaturum; ideoque nec in vim sponsalium valere, uti valuissent si ipso facto celebrata ab impuberibus nuptiæ fuissent. Patet enim hic auctor, & Romano jure in vim sponsalium consistere nuptias, à nondum viripotente verbis de præsentibus contractas, uti jure canonico C. 1. x. de desponsat. impub. in 6. gloss. in C. 8. verb. consensum. & in C. ult. x. de desponsat. impub. adeoque in hac re inter hæc jura nullam esse differentiam. <sup>1</sup> At vero scio equidem, conferre sæpe idem esse ac differre, rejicere; ut, conferre quid in arbitrium alicujus, conferre rem in aliud tempus; & hanc esse usitatam quoque hujus verbi significationem: at hoc sensu hic à Juliano vel Ulpiano collatas nuptias dici, non percipio. Quodnam enim jurisconsulti dubium esset, sponsam dici eam, cujus nuptiæ in duodecimum ætatis annum, id est, pubertatis tempus (quæ Budæi opinio est) dilata & rejecta sunt? Recte Cujacius, si dilata sunt nuptiæ, nondum fuerunt, & si non fuerunt, frustra queritur, an iuste sint, vel an pro sponsalibus habeantur. <sup>2</sup> Deinde nec latinum est, conferre nuptias ante duodecimum annum, uti Ulpianus loquitur in d. l. 9. D. de sponsal. sed conferre nuptias in duodecimum annum, cum conferre, differre, seu rejicere in aliud tempus significat. Sic Paulus eo verbo utitur, cum ait, non est statuliber, cui libertas in tam longum tempus collata est, ut eo tempore in, qui manumissus est, vivere non possit. l. 4. §. 1. D. de statuliber. & pacta, contraria, quæ in divortii tempus collata sunt; non facto divortio locum non habent. l. 3. D. de pact. dotul. Non solvit quæstionem Alciatus, cum contendit, Ulpianum loqui de nuptiis in præmaturum tempus rejectis. Nam si ea sit mens jurisconsulti, non constat ejus oratio, ante duodecimum annum si fuerint nuptia collata: proferenda enim fuisset ea hoc modo, si nuptia in tempus ante duodecimum annum collata fuerint. Deinde si in tempus præmaturum rejecta fuissent nuptiæ, dubitare non potuit Julianus, an sponsalia essent contracta, sed duntaxat, an sponsalia immaturarum nuptiarum jure consisterent. Denique si de dilatis tantum nuptiis hoc loco quæstio est, cur duo hæc addit Ulpianus, *quantvis in domo loco nupta esse ceperit, hoc ipse quod in domum deducta est.* Certè cujus nuptiæ duntaxat promissa, vel in tempus præmaturum rejecta sunt, invita jurisconsuetudine dicitur. in domum deducta; in domo nupta, cum hæc verba semper intel-

<sup>1</sup> Libr. 12.  
c. 7. Patet.

<sup>2</sup> Libr. 11.  
observat. c. 15.

ligantur de ea, quæ nuptia, loco uxoris marito suo est. l. 13. §. 8. D. ad leg. Jul. de adulter. Nobis itaque, in hoc Ulpiani loco, eo sensu, conferre sumitur, quo conferre res, bona, sermonem, capita dicimus, id est, conjungere & quasi in unum adducere. Sic Ulpianus hoc verboutitur, cum dicit, æquum esse, ut emancipati sua quoque bona in medium conferant, qui appetunt paterna. l. 1. D. de

<sup>a</sup> Adelpb. collat. Sic consilia conferre, pro conjungere Terentius dicit. <sup>1</sup> Et putamus recte dici, nuptias conferri, cum mulier in domum viri adducitur, & hi duo in unum eundemque larem conjunguntur. Conferre etiam non minus recte, se in alium locum transferre significat, ut conferre se aliquo, id est, ire & proficisci: sic Plinius ait, cum ad hoc nos studium potissimum contulissimus, id est, transtulissimus.

<sup>2.</sup> Ut collata nuptiæ cum elegantia latini sermonis dicantur quæ & conjunctione animorum ipsorum conjugum conglutinata, & collatis solennitatibus ab utriusque amicis celebrata, & protectione uxoris à paterna in domum mariti confecta sunt. Cujacius de hisce ita scribit. *Collatas nuptias, collocatas intelligi Ulpianus voluit, vel sane potius scripsit, ut in l. 5. D. de iust. & jur. adificia collocata, quod alii collata. Et ita collocatas nuptias poeta quidam dicit. Cicero 3. orat. sed*

<sup>3</sup> Libr. 11. *mihî quam retulit ille coronam, ad collocandas nuptias sibi ferebat. Hactenus ille.* <sup>4</sup> Sed quid opus est, adeo de horum verborum significatione disputare, cum mens Ulpiani, ex ipso Ulpiano colligi possit: proponit enim ille eandem hanc questionem, his verbis, *Julianus præstat hanc questionem in minore duodecim annis, si in domum mariti, quasi immatura sit deducta, qui certe loquendi modus non nisi de celebratis nuptiis intelligi potest, uti palam est, ex ejusdem jurisconsulti his, quæ præcedunt, verbis, si quis sponsam habuerit, deinde eandem uxorem duxerit cum non liceret. l. 32. §. penult. D. de donat. int. vir. & uxor. Sunt itaque ut me contraham, collata nuptia, confecta, celebrata, cum mulier in domum mariti deducta est, et nupta, & uxoris loco habetur.*

<sup>3</sup> Vid. Conn. libr. 8. cap. 2. comment. jur. civil. Ant. Fab. jurispr. Papinian. scient. Tit. 9. princ. 5. Alber. Gentil. lib. 5. cap. 4. de nupt.

Ut jam ad propositam questionem revertamur, apud Julianum, questum fuisse dicit Ulpianus, *an sponsalia sunt, ante duodecimum annum si fuerint nuptia collata?* l. 9. D. de sponsal. id est, cum non consistant nuptiæ, nec legitima habeatur uxor, quæ immatura in domum mariti deducta fuit, etiam si omnia nuptiarum solennia adhibita fuerint, l. 4. D. de rit. nuptiar. l. 65. D. de donat. int. vir. & uxor. l. 68. D. de jur. dot. l. 10. D. de condit. & demonstr. l. 13. §. 8. D. ad leg. Jul. de adulter. queritur, an non interim, dum expleat illa apud maritum duodecimum ætatis annum, sponsa dici, & tanquam sponsa haberi debeat, quasi ex mente coeuntium, tacite in legitimum nubendi tempus nuptiæ promissa fuissent? Ulpianus Labeonis & Papiniani amplectens sententiam, sub distinctione hic defungitur, dicitque, *si quidem præcesserint sponsalia, durare ea, quamvis in domo, loco nuptæ mulier esse oportet; vel ut in libro 33. ad Sabinum, quamvis jam uxorem esse putet, qui duxit. Si vero non præcesserint, hoc ipso quod in domum deducta est, non videri sponsalia facta: sive ut in altero loco respondet, si vero non præcesserint, neque sponsalia esse, quoniam non fuerunt, neque nuptias, quod nuptia esse non potuerunt.* l. 32. §. 27. D. de donation. inter vir. & uxor. Hæc mens jurisconsulti

sultiest; Sponsalia & nuptiæ animo æstimantur. Si domum ducta sit intra nobiles annos puella, eo animo, ut uxor sit, nupta quidem dici potest, propter ipsius, maritique votum, & adhibitam nuptiarum festivitatem; attamen propter ejus ætatem immaturam cum non consistant nuptiæ, quantum ad jus, nec nupta videri, nec legitima uxor dici potest *l. penult. D. quand. dies legat.* Imo si non præcesserint sponsalia, ne quidem sponsa haberi, quia sponsalia eo animo contracta intelligi non possunt, ut sponsa esset, in domum mariti deducta. At vero aliud dicendum est, si sponsalia præcesserint; ea enim contracta valent, etiamsi sponsa puella, ducta nondum sit, nec evanescent, si immatura ducatur.

25 Itaque minor annis duodecim nupta, jure Romano legitima uxor non est, *nota*  
*l. 17. §. 1. D. de reb. aut. jud. possidend. incipit tamen esse, cum apud maritum*  
 duodecim annos explet, *l. 4. D. de rit. nupt.* id est, cum in domo mariti loco  
 uxoris manens nubilem attingit ætatem. *l. 68. D. de jur. dot. l. 13. §. 8. D. ad*  
*leg. Jul. de adulter.* Sed hoc ultimum duntaxat verum esse autumat Albericus  
 Gentilis, si addatur, & *ex novo mariti consensu uxor esse cepit*: putat enim solo  
 temporis tractu, non convalescere nuptias vitio formæ, vel personarum, ab  
 initio irritas. Quod ego verum esse puto, si duntaxat novus consensus taci-  
 tus, & qui præsumitur intervenisse ex mente conjugum, non expressus ore &  
 verbis exigatur: puto enim, ut legitimæ reddantur hæ nuptiæ, satis esse, si  
 novus consensus ex perseverantia conjugum, in eadem consuetudine & so-  
 cietate, vel aliis indicis appareat. *C. 1. x. de desponsat. impub in 6.*

*Libr. 5. c. 5.  
de nupt.*

26 Hæc de immaturis nuptiis ex jure civili dicta sufficiant; quæ, an prorsus  
 ad nostros mores transferri possint, affirmare non audeo. Existimo quidem,  
 & ductam, nisi imperio patris obsecuta fuit. *arg. l. 1. l. 11. §. 4. l. 12. D. de his*  
*qui notant. infam.* & parentes ejus, & qui immaturam virginem ad nubendum  
 seduxit, duxitque extra ordinem plectendos esse, quod in leges peccaverint,  
 & nuptiis-præfectis imposuerint: at quo minus hodie justæ non sint, &  
 firmæ, ritu & more quod ad cætera solenni, coalitæ nuptiæ, non video. Ar-  
 etius, apud nos, conjugii vinculum, quam apud Romanos stringit, nec tam  
 facilem damus divortio locum, ut propter modicum tempus, quod legitimæ  
 quandoque reflet ætati, irritum reddi vel haberi debeat conjugium, quod pu-  
 blice coaluit. Sed hoc casu observandam esse hanc regulam, *sepe qua fieri non*  
*debent, facta non rescinduntur. l. 1. §. 5. D. quand. appelland. sit. l. 1. §. 1. D. de feriis & di-*  
*lat.* & admittendum esse jus canonicum existimo, ratum declarans matrimo-  
 nium, quod ab impuberibus coitu firmatum est; in totum probandum, si ul-  
 la in super pœna, ab immaturis nuptiis homines deterruisset. Cæterum quod  
 de plectendis iis diximus, qui juventutem nondum nubilem collocant ma-  
 trimonio, ita intelligi velim, ut mitius cæteris parentes puniantur, si consi-  
 terit eos filias suas citius, quam leges permittunt, in familias sponzorū per-  
 duxisse, nepotum videndorum deliderio, & propensiore magis in liberos af-  
 fectu, quam cujusvis fraudis committendæ causa. *arg. l. 11. §. 3. D. quod falsi-*  
*inter. aut curat. gest.*

V v 3

Sed

Sed non est nobis, qui jus Batavum præcipue tractamus, de immatura-<sup>27</sup>  
rum nuptiarum pœnis admodum inquirendum, si mores nostri in ætatis defi-  
nitione jus canonicum sequantur, probentque nuptias intra nobiles annos  
contractas, dummodo in coëuntibus suppleat malitia ætatem. Quam senten-  
tiam video quosdam probare: <sup>1</sup> sed ut verum fatear, rationem, ob quam id  
faciunt, non video. Febriculosa hæc, quam allegant, ratio est: ne cum damno  
Reipublicæ, quæ hominum adjectione juvatur, eorum nuptiæ inhibeantur  
quos natura generandæ soboli habiles jam fecit, cum certum sit, ante Roma-  
nis legibus definitum nuptiis tempus, quasdam viripotentes, quosdam pube-  
res esse; & ex adverso, quosdam & quædam eo corporis habitu, ut ne quidem  
decimo tertio & quarto ætatis anno mulierem ducere possint, vel passuræ  
sint virum. Verum jam ante diximus, hanc ætatem plerumque generationi  
vel jam aptam inveniri, vel brevi reddi, & esse constituendas generales leges  
de rebus, quæ totum populum spectant, juxta ea, quæ frequenter eveniunt,  
ne in individuis sæpius erretur. Deinde fuit lex Julia de maritandis ordinibus,  
seu quæ legis Juliæ plura capita continuit Papia Poppæa; quæ cuique nuben-  
di spatium definiens, inuuptos mares, inuuptasque mulieres certis cœlibatus  
pœnis plectit, sed ea neminem ante vigesimum & vigesimum quintum ætatis  
annum, ad iusti conjugis amplexum invitavit. <sup>2</sup> Verum lex de qua jam loqui-  
mur, ita scripta est, ut possint, non ut debeant nubere hac ætate puellæ: qui  
itaque masculus tempore definito non reperitur pubes, foemina viripotens,  
ne ducat uxorem, ne collocetur matrimonio. Attamen si collocata fuerit  
puella, quam excedentem nobiles annos viripotentem credebant parentes,  
sed intempestivam nuptiis experitur maritus, non ideo hæc ætatis determi-  
natio non amplectenda est; cum illud incommodum parvi æstimandum sit,  
ratione habita incommodorum, quæ oriuntur, cum ex habitu corporis po-  
tentia generandi æstimatur: immaturam hac ætate nuptam brevi aptam red-  
det natura ad æquandam conjugis munia. Altera quæ datur ratio, æque frivola  
est, scilicet, ne juvenus ante consuetum nuptiis tempus lasciviens, legitimo  
remedio destituta turpius polluat, & in libidines ruat nefarias. Etenim li-  
cet aliquando, quod tamen raro contingit, præcipue in nostra frigidiori cœli  
regione, ante ætatem quædam virum pati possint, quidam generationi apti  
credantur, nemo tamen tam intemperantis naturæ in tam tenera ætatula fore  
æstimandus est, ut necesse ei sit, ne quid turpe committat, confestim nuptias  
contrahere. Et mihi quidem satis prospectum videtur ante annos luxurianti  
juventuti, cui injungitur duntaxat hoc pauculum temporis expectare, ut ha-  
beat, quo desiderium suum honeste explere possit: magis enim tum permitti-  
tur, quam absque necessitate amplectendum proponitur matrimonium. Tan-  
dem verum quidem est (quo tertio argumento utuntur contrariæ sententiæ  
auctores,) illam partem Politicæ constitutionis, quæ de nuptiis est, non de-  
finire maturum tempus nubendi. Sed hæc regula minime vera est, qua pluri-  
mi utuntur, *quoriam quid non est à Principe expressum in matrimonii negotio, semper*  
*legibus*

<sup>1</sup> Cyprian.  
Regner. cen-  
sur Belgic. in  
Tit. Inst. de  
Nupt. in  
princ. n. 2.  
Ant. Matth.  
in not. ad in-  
stit. Tit. de  
nupt. Hum.  
libr. 1. tract.  
3. quest. 8.  
Varlar. reso-  
lus.

<sup>2</sup> Vlpian. in  
fragm. Tit.  
16.

*legibus Cæsareis præferenda esse Pontificia decreta.* Contrarium enim in computandis gradibus, & dirimendis ob adulterium nuptiis videre est. Imo eadem nostra Politica constitutio, si dubia, eaque omissa in lege, decidenda sit. quæstio, ad jus divinum & Cæsareum sæpius, nunquam ad jus pontificium nos remittit. *art. 4. 12. 13. 18. Polit. Holl. constit.* ex quo conjectura capi potest, quid velit in definienda nuptiis ætate. Et certe cum soleamus, deficiente lege Barava, id sequi, quod utilitas, æquitas & honestas suadent, quis non judicabit melius esse, ut; quod ad hanc rem, inhæreamus Romanis legibus, quam Pontificum decretis; ut expectemus in omnibus definitum nuptiis tempus cum parvo, imo nullo quorundam, qui ante ætatem lasciviunt incommodo, quam ut ante tempus, ex habitu corporis externo, qui fallere potest, collecta  
 28 pubertate, deponamus juventutem periculosa corruptioni. Imo si quis bene animo perpendat diversos Romanarum nuptiarum & Batavarum effectus, illi certe magis consultum videbitur, ne quidem huic ætati concedenda esse hodie matrimonia. Romana conjugia non labefactant patriam potestatem. § *ult. Inst. de patria potest.* §. 9. *Quib. modis patr. potest. solv. l. 22. §. 12. D. solut. matrim. l. 7. C. de nupt.* nec curatorum auctoritatem pr. *Instit. de curator. junct. l. 7. D. de tutor. & curat. dat.* sed parentum imperio subjecti manent liberi, & curatorum prudentia reguntur annis minores, etiamsi conjuges sint; ex quo hoc utilitatis promanat, ut nec ipsi, nec eorum facultates ulla incommoda patiantur ex solius generandæ prolis gratia in tam tenera adhuc ætate coalitis nuptiis. Verum aliud jure Batavo constitutum est, alii nobis sunt mores. Eximunt hodie nuptiæ conjugatos patriæ potestati, eosque sui juris constituunt, atque bonorum suorum administratio iis quasi majoribus committitur. Nobis quoque in more positum non est, quod Italis, Hispanisque, tricliniorum cancellis nuptas, innuptasque mulieres includere, easque in interiori ædium parte, quæ Græcis gynæconitis seu gynæceum appellatur, desides retinere, quo nemo accedat, nisi propinqua cognatione conjunctus: ne scilicet permixta aliqua cum viris extraneis familiaritate, abripiantur in illicitos, & maritis, & parentibus, & sibi ipsis deplorandos amores. Verum nobis in usu est non minimam familiæ nostræ partem, regendam credere uxoribus nostris, omnem rerum familiarium curam iis committere: permittere, ut primum teneant ædium locum, atque in celebritate versentur: vitio non ducere earum familiaria cum quibusvis hominibus colloquia: imo communes familiæ res non tantum domi, sed & foris agere cum laude faminas videmus, nec suspecta nobis redditur earum pudicitia, neque humiles & abjectæ dicuntur hodie quæ seu parentum, seu maritorum consensu publice mercimoniis præfunt. At autem, ut res familiaris bene curetur ab uxore domi, ut facultates suas bene foris administret maritus; ut uxor morum constantia devincat mariti animum, constantemque ejus sibi conciliet amorem: ut exemplo vincat, & virtute regat uxorem liberosque suos maritus: ut parce & frugaliter utatur in communem familiæ usum, communibus bonis uxor: ut opera labore,

<sup>1</sup> *Grot. lib. 1. cap. 10. Hol-  
landis Regibus.  
Gel. Zypæ. de  
notis. jur. Bel-  
gic. Tit. de  
tutoribus  
Gudel. de  
jur. noviss.  
lib. 1. cap. 13.  
Vinn. in Tit.  
instit. quib.  
mod. jus  
patr. potest.  
solv.*



re, & industria sua sustentet familiam, recteque expediat negotia sua maritus, quæ foris cum aliis hominibus transigere cogitur & denique ut ambo pie atque honeste communes educant liberos: præter potentiam generandi, vis consilii magna, & adultum judicium in futuris conjugibus hodie requiritur. Sed verò, quæ prudentia, quæ solertia, quæ industria, huic oneri ferendò par in tam tenera ætate reperitur? quid consilii puellæ duodecim, puero quatuordecim annorum? an masculis ante ætatis annum decimum octavum, vel vigesimum, imo vigesimum quintum etiam, semper sufficit sua ipsorum ars vel industria, ut se alere possint? quomodo autem uxorem & liberos sustentabit, qui operis sufficere vix potest, ut se alat? Ego itaque cum Grotio existimaverim, ante tempus à Romanis definitum, neminem hodie ad nuptias admitti, etiam si in quibusdam quandoque credatur malicia supplere ætatem; quod expressa lege municipali Daventrienses sancivere. *part. 3. Tit. 1. art. 16. Reght. en gewoont. tot Devent.* Nec quoque postea, nisi insuper ex aspectu corporis externo, & maturescens judicium quibusdam indicibus judicaverit magistratus, desponsos matrimonio tempestivos esse, uti id prudenter admodum nostra civitas cavit. *art. 13. vand. 101. Burgherl. Keur. tot Leyden.* Propter frigidiorē nostram regionem, & victus consuetudinem, serius apud nos pubescere masculi, & viripotentes fieri virgines solent, ut præfixum Romanorum nuptiis tempus non adeo conveniat tempestivo Batavorum matrimonio. Imo duodecim annorum puellæ Batavæ à parentibus in scholas ablegari solent, ut formare vitam discant, se ipsas regere, infantiam deponere, ut interim, usque ad annum ætatis decimum octavum vel circiter maturescēte ad prolem generandam, ferendosque partus dolores corpore, atque crescente cum judicio elegantiorum morum gratia, & regundæ familiæ, & conciliando sibi maritorum suorum perpetuo amorī habiles reddantur. Non enim confestim cum potentia generandi, adultum hominibus judicium, & familiæ regundæ accurata scientia contingit. De minoribus Justinianus dicit; *etiam si puberes sint, adhuc tamen ejus ætatis sunt, ut sua negotia tueri non possint. princ. Inst. de curator.* Quod hoc modo ad præcoces nuptias converti potest: etiam si viripotentes sint virgines, & puberes masculi, non statim tamen ejus ætatis sunt, ut familiam tueri, uxorem, liberosque regere, sua opera, suo Marte se sustentare possint. Hinc rara apud nos, anno ætatis decimo quinto, rarior decimo quarto, & insolitum quid, decimo tertio ne dicam duodecimo (quod ego quidem unquam accidisse non memini) nupta puella: masculus vero parum prudens habetur, & male consultus dicitur magis festinare, quam maturare nuptias, qui octodecim annorum, uxorem ducit: ut parum hac in re à Majoribus nostris desciverimus, qui teste Cæsare in turpissimis habuerunt, ante annum ætatis vigesimum mulierem attingere. Itaque ut concludam, optimum esse puto, ut non contrahantur nuptiæ nisi ab adulta & valida ætate, tum propter rationes, quas modo attulimus, tum quia constanti & firmo adultorum amore conciliata matrimonia non facile discutiuntur ex levi aliqua animi

\* Lib. 1. c. 5.  
in leyd. tot de  
Hollandsche  
Regtszegel.

\* Lib. de  
Bell. Gall.

animi offensione, qua concuti facillime immaturior ætas solet: tum quoque quia vegetiora in usum Reipublicæ ex adultorum commistione corpora nascuntur. Tacitus de veteribus Germanis in hunc modum scribit: *Sera juvenum venus, eoque inexhausta pubertas: nec virgines festinantur; eadem juvena, similis proceritas, pares validique miscuntur, ac robora parentum liberi referunt.*<sup>1</sup>

<sup>1</sup> De sit. morib. & popul. German.

Attamen si reperitur masculus quatuordecim, puella duodecim annorum tam firmi esse corporis, ut generandæ soboli sufficere credatur, illum illamve velint parentes matrimonio collocare, nepotum videndorum desiderio impulsus (cum nulla lex apud nos horum nuptias impediatur, qui pubertatis annos attingere) iustum hac ætate matrimonium contrahi quidem, at non satis commode hodie potest. Quod & Carpzovius admittit, si nimio æstuet luxuriantis naturæ calore pubes, ut cupiditates suas refrenare nequeat: satius enim esse judicat, tentatis prius cæteris remediis, quibus à lascivia avertitur corpus, inconsultæ huic ætati matrimonium concedi, ut habeat, quo se honeste explere possit, quam subire periculum vagæ libidinis vel scortationis.<sup>2</sup> Verum, uti diximus, ante hanc ætatem, prorsus masculo conjungi scæmina hodie nequit, estque viro abstinendum cupidine immitis uvr. Hæc de maturo & intempestivo nuptiis tempore dicta sunt. Transgrediamur jam ad eam ætatem, quæ effæta, quosdam homines à veneris adytis & Nympharum luco, uti Arnisæus loquitur, amovere dicitur.

<sup>2</sup> Lib. 2. Tit. 1. definit. 12. jurispr. consistor.

29 Nuptiis inepta, provecæta nimis ætas est, quia senectæ spem generandi præcidit. Ea in scæminis, anno ætatis quinquagesimo æstimari solet, quia tum temporis menstruis intervallis cruor mulieribus fluere desinit: quod tamen profluvium quæ non patitur, concipere non posse, constans veterum & recentiorum medicorum sententia est, ipsa experientia probata. Verum quidem est, fuisse & esse hodie quasdam tam vegetæ & validæ naturæ, ut etiam hanc ætatem transgressæ concipiant, & pariant, sed tam rarum, & insolitum quid est quinquagenaria puerpera, ut ejus partum mirabilem Justinianus dixerit. *l. 12. C. de legitim. hered.* Post exactum sexagesimum annum quasdam peperisse, excepta Sara & Elisabeta, quibus repugnante natura hanc gratiam fecit Deus. *Genes. 17. v. 17. & cap. 18. vers. 10. 11. Luc. 1. v. 18. 25. & 36.* auctoribus, qui id referunt, cum Gentili fidem non habeo.<sup>3</sup> Marium quoque septuagenariorum natura, ipsa ætate debilitata, liberis procreandis minus idonea æstimatur. Verum quidem est, nullam provectiorem ætatem masculino sexui prorsus generandi potentiam eripere; testes sunt octogenarius Cato Censorius,<sup>4</sup> Massinissa octogesimo sexto,<sup>5</sup> & Abrahamus ex Ketura post annum ætatis centesimum & quadragesimum patres. *Genes. 25. vers. 1.* Habuit Harlemum vicina nobis civitas civem anno ætatis supra centum undecimo ex justis nuptiis patrem. Sed rarissima hæc sunt exempla, ut non eo minus quæ sexaginta annos excedit ætas, in idonea nuptiis æstimanda sit. *arg. l. 15. §. 2. D. de adoption.* Quidam quoque Abrahamo vim generandi divinitus restitutam credunt, ut is in exemplum adduci non debeat. Et certe id admittendum est;

<sup>3</sup> Lib. 5. cap. 3. de nupt.

<sup>4</sup> Plin. natur. Histor. libr. 6. cap. 14.  
<sup>5</sup> Vñler. Maxim. libr. 8. cap. 13.

vel credendum, illius ævi hominibus, ut constantior sanitas, & longior vita fuit, ita quoque multo vegetiora nostris fuisse corpora, ut in tam senectate ætate generare potuerint. Dicimus ergo septuagenarios mares, & quinquagenarias fœminas, ut in quibus facultas generandi præmorta est, arcendos fore nuptiis, si duntaxat in iis hoc Dei, *crescite & multiplicamini*, spectandum esset. Verum sciendum est, non solum prolis generandæ causa creatam Evam & Adamo junctam fuisse, sed & ut esset ei in solatium & adjutorium vitæ. At vero & decrepita anus consortio mariti gaudet, & depontanus senex auxilio mulieris deletatur. Scio equidem hæc Dei verba, *non est bonum hominem esse solum, faciamus ei auxilium commodum ipsi*, Genes. 2. vers. 18. quosdam ita accipere, & intelligi recte posse, quasi non simplices suppetias, & quæ ab alio quovis, ut jucunda sit vita, præstari possunt, à muliere viro præstandas esse indicasset Deus, sed conjugales suppetias, & uxoria officia, quibus pèculiariter indiget maritus ad procreandam sobolem; verum tamen possunt & hæc verba ad vitæ conjugalis dulcedinem & suavitatem referri, si forte Adamum solitudinis tæderet: nulla quippe societas jucundior & suavior vitam reddit, quam viri & mulieris matrimonio junctorum. Deinde Apostolus Paulus iis, qui se continere nequeunt, nuptias præscribit, ut frenum libidinis & contra concupiscentiam à Deo paratum remedium. 1 Corinth. 7. v. 2. & 9. at vero nulli ætati adscriptum est continentia donum. Vrit aliquando decrepitam anum juvenilis libido, egetque sæpius justo contra carnis stimulos remedio sexagenario major, & ut Quintiliani verbis utar, aliquando *uxoria charitatis ardorem flagrantius frigidis concupimus affectibus*; ut hæc ætas, cui suspensa potius quam sublata est generandi potentia, à conjugii usu excludenda non sit; atque in senibus nupturis magis natura generandi & consuetudo spectanda est, quam temporale vitium, valetudo, aut senectus, propter quam abducuntur à generandi facultate, ut Paulus in alio casu loquitur. l. 9. D. de liber. & postum. Concedendum itaque senibus matrimonium est, ut infirmitatis remedium, & humanitatis solatium. gloss. in C. 2. x. de frigid. & malefic. ne urantur. C. 41. caus. 27. q. 1. Laudo tamen desiderandum in nostra Republica ab Augusto latum, à Claudio in maribus mutilatum, à Justiniano penitus sublatum l. 27. C. de nupt. illud legis Juliae vel Papiae Poppaeæ de maritandis ordinibus caput, quo cautum fuit, ne liceret sexagenario minorem quinquagenaria ducere; nec quinquagenaria nubere minori sexagenario. Nescio enim quid fœdi contineant impares hujusmodi nuptiæ, cum novus florentis ætatis Apulejus se jungit decrepitæ anui & jam dudum attriti floris fœminæ? non spes prolis, non solatium vitæ, non honestum adversus carnis stimulos quæsitum remedium conciliat tale matrimonium; sed in anu stulta venus & monstrosa lascivia conspicitur; in viro vel detestanda avaritia, vel nummis decrepitæ, explendæ libidinis cum aliis mulieribus desiderium, nuptiarum causa est. uxorem habere; subigere ancillam cogitat. Quod enim hic illicitum amoris? quæ gratia? quæ actio? qui finis futurus conjugii? quæ reverentia marito debita

<sup>1</sup> Tacit. Annal. 3. c. 25.  
<sup>2</sup> Sueton. in Claud.

bita, ubi tot annis virum excedit fœmina? In eum quadrat, quod Philo dicit, *comperta sterilitatis feminam ducens, hircus, sus, & inimicus natura est.*<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Vid. *Alber. Genil. lib. 5. cap. 3. de nupt. Traquell. in leg. 6. de legib. connub.*

32 Sexagenariorum vero, quorum mens sine injuria est, nec defectum & penitus præmortuum corpus, quamvis non ita uti quinquagenariarum sit ridicula venus, propter spem prolis, quæ in iis reliqua est: nam ut ait glossi, nemo adeo senex est, quin aliquando calere possit, vel natura, vel artificio. *in C. 2. x. de frigid. & malefic.* Attamen melius faciunt, si in tam aliena ætate nuptiis abstineant, atque ut Mitio apud Terentium ait, *hoc pravum, ineptum, absurdum, & ab eorum vita alienum* non faciant.<sup>2</sup> vel si indigeant conjugali solatio, inque iis præter ætatem lasciviat natura; si se jungant extincti floris fœminis, non florentis ætatis virginibus. Senectus ipsa morbus est, & quandoque contingit, ut quibus corpus senectum & annis infirmum est, ingenium sapientia validum sit. In præcipite enim ævo, & occidua senectute animus fere defectus delirat: ex parentibus vero adeo non fanis, & per ætatem fatiscientibus imbecilles partus gigni necesse est: at Reipublicæ interest, ex justis nuptiis fortes & validos tum corpore, tum animo nasci cives. Senectutem tam aptam gignendis liberis, quam brumam producendis messibus esse Porcius ait.<sup>3</sup> Nimis violentus est puellaris calor, ut senili commisceatur, ubi<sup>4</sup> comprehendit senectum corpus, non tam calefacit molliter, quam acriter<sup>5</sup> exurit, exhaurisque, & quicquid vigoris reliquum est, destruit, ut scite proverbium dicat, senes, qui juvenculas ducunt, in vivum sepulchrum properare, & equas scandere, quibus vehantur ad cœlos. Megadorus apud Plautum ait,

<sup>2</sup> *Adelph. act. 5. scen. 3.*

<sup>3</sup> *In instit. de nupt.*

*Post mediam ætatem, qui mediam ducit uxorem domum*

*Si eam senex anum prægnantem fortuito fecerit*

*Quid dubitas, quin sit paratum nomen puero Postumus*<sup>4</sup>

<sup>4</sup> *Aulul. act. 2. scen. 1.*

Taceo desideriorum, votorum, virium, in senibus juvenculisque lata discrimina; Omnia in senibus frigent, robur, humores, spiritus; in virginibus calent omnia: Senes etiam irritati venereis lenociniis ingratum laborem trahunt, & si fortuito uxoris uterum impleverint, suæ conscii debilitatis suspicio: si facile suspicantur patrem alium esse, sibi que ab uxore imponi: fœminæ juvenculæ è contra facillime inflammantur, desiderio liberorum quam maxime tenentur, & nihil illis jucundius est, quam gratam voluptatem ex conjugali amplexu sentire; cui utrique si propter ætatis deliquium non satisfaciat senex, metus est, ne coacta veneris abstinencia uxor in conjugio vidua furtivos meditetur amplexus. Audi quid Glycera causidico nupta apud Aristænetum Philinnæ scribat: *Quid ergo is uxorem non indigus virginem ætate florentem duxit domum? an ut mecum lites communicet? an ut perniox cum eo leges evolvam? quin si ille thalamum nostrum faciat litium gymnasium, ego deinceps nova nupta deserto communi lecto seorsim pernoctabo: tum si pergat alienis negotiis inhiare, solum communis nostræ rei negligens, erit alius mihi orator, qui rem meam agat.*<sup>5</sup> Scilicet, venter caret auribus, nec satis est, maritum solo tantum osculo putari, uti Quintilianus ait. Sed sunt pudicæ, raro tamen eveniet, quin sæpius expostulent hoc cum muliere

<sup>5</sup> *Libr. 2. ejusd. 2.*

350 DE IIS QUI PROP. CORP. VEL ANIMI VITIA LIB. 2.  
muliere illa apud Apuleium, *ego vero maritum rarissime venerem meam recolentem sustineo*. Hinc discordiæ, rixæ, jurgia, zelotypia, & cætera disparis conjugii mala. Sint igitur senes magis de tumulto, quam de thalamo solliciti, discantque à Salomone suam cuique rei esse maturitatem & tempestivitatem: vel si nuptiarum desiderio teneantur in solatium vitæ, suæ se jungant ætati, ne audiant illud,

<sup>1</sup> Plutarch.  
in Solon.

*Ecquid conjugium appetis miser?*<sup>2</sup>

Excusandi tamen illi senes sunt, qui liberorum orbi, eorum desiderio tenentur, ne nomen familiæ forsan & stirps tota extinguatur. *arg. l. 220. §. 3. D. de verbor. significat.* Cæteri rectius faciunt, si relictis juvenculis, vitæ quod restat, sine molestia transigant, & præteritæ suæ juventutis memores, præsentisque imbecillitatis conscii, cum Horatio dicant:

*Vixi puellis nuper idoneus,  
Et militavi non sine gloria.  
Nunc arma, defunctumque bello  
Barbiton hic paries habebit;  
Lavum marina qui Veneris latus  
Custodit.*<sup>3</sup>

<sup>3</sup> Libr. 3. od.  
26.

#### CAPUT QUARTUM.

*De iis, qui propter corporis vel animi vitia matrimonio arcentur.*

#### S U M M A R I A.

- |   |  |
|---|--|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Hermaphroditus nuptias contrahere potest.</li> <li>2. Hermaphroditus ejus sexus æstimandus est, qui in eo prævalet.</li> <li>3. Hermaphroditus utroque sexu valens, eligere debet, an vir an mulier æstimari velit.</li> <li>4. Spadonum generalis appellatio est.</li> <li>5. Castrati, &amp; eunuchi qui dicantur?</li> <li>6. Castrare hominem sub mortis pœna prohibuit jus civile, &amp; Batarvis nostris inauditum hæcenus crimen est.</li> <li>7. Thlibia &amp; Thlasia qui dicantur?</li> <li>8. Spadones qui proprie sint?</li> <li>9. Rabbini dicunt alios esse eunuchos solis, alios eunuchos hominis, alios eunuchos legis.</li> <li>10. Quibus virilia prorsus demessa sunt, matrimonium contrahere vetantur.</li> <li>11. Vnicolei, &amp; quibus spes generationis reli-</li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>qua est, nuptias contrahere non prohibentur.</li> <li>12. Thlibia &amp; Thlasia antequam ad nuptias admittantur, à medicis inspicere debent.</li> <li>13. Spadones matrimonio arcenti sunt, usque dum ope medica sanitati restituti sint.</li> <li>14. A castratis contractum statim irritum matrimonium est; quod Spadones contrahunt, si intra triennium iis non fa-<br/>veat venus, dirimitur.</li> <li>15. Diremptum semel ob frigiditatem matrimonium non restituitur hodie, si frigidus postea fecundam ducere possit, uti jure canonico.</li> <li>16. Qua perpetuo laborat menstruo, nimis arcta est ut mulier fieri non possit, vel cui sanguis per menstrua non respondet, arcentur matrimonio.</li> <li>17. An cogatur mulier incisionem pati, si nimis arcta reperiatur? remissive.</li> </ol> |
|---|--|

18. Qui

13. *Qui defecta aetate viris, & qui expancti veris facinoris se iungunt, prætextu floris matrimonii divorcium flagitare non possunt.*
19. *Inter ejusdem sexus homines matrimonium esse nequit.*
20. *Vitium & morbus inter se distinguuntur, licet sapiens promiscuus usurpentur.*
21. *Morbi alii in toto accidunt corpore, alii in parte; alii temporales, alii perpetui sunt.*
22. *Qui perpetuo laborant morbo, qui temperant & contagioso, usque dum curantur, matrimonio arceantur.*
23. *Qui conscius imbecillitatis alterius contraxit matrimonium, castigatus novas nuptias ambire potest.*
24. *Temporales morbi, qui non obsumt generationi, neque corporis vitia cetera impediant matrimonium.*

25. *Fascino & veneficio correpti, ut coire nequeant, nuptias protrahere, usque dum restituti sint, debent.*
26. *Si veneficio laesus intra triennium coire non possit, resolvitur matrimonium.*
27. *Animi vitium, furor, amenesia, & fatuitas qua ratione dicantur?*
28. *Amentes, furiosi, furiosi, lunatici, qui dicantur?*
29. *Amentes, furiosi, furiosi, lunatici, dum rabie exagitantur, nuptias contrahere nequeunt.*
30. *Furiatorum conditio melior quam lunaticorum; lunaticorum, quam furiosorum seu amentium est.*
31. *In dubio quis mentis sana, non affecta presumitur.*
32. *Stulti, insani, fatui non prohibentur matrimonio.*

1 **H**actenus explicuimus, quæ ætas nuptiis apta, quæ immatura nimis, quæ sera nimis æstimanda sit, restat ut exhibeamus & corporis & animi vitia, ob quæ matrimonia contrahi nequeunt. Et ut de corpore primum loquamur, vitia ejus varia sunt. Etenim vel corpori quod ad cætera sano pars aliqua ad generandum necessaria vel penitus aliquando deest, vel minus apta est: vel, integris membris, deest sanitas. De omnibus nobis dicendum est, & primum de corpore minus integro, ut spes generandi, præcipuus matrimonii finis & scopus, nulla reliqua sit. Sed antequam de iis hominibus agamus, quibus quid deest, pauca præmittenda sunt de eo, cui natura nimis officiosa, membra genitalia diversis sexus bina dedit. Hujusmodi hominem, androgynum seu hermaphroditum appellare solemus. De illo in hoc nuptiarum negotio ita sentimus, si in eo alterius sexus pars gignendæ proli sufficiat, non esse prohibendum matrimonio. Homo est hermaphroditus, & humanis affectibus movetur, ut propter aberrantis & officiosæ nimis naturæ vitium legitimo contra libidinis flammæ remedio arceri non debeat. An autem vir an mulier æstimandus sit, qualitas sexus incalescentis ostendit. l. 15. §. 1. D. de testib. Si ita utriusque naturæ vivaleat, ut in coitu, & maris & foeminae munia præstare possit, prævalenti ac potentiori ad generandum sexui accenseri debet. l. 10. D. de stat. homin. l. 6. §. 2. D. de liber. & postum. Si vero hoc ipsum ambiguum, adeoque ille utroque valeat, ut & concipere ex viro, & mulieris uterum implere possit; eligere debet, cui se sexui annumerari velit, post optionem factam severe puniendus, si ad sprete sexus officia, scdæ libidinis committendæ causa, prolapsus, reversusque reperiat. Non neglegendum illorum jurisconsultorum hic consilium est, inspiciendum esse hermaphroditum à medicis, chirurgis, & si ita res exigat, ab obstetricibus quoque, antequam ei concedatur matrimonium, ut sciatur, qui sexus in eo præ-

polleat, ne in potestate huiusmodi hominis sit, majoris forte voluptatis ex inepta venere percipiendæ gratia, naturam minus generationi habilem eligere, & altera aptiori, fiducia occulti sexus, adeoque occultandi criminis spe, ad committenda adulteria foede abuti. <sup>1</sup> Cæterum hos homines olim in prodigiis habitos, nunc vero in delictis scribit Plinius, <sup>2</sup> & ex eo Aulus Gellius. <sup>3</sup> Ex quo nota perversas hominum cupiditates, si freno rationis non regantur, eo abripi, ut in deliciis habeant aberrantis naturæ deploranda vitia. Sed pergamus jam, quod proposuimus, explicare.

<sup>1</sup> *Id. Sancti lib. 7. disput. 106. de sacram. Basil. Pont. libr. 7. cap. 65. de sacram. Cyprian. libr. 1. cap. 9. §. 13. n. 46. de jur. con. nub.*  
<sup>2</sup> *Libr. 7. c. 4. natur. histor.*  
<sup>3</sup> *Lib. 9. c. 4. not. Artic.*

Intereos, quibus corpori quod ad cætera sano, non favet venus, primum <sup>4</sup> spadones occurrunt. Horum non unum, sed diversum genus est. Castrati, thlasia, thlibia, unitestes, & quibus ob frigidius corporis temperamentum non est generandi potentia, vel suspensa est venus, generali nomine spadones dici solent. *l. 128. D. de verbor. signif.* Verum inter hos omnes, si quis distinguat loqui velit, magna differentia est. Etenim castratus is est, cui virilia studio exsecta sunt: hunc veteres, honestiori nomine injuriam naturæ factam tegentes, eunuchum vocare solebant, desumpta appellatione ab eo, quod castrati, lecti custodes, scæminarum pudicitiam observabant. Sunt qui castratos ab eunuchis diversos esse volunt, eo quod eunuchis à matre adhuc rubentibus, castratis vero jam grandioribus testiculi exsecantur. Eunuchos seu castratos olim in deliciis fuisse & magni æstimatos, & adhuc apud Mahumedanos magni æstimari, ex *l. 1. §. 5. C. de commun. serv. manum. l. 3. C. commun. delegat.*

<sup>4</sup> *Busbeq. de legat. Turc.*  
<sup>5</sup> *Eunuch. act. 2. scen. 2.*  
<sup>6</sup> *Sueton. in Domit.*

*Eunuchum velle dixi te, quia sola utantur his regina.* <sup>5</sup>

Verum apud nos Batavos castrare homines nefas est, atque inauditum scelus. Idque crimen vetuit olim lex Cornelia, postea Domitianus, <sup>6</sup> & sub ultimi supplicii pœna Divus Hadrianus. *l. 4. §. 1. l. 6. D. ad leg. Cornel. de fisci.* illudque graviter detestatur Leo Imperator. *Novell. 60.* Et merito certe; amplitudinem enim & dignitatem Reipublicæ pro viribus inhihet, qui homines ad coitum ineptos reddit, cum Respublica virorum robore floreat, & ex continua hominum adjectione augeatur, imo sine ea diu stare non possit. Taceo, quod qui castratum fecit, tot hominum homicida recte dici possit, quot ille, si relictus vir fuisset, gignere potuisset.

<sup>7</sup> *Paul. Aeginet. libr. 6. de re medic. cap. 68.*

Thlibia sunt, quibus à matre, nutrice, aliove homine, vel casu etiam, testes <sup>7</sup> attriti sunt: quod fit, cum relaxatis aqua calida infantium membris, humana manu conteruntur seu comprimuntur testiculi, usque dum aboleantur & evanescant. <sup>7</sup> Quod itidem scelus eadem pœna, qua qui castrant, plectitur jus civile. *l. 5. D. ad leg. Corn. de fisci.* & nobis Batavis ignotum est. Thlasia etsi cum Thlibiis sæpius confundantur, distinguuntur tamen ab iis hoc modo, quod horum testes casu, non artificio vel maleficio humano rupti vel avulsi dicantur, vel cremateres impediti sint, ex quibus testiculi pendent. Istæ partes corporis, quæ generando semini inserviunt, testiculi dicuntur, quia locupletissimi testes habentur, aliquem virum esse. Vnde jocus Palinuri servi apud Plautum:

*Item*

*Ita tamen conferto amare semper, si sapi;*  
*Ne id quod ames, populus si sciat, tibi sit probro.*  
*Semper curato ne sis intestabilis.*  
*Quod ames, amato testibus presentibus.*<sup>1</sup>

<sup>1</sup> In Curcul.  
act. 1. scen. 1.

8 Spadones, appellatione generis in specie sumpta, dicuntur, quibus frigidius corporis temperamentum, vel distortus coli meatus veneris usum denegat. Hos frigidos jus canonicum vocat. T. T. de frigid. & malefic. Vnicoleos seu unitestes dicimus, qui uno exsecto, contrito, vel avulso, altero duntaxat testiculo gaudent l. 6. §. 2. D. de adulter. edict. Igitur natura spadones, facto castrati & thlibiæ, fato thlasiæ, natura, facto, vel fato uniclei sunt.

9 Hosce homines aliis nominibus distinguunt Ebraeorum magistri. Qui natura ad generandum inepti sunt, *eunuchos Solis* appellant: qui integris membris nati ab hominibus castrantur, aut veneri seu generationi impares reduntur, *eunuchos hominis* dicunt: præter quos, & tertium genus eunuchorum agnoscunt; hos scilicet, qui libidinis stimulo renunciantes, sacre legis studio toti incumbunt: quos immunes volunt à lege matrimonii prima, *Crescite & multiplicamini.*<sup>2</sup> Hasce tres eunuchorum species ita complexus fuit Christus. Sunt eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt; sunt eunuchi, qui castrati sunt ab hominibus; & sunt eunuchi, qui se ipsos castrarunt, propter regnum cælorum. Matth. cap. 19. vers. 12. Hisce ita explicatis videamus jam, quid circa nuptias in singulis obtineat.

<sup>2</sup> Selden. lib.  
5. cap. 16.  
de jur. natur.  
& Gent.  
juxta discipl.  
Ebraeor.

10 Quibus coles seu virga, sectione, aliquove infortunio profus demessa est, quin prohibeantur matrimonio, nemo ambigere potest; l. 39. §. fin. D. de jur. dotium. etenim præter consensum animorum, ex conjunctione corporum spes proles, & adversus libidinem remedium in contrahentibus exigitur, ut consistent nuptiæ: at quibus virilia penitus demessa sunt, ab iis neuter hic scopus sperari potest. l. 6. §. 2. D. de adulter. edict. §. 9. inst. de adopt. Idem jus est, in castratis illis seu eunuchis, quibus testiculi quidem exsecti sunt, sed non effusionis membrum. Hi enim etiam si gaudeant necessaria illa corporis parte, quam penem vocamus, adeoque coire & quidem valide nonnunquam possint, cum tamen nihil seminis emittant, sine quo generatio fieri nequit, matrimonio æque ac prius castrati, indigni sunt. Non enim institutæ sunt nuptiæ duntaxat ut libidini satisfacias, sed ut pulchra prole bees Rempublicam; & ipsa conjugalis consuetudo, bona est, cum liberorum gignendorum gratia sit, quia conjuges tum bene utuntur libidinis malo. Itaque etsi verum sit, quod Comicus dicit, *Eunuchos esse amatores mulierum maximos*; licet id ad venerem satis sit; cum adjungat, *sed eos nihil potesse*,<sup>3</sup> ad generationem non satis est, & arcendi sunt conjugio: illud enim virum & <sup>4</sup> mulierem requirit; at id nomen non merentur hi homines, qui virile officium scæminis præstare nequeunt, quos propterea tertium genus hominum Alexander Severus, Semi-viros Lactantius vocavit, & eorum detestanda matrimonia graphice depinxit Leo Novell. 98.<sup>5</sup> Cæterum Comici dictum nimis verum compertum Mahu-

<sup>3</sup> August. lib.  
3. contr. ju-  
lian.

<sup>4</sup> Eunuch.  
act. 4. scen. 3.  
<sup>5</sup> Basil. Pens.  
libr. 7. c. 60.  
n. 3. De sa-  
cram. ma-  
trim. Cypræ.  
libr. 1. cap. 9.  
§. 12. n. 1. &  
3. & seqq.  
de jur. con-  
nub.

meda-



medanis dicitur; ideoque hi non tantum testiculos, sed quoque veretrum, ac omnia virilia eunuchis amputant, ne cum mulieribus quibus custodes adhibentur, concumbant, & qualemunque iis libidinem excitent. Dicuntur enim hi homines, quibus duntaxat attriti, vel jam natu grandioribus sunt exsecti testiculi, ut licet generare nequeant, penem tamen arrigere possint, in maximis deliciis mulieribus Mahumedanis esse, & cæteris hominibus satiandæ veneri aptiores: quia cum semen non emittant, amittantque, semel armati, non ita cito arma deponunt, verum ardentius inflammantur, & sterilis illa titillatio venerem excitat magis, quam excitatam satiat. Quo pertinet illa Hieronymi reprehensio, libidinosas mulieres maxime amare *spadonem in longam*

<sup>1</sup> Libr. 1.  
contr. Iovian.

*securamque libidinem exsectum.* atque hoc Juvenalis,

*Sunt quas eunuchi imbelles, ac mollia semper  
Oscula delectent, & desperatio barba,  
Et quod abortivo non est opus: illa voluptas  
Summa tamen, quod jam calida & matura juvena  
Inguina traduntur medicis jam pectine nigro.  
Ergo expectatos ac jussos crescere primum  
Testiculos, postquam ceperunt esse bilibres  
Tonsoris damno tantum rapit Heliodorus.*

Hoc vult poeta, lasciviores mulieres summam capere voluptatem, ex compressu castratorum, quibus jam grandioribus testiculi exsecti sunt. Ex dictis patet falsum esse, quod gloss. in C. 25. caus. 32. q. 7. dicit contrahere matrimonium posse, qui virgam arrigere potest, etiam si semen emittere non possit; nisi illud de illis spadonibus intelligatur, qui propter frigidius temperamentum, & temporarium morbum, coire quidem, sed ultimam voluptatem impræsentiarum amplexui addere non possunt, manente tamen in illis spe reliqua absolutæ quandoque potiundæ veneris. l. 39. §. 1. D. de jur. dot. l. 6. D. de liber. & postlim.

Cæterum non prohibentur matrimonio, quibus non adeo avulsa vel attrita sunt virilia, quin iis aliquantulum faveat venus, & spes prolis generandæ superfit. Vnicoleos generare posse certum est, tribuente uni officiosa natura, quod alias duobus testiculis tribuere solet. l. 6. §. 2. D. de Ædilit. Edict. quibus propterea & Veneri & Marti militare licet. Nam & duces Sylla & Cotta memorantur, eo habitu fuisse naturæ l. 4. D. de Re militar. Thlibias & Thlasias, cum in iis ambigua sit nonnunquam generandi potentia & spes prolis, malim à chirurgis, experientissimis medicis inspicere, antequam ad matrimonium admittantur, ne postea perpetuum, & quod curari non potest vitium, divortium flagitet. <sup>2</sup> Spadones, qui veneri litare nequeunt, ob meatum coli distortum, incurvatum colum. <sup>3</sup> frigidius temperamentum, aliudve vitium, à nuptiarum sacris arcendi sunt, usquedum ope medica sanitati restitutis integra sit venus, & spes prolis affulgeat; ne cubans in nuptiali thalamo vidua virgo, ob conceptam animo, & negatam venerem perturbata, inter-

<sup>2</sup> Cypræ c. 9.  
§. 12. lib. 1.  
de jur. con-  
mub.  
<sup>3</sup> Vid. Tulp.  
libr. 3 c. 39.  
observat. me-  
dic.

necino odio accendatur in deceptorem virum, & moræ impatientes ante tem-  
 pus legibus definitum exoptet solvi matrimonium. Non enim satis est mari-  
 tum solo tantum osculo putari; nec est quicquam huic sexui injucundius, nihil  
 quod exasperat magis, quam coacta veneris abstinencia, grata & expectata  
 14 voluptate carere, quid dicam, in medio opere sine destitui. Inter castratos &  
 spadones, si nuptias cum vitii ignara muliere adornaverint, hæc differentia  
 est; quod illorum vitium cum pateat oculis, contractas nuptias, confectum &  
 ipso jure irritas faciat; spadonum vero non itidem; quia temporaria horum  
 sæpius sterilitas & ambigua est. *arg. l. 6. §. 1. D. de liber. & postum. l. 396. §. 1.*  
*D. de jur. dot. l. 14. §. 2. D. de manumiss. vindict.* Nam quod Gajus dicit, spa-  
 dones generare non posse. *l. 2. §. 1. D. de Adoption. §. 9. inst. cod.* intelligen-  
 dum est cum Ulpiano, non facile, vel nondum. *d. l. 6. in pr. D. de liber. & po-*  
*stum. l. 6. §. 2. D. de Edilis. Edict.* Quapropter triennium ex die contracti ma-  
 trimonii integrum expectandum cum Justiniano Cælestinus tertius voluit  
 antequam divortium ex hac causa flagitari possit. *l. 16. & Auth. seq. C. de re-  
 pud. Novell. 22. cap. 6. C. 5. & ult. x. de frigid. & malefic.* 5. Scilicet, ut experian-  
 tur interim coeundi vires, & contrito corde & humiliato spiritu à Deo con-  
 jugii auctore generandi potentiam deprecantur conjuges, adhibita ope me-  
 dica, an forte possit calidis medicamentis, nimia corporis frigiditas torpore  
 depelli. At vero si hæc omnia in cassum cadant, nullaque conjugalis con-  
 suetudinis & suscipiendæ proles ex medicorum judicio spes sit reliqua, ad  
 triste hoc divortii remedium deveniendum est, vel, ut cum Pontificiis loqua-  
 mur, nunquam constitisse matrimonium ob simulatum dolo ac fraude celan-  
 15 tis vitium declarandum est. Quod Cæsareum & Pontificium jus aliquoties  
 Hollandiæ Curia in judicando probavit. In Cælestino tamen hoc miran-  
 dum est, quod velit, separato ob impotentiam matrimonio, si frigidus aliam  
 duxerit atque ductaverit uxorem, revocandam esse divortii sententiam, quasi  
 per errorem latam, & redintegrandum prius matrimonium *C. 5. c. 6. x. de frigid.*  
*& malefic.* Quid enim, si æque priori commisceri non possit? æquumne est,  
 conjuges vivere in sororia societate; vel ut Papa loquitur, maritum mulierem  
 habere ut sororem, cum eam non possit habere ut uxorem? Respondent in-  
 terpretes, Pontificem de torpore corporis loqui, non de fascino. Aliam ratio-  
 nem esse in frigido, aliam in eo qui fascino incantatus est, quem maleficiat-  
 um vocant: frigiditatem enim ex prava corporis dispositione oriri, atque fri-  
 gidum eodem modo se ad hanc, quam ad aliam mulierem habere; ut possit  
 etiam familiarem arare, qui aliorum arvum colere potest. At fascinum, seu ma-  
 leficiam, (quo nomine hoc genus incantationis appellant) non æque ad om-  
 nes, sicuti ad hanc uxorem, maritum ineptum reddere, uti historiæ testantur  
 de Amasi Egypti Rege, qui præter propriam uxorem, quolibet mulieres  
 ducere poterat. Qua differentia posita, ita constituta jura dicunt, non esse se-  
 parandum à secunda uxore, qui incantatus priori se miscere non potuit *C. 4.*  
*caus. 33. q. 1.* esse autem ei restaurandum cum priori matrimonium, qui ces-

*Petr. Lombard. libr. 4. sentent. di-  
 stinct. 34. &  
 ib. Thom. q.  
 1. art. 2.  
 Carpzov. lib.  
 2. tit. 11. de  
 finit. 200.  
 jurispr. Con-  
 fessor. Sanch.  
 libr. 1. disput.  
 108 & seqq.  
 de matrim.  
 Inde Saac-  
 ke van Ma-  
 ria Gerrits  
 Dochter  
 van Bees-  
 kessyn im-  
 petrans van  
 Beslore mis-  
 sive en Re-  
 quirante ter  
 cenre en  
 Dirck Fyck  
 van Kilde be-  
 schreven ge-  
 requirende  
 ter andre  
 syde, de 24  
 April. 1592.  
 Inde Saac-  
 ke van A-  
 driantje  
 Adriaans  
 Dochter im-  
 petrans in  
 ras van di-  
 vortie ter  
 cenre, contra  
 Jacob Har-  
 mens voo-  
 nende tot  
 Herrelinghe  
 gedaachte  
 ter andre sy-  
 de den 17.  
 Maart. 1617  
 vid. Papenay.  
 pag 51. &  
 seqq.*

Y y

fante

<sup>1</sup> Petr. Lombard. libr. 4. sentent. dist. 34. Canis. in c. ult. x. de frigid. & malefic.

sante corpore, se virum alteri mulieri ostendere potest. Verum ego quidem hac iura moribus nostris congrua dicere non auctum. Etenim minime existimaverim; turbandum esse posterius matrimonium rite contractum, prætextu prioris, quod per judicem ob alterius nimiam frigiditatem facto divortio diremptum fuit. Certe exemplum in Anna van Beeckelsteyn & Theodoro Fuyck contrarium habemus: Nam post celebratum divortium, illa Nicolao vander Ulft J.C. nupsit, ille duxit uxorem N.N. virginem; & neutrius turbatum fuit secundum matrimonium, à parte Annæ sterile, à parte Theodori fœminea prole beatum.

<sup>2</sup> Bar. mader. laur. histor. libr. 29.

Cæterum, uti viris interdicitur matrimonium propter coeundi impotentiam, ita & in fœminis paria sunt vitia, quæ earum nuptias prohibent. Sunt enim aliz ita artæ, ut viro conjungi nequeant. l. 14. §. 7. D. de Edilit. edict. aliz menstrui crubris fluxum, fertilitatis indicium, nunquam patiuntur; aliz ex contrario, eo perpetuo laborant, ut spes prolis suscipiendæ nulla supersit; Itaque cum ad partum & spem sobolis nascatur & ducatur uxor, non duntaxat voluptatis causa. L. 2. C. de incest. vid. toll. & ut recte Ulpianus maximum & præcipuum fœminarum munus sit, accipere & tueri conceptum. l. 14. §. 1. D. de Edilit. edict. quod in spadonum temporario morbo dedimus consilium, & in huiusmodi mulieribus sequendum sentio; nimirum, ut antequam ad matrimonia admittantur; periculum fiat, num medici artificiosa manus virgineum claustrum, incisione, aliòve modo; dilatare, quod satis est, possit; num sanguinis perpetuus fluxus sisti, vel menstrua produci calidis & innoxis herbis possint. At vero dissimulato vitio, eodemque perpetuo; si celebratæ nuptiæ fuerint, quin ex ipso jure nunquam constiterint, nemo ambigere potest. C. 3. c. 6. x. de frigid. & malefic. non enim nupta videri potuit, quæ virum pati non potuit. l. 30. D. n. q. libr. 1. quand. dies legat. Itaque confestim pars integra, quæ desiderio prodis teneatur, divertere potest, (frustra enim expectaretur aliquod tempus, ejus lapsus nihil operaretur. l. 13. §. 2. D. ad Senatus cons. Vellej.) nisi ille patienter vitium conjugis ferre, mittere, & habere tanquam sororem, quam uxorem duxit, velit. C. 5. x. de frigid. & malefic. Quod si vero temporarius credatur mulieris morbus, triennium ex tempore celebrati matrimonii continuum expectandum est, antequam divortium fieri possit: ut interim periculum fiat, an non malum tolli, & si nimis arcta dicatur mulier, incisione artificiosa, etiam modica cum vi, absque tamen vitæ periculo, apta reddi possit conjugio. C. 6. x. de frigid. & malefic.

<sup>4</sup> Corpz. libr. 2. Tit. 11. definit. 201. Jurispr. consistor.

Putat Pontius, atque hoc multis adstruit, nuptam mulierem, cujus virginitalis claustrum naturali clave referare impossibile marito est, modo ea non omni viro judicetur arcta nimis, jure cogi non posse, ut patiatu id fieri clave ascititia, etiam si quoque incisio sine vitæ periculo fieri posset, verum liberam esse declarandam à matrimonio, eique alteras nuptias concedendas, si liberorum desiderio teneatur, velique in hac veneris palæstra, alterius viri-  
lioribus, quæ communi naturæ cursu, cum utiles esse debeant generationi, tamen

<sup>5</sup> Lib. 2. cap. 62. & seqq. de Sacram. matrim.

tamen inutiles inveniuntur. Ex enim, quibus senio confectis amplius nunquam est secundum consuetudinem foeminarum, non arcentur à nuptiis, nec ductæ repudiari possunt. Quippe sterilitas, quam provecior ætas, adfert non corporis latens vitium, sed emoriëntis naturæ imbecillitas est; quæ prænovisse potuit decrepita se anui jungens florentis ætatis Apulejus. Idem jus esto, cum vernans virgo depontano seni nubit, etiamsi ille intra triennium à die exornatarum nuptiarum, uxoris zonam solvere non possit: scit enim nec ignorat quælibet mulier, frigidus in venerem senes, & in hac palæstra infantibus sæpe pares esse, frustra que hunc laborem ingratum trahere, atque coeundi impotentiam senectutis comitem esse; ut audienda non sit in petendo divortio, quæ contractis nuptiis periculum facere voluit, an tantum virium restaret defectæ ætati, ut mariti maturando funus, mater filii fieri posset, cui nomen diceretur postumas: verum excisa omni spe tum prolis, tum & brevi omnis dulcedinis conjugalis, in thalamo vidua patitur & ferat patienter pro homine vivum funus, pro marito fratrem.

19 Coronidis loco huic capiti adjungam, quod per se planum est, & nulla indiget pleniori explanatione, sexum impedire nuptias, nec virum viro, mulierem mulieri matrimonio jungi posse. Fuit illa plus quam brutalis libido flammis expianda, quæ nubie viri in foeminam, perdit sexus locum, mutatur venus in alteram formam, queritur amor nec invenitur, elegantiora hominum plura vitium & morbus. Pausanias Soloni, Pisistrato principibus viris Zenonis Cleanthi, Cryssippo inclitis Philosophis placuit ista venus, & à Romanis adeo usurpata fuit, ut Constantinus & Constans jusserint insurgere leges, armari jura gladio utrore, ut exquisitis pœnis subdantur hac macula libidine infames. l. 31. C. ad leg. Jul. de Adulter. Sed ne quis patet, sui sexus recordi amore corripit, masculorum duntaxat, omnia fuisse vitium, nota fuit Græcis mascula Sappho, meminit tribadis Bassæ Martialis; & esse, fuisseque in Christiano orbe mulieres frictrices, jurisconsultorum nostrorum scripta testantur. Vt cum pudore generis humani fateri debeamus, utriusque sexus hominum libidinem brutorum animantium cupidines superare, nam uti apud Ovidium Iphis,

*Nec vaccam vacca, nec equo amor uria equarum,*

*Vris oves aries, sequitur sua fœmina verum;*

*Sic & aves cœunt; interque animalia cuncta*

*Fœmina fœmineo correpta cupidine nulla est.*

Verum quamvis & viri muliebria passi sint, nunquam tamen legi, vel audiri ullum marem ad tantam impudentiam prosluisse, ut sacrilego ausu mentitus naturam, sustineret nuptia cum sui sexus homine celebrare, si solum Nerone sceleratissimum mortaliū excipere, qui fuisse Suetonio, per solenne nuptiarum celeberrimo officio iustum ad se, præter ab ipso. Quicquidque neque aliorum pudicitia parcens, amicis nubentium virginum præcio, palam Senatui, dote constituta, cunctis festa morte celebrantibus, in ma-

Kitzel.  
Synops. ma-  
trim. cap. 3.  
Theorem. 2.  
Havemann.  
libr. 3. Tit. 8.  
pess. 12. de  
jur. commub.

Cornel.  
Nep. in Paus.  
Plutarch.  
in Solon.

Libr. 1.  
epigr. 58.  
Papon.  
libr. 22. Tit.  
7. art. 2.  
Botri. decis.  
316. Jul.  
Clar. libr. 5.  
sentent. 5.  
fornicatio. n.  
29. Ant. Ge-  
mez. ad leg.  
80. Tauri.  
n. 34.  
Libr. 9.  
Metamorph.  
fab. 10.  
in Neron.

<sup>1</sup> Sueton. in  
Neron. Felt.  
Agrel. Vltor.  
de Caesarib.  
in L. Domit.  
Ner.

num conuenit lecto ex omnibus prodigiis Doryphoro liberto, atque ei, ut Suetonius loquitur, *sicuti ipsi Sponus, in ipsa dampnit, voces quoque & ejulatus vim patientium virginum imitatus*. Sed id factum fuit in matrimonii ludibrium & per lasciviam, cum conditio Spori, Neroni aliisque optime nota esset, nec ille se dolose simularet feminam. Horrendum tamen. At quid non audeat frenis foeminae libido, quid non impuro amore pruriens virgo & libidinosa anus? vidit nostra aetas virginem sexum mentitam virilem, paratam nuptias conficere, nisi deestandi hujus facinoris rumore perculsus magistratus, flagitiosam audaciam cohibuisset; & quod magis mireris, se conjunxisset viduam ex defuncto marito sex liberorum matri, egregii hujus sponsi conditionis apprimae conscia. Verum fricatix erat haec mulier, tam libidinose lascivire cum aliis mulieribus, illasque atterere callida, ut prodigiosa sua vesere impense plaquerit & sibi, & huic viduae. Refest quoque Busbequius Constanti-nopoli ad tantam vesaniam devenisse animum quandam, eamque tantas furias exagitasse, ut capta juyenculae alicujus amore, cum procando & blandiendo non tantum proficeret, quantum ejus insania postulabat, truxato cultu, mentita virum, dotem constituere, nuptias adornare, junctamque a parentibus virginem ritu solenni, in thalamum suum recipere sustinuerit. Sed prior illa tribas Amstelladami virgis caesa & in exilium missa fuit; coercita quoque vidua, atque in urbe retenta, ut prorsus privaretur detestanda libidinis confor-te & socia. Mahumedana impurissimas flammis aquis extinxit Mahumedanus iudeus, eamque Bosphoro mergi iussit, postquam increpanti & querenti, *ecquid pueret propudium tam feda libidinis, tamque recordis incepti*, illa respondisset, *abi, nesci quid valeat amor, faxit Deuone ejus vires anquam experieris*.<sup>2</sup>

<sup>2</sup> Tulp. Lib.  
3. cap. 35.  
Media, obser-  
uat.  
<sup>3</sup> Busbeq.  
epist. 3. legat.  
Turc.

Hactenus de hisce egimus corporis vitiis, quae generandi faciliatem penitus evertunt; restat, ut jam de morbis agamus. Multique de ceteris vitiis, quae quidem prolis generationem non procul impediunt, vel non impediunt, sed deteriores hominem reddunt, tum aspectu turpem, tum ad exequenda civilia munera minus aptum. Verum est, quod hic notare libet, in praecedentibus nos non adeo accurate vitiorum morbo distinguere, ut ex eo liquet, quod quaedam inter vitia retulimus, quae morbis adscribenda fuissent, qualia sunt temporaria spadonum imbecillitas, temporaria in feminis nimis menstrui cruoris fluxus, &c. Sed hoc ideo fecimus, quia animadvertimus a nobis fuisse, hisce verbis promiscue usos fuisse adites, & morbi vitiique nomine expresso, tollenda dubitationis gratia, his *namque* de eodem idem dixisse. *Novimus alias, & Ciceroni, & Gellio, & Modestino vitium a morbo ita distingui, ut morbus sit corporis corruptio, agrotatio, temporalis cum accessu discessuque imbecillitas; vitium vero, perpetuum corporis impedimentum.* l. 101. §. 2. D. de verbor. signif. Vitium est, cum corpori sano vel sano deest, vel superest, vel alio quam debet loco posita est, vel proflua, corrupta est: velati si talam excusit, luscus & balbus vitiosi sunt. l. 101. §. 2. D. de verbor. signif. l. 1. §. 7. D. de adul. edict. Morbus est, cum integro corpori deest sanitas.

<sup>4</sup> 4. Tuscule.  
<sup>5</sup> Libr. 4. c.  
2. c. 11.

Mor-

21 Morbi in duplici sunt differentia, alii in toto accidunt corpore, alii in parte; alii perpetui sunt, alii temporales. Totius corporis morbus, febris est; partibus, pedum imbecillitas, cæcitas. *d. l. 1. §. 7.* Perpetui morbi sunt, elephantiasis, quæ Latinis vitiligo proprie dicitur, lepra, necessariorum partium hemiplexia, & hujus generis mala plura, quæ usum ministeriumque hominis impediunt, eumque reddunt nec sibi nec aliis utilem: quorum aliqua spem sobolis, etiam quandoque penitus præcidunt. Temporales morbi, vel contagiosi sunt, vel tactu non inficiunt, eorumque aliqui, dum durant, generandi facultatem aliquando suspendunt.

22 Qui perpetuo & spem sobolis præcidente laborant morbo, non ad matrimonium, sed ad perpetuam vitæ continentiam divinitus vocatos esse, non ille ambigere potest, qui scit illud matrimonii præceptum, *crescite & multiplicamini*.<sup>1</sup> Ille vero, quos temporalis morbus & contagiosus infestat, etiam si dicantur generationi habiles, à nuptiis tamen abstinere debent, usque dum, teste experientissimo medico, vel chirurgo, se curatos sanosque probent. *art. 49. Eght. Regl. vand. Staten Gener.* Et quos hisce morbis laborare certum est, nuptiis præfecti ab ipso celebrandarum nuptiarum limine arcere debent, nec eorum nomina albo sponsalicio inscribere. Nec mutanda sententia est, etiam si mali non inficius alter flagitet matrimonium; etenim non solis nobis ducendæ uxores sunt, sed & Reipublicæ, cujus interest in spem prolis generandæ, cujus rei gratia institutum est, contrahi matrimonium, ut succedentia in locum morientium sobole, & continua hominum adjectione ipsa efflorescat, & augeatur. *Novell. 22.* Deinde, ludibrio exponeretur ecclesiæ, si invocato Dei nomine prolem exoptaret Dei minister (uti in peragendo nuptiarum ritu mos est) hominibus, non senio, sed ob negatam naturam, morbo, vel facto, generandi facultatem matrimonio ineptis. Tandem vir non est, cui virilia desunt, nec foemina, quæ muliebria non patitur: at viri & mulieris consortium matrimonium exigit. *l. 1. D. de rit. nupt.* Certe, quæ se castrato, eunuchæ, alterique homini ad coitum inepto jungere desiderat, adulteria meditatur, & vanæ hujus conjunctionis prætextu, velamen turpitudinis & luxuriæ quærit, atque adulterinos, si forte edat, partus, hoc modo, quasi legitimorum mater, regere cogitat: Imo ne quidem castissimis mulieribus, & ab adulterii committendi suspitione ob vitæ hætenus ductæ integritatem alienissimis cum hujusmodi hominibus conjugia concedenda censeo, licet *Gratianus c. 2. caus. 27. q. 2. C. 2. caus. 33. q. 1. C. 4. c. 5. x. de frigid. & malefic.* Pontius,<sup>2</sup> alique doceant, ea recte contrahi posse, tanquam animorum confortia, & hujus vitæ solatia, sub sponsione perpetuæ continentie. Etenim non est matrimonium, quod cum voto, ne liberi nascantur, contrahitur; humani ingenii voluptas & latitia, geniales complexus & utrinque sexus sæctum desiderat; & qui scis mulierem non te hominem sensura sis postea, & hujus conjunctionis pericula alium portum quæsitura quo te recipias; atque foras scrutatur, quod non invenies domi. Gaudet coitu viri foemina, uti injustus apud

<sup>1</sup> Bez. de repud. & divor. pag. (mibi) 104. Thom. in suppl. 3. quæst. 43. art. 3. in respons. ad 3.

<sup>2</sup> Libr. 7. c. 55. & seqq. de sacram. matrim.

<sup>1</sup> *Aet. 3.*  
*scen. 3.*  
<sup>2</sup> *Petr. Lomb.*  
*hard. libr. 4.*  
*sentent. di-*  
*stinct. 30.*  
*Thom. ibid.*  
*quest. 1. art.*  
*3.*

Aristophanem in *Nubibus* loquitur: Pauci aut nusquam sunt Iosephi & Mariæ, inter quos dicitur constituisse matrimonium mentis sanctitate, non carnis corruptibilitate. C. 2. c. 9. *caus. 27. q. 2.* Pulcheria Martino Imperatori dicitur nupsisse, ea conditione, ut salvam retineret virginitatem, quod jam grandiuscula mori vellet virgo. Egfredus Angliæ cum Entheltruda, & Boslaus Poloniæ Rex cum Ringa, & Henricus Rex Romanorum cum Cunigunda sua in perpetuo dicuntur vixisse cœlibatu. Sed, rara avis in terris, &c. Contagiosos vero, ut & nonnihil de iis dicamus, etiam si generare posse credantur, publicum bonum arcet matrimonio; ne Reipublicæ cives, Ecclesiæ membra contactu scædi corporis inficiantur; ne liberi paternis infecti morbis ad perpetuam miseriam, & commune patriæ detrimentum producantur.

<sup>3</sup> *Cyprian. c. 9.*  
*§. 13. n. 42.*  
*libr. 1. de*  
*jur. connub.*

Sed quid dicendum est, si, elusis nuptiis-præfectis, quis se junxerit sciens, inepetæ ad coitum scæminæ, vel quæ nupsit castrato viro? Puto hujusmodi sceleratos homines, quia Rempublicam pariter, & ecclesiam, & se ipsos deceperunt, severe castigatos à conjugio dimittendos esse. Alterius enim conniventia firmum reddere nequit matrimonium, quod lege prohibente contractum ipso jure nullum est. Si vero quis conscius alicujus morbi, qui forte curari potest, vel vitii, quod tempore sublato iri speratur, eo laborantem uxorem duxerit, consuevit ecclesia Romana consulere, ut quam, tanquam uxorem habere non possit, habeat interim ut sororem. C. 4. x. *de frigid. & malefic.* Et certe justum videtur, ut ille supra triennium lege constitutum, aliquod tempus expectare cogatur, dum exploretur, quo malum evasurum sit, qui sponte se & sciens in hanc necessitatem conjecit. Attamen si non cesset morbus, & huic ob commissam temeritatem, & delusos nuptiis-præfectos castigato divortium concedendum puto.

<sup>4</sup> *Beza de*  
*repud. & di-*  
*vort. Sanch.*  
*libr. 7. disput.*  
*103. &*  
*seqq. de sa-*  
*cram. ma-*  
*trim.*  
<sup>5</sup> *Libr. 7. c.*  
*14. de Nupt.*

Cæteri morbi temporales, qui nec generationi impedimento sunt, nec tactu inficiunt, nec hominem sibi, vel aliis penitus inutilem reddunt, uti calculus, febris quartana, lippitudo, denticum, auriculæve dolor, quibus *ἀρροφία*, *καρχηλία*, & *ὀφθαλμία* annumerantur, contrahendo non obfunt matrimonio. Uti nec quoque illa corporis vitia, quæ ad facultatem generandi non pertinent, sed hominem duntaxat deteriore ad exequendum vitæ communem cultum, vel aspectu deformiorem reddunt, uti si quis claudus sit, mutus, cæcus, balbus, seu graviter loquatur, pectorosus, gibberosus, unoculus, luscus, brevis pede, aliave faciei deformitate, membrive privatione deturpatus reperiatur. C. 23. x. *de sponsal. C. 18. caus. 32. quest. 5.* Quomodo cæcus simul & mutus & surdus consentire matrimonio possit, docentem videat lector Albericum Gentilem.

Post corporis vitia, morbosque, cum ad animum non pertineat, referemus illud diabolicum veneficium, quod hominibus coeundi potentiam adimit, & quasi eviratos reddit. Verum est nobis Batavis inauditum esse hoc nefarium scelus; credunt tamen fide digni auctores, non tantum diabolum talia efficere posse, sed & quandoque invocatum ea facere, occulto quidem sed nun-

- nunquam injusto Dei judicio. C. 4. *caus.* 33. *quest.* 1. quæ facta imperitum vulgus ipsis fortiaris & incantamentis carminum adscribit, vocatque ligatos, incantatos: <sup>1</sup> Verum nos existimamus, raro artem aliquam diaboli inter-  
venire, sed plerumque, vel ex accidenti organa ad coitum necessaria impedi-  
ri, vitari; vel ea propinatum pharmacum, vi physica herbarum, ad tempus  
labefactare; vel dum sibi, falso licet, nimium tamen persuasum habent, tale  
quid rivalet, inimicosque moliri, ipsorum conjugum nimiam imaginationem  
in causa esse, ne sequatur venus thalamum nuptialem: vi vero insula impreca-  
tionis, & quorundam verborum sola efficacia, à malevolo homine vel spurcifi-  
sima anu prolatorum, talia effici, & homines incantari posse, cum Wiero nego.  
Quicquid sit, in Gallia frequenter, præcipue in Vasconia, sæpius etiam in Ger-  
mania hujusmodi incantationes acciderent neogamis, Corasius, <sup>2</sup> Carpzovius  
Hen. Arniszus testantur. <sup>3</sup> exempla plurima refert Cypræus. <sup>4</sup> de modo  
& remediis curandi breviter Costanus <sup>5</sup> & Levinus Lemnius agunt; quo-  
rum postremus amuletis & aliis herbis multos à se curatos refert. <sup>6</sup> So-  
lent Galli hoc præstigium appellare, *lier le nœud*, id est, nodumnectere,  
quod Belgice sonat, de *naseling binden*. Qui se sentiunt hujusmodi fa-  
scino vel veneficio correptos rectissime faciunt, si dum durat præsti-  
gium, nuptias intermittant; hocque ut faciant, etiam cogi debent, si palam  
26 sit eos coeundi potentia destitui. Si vero ipso tempore festivitatis nuptia-  
rum, uti vulgo fieri creditur, veneficio lædatur sponsus, atque in ipso geniali  
thalamo cum primo destituat illa pars, qua viri sumus; hortandi sunt neoga-  
mi, adhibita ope medica, ad Deum confugere, & contrito corde spirituque  
dimisso sub lachrymarum imbre peccata sua detestantes, fascinum illud  
quodcunque deprecari. C. 4. *caus.* 33. q. 1. Si vero intra triennium ex die con-  
tractarum nuptiarum nullo remedio profligari potuerit veneficium, adeo-  
que perpetuum futurum credatur, resolvendum esse matrimonium Honorius  
tertius constituit. C. 7. x. *de frigid. & malef.* idque probo *arg. l. 10. & Authent.*  
*seq. C. de repud.* exceptionem vero, quam in d. C. 4. *caus.* 31. q. 1. probat gloss.  
nisi ipsa mulier veneficium fecerit, non probo. Hujusmodi enim mulier meo  
judicio potius virgis cædenda, & exilio multanda, quam in matrimonio reti-  
nenda est. Hic sit de corporis vitiis & morbis intermissio.
- 27 Animi vitia, ut ad ea tandem progrediamur, non illa nobis hoc loco expli-  
canda sunt, quæ virtutibus moralibus opponi solent: ut puta, si quis levis,  
iracundus, superstitiosus, contumax, impostor, litigiosus, mendax dicatur:  
iis enim hominibus non interdici matrimonium, palam est. Verum ea notan-  
da sunt vitia, quæ nec recte ratiocinari, nec sui compotem esse hominem si-  
nunt, uti sunt, furor, amentia, fatuitas. Quæ mala consentiendi facultatem  
collunt, & nobis animi vitia dicuntur, non ea ratione, quasi aliquod vitium sit  
in ipsa anima (illa enim à Deo semper perfecta creatur) sed quia sæpius or-  
ganorum pravam dispositionem nacta, recte operari semper nequit. Amen-  
28 tiz causa, interna cerebri mala dispositio est, soletque vel paulatim obre-  
pere.

<sup>1</sup> Thom. libr.  
11. quodl.  
art. 1. & 3.  
p. 4. q. 48.  
art. 2. & in  
libr. 4. sen-  
tent. distinct.  
34. q. 1. art.  
3. Wierus  
libr. 4. cap.  
20. de præ-  
stig. Dæmon.  
Brassol. 4.  
sentent. di-  
stinct. 34.  
art. 1.  
<sup>2</sup> Annot. in  
arrest. Thol.  
2.  
<sup>3</sup> Libr. 2. Tit.  
11. de fin.  
202. jurispr.  
constit.  
<sup>4</sup> Cap. 6. sect.  
8. n. 19. de  
jur. connub.  
<sup>5</sup> Lib. 1. c. 9.  
§. 13. n. 40.  
de jur. con-  
nubior.  
<sup>6</sup> tract. de  
sponsal. &  
matrim. Tit.  
de his qui  
nupt. con-  
trah. poss. n.  
78. & seqq.  
<sup>7</sup> In hort. ad  
vit. optim.  
instit.



362 DE IIS QUI PROP. CORP. VEL ANIMI VITIA LIB.2.  
 pere, vel homini innasce, & plerumque perpetua est. Furoris variz species  
 sunt, varique effectus; & qui hoc morbo corripiuntur, vel furiosi, vel lunati-  
 ci evadunt. Furiosi ex quadam organorum interna dispositione prava cum  
 rabie exagitantur, soletque horum morbus vel esse perpetuus, vel sapius re-  
 currere. Furiosi ex doloris impatientia, morbi vi, ira, ebrietate nimia, alia-  
 ve causa infecto cerebro in rabiem temporariam rapiuntur, ideoque eorum  
 morbus periculosus est minus, ut qui cessante causa cesset. Lunatici statim ex  
 lunæ cursu intervallis furere solent. Hi peræque omnes, seu amentes, seu  
 furiosi, seu furiosi, seu lunatici sint, dum furore corripiuntur, matrimonium  
 contrahere non possunt, quia propter mentis emotionem, consensum rebus  
 præbere non possunt. l. 40. D. de regul. jur. l. 77. §. 1. D. ad SC. Trebell. l. 8.  
 §. 2. D. de option. vel elect. legat. l. 16. §. 2. D. de rit. nupt. l. 8. D. de sponsal.  
 C. 24. x. de sponsal. & matrim. Optima tamen furiorum, conditio est; nam hi  
 cessante furoris causa sanitati restituntur, & recte matrimonia contrahere  
 possunt l. 1. §. 10. D. de adilit. edit. arg. l. 9. C. qui testam. facer. poss. l. 2. C. de  
 contrah. emt. vendit. Lunaticorum duriores sunt partes; quia iis intermittitur  
 verius furor, quam tollitur, statim tempore recurrens; attamen cum dilucida  
 patiantur intervalla, recte contrahunt eo tempore, quo sensu saniore utun-  
 tur: sed non facile ad nuptias admitti debent, si nimius sit furor, & nimium re-  
 currat, ne forte & liberis & uxori exitio sint; experientia enim probavit, tales  
 homines uxoricidas & infanticidas extitisse. l. 13. §. ult. l. 14. D. de offic. Pra-  
 sid. Durissima amentium & furiosorum conditio est, horum enim sanitas vix  
 unquam speratur. Amentes omnia in quiete agunt, & vix unquam saniore  
 mentis judicio uti videntur; & quamvis quandoque quibusdam intervallis  
 mentis compotes esse videantur furiosi, cum tamen non sanitati restituti, sed  
 tantummodo in confinio sanitatis & furoris positi tum sint, soletque illud  
 tempus intermissi furoris perbreve esse, & nihil aliud quam inducere, ut col-  
 lectis viribus majori ocys rabie exagitentur, eo loco atque ordine sunt, ut  
 à suis custodiri vel carcere detineri, non ad matrimonium admitti debeant,  
 d. l. 13. §. ult. l. 14. D. de offic. Prafid. Caterum mentis sanitas cum natura-  
 lis, dementia & furor accidentalis sit homini, in dubio quis sanæ mentis  
 potius quam affectæ dici & æstimari debet.

<sup>1</sup> Sand. libr.  
 2. Tit. 1. de-  
 finit. 11.  
 Cur. Fris.

Insani, fatui, stulti & hebetioris ingenii homines, quos grossos & grossu-  
 lanos interpretes appellare solent, à matrimonii sacris arcendi non sunt, dum-  
 modo eo ordine atque loco sint, ut hominis officium, officiorumque medio-  
 critatem, atque vitz communem cultum tueri possint. Matrimonii, quod  
 ex jure naturæ descendit. l. 1. §. 3. D. de justit. & jur. hominumque propa-  
 gationem respicit, omnes capaces sumus, dummodo ratione utamur, quamvis  
 acerrimi & parvis non simus judicii. Scimus anno ætatis duodecimo & de-  
 cimo quarto adolescere duntaxat fæminarum & masculorum judicia, eos-  
 que modo puberes & viripotentes multa cachinno risuque Democriti digna  
 committere; attamen non eo minus hæc ætas nuptiis matura à Romanis  
 juris-

jurisconsultis æstimata fuit. Imo quam brevi civibus vacuæ civitates, regna subditis conspicerentur, & magna hominum penuria obveniret mundo, si sapientibus solis janua ad nuptias pateret, cum quatuor mundi partes ex quinque in confinio furoris & sanitatis constitutæ elleboro quodammodo indigeant. Imo omnes stultos insanire, & excepto sapiente vix quemquam insaniz expertem apud Venusinum poetam Damaspissus demonstrat.

Libr. 2. sit.  
tyr. 3.

## CAPUT QUINTUM

*De nuptiis ob nuptias prohibitis, seu de polygamia.*

## SUMMARI A.

1. Nuptias prohibet matrimonium, sanguinis necessitas, vel religio.
2. Matrimonium prohibens nuptias, vel præsens, vel præteritum, vel futurum considerari potest.
3. Natura inter duos tantum constrinxit matrimonium.
4. Jus natura vel corporis est, vel mentis: Idque vel mentis intelligentis, vel ratiocinantis.
5. Jus gentium est, quod communis hominum indigentia introducit.
6. Jus natura intelligentis, & ratiocinantis, proprie jus dicitur: jus natura corporis improprie.
7. Qua ratione jus natura brutis adscribitur?
8. Qua ratione jus natura brutis commune dixerint Romani jurisconsulti, & quid Vlpiano sit jus natura, quid ganeium?
9. Platonis sententia omnium mulierum communionem probantis reprobatur.
10. Quadrupedes vaga utuntur libidine, non bipedes. & ejus rei ratio datur.
11. Clementis episcopi epistola, mulierum communionem probans, vel conficta est, vel ab hereticis corrupta legitur in C. 2. caus. 12. q. 1.
12. Cicero & Justinianus reprehenduntur: Hic, quod ante leges scriptas inter legitimos & naturales nullam differentiam fuisse; alter, quod in principio generis humani vaga venere usos fuisse homines dixerit.
13. Fæmentum poetarum est, in primordio mundi, vago concubitu usos fuisse homines.
14. Fæminarum polygamia reprobatur.
15. Virorum polygamia juri natura adversa est.
16. Jure divino, quod veteri testamento continetur, polygamia prohibetur.
17. Deus in patriarchis toleravit, non probavit polygamiam.
18. Christus monogamiam probat, polygamiam damnas.
19. Romanis legibus semper polygamia prohibita fuit.
20. Polygamiam jus Batavum prohibet.
21. Pœna in polygamos constituta referuntur.
22. L. 18. C. ad leg. jul. de adulter. explicatur.
23. Polygamia pœna mors est jure civili.
24. Polygamia apud Ebraeos extra legis pœnam fuit.
25. Christus polygamos machos esse dixit, & æternæ mortis reos.
26. Jus Canonicum polygamum, polygamamque adulteros vocat, & eos pœnitentia indicta ad meliorem mentem revocat, at gladium non stringit.
27. Jure Batavo polygami virgis casti in exilium mittuntur.
28. Non placentur polygamie pœna, qui non consilio, sed casu, polygami sunt.
29. Ad secundas nuptias aspirans mortem prioris conjugis probare debet.
30. Deserta mulier alteras non debet scilari nuptias, nisi prius soluto per divorcium priore matrimonio.
31. Nupta mulier dubitanti se aliam matremfamilias in vivis habere, exigere

Zz

debi-

*debitum conjugale à marito potest, ac non ab ea maritus.*

32. *Nec adulterii, nec stupri rea est, qua inscia alterius marito nupsit.*

33. *Quam cito cum comperit mulier se alterius nem denupsisse, dissolvere conjugatio-*

*maritobet, nisi polygama haberi velit.*

34. *Jus Canonicum reducere maritum recipere uxorem ab alio ductam cogit: Jus Civile & Batavum re versi arbitrio committunt vel recipere uxorem ab alio ductam eam, vel ab ea divertere.*

Quorundam præterea hominum nuptias, vel matrimonium, vel sanguinis necessitas, vel religio prohibet. De sanguinis jure, & religione quatenus hoc in negotio considerantur, suis locis agemus; præsens hoc caput matrimonium occupabit. Id autem vel præsens, vel præteritum, vel futurum spectari potest. Præsens, quatenus de eorum novis nuptiis quaeritur, qui præfenti conjugio nexi sunt. Præteritum, quatenus quaestio est, dirempto morte vel adulterio conjugio, quousque ex eo orta affinitas impedimento est novæ conjunctioni. Futurum denique matrimonium considerari potest, cum quaeritur, an & quas nuptias inter sponsum & defunctæ sponse consanguineas honestas inhibet. Sed de affinitate, & ex sponsalibus orta honestate, suis quoque locis dabitur loquendi occasio. Propter præsens matrimonium, non tam à certis, quam à cæteris abstinendum esse nuptiis omnium Christianorum dicant leges: idque ob divinam voluntatem, quæ creatos marem & foeminam conjuges vocavit, duosque conclusit in unam carnem. Verum an hanc duorum duntaxat conjunctionem jusserit divina Providentia, ut id, quod optimum est, vel ut id, quod ipsum jus naturæ in matrimonio flagitat; dubium reddunt etiam inter Christianos doctissimorum virorum discrepantes sententiæ. Sunt, fueruntque etiam gentes quam plurimæ, polygamia utentes & quæ quoque inter moratiores numerari solent; quas hac in re jus naturæ offendisse, nisi nos invicta cogat ratio, non temere asserendum est. Itaque digna nobis videtur quaestio, in qua pertractanda plusculum operæ ponatur, an vel vaga libido, vel virorum vel foeminarum polygamia juri naturæ adversetur; vel, quod idem est, an unius maris & foeminæ conjugalis conjunctio, ex instituto, vel ex ipsius matrimonii profluxerit natura. Sed antequam hunc disceptationis campum ingrediamur, paululum præfundum est, quid per jus naturæ, simulatque quotuplex id sit, intelligamus; ne ejus diversa à diversis tradita definitio, fluctuantem & incertum circa mentem nostram lectorem dimittat.

Partes hominis integrales, anima & corpus sunt: ambæ æque principales in constituendo, at in constituto homine, sui natura majoris æstimationis corpore anima est. Etenim, corpus homini cum brutis commune, non nisi terra, & coagmentatus, in quem brevi redigitur, pulvis est: anima, intellectus effulgens dono, imaginem Dei refert; & cælestis naturæ immortalem requiem suspirat in cælis: quod ipsum breviter complexus hoc modo Pindarus fuit, uti refert Plutarchus in Romulo:

*Corpus omnium rapitur mortis violentia,*

*Vixit*

*vixit adhuc imago sæculi, unica à Diis*

*Orta, quod est, & inde venit, atque illuc redit.*

Hinc duplex natura in homine, duplexque naturæ jus conspicitur, corporis nempe & mentis. Nam ut corporeus tantum, vi ac instinctu animalis naturæ, appetit ea, quæ conducunt ad corporis comoda, delicias, voluptatesque: vel simul ut intellectu & ratione præditus juxta dictamen æqui bonique, temperat ac refrænât corporis appetitus, sequiturque ea quæ ad vitam secundum virtutem recte instituendam faciunt, adeoque ad animi perfectionem pertinent. Ad prius pertinet illud jus naturæ, quod cum brutis animantibus commune nobis est; cujus sunt *inimicorum naturalis fuga, injuriarum innata repulsio, vita desiderium*; quæ cum perpetua individuis negetur, per maris & feminae amica cum corporis voluptate conjunctionem, *speciei conservanda studium, prolis dilectio, educatio*, & quæ sunt id genus plura. Illudque ipsum jus definiri potest instinctus naturæ omni animali innatus, ad sui suorumque conservationem tendens; quem quæ bruta violant, contra naturam agere dicuntur, uti cum cuniculus pullos suos devorat, deserit avis. Ad posterius pertinet illud jus naturæ, quod soli humano generi proprium est, cujus sunt *honeste vivere, alterum non ledere, venerari Deum, obedire parentibus, viri & mulieris conjunctio individua & permanens*, & quæ sunt hujus commatis plura. Hocque jus describi potest, insculpta cordibus hominum recti & justi, æqui bonique lex: quam qui violat, contra naturam agere, & jus naturæ humanæ offendere dicitur.

5 Hoc homini proprium jus naturæ, rursus bifariam recte dispescitur: nimirum, in id quod solo intellectus lumine confestim noscitur jus esse, & in id quod adhibita ratiocinatione demum colligitur jus esse: hoc jus naturæ ratiocinantis, illud jus naturæ intelligentis recte vocaveris. Jus naturæ intelligentis fundamentum habet in rebus ipsis, & solo intellectus lumine cognoscitur ex eo, quod natura rei, de qua quæritur, contrarium sine execrabili vitio non admittat, uti, *venerari Deum, revereri parentes*. Ratiocinantis vero naturæ jus, per discursum, ex consideratione subjectorum colligitur; nempe, cum essentia rei nude & in se spectatæ non quidem repugnat quid fieri, vel non fieri; at cum incorrupta ratio, habito circumstantiarum examine, hoc faciendum, & contrarium fugiendum esse dicat: huc spectant ea omnia, quæ ad honeste vivendum naturaliter pertinent. Jus itaque naturæ intelligentis essentiam rei spectat, & ejus immutabilem constitutionem: jus naturæ ratiocinantis illud sequitur, quod justum æquumque esse, per discursum colligi potest. Juris autem gentium ea esse dicimus, quæ propagato genere humano, rerum & familiarum discretionem secuta sunt, & communis hominum indigentia necessaria induxit. uti sunt, emptio venditio, locatio conductio, cæterique contractus.

6 Cæterum, hoc jus naturæ intelligentis & ratiocinantis proprie jus dicitur, jus naturæ corporis improprie. Recte Ulpianus ait, animal, quod sensu, id est,

Z z 2

ratione

ratione caret, injuriam fecisse, non recte dici. l. 1. §. 3. D. si quadr. pauper. feciss. dic. at idem auctor dicit, injuriam ex eo dictam, quod non jure fiat. l. 1. D. de injur. Non potest ergo, si proprie loqui velimus, juris nomen, quod rationis usum, & scientiam eorum, quæ juxta dicuntur, supponit, in bruta cadere, quæ ratione destituta, prona & ventri tantum obedientia natura finxit, & solo corporeo sensu ad pastum, curamque corporis abjecit. Et hæc est ratio, cur nullum jus in brutis agnoverint Ebræi, nullum cum hominibus commune dixerint, uti Seldenus refert. Nos tamen nomen juris brutis tribuimus, idque iis cum hominibus commune esse volumus, nimirum, quatenus jus naturæ ex actibus & usu corporis definitur, atque ea juxta dicuntur, quæ ut corpori bene sit, & à brutis & ab homine parili fere modo, corporeo sensu peraguntur. In brutis tamen omnia automaticæ & mechanicæ duntaxat, prout ea affectus corporis trudent moventque, sine cognitione liciti, aut illiciti: in homine vero cum scientia, & cognitione justæ, æquique: ita tamen ut non dependeant à rationis usu seu ab anima, sed à corporis affectibus. Itaque ita nobis sumitur jus naturæ corporis, ut actio justæ agentis, non cognitio spectetur. Justinianus, & quos ille secutus est, Jurisconsulti Romani, jus quoddam naturæ, brutis hominibusque commune esse statuerunt. l. 1. §. 3. D. de justit. & jur. princ. Inst. de jur. natur. gent. & civil. Idque hac ratione, quod similitudinem quandam rei, quam pro jure & norma vivendi accipiunt homines, exprimant, & vitæ humanæ quædam imitamenta, ut Aristoteles, vel ut Cicero loquitur, virtutum quædam simulacra exhibeant bruta, uti sunt avium perpetua conjugia, ciconiarum in parentes pietas, & ejus commatis plura. Idque ex hac ratione, addita & subnexa definitioni juris naturæ ab Ulpiano, patet; videmus enim cetera quoque animalia istius juris peritia, vel ut alii legunt, perita censerī, id est interprete Corasio, numerari. Ex quibus patet, & jure Romano hominibus proprie, brutis per similitudinem duntaxat, & ob quandam in ipsis umbram seu vestigium, rationis juris nomen tribui; commune vero utrisque non nisi admodum inadæquate adscribi posse. Sed & potest dici Ulpianus, quem in compilandis institutionibus secutus maxime Tribonianus fuit, cum definit *jus naturale; quod natura omnia animalis docuit*, definitivisse id jus, quod nos jus naturæ corporis dicimus; id enim exempla, quæ profert, demonstrant: quippe maris & foeminæ conjunctio, liberorum procreatio, educatio, ad bonum corporis & speciei conservationem pertinent, non ad honestum, vel turpe, seu ad animæ perfectionem: per jus gentium autem intelligere, quod nos jus naturæ mentis esse dicimus, cum doceat id soli humano generi proprium esse, non brutis commune l. 1. §. 4. D. de justit. & jur. in recensione vero thematum juris gentium ex Pomponio & Florentino, sine distinctione computasse Tribonianum, quæ nos discreta vel juri naturæ corporis, vel mentis, vel juri gentium adscribimus, uti sunt *erga Deum religio, erga parentes obsequium, injuriarum repulsio*; l. 2. l. 3. D. de justit. & jur. quorum duo priora juris naturæ mentis; postremum juris naturæ corporis.

1 Libr. 1. c. 4.  
de jur. natur.  
& gent.  
juxta discipl.  
Ebraeor.

2 Libr. 9.  
Histor. animal.  
3 Libr. 2. de  
finib.  
4 Gothefr.  
in d. l. 1. §. 3.  
D. de justit.  
& jur.

poris nos esse dicimus, cum quoque brui indidit natura, se contra illatam injuriam defendere, vimque imminentem pro viribus repellere: nisi jurisconsultus intelligatur duntaxat loqui de injuriæ propulsione sub moderamine inculpatae tutelæ, quæ duntaxat homini propria est, quatenus juxta dictamen rectæ rationis agit. Cætera quæ refert Hermogenianus *in l. 5. D. de just. & jur. juri gentium*, quod communis hominum indigentia inexistit, recte adscribuntur: bellum justum fecit illud juris naturæ præceptum, vim & injuriam repellendam esse: servitutem introduxit humana circa hominem commiseratio; quia crudele minus est, captos bello homines habere servos, quam occidere: manumissionem suavitatis clementia & liberalitas, provocata vel liberali servitute, vel ex pietate orta, ne in eos uti in pecora semper dominemur, quæ nobis cum ejusdem naturæ sunt.

- 9 Hisce ita prælibatis, videamus jam, inter quos, & quod matrimonium naturæ consistere jure possit. Scilicet, disputandum nobis est, an scæminarum polygamia, qua una mulier pluribus maribus jungitur; an virorum, qua unus mas pluribus jungitur scæminis, jure naturæ probari possit: vel an duntaxat inter duos, marem & scæminam, natura coalescere voluit matrimonium. Sed antequam nos accingamus huic labori, notanda primum de promiscua omnium mulierum communione divini Platonis minime divina sententia est; si modo ea Platonis sit, quæ in libris de Republica habetur: <sup>1</sup> *Libr. 5. & in Timæo.* nam alia ei mens est in libris de legibus. Quapropter ne contrarius sibi dicatur, vel mutasse postea priorem sententiam magnus hic philosophus, non adeo me adversum habebit, qui dixerit in prioribus libris Rempublicam à Platone ex mente Socratis imaginariam descriptam esse; in posterioribus vero qualem esse optimam judicaret. Quicquid sit, hanc seu Platonis, seu Socratis, seu alterius, & Socrati tributam de promiscua venere sententiam, futilem, ob scænam, naturæ adversam, & philosopho sectanti quod honestum est in dignam, satis duco hisce Lactantii verbis perstringere. Quo ergo illum communitas ista perduxit? matrimonia quoque, inquit, communia esse debebunt; tum enim civitas concors erit, & mutui amoris constricta vinculis, si omnes omnium fuerint & mariti, & patres, & uxores, & liberi: quæ ista confusio generis humani est? quomodo servari potest claritas, ubi nihil certum est, quod ametur? quis autem vir mulierem, aut mulier virum diligit, nisi habitaverint semper una? quæ virtus in illa promiscua voluptate locum non habet. Item si omnes omnium liberi sint, quis amare liberos tanquam suos poterit, cum suos esse aut ignoret, aut dubitet? ex quo fit, ut non tantum alienum pro patre habeat, sed etiam patrem pro alieno. Quid quod uxor potest esse, communis filius non potest? quem concipi non nisi ex uno concessum est. perit ergo illi una communitas reclamante natura; superest, ut tantummodo concordia causa uxores velit esse communes: at nulla vehementior discordiarum causa, quam unus scæmina à multis maribus appetitio. in quo Plato si ratione non potuit, exemplis certe potuit admoneri, & multorum animalium, quæ ob hoc acerrime pugnant, & hominum, qui semper ob eam rem gravissima inter se bella gessere. <sup>2</sup> *Libr. 3. de fals. sapient.*
- Haec tenus ille, quibus plura non addam, cum ante me Ludovicus Vives hanc

<sup>1</sup> *Tract. de  
conjug. ori-  
gin. & uti-  
lit.*

<sup>2</sup> *Libr. 8. c.*

<sup>1.</sup> *comment.  
jur. civil.*

omnium mulierum communionem conquisitis argumentis destruxerit,<sup>1</sup> eamque consistere non potuisse docte demonstraverit Connanus,<sup>2</sup> ad quos lectorem remitto. Notandum tamen quasi in transitu est, brutorum animalium quædam vagam venerem sectari, quædam matrimonium imitari. Promiscua libidine utuntur illa, quorum fœminæ alendis pullis sufficiunt, nec ad hanc rem marium vicaria ope indigent: non vero illa, quorum fœminæ solæ huic operi sufficere non possunt. Hæc autem communis bipedum indigentia est, non quadrupedum, ideoque videmus omnium fere avium mares uni fœminæ adhærere, & fœminas uni mari, atque inter eas esse matrimonii simulacrum, quia ad excludendos & exclusos alendos pullos alter alterius vicaria opera indiget: quadrupedibus vero vagam venerem indulgisse naturam, quia eorum fœminæ conceptum edere, & partum foetum propriis viribus tueri possunt: at vero, si hæc indigentia inter aves maris & fœminæ conjunctionem necessariam flagitavit, quidni & propter eandem rationem, inter homines matrimonium perpetuum esse voluit natura? an non mulier vicaria viri opera indiget ad educandos, sustentandos, & erudiendos liberos? ita sane. Hoc ipsum ita quoque perpendisse Thomam postea repperi, cujus hæc sunt verba. Vnde dicit Philosophus, quod filiorum procreatio communis est omnibus animalibus, tamen ad hoc non inclinat eodem modo in omnibus animalibus, quia quædam animalia sunt, quorum filii statim nati possunt sibi sufficienter victum querere; vel ad quorum sustentationem alter sufficit: & in his non est aliqua determinatio masculi ad fœminam. In aliis autem, quorum filii indigent utriusque sustentatione, sed ad parvum tempus, invenitur aliqua determinatio quantum ad tempus illud, sicut in avibus quibusdam pater. Sed in homine, quia indiget filius cura parentum usque ad magnum tempus, est maxima determinatio masculi ad fœminam, ad quam etiam natura generis inclinatur. & paulo supra. A parentibus habemus esse, nutrimentum, & disciplinam: filius autem a parentibus educari & instrui non posset, nisi determinatos & certos parentes haberet, quod non esset, nisi esset aliqua obligatio viri ad mulierem determinatam, qua matrimonium facit.<sup>3</sup> II

<sup>3</sup> *In libr. 4.  
sentent.  
distinç. 26.  
quest. 1. art.  
1.*

Quæ cum ita sint, mirari satis non possum, qua fronte Clemens episcopus fratribus & condiscipulis, Hierosolymis habitantibus dicatur scripsisse, & ejus epistolam inter jura canonica reposuit Gratianus: communis vita omnibus, fratres, necessaria est, & maxime iis, qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitam Apostolorum, eorumque discipulorum imitari volunt: communis enim usus omnium, qua sunt in hoc mundo omnibus esse hominibus debuit: sed per iniquitatem, alius hoc dixit esse suum, alius istud, & sic inter mortales facta est divisio. Denique quidam Græcorum sapientissimus hæc ita sciens esse, ait, communia debere esse amicorum omnia; in omnibus autem sunt sine dubio & conjuges. Et sicut inquit non potest dividi aer, neque splendor solis, ita nec reliqua, qua communiter omnibus data sunt ad habendum, dividi non debere, sed habenda esse communia. Vnde & Dominus per prophetam loquitur: Ecce quam bonum & quam jucundum &c. C. 2. caus. 12. q. 1. Vult Costanus mentem Clementis eam esse, ut cuique liceat mulieribus secundum jus uti, eumque intuitu honesti ac legitimi usus, uxores communes dixisse; <sup>4</sup> cui congruit gloss. expli-

<sup>4</sup> *Tit. quid  
sit matri-  
mon. n. 8.  
tract. de  
pensal. &  
matrim.*

explicans hanc communionem, non quod ad usum carnis, sed obsequii, & quod ad dilectionem. *in d. C. 2.* Quæ interpretationes an convenient textui, cum se referat Clemens ad Socratem omnium mulierum promiscuam venerem requirentem, velitque prorsus sublatum hoc meum, hoc tuum, atque utatur illa similitudine, qua ær & splendor solis communes dicuntur, lectori meo judicandum relinquo. Sed tamen abest à me, ut tantæ impietatis arguam & Christianum hominem, & episcopum, quasi Socraticam mulierum communionem probaverit: malo potius credere hanc epistolam, vel totam confictam & confarcinatam esse, vel hæc verba, *in omnibus autem sunt sine dubio & conjuges*, à malevolo aliquo adjecta. Fidem facit, quod deesse illa verba dicantur in epistola Clementis, quæ extat manu exarata in Bibliotheca Vaticana.<sup>1</sup> Clementem vero puto duntaxat talem omnium rerum communionem probasse, qualis inter Christianos primis ecclesiæ & Apostolorum temporibus erat, & quam suo sæculo quoque usitatam fuisse, his verbis Tertullianus testatur: *omnia indiscreta sunt apud nos, præter uxores. In illo loco consortium solvimus, in quo solo ceteri homines consortium exercent: qui non amicorum solummodo matrimonia usurpant, sed & sua amicis patientissime subministrant, ex illa credo majorum & sapientissimorum disciplina, Græci Socratis & Romani Catonis, qui uxores suas amicis communica-*

*Vid. Basil.*

*Pont. lib. 10.*

*cap. 12. n. 3.*

*de sacram.*

*matrim. &*

*quem citat*

*Ferdin. de*

*Mendoza ad*

*canon. 2. il.*

*liberis. concil.*

*vide & not.*

*in d. C. 2.*

*caus. 12. q. 1.*

*Apologes.*

12. Cæterum, falsum est quod alicubi Cicero scribit, in principio generis humani, bestiarum more vagatos fuisse homines, & cum nondum ex agresti vita ad humanitatem exculsi, mitigatique essent, vagam & incertam venerem, & quæ cujusque libidini fuisset oblata, fuisse secutos, nec justas nuptias nec legitimos liberos agnovisse: ut & quod Justinianus scribit, ante leges scriptas nullam inter legitimos & naturales filios differentiam fuisse. *Novell. 74. cap. 1. Novell. 89. cap. 9.* Nam ex Mosopalam est, à primordio mundi inter duos tantum constitisse matrimonium: Lamech primum unam costam divisisse in duas, & Israëlitas postea, ad exemplum Jacobi, plures duxisse uxores, at nunquam communes habuisse. Melius Justiniano Leo Papa scribit: *Nuptiarum fœdera inter ingenuos sunt legitima, & inter coæquales, multo prius hoc ipsum domino constituyente, quam initium Romani juris existeret. Itaque aliud est uxor, aliud concubina. C. 12. caus. 32. q. 2.* Imo cum apud primævos homines, omnes uxores non eodem loco haberentur, essentque aliæ aliis minus honoratæ; atque liberi ex uxore concubina non semper succederent cum liberis ex honorata uxore natis, uti ex *capit. 21. vers. 10. & cap. 25. vers. 5. 6. Genes.* patet, an existimabimus nullam differentiam fuisse inter liberos ex concubina, ex vaga venere & ex justis nuptiis procreatos? Imo contrarium ex eo palam est, quod filii Thamaræ ex Jehuda nati nusquam inter legitimos liberos reponantur; attamen tum temporis necdum scriptis legibus utebantur homines, uti Seldenus probat.<sup>3</sup> Verum Cicero, cum Romanus & ethnicus esset, in libris Mosis ver-

*Libr. 1. c.*

*9. de jur. na-*

*tur. & Gent.*

*juxta discipl.*

*Ebraic.*

prava-



- 1 Cap. 33.  
 2 Libr. 5. de  
 Bell. gall.  
 3 Libr. 4.  
 4 Libr. 16.  
 5 Libr. 8.  
 cap. 5. vid.  
 Tholofan.  
 syntagn. jur.  
 libr. 9. cap. 2.  
 6 Libr. 12.  
 7 Libr. 2. c. 6.  
 vid. Selden.  
 libr. 5. cap.  
 6. in fin. de  
 jur. natur.  
 8 Gent. juxt.  
 discipl.  
 Ebraeor.  
 9 Libr. 2.  
 9 Cap. 26. in  
 descript.  
 Europ.

pravatæ naturæ ambulare, multiplicato jam post diluvium genere humano, eorum aliquos vaga & promiscua venere usos fuisse, ex historiis palam est. Communes habuisse uxores Æthiops Solinus, 1 Britannos Cæsar, 2 Agathyrfos & Hylophagos Herodotus, 3 Troglodytas Strabo, 4 Garamantas Plinius testantur. 5 Sic Cecrops Atheniensium primus incertas antea in regione Attica nuptias correxisse dicitur, & unum uni junxisse: unde *δαφνίς* seu *διφνίς* Athenæo, 6 biformis Justino appellatur. 7 Massagetæ, quamvis singuli singulas ducerent uxores, alienis tamen nec occulte, nec invitis maritis abutebantur. In Britannia, ut Laconicus refert, moris fuit, ut quis domum mariti ingressus ante omnia cum ejus uxore concumberet, & peregrinantes amicos mutuis uxoribus uti solitos dicit. 8 ut quodammodo apud hos populos communio uxorum fuisse videatur. Facetum est, quod de Lituaniis, in descriptione Europæ Enzas Sylvius narrat, nempe, eos permisisse uxoribus robustum aliquem ac formosum juvenem domi alere, qui, adjutor quasi matrimonii, absente vel ægrotante marito, agrum mulieris incultum non sineret, ne alias præter suam culpam, voluptate conjugali carens succi plena & valens foemina alterius adulterinos suspiraret amplexus. 9 Poëtarum vero signum est, mundi in exordio aureum sæculum viguisse, & ignota rerum distinctione, foeminas quoque maribus communes fuisse, & sine dedecore, jam cum his, jam cum aliis congregi licuisse, juxta primam hanc, ut fabulantur, à natura traditam legem; si libet, licet. unde Lucretius,

*Et venus in sylvis jungebat corpora amantum,  
 Conciliabat enim vel mutua quamque libido,  
 Vel violenta viri vis, vel impensa libido,  
 Vel pretium, glandes, atque arbuta, vel pira lecta.*

Hanc vero voluptatem ac licentiam postea decrepitorum senum invidiam fustulisse, inventis castitatis & honoris vocabulis, vanorum nominum sono imponentes mundo, ut juvenibus invideant voluptatem, sibi que elegantissimas mulieres proprias retineant, quibus tamen propter provectiorem ætatem frui amplius ipsi vix possunt. Simile quid apud Mantuanum sonat Ithomiti amoris æstro percitus Amyntas:

*Facto homini Deus invidit. concessa voluptas  
 Visa bonum nimis excellens, & vota repressit  
 Legibus inventis, ut qui ligat ora capistro  
 Ne quocunque libet, flectat vestigia sessor.  
 Qua me asit, me cogit amor sententia, fari,  
 Liberaque ora facit. Qui non communicat usum  
 Conjugis, invidus est, livorem excusat honestas  
 Introducitur usu longi livoris iniquo.  
 Nam dum quisque sibi retinet sua gaudia, nec vult  
 Publica; communis mos ac longævus, honestas  
 Factus, & hunc morem fecit dementia legem.*

*Invida*

*Invidia res amor est, res invidiosa voluptas.* \*

*Exleg. 2.*

14 Sed jam à promiscua venere ad polygamiam transgrediamur; non illam quidem, qua prioribus demortuis succedaneos amplectitur conjuges viduus viduae, sed quæ inter unum unius & plures alterius sexus, uno eodemque vitæ consistit tempore. Hanc pro sexus differentia duplicem esse diximus: alteram nempe, qua pluribus mulieribus vir; alteram, qua pluribus viris mulier jungitur: utramque examinare jam animus est, & quidem primam primo. In qua primum hoc absurdum est, quod certa cuique marito non possit esse proles, cum pluribus eodem tempore commiscetur mulier: at vero incerta proles, amorem cispellit, & ut nulla habeatur educandorum liberorum cura, facit. Deinde, ex multiplici cum variis coitu, nimia uteri agitatio, in causa solet esse, ne concipere, vel conceptum fovere possit mulier: hæc ratio est, cur diobolares meretrices, & publica scorta, raro matres ex vaga libidine fiant, uni vero postea junctæ marito, sæpe statim utero gerant; quamvis sciam & earum malitiam quandoque, sumpto pharmaco, intermissa, paulo incipiente foetu, menstrua propellere, tum ne onere alendi infantis graventur; tum, ut apud Aristænetum Euphronium scribit, *ne puerperium illis minuat apud amantes gloriam, amisso in laboribus partitionis acerbo flore ætatis.* \* at vero du-

*Lib. 1.  
epist. 19.*

cedendæ uxores sunt, ut negatam individuus specierum immortalitatem, natis liberis consequamur. Tandem, si ex uno jam conceperit mulier, cum intra novem menses non concipiat amplius, an non admodum foedum & rationi adversum est, toto illo tempore à pluribus maritis agrum jam consitum frustra arari? Verum hæ rationes nos quidem ad absurdum ducunt, sed non posse consistere hujusmodi conjunctionem non necessario revincunt: videamus ergo an non id alio argumento evincere queamus. Concedendum nobis est, naturam ipsam præminentiam quandam virili sexui tanquam sagaciori & digniori concessisse, foemineo vero sexui ut imbecilliori reliquisse obsequii necessitatem: hinc matrimonium, licet potestatis quædam consociatio sui natura sit, primas tamen deferit viro ut fortiori, cum contendunt imperia: at autem, quæ pluribus jungitur mulier, cui cedere, cui parere debet, si contraria imperant? nonne hinc jurgia, rixæ, & ex iis inevitabilis matrimonii dissolutio? imo nonne ex eo patet jure naturæ ratiocinantis non consistere posse plurium marium cum una foemina matrimonium, cum hæc diversa plurium virorum imperia, quibus parere simul mulier nequit, illud destruant? Nec quicquam facit, si quis dicat, uti cives possunt augere numerum imperantium, ita non repugnare conditioni matrimonii, unam foeminam subjici plurium virorum voluntati. Dispar quippe conditio conjugii & Reipublicæ est: non astringuntur cives legibus multorum Optimatum, nisi quæ omnium vel maximæ partis consensu feruntur, nec reguntur ab Optimatibus nisi per leges: foemina vero pluribus junctæ viris, voluntati singulorum honesta jubentium parere tenetur, nec accipit leges nisi ex arbitrio viri, easque horarias, & momento durantes. Hic subsisto: nolo enim mihi crucem figere in re, quæ se

A a a

ipsam

<sup>1</sup> *Gell. libr. 1. cap. 23. not.* ipsam destruit, & quam ulli moratori genti unquam usitatam fuisse historia non testantur. Validas quidem sese sustinendis duobus maritis iactarunt matronæ Romanæ, cum deceptæ à Papyrii Prætextati decepta matre, ea de re agi in senatu, fluentes lacrymis obsecrarent Patres, una potius ut duobus nupta esset, quam ut unus vir duas haberet uxores, sed eas risu senatus excepit. <sup>2</sup> Narrat tamen Ptolemæus, quosdam populos fuisse, qui plures uni uxori maritos permittebant. <sup>3</sup> Sed hos aliosque circa mulierum pudicitiam Ethnicorum errores, execratione potius, quam, conquisitis undique argumentis, subtiliori refutatione dignos judicamus. <sup>4</sup>

<sup>5</sup> Virorum polygamiâ jure naturali seu Noachidarum licitam fuisse, Ebræo-<sup>15</sup> rum Magistri docent, traduntque, ante diluvium, morem frequentem fuisse, ut binæ uxores in consortio unius viri essent: alteram, hausto sterilitatis poculo, concubitus tantum & voluptatis gratia assumptam, opipare & caute, quasi nova semper esset sponsa aut amica, cottidie exceptam; alteram vero prolis suscipiendæ gratia ductam, severius ac durius habitam fuisse. <sup>6</sup> Quicquid de hisce Ebræorum monumentis sit, nescio, hoc mihi constat, plurimos populos olim polygamos fuisse, hodieque totius Asiæ fere esse. <sup>7</sup> Tacitus ait, *Solos prope barbararum singulis uxoribus contentos Germanos esse, exceptis admodum paucis, qui, non libidine, sed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur.* <sup>8</sup> ex quo collige non improbatam fuisse huic quoque genti polygamiâ, sed minus usitatam, forte quia proletaria nimis esset. Quæ res quæstionem doctioribus movit, an etiam virorum polygamiâ juri naturæ adversa esset, tot tantisque gentibus hoc nostro, & prioribus sæculis probata, ac usurpata? Sunt, fueruntque ex Christianis etiam, multi, qui hoc negant: imo quine quidem nova Christi lege polygamiâ illicitam volunt: horum agmen ducit Bernardinus Ochinus impurus apostata; cujus & reliquorum omnium, qui hanc tuentur sententiam, argumenta refellere, nec animus nec mens est, ne ignobili labore agamus, quod jam summo & singulari studio à Beza, <sup>9</sup> Monneto <sup>10</sup> aliisque pluribus facunde juxta & solide peractum est. <sup>11</sup> Mihi tamen lubet affirmantem sententiam paucis astruere, & solidis, ut potero, argumentis demonstrare, non tantum juri divino veteri, & novæ Christi legi, sed & juri naturæ adversam esse unius viri cum pluribus mulieribus conjunctionem. Inseparabilis matrimonii conditio est, ut in eo corpora, animique tradantur; at neque animus dividi, neque corpus per partes tradi potest, cum quid totum sit: verum qui pluribus se jungit uxoribus, corpus partiri, & animum dividere tentat: quod utrūque natura impossibile in matrimonio est. Deinde, par debet esse fides, qua conjux conjugii in conjugio astringitur, nec conjugalis societatis vinculum jure naturæ arctius necesse est mulierem quam virum: sed quantum juris in suum corpus concedit viro mulier, tantum quoque recipit ea in corpus viri: ut jure naturæ, matrimonium corporum & animorum quædam participatio sit: at autem naturalis ratio non permittit, ut id quod meum est, sine mea voluntate ad alium deferatur: itaque, uti fœminæ non licet alterius quam mariti semen reci-

recipere ac socrere, ita quoque ex æquali conjugalis societatis ratione, non alii quam junctæ sibi mulieri corporis sui frugem concedere, marito licet. Quid autem? si polygamo marito consentiat uxor? Hoc ipso destruitur essentia matrimonii, quæ in individua conjunctione consistit, & dissolvitur quodam perfectionem conjugium, sicuti totum distrahitur ex voluntario utriusque divortio. Non enim in potestate ipsius conjugis est, illam animorum individuum conjunctionem quoque modo remittere, nisi simul principalis pars matrimonii pereat. Ita quoque à natura facti sumus, ut ad fugandam libidinem, & suscipiendam sobolem, vir & uxor simul tantum concurrere possint, non vir & mulieres: ut ex eo quoque colligi possit, jus naturæ inter duos tantum constrinxisse matrimonium. De jure naturæ mentis loquimur, non corporis, quod cum brutis commune habemus; eo enim polygamia licita esset, cum non impediat generationem, neque voluptatem corpori auferat. Itaque non placet mihi hoc quorundam argumentum, quo polygamiam virorum jure naturæ licitam, foeminarum vero illicitam esse, evincere conantur. Mulieri, quæ se per prius matrimonium, marito subjecit, facultas moralis se obligandi alteri viro deest; hinc si denovo contrahit non dimissa à priori, effectus omnis vitiosus est, quia singuli actus habent contrectationem rei alienæ. Quid ergo, si sicuti Marcia nupsit Hortensio, hortante marito Catone, quædam ex consensu viri polygama fieret, an eo minus naturæ adversa foret plurium consentientium virorum & unius foeminæ conjunctio? at singuli actus non haberent contrectationem rei alienæ invito domino. Deinde, quare moralis facultas se alteri obligandi, jure naturæ, nuptæ mulieri deest, & non æque marito? nonne jure naturæ, æqualis societas matrimonium est? Sed, dicces, lex naturæ strictiori vinculo astringit uxorem viro, quam virum uxori, imo & dominio quasi mariti uxorem submittit, ut propterea virorum polygamia non magis adversetur juri naturæ, quam ut dominus plures habeat servos, & Rex plurimos subditos, quod totum in mulieribus contrarium est, ex Magistris sententiarum judicio. <sup>1</sup> Sed, ut huic respondeam, verum est, marito uti robustiori & prudentiori prærogativam quandam concessisse naturam, foeminamque esse voluisse quasi sub custodia & oculis maris, eique subiectam cum contendunt voluntates, ut perpetua discordia & inevitabilis alias discessus evitaretur: at ejus imperii effectus terminari debet in rebus familiarum administrandis & regimine domus; neque referri vel ad fidem conjugii, qua ad amorem mutuum constringuntur, vel ad potestatem conjugalem, qua pariter jure, & ipsius matrimonii, & consecrationis conjugalis in alterius corpus gaudent conjuges. Hæc omnia æque ætate, æque potentia, æque individua in maritis quæ uxoris ut sint, requirit simplex matrimonii essentia: & circa ea, ut quidem circa administrationem & regimen domus, noxia conjugio contentio esse non potest: nam maxima laude digna mulier est, quæ maritum inviolato castitatis servando thoro, & affectione conjugali præcellit; nec minori efficiendis bonorum maritus, qui huic affectibus se vincti ab uxore non patitur. c. 4. c. 5.

<sup>1</sup> Libr. 4.  
sentent. di-  
stinct. 33.

*caus. 32. q. 6.* Neque frivolum est, quod alii dicunt, foeminam familiae maritalis partem esse. Conjugii pars integra uxor est, & juncta viro totum perficit negotium; rerum familiae & liberorum socia, subiecta viro ut nobiliori, cum contendunt imperia, ut societas conservetur, non ut domino. Hic subsisto: ceteras, quae contra polygamiam afferuntur rationes, ex incommoda liberorum educatione, difficultatibus, & incommodis, quibus polygami urgentur, ut nugatorias, & satis à Granſwinckelio viro in omni scientiarum genere incomparabili refutatas, <sup>1</sup> silentio prætereo. Non enim quicquid difficultatibus premitur, statim contra jus naturæ est; sed id quod rectæ rationis dictamen non admittit. Aliud quorundam argumentum, quod ex vitio intemperantiæ sumitur, infirmius quam ut refelli mereatur, æstimo. Quid enim, secundæ nuptiæ suntne juri naturæ contrariæ? at dixit Tertullianus, neminem nisi ex intemperantiæ vitio secundum ambire matrimonium, idque speciosum adulterium vocavit Athenagoras. Quid si quis, uti Patriarchæ, pluribus uxoribus commisceretur, *non concupiscentia recipienda voluptatis, sed providentia propagande successionis*, ut Augustinus. *C. 7. caus. 32. q. 4. non ardore vagæ succensu libidinis, sed studio querendæ posteritatis, & propagandæ sobolis*, ut Ambrosius loquitur. *C. 3. causa. 32. q. 4.* idèone juri naturæ adversa non esset polygamia? Multi certe ex Patribus, gravis & lactante cum uxore cubare improbant, imitanda pecora præcipientes, ne postquam uxoris venter intumuit, infans officiat. *C. 5. caus. 32. q. 4. Distinct. 5. cap. 4. & ne matrix*, ut Priscianus loquitur, *ipsius agitationis usum non sustinens, abortiat*; <sup>2</sup> cujus opinionis si quis esset, posset absque luxuriæ nota pluribus se jungere mulieribus.

<sup>1</sup> Videntur le-  
gionem Cypræ.  
lib. 1. c. 13.  
§. 97. de jure  
conub.

Hactenus de naturæ jure, quod (ut ad divinum progrediamur) negligere non potuit auctor ipsius naturæ Deus; qui cæteris animantibus cum sui seminis specie conjugatis, solitudinem Adamo tristem judicans, faciamus ei adiutorium, dixit, creavitque feminam, quæ esset simile illi adiutorium, non feminas. *Genes. 1. vers. 26. 27. cap. 2. vers. 18. 22. & cap. 5. vers. 2.* scilicet, inter duos duntaxat constrictum voluit matrimonium. Nec mysterio cæreo quod ex costa Adæ creata Eva, tætero corpori nupsit; voluit enim hoc ipso indicare Dominus, unum corpus unumque animum in matrimonio virum & uxorem fore: quod intelligens Adam, ut vidit foeminam, dixit, *adeo ex ossibus meis, & caro ex carne mea, & vocabitur vir* (quod significanter belgicò idioma- te exprimitur, *Manninne*, id est, viri pars) *quia ex viri desumpta est. Genes. 2. v. 23.* Non enim tantum denominandam voluit mulierem à viro, sed insuper hac denominatione significare, eam à viro desumptam, viri partem esse. Cujus confessioni, seu per Moysen, *Matth. 19. v. 4. 5.* seu per Adamum, *Genes. 2. v. 24.* respondens Deus, *idcirco inquit, relictum est vir patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ.* primam omnium, eamque æternam matrimonii legem, naturæ concinnam præscribens omni Adæ posteritati. Nam emphasim habet, quod dicitur, *adhærebit uxori*, non uxoribus. Inceptum, qui vim horum verborum elidere gestientes, duobus tantum existentibus hominibus hæc dicta fuisse

fuisse prætendunt. Non enim adeo Adamum respicit hoc præceptum, quam secuturum genus humanum, & omnia exstitura matrimonia: ideo futuro utitur Deus tempore, *relinquet, adhærebit*, non præfenti, *relinquit, adhæret*, atque patrem ac matrem relinquere jubet, cum primo omnium parenti nullus erat pater materque. Hoc totum bene intellexit propheta Malachias, cum ex unius hominis creatione polygamos Judæos perstringit, *Nonne unum effecit? & tamen Deo, non deerat spiritus abundantia; cur autem unum? quæsitum semen Dei.* *Malac. cap. 2. vers. 15.* Ex quo patet, & futura matrimonia inter duos coarctasse Deum, & ad multiplicandum genus humanum, monogamiam sufficere judicasse. Addidit præterea divina providentia, *& erunt in carnem unam.* *Genes. 2. v. 24.* vel, uti Dei filius loquitur, *& qui duo fuerunt, erunt una caro.* *Matth. 19. v. 5. Marc. 10. v. 8.* Quæ coadunatio certe & coalitio, cum fieri nequeat, quin toto animo & corpore sibi mutuo adhæseant conjuges, & alter quasi in alterius potestatem sese transferat, voluntatemque transformet relicto patre, matreque, & omni præ uxore, quod charum est: dilucide ostendit, Deum conjugii auctorem duorum tantum voluisse matrimonium. Etenim polygamus non relinquit omnia propter uxorem, sed uxores; non adhæret uxori, sed uxoribus; & ejus amor inter plures divisus frangitur & flaccescit, atque propter æmulationem inæqualis, has imò omnes aliquando viles ducit. uti de Numidis polygamis testatur Salustius. Non coalescit in unum hominem, nec coheret toto corpore uxori suæ, qui pluribus sese commiscens, medio femine, ut Thracius Orpheus, in partes discerpitur. Denique, non possunt coalescere in unam carnem due feminae uni marito junctæ: at in matrimonio vir & uxor, una caro sunt, qui autem jam potest quis simul esse una caro duarum foeminarum? Hanc divinam matrimonii institutionem, optima divini præcepti interpretres antediluviana ætas diu ipso facto probavit, quamvis etiam humana ratio ad multiplicandum genus humanum polygamiæ probare videretur. Lamech homicidæ Caini progenies, elati & crudelis animi homo, primus sanctam Dei legem fregit, & unam costam in duas dividens polygamus factus est *Genes. cap. 4. vers. 18. 19. 23. & 24. C. 10. caus. 31. q. 1.* ut recte Tertullianus dixerit, *Numerus conjugii a maledicto homine incepit.* Sed in Caino vera Dei progenies desit, propagata per Sethum, Enochum, Kenanem, Mahalalelem, Ieredum, Chanocum, Mathusalem, Lemecum, & Noachum antediluvianæ ecclesiæ Patriarchas monogamos. In diluvio ipso ex brutis vagæ alias libidine utentibus, sui sexus speciei junctum marem Noachum, filiosque ejus, monogamos servavit Deus. *Genes. 6. v. 19. 10. & cap. 7. vers. 13. 15. 16.* quo ipso satis innuit, unice gratam sibi unius foeminae & viri conjunctionem esse, eamque sufficere multiplicando generi humano, & ad libidinis fugam. Qui hoc non capiunt, vel capere nolunt, Dei accusatores sunt, quasi non satis prospexisset hominum propagationi, vel eorum libidini. Propagata ex Schemi progenie Dei ecclesia, usque ad Jacobi tempora polygamum nullum vidit. Monogamus certe Abraham non repudiavit sterilem

<sup>1</sup> De bell.  
Jugurt.

Saram, quamquam feminis propagationem ei promiserat Deus *Genes. 15. v. 18.* nec effœtæ & senio confectæ aliam induxit, sed pœllectus ab uxore, ut cum Hagare coiret, haberetque illa partum ancillæ tanquam suum. *Genes. 16. v. 1. 2. 3.* dedit hoc amor Saræ, auscultavitque ei. Concepit Hagar, peperitque filium; nec amplius cum hero congressa legitur. Imo cum partu elata despexisset dominam, non ut uxor Abrahami habita, sed ut serva domo ejecta cum filio fuit *Genes. 16. vers. 5. 6. & seqq. & cap. 21. v. 14.* quod tertè nunquam tolerasset Abraham, multo minus mandasset Dominus, si plane legitima uxor, lecti & fortunæ sociâ, eodem jure æque ac Sara fuisset Hagar. Abrahami cum ancilla congressus, pessime excusatur, cum dicitur, *ante legem interdictum non videri adulterium, atque Deum in paradiso laudasse conjugium, non damnassee adulterium.* ut est *In C. 3. caus. 32. q. 4.* Nam falsum id esse, Abimelech ostendit, quem veruit Deus sub pœna mortis attingere Abrahami uxorem, quam sororem ejus & vacantem scœminam putabat. *Genes. cap. 20. v. 2. 3. & seqq.* Excipies forsan ante, ut & post legem, fuisse adulterium, si quis alterius uxorem ductasset, non vero si quis maritus, cum vacante muliere rem habuisset. Verum, etiamsi id tibi concederemus, ex eo tamen, non peccasse mœchum, non probabis unquam. Mortua Sara, dilectissima conjuge, Keturæ se conjunxit Abraham *Genes. 25. v. 1.* quam tamen non per omnia, ut uxorem, sed concubinam uxorem habuit *d. Cap. v. 6.* omnibus Saræ filio relictis bonis, cum donis duntaxat cæteros, quos ex Ketura Hagareque susceperat, dimittens *d. C. 25.* Isaac, patris inhærens vestigiis, unius Rebeccæ maritus, senex & dierum satur obiit, *Genes. 24. v. 67. junct. cap. 35. v. 28. & 29.* Jacob unius virginis duntaxat proci *Genes. 29. v. 17. 18. 19.* supposita in thoro conjugali pro sorore Lia, invitatus à Labane, adamatam Liæ assumsit Rachælem, vel potius ex Labanis imperio Liam retinuit, cum integram reddere non posset *d. Cap. 29. v. 23. & seqq.* casu ac dolo avunculi magis bigamus factus quam consilio: non aspernatus tamen plurium uxorum societatem, quam publicus istius regionis mos, & Laban avunculus exemplo suo probaret. Multi dicunt, inter quos Innocentius tertius est, *C. 8. x. de divort.* Deum per internam inspirationem ex-misse polygamiam Jacobi communi matrimonii legi: & sunt, qui eam specia- 17  
liter direxisse Dominum volunt, quia Messias ex Lia nasciturus erat. At vero, habentne hi auctores hujus rei divinam revelationem? mihi equidem hujus divinæ inspirationis, vel dispensationis nullum vestigium patet in scriptura sacra; ut crediderim potius, hunc hævum in patriarchis conivisse, quam inspiratione aliqua mandasse Deum. Nec mihi contradicas, repugnare justitiæ divinæ, tolerare tam perpetuam, tam frequentem juris naturæ violationem cum, quæ sine execrabili vitio fieri nequeunt sæpius iteratam Dei potius armassent, quam conniventiam extorsissent. Verum est, quæ juri naturæ intelligentis contraria sunt, nunquam Deum tolerare potuisse, vel tolerasse; at juri naturæ ratiocinantis adversam tantum dicimus polygamiam; ex dictamine cœtæ rationis, & definitione matrimonii à Deo tanquam legè præscripta. Nam quam-

1. Caver lib.  
5. cap. 7. de  
sponsal. &  
matrim. Jul.  
Clar. 8. for-  
matio n. 30.  
Canis. in libr.  
4. decretal.  
Tit. 1. n. 17.

quamvis in polygamia non perspiciatur matrimonii perfectio; non tamen adeo contraria monogamiae est, ut per se, non adhibita ratiocinatione, execrabile vitium continere, intelligi possit. Plura vero, quae jus naturae ratiocinantis improbat, toleravit Deus in Populo Israëlítico; ut in divortiorum licentia videmus, cum tamen sua natura matrimonium insolubile sit. Toleravit itaque polygamiam Deus, non probavit; verius Judaeis monogamiam injunxit, ut sibi unice gratam, & matrimonii institutioni in paradiso congruam, uti ex Mose, *Levit. 18. 18.* & Malachia *c. 2.* sane intellectis, patet; & eo, quod nullam specialem poenam polygamiae, uti quidem cæteris illegitimis conjunctionibus indixit Deus, ejus conniventia elicitur, non probatio. Remissum quoque polygamis Patriarchis peccatum forsan à divina indulgentia fuisse, pie credi potest; cum vix alias credibile sit, sanctissimos homines, prophetis donis illustres, quin & colloquio Deo familiares, polygamiam continuare voluisse usque ad vitæ extremum halitum, si ea perpetuis illos inquinasset peccatis: at hinc non recte infertur, ipsam polygamiam probasse Deum. Cæterum, ut revertamur unde digressi fuimus, illud Jacobi exemplum, firmatū circumjacentium gentium consuetudine, ejus posteros in polygamiae perniciem traxit, ratos id sibi licere, quod patre eorum Israël non aspernatus fuerat: qui eadem ratione plures duxissent sorores, nisi id Deus satis aperta vetuisset lege. Imo si verba Mosis à Judaeis recte intellecta fuissent, sicuti à Rabbi Ami intellecta fuere, qui propterea à cæteris hæreticus dictus fuit, polygamiam expressa lege à Deo vetitam agnovissent. Vetat enim Propheta mulierem unam ad alteram assumere, & reterege nuditatem alterius, vivente priore ducta. Quem locum male interpretati sunt Hebræi, de duabus sororibus non ducendis: nam id jam per analogiam prohibitum erat, versu decimo sexto. & ratio, *ne angustia afficiatur prima, per aliud matrimonium*, tam habet locum, duabus extraneis, quam sororibus ductis. Channa & Peninna Elkanæ uxores, non erant sorores, & tamen provocabatur Channa ab æmula, ut fieret ac non comederet. *libr. 1. Samuel. cap. 1. v. 2. & 7.* Sic quoque perfide agere cum uxore adolescentiæ suæ clamat Malachias, non, qui sororem, sed qui aliam priori suæ perinducit uxorem; *Nam nomen unum fecit Deus; quamvis reliqui spiritus ipsius essent? Maleac. cap. 2. v. 14. 15.* quo ipso loco, Polygamiae repudium præferri docet Calvinus; quia minus tolerabilis erat conditio, pellicem & æmulam ferre, quam rejici.<sup>1</sup> Nihil negotii facebat, si quis legat, *sororem unam ad alteram ne assumito*; quæ lectio Israëlitis videtur imposuisse. Nam ex Ebræorum loquendi modo, omnes mulieres sorores vocantur, & viri fratres:<sup>2</sup> seu quod communem agnoscebant patrem Abrahamum, seu quod verbum illud honoris ac amoris signum erat. Deinde, prohibetur unius mulieris ad alteram assumptio, dum vivit prior. *Cap. 18. v. 18.* at defunctæ sororem, jam antea per analogiam, ducere vetuerat Deus *d. C. v. 16.* ergo ne id hic dicatur rursus concedi, non de duabus sororibus duntaxat, sed de duabus uxoribus simul non ducendis, Moses intelligendus est. Cæterum hæc corruptela, sacrique matrimo-

*Alias solutiones videat lector apud Car. 12. ov. libr. 2. Tit. 1. definit. 3. jurispr. consistit.*

<sup>1</sup> Selden. *libr. 5. cap. 6. de jur. natur. & gens. juxta de script. Ebræor.*  
<sup>2</sup> In 7. præcept. & Deuter. 24. v. 1. & seqq.  
<sup>3</sup> Calvin. comment. in *Levit. 11. v. 16. 18.*



matrimonii violatio usque ad Christi tempora, etiam apud pios obtinuit, quamvis post captivitatem Babylonicam, minus frequentata, minusque honorabilis videatur fuisse, Filius Dei, optimus legis interpret, docuit, monogamiam duntaxat amasse & voluisse Deum. Nec placet, quod non infimæ auctoritatis viri dicunt, Christum, ex eo quod optimum & Deo acceptissimum erat, novam conjugii legem condidisse, atque in præmium fœminæ pudicitiam servanti, monogamiam præcepisse, divortiique licentiam sustulisse, seu coarctasse. Non enim respexit Dominus, quid mereretur pudicitia & castitas fœminarum, sed quid exigeret conjugii natura: nec novam condidit, sed latam in paradiso à Deo patre matrimonii legem restituit. Tale ejus argumentum est. Ita se res in matrimonio habere debet, uti se ab initio habuit: atqui Deus, creando masculum & fœminam, id duntaxat inter duos instituit; ergo rerum in primordio præcepta fuit monogamia, & adhuc præcipitur. Addit deinde, *qui dimittit uxorem, & aliam ducit mœchatur, Matth. cap. 19. v. 4. & seqq. Marc. 10. v. 3. & seqq.* nec id quidem ex nova, sed veteri lege, qua coalescit homo per matrimonium in unam carnem: quod autem conjunxit Deus, homo separare non debet, quamvis Moses permiserit Ebræis propter duritiam cordis illorum libellum repudiî mittere. Quid ergo? nonne impingeret in veterem matrimonii legem, qui fœderatæ uxori, & non dimissæ aliam induceret? quare mœchatur, qui aliam ducit? quia priorem non jure dimisit, & per consequens, quia polygamus fit. Iniqua Theologia est; uxor fœderata, cum alio concumbens viro, adulterii crimen incurrit: at marito, pari conjugii fœdere uxori juncto, non solum licet cum alia cubare fœmina, sed etiam secundam, invita prima, asciscere sibi uxorem. Melius cælestis jurisperitus Paulus, & Christi, & primæ matrimonii, legis diviniior interpret, adscribit parem *potestatem in mariti corpus uxori, & in uxoris marito, 1 Cor. 7.* Non licet itaque viro frugem sui corporis communicare alteri: & prohibita his verbis polygamia est, quia non possunt duæ uxores unius mariti corpus in solidum possidere: *Habeat igitur unusquisque suam uxorem, & unaquæque suum maritum d. cap. v. 2.* Hic desisto, cæteras rationes œconomicas, morales, & politicas bigamiam improbantem videat lector apud Cypræum, Bezam, Havemannum, & quos citant auctores.

Respublica Romanorum unius tantum viri & fœminæ agnovit matrimonium. *l. 1. D. de rit. nupt. l. 15. §. 4. D. de manum. vindict.* Idque prætorium jus probavit *l. 1. l. 13. §. 1. D. de his qui notantur infam.* neque ab Imperatoribus contrarium constitutum fuisse constat. *l. 2. C. de incest. nupt. l. 5. C. de donat. ant. nupt.* Habuit quidem animum Julius Cæsar, per tribunum Helvium Cinnam, (Cæcinam alii scribunt) ferendi legem, uti, exhausta bellis civilibus Republica, liberorum quærendorum causa, quas & quot vellent, uxores ducere Quiritibus liceret: sed ea lex lata non fuit, sive quod puduerit Cæsarem hujus libidinis, cum etiam præfens esse ferendæ legi noluerit; sive quod morte præventus, propositum adimplere non potuerit. Primum ex Romanis

Anro-

<sup>1</sup> Sueton. in  
Vit. sal. ca-  
sar.

Anronium binas in matrimonio mulieres habuisse Plutarchus scriptum reliquit. <sup>1</sup> Deinde Valentinianus, Romanorum secundus & Imperatorum primus, <sup>2</sup> captus amore Justinæ, non tantum bigamus fuisse dicitur, sed & bina cuique volenti concessisse matrimonia: scilicet, cum cohibere amorem non posset, quo puellam, tantopere ab uxore sua Severa laudatam deperibat; nec matrimonium liberis jam subnixum solvere, & uxori, Gratiani matri repudium mittere sustineret, ut turpitudinem facti amoliretur, lege lata, factum suum, jus esse, & cuilibet concessum voluit; quo ipso, tum, Christianismi de nuptiis scita, tum mores Majorum nimium impugnavit. <sup>3</sup> Sed nec ea lex à sequentibus imperatoribus probata legitur. Imo Baronius contendit, hoc totum de Valentiniani amore, & lege pro polygamia lata, confictum esse, cum neutrius meminerint Ammianus historicus, Zozimus, Orosius, Christiani patres. <sup>4</sup> Quicquid sit de Valentiniano, hoc certe constat, Theodosium, <sup>5</sup> Arcadium, & Honorium, post Valentiniani filios Imperatores, ipsis quoque Judæis polygamia interdixisse l. 7. C. de Judæis. qui usque ad id tempus, sub Romanis etiam Principibus, pluribus usi fuerant uxoribus. <sup>6</sup> Imo in Romana Republica non tantum non licuit binas habere nuptias, sed & ex Constantini constitutione, nemini licuit, constante matrimonio, concubinam penes se habere l. unic. C. de concub. fuitque etiam Papiniani ævo contra bonos mores æstimatum, concubinæ consuetudinem tempore matrimonii repetere. l. 121. §. 1. D. de verbor. obligat. Pellicem dictam, ex Paulol. 144. D. de verbor. signif. & ex Numæ lege probrosam habitam fuisse, quæ cum jugato corpus misceret, ex Gellio constat. <sup>7</sup> Hos tum Principes, tum jurisconsultos secutus Justinianus, utrumque prohibuit, & uxoribus & concubinarum multitudinem. Novell. 18. cap. 5. Novell. 89. cap. 12. §. 6. §. 7. instit. de nupt. dicitque, ut pellicem juxta uxorem habeat maritus, nec sua jura, nec antiqua concedere. l. 3. C. commun. de manumiss. Hoc jure Romano naturæ & divinæ legi convenienti cum cæteris Christianis nos Batavi utimur, adeoque nec concubinam penes uxorem habere, nec bina cuicumque matrimonia concedimus. art. 2. Polit. Holl. confit.

<sup>21</sup> Cæterum, pœnæ in polygamos constitutæ, & legibus proditæ, hæc sunt. Primum, edictum prætoris infamia notat, qui bina sponsalia contraxerit, binasque nuptias affectaverit modo. l. 1. l. 13. §. 1. D. de his qui notant. infam.

<sup>22</sup> Quod eleganter exprimunt Valerianus & Gallienus Imperatores, cum dicunt, in ea namque re non juris effectus, quo cives nostri matrimonia contrahere plura prohibentur, sed animi destinatio cogitatur. l. 18. C. ad leg. Jul. de adulter. quasi dicerent, ne quis excuset libidinem, quia, manente cum prima uxore non repudiata conjugio, altera jure nullo uxor dici potest: voluntas enim contrahendi matrimonii in polygamo, non juris effectus & conjunctionis secundæ firmitas spectatur, ut infamiæ pœna locum habeat. Idque est, quod Ulpianus dicit, hac in re factum notari: etiamsi quis cum ea nuptias vel sponsalia constituat, quam uxorem ducere vel non potest, vel fas non est l. 13. §. 4. D. de his qui notant. infam. Et

hæc quidem pœna duntaxat locum habet, si ultra sponsalia, nuptiasque verbis solummodo contractas progressi non fuerint contrahentes. Quod si consensui addiderint coitum, & re ipsa confecerint matrimonium, bigamus

<sup>1</sup> *Briffon. de jur. connub.*

<sup>2</sup> *Sand. libr. 9. l. 1. D. ad leg. Jul. de adulter.*

<sup>3</sup> *Tit. 9. de finit. 16. de ciff. Frif.*

<sup>4</sup> *De Crimin. in libr. 48. Tit. 3. ad l. eg. Jul. de Adul. cap. 1. §. 12.*

insuper stupri, l. 18. C. ad leg. Jul. de adulter. <sup>1</sup> bigama adulteri rei sunt. l. 16. Rationem diversi juris si quis quærat; ea in sexus diversitate, plurium seminum in una fœmina confusione fœda, & in suspitione adulterini partus certissima, fundatur. Ex juris civilis scientia, nupta cœlibi se miscens, adultera est, & cui se illa prosternit, adulter. Mas vero cubans cum alterius uxore, conjugatus ipse, adulter audit, at si scortetur cum virgine seu vidua, stuprum committit, non adulterium d. l. 6. §. 1. D. de Adulter. uti recte docet nunquam satis laudatus Antonius Matthæus, con-

trariis respondens Menochii argumentis. <sup>2</sup> Stupri ergo tenetur polygamus, <sup>23</sup> sed stupri gravioris comparati violento, cujus pœna mors est. l. 1. §. 2. D. de extiaord. Crimin. junct. l. 7. C. de repud. Stuprum enim pro ratione subiecto-

rum, in quæ committitur, severius vel mitius punitur: gravius in pædicone, matronarum subactore violento; mitius in vacantis mulieris, virginis seu viduæ absque vi stupratore. Nec mirari quis debet, ad mortem usque polygamiz pœnam extendisse leges civiles: etenim non unum sed, varia continet hoc scelus crimina: fallit fidem conjugalem polygamus, conjugii sacra profanat, & scelerata fraude, honesti matrimonii prætextu, virginis virginitate, quam nulla forsan alias vi expugnare potuisset, ad satietatem usque libidinosus potitur. Nec adversatur nobis Papinianus, polygamæ mulieris crimen pro admissi qualitate vindicandum docens, l. 11. §. 12. D. ad leg. Jul. de Adulter. vel enim pœna capitis Papiniani ævo nondum in adulteros sancita fuit, vel hisce verbis mors designatur, ut recte & breviter Antonius Mat-

<sup>4</sup> *D. l. §. 13.*

thæus. <sup>4</sup> Cæterum, jus Ebræorum, uti apud quos tolerata fuit plurium <sup>24</sup> uxorum consuetudo, nulli pœnæ polygamos subjecit; nisi dicas Ebræos pœnarum satis putasse, mulierum molestas æmulationes, jurgia, liberorum ex diversis uxoribus contentiones, & cætera, quibus polygamia premitur, incommoda. Christus Dei filius, & redemptor mundi, polygamos mœchos <sup>25</sup> dixit. *Matth. cap. 19. v. 9.* At cum sibi non vindicaret gladii potestatem, pœna mortis condemnare fatentem adulteram noluit; pronunciavit tamen eum mortis æternæ reum, qui mente adulterium committit, aspiciens alterius uxorem animo libidinoso: *Matth. cap. 5. vers. 28.* gravius vero pœna temporariâ mors æterna est, & minus crimen, cogitatum adulterium quam confectum; in quod tamen hujus seculi judex gladium stringit. Dixit Christus, polyga- <sup>26</sup> mum & polygamam, mœchos esse: quod probavit jus Canonicum, eandem pudicitiam à viro, quam ab uxore exigens. Crimen quidem gravius est, ex Ambrosii sententia, cum celebrati conjugii jura temerantur, & uxoris pudor solvitur. C. 4. *caus. 32. q. 4.* C. 4. C. 5. *caus. 32. q. 6.* sed tamen omnis mariti cum alia, etiam vacante muliere coitus adulterium est, ne quis sibi blandiatur legibus hominum, & putet viro licere, quod uxori non licet. At licet hæc

ita

ita recte doceat jus canonicum, gladium tamen non stringit in polygamos, sed eos publica ignominia coercitos C. 5. *caus.* 32. q. 1. <sup>1</sup> poenitentia indicta, <sup>2</sup> Menoch. *post. libb. Co-*  
ad meliorem mentem revocare conatur. *arg.* C. 4. x. *de eo qui cognov. consang.* <sup>3</sup> varr. Ber-  
uxor. C. 5. C. 6. *caus.* 27. q. 1. Scilicet, Sanctorum Pontificum est, conscien- <sup>4</sup> mond. cent. 5.  
tias peccatorum placare Deo, poenas vero sceleribus irrogandas politico ju- <sup>5</sup> libr. 2. *cas.*  
dici committere. <sup>6</sup> 420. n. 113.  
<sup>7</sup> de arbit. jud. <sup>8</sup> Basil. Pont.  
<sup>9</sup> 7. cap. 51.  
<sup>10</sup> & 52. de

- 27 Jure Batavo, cum per gradus perveniatur ad matrimonium, neque eodem momento, & sponderi, & celebrari, & perfici nuptiarum possint, polygamiae poenae, prout audacia polygamorum longius processerit, discretae sunt. Si quis, cum uxorem haberet, affectaverit modo hoc crimen, & cum alia muliere privata constituerit sponsalia, infamia notatur. *arg.* l. 13. §. 1. *D. de his qui no-*  
*tantur infam.* Si publica insuper, & nuptiales petierit denunciationes, etiam si ea exitum non habuerint, arbitraria poena, quae ad fustigationem usque ex qua-  
rundam civitatum statutis extenditur, punitur. *art.* 24. *Ordonn. van Houwel.*  
*saack. tot Amsterd.* Si vero tantae impudentiae quis fuerit, ut ad umbilicum spon-  
salia perficere sustinuerit, & cum matrem familias domi haberet, cum alia  
nuptias confecerit, publico primum expositus ludibrio, deinde virgis caesus  
in exilium mittitur. *art.* 84. *eght. Reglem. vande stat.* <sup>1</sup> Gener. nisi quis adeo sce-  
lestus deprehendatur, ut tres pluresque uxores eodem tempore ducere ausus  
fuerit: tum enim crimen toties repetitum ultimo supplicio coercendum esse  
cum Menochio, & quos ille citat auctores, censemus. <sup>2</sup> Verum quidem est,  
Ordines nostros nos ad jus Caesareum & civile remittere, quotiens nefariis  
criminibus; quibus polygamia annumerari debet, decernendae poenae sunt.  
*art.* 18. *Polis. Holland. constit.* ut videantur promiscue poenam capitis in poly-  
gamos jure civili sancitam, non obscure probasse. Sed cum haec verba, *en dier-*  
*gelycke gequalificeerde hoerereije*, varias complectantur scortationis species, tum  
jus civile sequendum est, cum nefariae alicui libidini vel municipali lege, vel  
consuetudine judicantium, nulla poena constituta est. At vero vidimus hacten-  
us neminem ob binas nuptias capite punitum, sed quidem multos virgis cae-  
sos & in exilium missos. Rationem mitioris poenae putat esse Groeneweghen,  
quod hodie adulteri ultimo non coerceantur supplicio, sed infamia & pecu-  
niaria mulcta. *art.* 16. & 17. *polis. Holl. constit.* Sed ego hoc totum lenitati nostrae  
gentis adscribendum puto. Nam si examinentur crimina, quae polygamus  
committit, ea in tantum excedent adulterii crimen, ut propter leviolem adul-  
terii poenam, polygamiae supplicium mitigandum non esse videatur. Verum  
est, adulter fidem conjugii datam rumpit, eoque ipso perjurus est; fit unum  
corpus cum adultera, & unitatem carnis, quam matrimonium induxit, dis-  
rumpit: at haec quoque polygamus facit; & insuper nuptiarum praesidiis,  
fingens coelibatum, dolo malo imponit; nuptialem benedictionem, quae à  
Dei ministro futuris conjugibus optatur, ludibrio habet futurus adulter; &  
matrimonii sacra contaminando, praetextu honesti conjugii, scelestissima  
fraude, virginitatem sponsae rapit, & furatur unicam puellarum dotem; at

que facit, ut delusa foemina, nec virgo, nec sponsa, nec uxor, nec vidua dici possit, verum omnia hac mærens audire debeat. Quæ certe si quis consideret, non ille improbabit Caroli quinti criminalem constitutionem, polygamiam morte plectentem. *In der peinlichen halbsgerichts ordnung. C. 21.* Quam pœnam Omlandia, & Ultrajecto, vicinis nobis Provinciis placere Antonius Matthæus testatur. <sup>2</sup> & in Gallia propter violatum matrimonii ex Pontificum doctrina sacramentum quandoque infligi, sed non semper Bouvot, <sup>3</sup> & Auctumnus tradunt. <sup>4</sup> Sed ne hic quoque prolixior sim, varias à variis gentibus in polygamiam constitutas pœnas videat lector apud Joachimum à Beust, <sup>5</sup> Covarruviam, <sup>6</sup> Menochium <sup>7</sup>, Julium Clarum, <sup>8</sup> aliosque.

Hæc, quæ dicta sunt, locum habent, cum quis consilio, non casu polygamus factus est. In criminibus enim consilium cujusque, non factum notatur; atque delicta, quæ inconsulto contrahuntur, ab invitis videntur profecta. Itaque si utrique conjuges ignoraverint, alterum uxorem in vivis habere, errore acerrimo, non affectato, insimulatove decepti, ingemiscendum potius calamitati temporis, & infortunio ipsorum conjugum est, quam plectendum pia voluntate, & animo integro celebratum matrimonium. *l. 4. C. de incest. nupt. C. 44. x. de sentent. excommun.* Notandum tamen est, hunc errorem non ex vili causa, & supina quadam credulitate profluere debere, neque adeo securum debere esse maritum in credenda uxoris suæ morte, ut appareat sua quasi voluntate deceptum fuisse: hujusmodi enim supina negligentia & affectata credulitas, condigna pœna vindicanda esset *d. C. 44. l. 11. §. 12. D. de adul.* Ideoque consultum est ad secunda aspiranti matrimonia, ne sese temere polygamix pœnis subjiciat, nuptiis præfectis probare conjugis sui mortem, vel testibus idoneis, eisque oculatis, & ad minimum duobus *l. 12. D. de testib. C. 4. x. de testib.* qui vel mortuum conspexere, vel talia adeuntem pericula, ut verisimile sit, non reversum interiisse: vel si jam plurimos quis abfuisse annos militix causa dicatur, testimonio ducis sub quo militabat, vel chartulariorum, qui nomina militum in acta referunt, & defunctorum bello delent, vel singulari catalogo mortuorum inferunt; *Novell. 117. cap. 11.* quibus tamen non creditur nisi juratis: vel denique testimonio judicis seu magistratus ejus loci, in quo mortuus & sepultus dicitur: vel rectorum ecclesiæ, qui nomina sepulcorum in singulari libro annotare solent. <sup>9</sup> Quod si hujusmodi publicæ probationes, quibus maxime credendum est, *arg. l. 27. C. de testam.* deficient, etiam attestaciones parentum & cognatorum admittendæ sunt: imo his omnibus deficientibus, solius superstitis iurijurando standum est, modo prægnanti aliqua præsumptione juvetur, & demum post longum tempus transactum, ex quo conjux mortua dicitur, secundas contrahat nuptias. Quod, quamvis contra communem juris regulam impingat, qua testem quem in propria causa fieri absonum dicitur. *l. 10. D. l. 10. C. de testib.* permittendum tamen est in matrimonii negotio, ut succurratur ei, qui se continere nequit, ex urgenti quasi necessitate, quæ legem non habet. *arg. l. 7. §. 3. D. quod vi aut clam.* Sed si quis

<sup>1</sup> *Joach. à Beust part. 2. cap. 5. de jur. connub. Coler. decis. 176. n. 78. Heiden. conclus. crimin. 7. 8. c. 2.*  
<sup>2</sup> *Ad lib. 48. Digest. Tit. 3. de adulter. n. 13. cap. 1.*  
<sup>3</sup> *Tom. 2. in verb. adulter. quest. 3. & part. 2. in verb. Bigamie. & part. 3. in verb. Bigames.*  
<sup>4</sup> *Conference du droit in l. 2. C. de incest. nupt. & in l. 18. C. ad leg. Jul. de adulter.*  
<sup>5</sup> *Part. 2. cap. 4. de jur. connub.*  
<sup>6</sup> *Part. 2. de matrim. cap. 7. §. 3. n. 10. 11.*  
<sup>7</sup> *Libr. 2. centur. 5. cas. 420. n. 96.*  
<sup>8</sup> *& seqq. de arbitr. judic.*  
<sup>9</sup> *§ Fornicatio. n. 30.*  
<sup>9</sup> *Carpz. in jurispr. forens. ad cons. Elect. 16. part. 1. de finit. 38. n. 1.*

30 quis non alio indicio mortuus præsumatur, quam quia post longioris temporis absentiam nullum sospitatis suæ nuncium miserit uxori suæ, distinguendum est; vel ille consensu uxoris nomen militiæ dedit, & longiores expeditiones suscepit, vel malo & iniquo animo uxorem deseruit. Si prius; temperare se mulier debet à secundis nuptiis, usque dum aliquo indicio, defunctum esse maritum suum acceperit: capitivitas enim, morbus, longior & non ruta via, multaque alia in causa esse possunt, ob quæ nullum sospitatis suæ indicium mittat maritus, interim sanus, uxorem suam ex animo amans, & suspirans ejus præsentiam *Novell. 117. 11. Novell. Leon. 33.* Si vero deseruit uxorem suam maritus, divortio ex auctoritate judicis facto, solvere illa vetus matrimonium debet, antequam novum ineat. Quod si facere negligat, judicis censuram non effugiet, quæ suo arbitratu, rupto quasi ob desertionem malitiosam mariti matrimonio, alteras sectata fuerit nuptias: excusanda tamen ab ordinaria polygamiae poena, & mitius punienda est, quæ longiori tempore honeste transacto, sine ullius stupri probatione, tandem falsis rumoribus induc-ta, quasi soluta priore vinculo, non clanculo, sed publice, contestatione deposita, legitimis nuptiis secundis juncta fuit. *l. 11. §. 12. D. ad leg. Jul. de adulter.* Ei enim & scemina, & citra suam culpam remedio contra naturæ stimulos privata aliquo modo ignoscendum est, quod alterius culpa commota deliquit. *arg. l. 38. §. 8. D. ad leg. Jul. de adulter.* Sed huic mulieri, ut omnem notam effugiat, consulendum est, re & causa exposita, ex magistratus auctoritate nubere. Sic memini, me præsentem, à civitatis nostræ magistratu concessam fuisse quibusdam mulieribus nubendi licentiam, quorum mariti ob diuturniorem absentiam mortui credebantur, quamvis exactæ probationes deficerent. Si mulier bona fide egerit, & nupserit inscia dubitanti se aliam matrem familias in vivis habere, illa quidem exigere potest, & ille postulanti mulieri debitum conjugale denegare non debet; at & scire à se id nullatenus esse exigendum, ne dubitante conscientia peccatum committat: ita Lucius tertius constituit. *C. 2. x. de secund. nupt.* quod probat Innocentius tertius, cum conscientia animum pulsatur ex credulitate probabili & discreta, quamvis non evidenti & manifesta. *C. 44. de sentent. excommunicat.* Sed hæc ad animæ forum pertinent. Si mulier, ficta mariti morte, argumentum faciendis nuptiis quæverit, vel sciens nupserit habenti uxorem, eumque in fingendo cœlibatu juerit, publico exposita ludibrio, post exsolutam adulterii poenam, in exilium mittitur, quoscumque genuerit liberos, adulterini habentur. *C. 3. x. de clandest. desponsat.* donatio propter nuptias, dos & augmentum dotis ex civilibus constitutionibus publicantur. *l. 32. §. ult. D. de donat. int. vir. & uxor. l. 4. C. de incest. & inutil. nupt.* animo enim & voluntate sub velamine honesti matrimonii adultera facta, conjugii sacra publice violavit.

32 Si vero quis ficto cœlibatu, cum aliam matrem familias in provincia reliquisset, hujus rei ignaram mulierem sollicitavit ad nuptias, expositis hæc-tenus poenis ille quidem adulter subjacet; at decepta scemina, quæ se uxorem

Bbb 3

esse

<sup>1</sup> Christen.  
differat. 3.  
quæst. 2. de  
caus. ma-  
trim.

<sup>2</sup> Faber in  
Cod. libr. 5.  
Tit. 2. de fin.

esse credidit, nec stupri, nec adulterii, nec profanati matrimonii rea, legitimorum liberorum, si quos peperit, mater est. l. 18. C. ad leg. Jul. de adulter. l. 4. C. de incest. nupt. l. 57. §. 1. D. de rit. nuptiar. C. 5. caus. 34. q. 1. 2. C. 2. C. 14. x. qui filii sint legitim. tantum conceditur unius justæ ignorantiae, & liberorum favori, celebrato solenniter matrimonio. Durat etiam hic cum errore & ignorantia 33 favor, & eousque putativum matrimonium legum laqueis eximitur, donec scit innocens mulier se cum alieno viro cubare; at nisi polygama audire velit, errore comperto, sine ulla procrastinatione, illicitam conjunctionem dirimere debet. l. 4. C. de incest. & inuul. nupt. ita enim se hic habet res, uti in jure prædiorum; in quo tamdiu quisque bona fidei possessor rectissime dicitur, quamdiu possidere se ignorat alienum, cum vero scierit, nec ab aliena possessione recesserit, tunc mala fidei possessor perhibebitur, tunc juste injustus vocabitur C. 5. caus. 34. q. 1. & 2. Coras. annot. in Arrest. Thol. 22. n. 1. & 95. vid. Sichard. in l. 4. C. de incest. & inuul. nupt. Anton. Gomez. qd. l. Tauri 80. n. 31. Ganis. in Cap. 2. x. qui fil. sunt legit. 2. Perez. in Codic. Tit. de natural. lib. n. 10. Christin. vol. 3. decis. 129. n. 7. & 9. Basili. Pont. libr. 7. cap. 53. de sacram. matrimon. 3. Papeg. off. Formul. Boeck pag. 49.

Quod si mulier non ficto cœlibatu, sed cum crederet maritum suum esse mortuum, nupserit, postea autem cognoscat errorem suum, si maritus redire domum nolit, cœlibem vitam agere, si redeat ille, reverti protinus ad priores nuptias, & se separare à putativo hæcenus marito debet, nisi ostendere velit, pro sua incontinentia sibi placuisse, quod justa remissio. id est. secundi mariti dimissio, poterat expiare C. 1. C. 2. caus. 34. q. 1. 2 est enim post certam de vita prioris 34 conjugis notitiam, omnis cum secundo congressus, adulterium, ex Pontificum doctrina. Si vero redux ductam ab alio uxorem reconciliari sibi nolit, cogendum eum esse ad consortium vitæ censent Pontifices; ne homo separet, quod conjunxit Deus, gloss. in C. 1. caus. 34. q. 1. & 2. Scilicet eo usque suaves & beati sunt juris canonici conditores, ut ne quidem adulterio, vel malitiosa desertione, quid dicam putativo matrimonio rumpi matrimonii vinculum voluerint; ne character sacramenti semel accepti deleatur, de quo nos alibi. Jus civile indulgentius hic est, & in reversi ponit arbitrio, vel dilectione sua conjugali perseverante, junctam sibi primo uxorem recipere, vel alteras ambire nuptias: & ita ex ipsius consensu, uxoris ab alio ductæ putativum hæcenus matrimonium, justum fieri, legitimique conjugii sortiri jura & exitus permittit; Novell. 117. cap. 11. Novell. Leon. 33. Jus civile, ut æquius sequuntur mores nostri, præstat enim liberis forsan subnixum, & concors secundum matrimonium ex consensu prioris conjugis suum robur obtinere, quam cogere reducem maritum, ut reluctans redeat ad amplexus subactæ & ex alio matris uxoris. quam sententiam Hollandiæ curia præjudicio firmavit. 3

## CAPUT SEXTUM

*De cognatione, ejusque divisione.*

## SUMMARIUM.

- |  |  |
|--|--|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Continuationis ratio datur.</li> <li>2. Inter homines jus sanguinis datur.</li> <li>3. Cognationis definitio explicatur.</li> <li>4. Cognatio alia sanguinis continuatio, alia consanguinitas est.</li> <li>5. Consanguinitas quid? &amp; ejus varia acceptio.</li> <li>6. In prohibendis nuptiis non consideratur, an ex incestu coitu, an justis nuptiis orta sit cognatio.</li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>7. Romani in servorum conjunctionibus naturalem cognationem spectarunt.</li> <li>8. Quid de servorum cognationibus statuerint Rabbini, traditur.</li> <li>9. Jus Pontificum servorum matrimonia probat, &amp; indissolubilia esse vult.</li> <li>10. Apud nos Batavos servitus in usu non est.</li> </ol> |
|--|--|

**E**xcutta ob præsens matrimonium prohibitarum nuptiarum doctrina, operis methodus exigere videtur, ut hoc capite explicemus, quomodo præteritum matrimonium novis nuptiis impedimento sit; ne ea, quæ connexa sibi, & ejusdem naturæ videntur, dividantur. At vero cum affinitas, ob quam præteritæ nuptiæ prioribus obfunt, simulachrum quoddam cognationis sit, & veri sanguinis vim, naturamque sequatur, melius mihi visum fuit, affinitatis explicationi cognationis doctrinam præmittere.

**S**unt, ut refert Carerius, qui in prohibendis nuptiis nullum sanguinis jus agnoscunt, putantque id ipsum hoc argumento evinci posse. Si quoddam sanguinis vinculum inter homines esset; id vel ratione animæ, vel ratione corporis esset. Non prius; quia nulla, inter animas hominum cohærentia est, cum singulæ separatim à Deo creatæ infundantur corpori: præterquam quod ipsum animæ nomen satis arguat inter animas, res spirituales & sanguine carentes, ullum sanguinis vinculum ne quidem concipi posse. Non posterius; quia corpora humana, quantum ad materiæ essentiam, à brutorum corporibus non differunt, inter quæ nullum sanguinis vinculum esse dicitur. Imo si aliquid hic operetur, ratione materiæ, corporum connexio & cohærentia, quam maxime primorum parentum detestandum fuit conjugium, formata ex Adæ costa Eva. Verum hæc argumenta adeo elumbia & sine nervis sunt, ut eorum solutioni inhærere operæ pretium non videatur. Nec satis mirari possum tantæ impudentiæ esse Pontificios, ut audeant Johanni Wiclef Johannis Hussi Præceptorum, magno sui sæculi theologo, hæc & alia absurda affingere quam plurima, etiam mediocriter tantum docto indigna. Alia certe pientissimo & in divina lege versatissimo viro circa jus sanguinis in prohibendis nuptiis mens fuit; ut in cassum tantum laborem infumat Carerius in refellendis hisce rationibus, quas ipse ut fatetur, non Wiclef excogitavit. <sup>1</sup> Nos vero, dari jus sanguinis inter homines extra controversiam esse, asserentes, ad ejus definitionem progredimur.

<sup>1</sup> Libr. 2. c. 5.  
de sponsal.  
& matrim.

Cogna-



Cognatio amica necessitudo est, inter eos homines, quos nascendi fatum 3 propinquo sanguine junxit. Cognationem *necessitudinem* esse cum Alexandro. l. 1. C. und. liber. Diocletiano & Maximiano dicimus. l. 37. C. de liber. caus. tum quia generis id nomen est, etiam affinitatem complectens, uti ex

<sup>1</sup> Libr. 13. Gellio constat: <sup>1</sup> tum quia ipsa generationis necessitas nos sanguine jungit iis, à quibus vel nati, vel cum quibus, una communiterve quasi, ab aliis nati sumus. *Amicam* dicimus *necessitudinem*, quia suavis fraternæ charitatis & amicitiae vis cogit nos, præ aliis, illis benefacere, qui nobiscum ex uno parente, eodemque sanguine ortum ducunt. Dicit Florentinus, *hominem homini insidiari nefas esse, cum inter nos cognationem quandam natura constituit.* l. 3. D. de iustit. & jur. Quid ni ergo eadem natura nos cogat, proxime & speciatim eos diligere, quibus nos Deus propinqui sanguinis necessitudine conjunctos voluit? Hoc certe præter alios his verbis egregie Cicero pandit; *Sanguinis conjun-*

<sup>2</sup> Libr. 1. de Cato & benevolentia devincit charitate homines. <sup>2</sup> & alibi, *magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus maternusque sanguis.* <sup>3</sup> Dicimus cognationem *necessitudinem* inter homines esse, ut significemus eam in bruta non cadere. Illa quidem, cum generentur, sibi invicem sanguine copulata & conjuncta sunt: sed cognatio juris verbum est, & non tantum sanguinis participationem requirit, sed etiam præmittit cognitionem in iis, qui cognati dicuntur: id est, cognatio flagitat, ut ii, quibus tribuitur, nosse possint ortus sui communes auctores, & ut cum scientia in suorum mutuum amorem ferantur. At bruta animantia ratione carent, & illa illorum affectio, qua matres pullos suos prosequuntur, ex cæco naturæ instinctu, non ex aliqua scientia profluit, ideoque evanescit quoque, nec ullum sui vestigium post se relinquit, quam cito proprio Marte se alere pulli possunt. Dicimus inter eos esse cognationem, quos nascendi fatum conjunxit, ut significemus hanc necessitudinem cum ipsa nativitate existere, & mediante generatione oriri, nec ulla vi effici posse inter homines jam natos ubi non est. Tum quoque ut ostendamus, illam necessitudinem, quæ inter quosdam ex morum & temperamenti convenientia comparatur, quam amicitiam appellamus, cognationem non esse. Dicimus tandem, quos nascendi fatum propinquo sanguine junxit: primum, ut indigemus inter Adamum & Cainum, cognationem, qua tenus id generis nomen est, & continuationem sanguinis sub se continet, fuisse; inter Adamum & Evam non fuisse. Nam licet Adam omnium mortalium primus parens fuit, ei tamen sanguine junctus Cain fuit, & licet Eva ex costa Adami creata fuit, ex eo tamen mediante generatione nata non fuit. Deinde ut significemus, nos in consanguineis, non remotam aliquam sanguinis derivationem spectare, sed proximam, & quæ non adeo multis generationibus à communi stipite abit, quin aliquid communis sanguinis primorum parentum in utroque cognato superesse videatur. Nam, ut recte Thomas docet, virtus naturalis, quæ in generatione viget, non quidem quatenus movet ad conservationem speciei, sed quatenus movet ad similitudinem ipsius procreantis in individuo, per

<sup>1</sup> Libr. 13. cap. 3. noct. attic.

<sup>2</sup> Libr. 1. de Cato & benevolentia devincit charitate homines. <sup>2</sup> & alibi, magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus maternusque sanguis. <sup>3</sup> Dicimus cognationem necessitudinem inter homines esse, ut significemus eam in bruta non cadere. Illa quidem, cum generentur, sibi invicem sanguine copulata & conjuncta sunt: sed cognatio juris verbum est, & non tantum sanguinis participationem requirit, sed etiam præmittit cognitionem in iis, qui cognati dicuntur: id est, cognatio flagitat, ut ii, quibus tribuitur, nosse possint ortus sui communes auctores, & ut cum scientia in suorum mutuum amorem ferantur. At bruta animantia ratione carent, & illa illorum affectio, qua matres pullos suos prosequuntur, ex cæco naturæ instinctu, non ex aliqua scientia profluit, ideoque evanescit quoque, nec ullum sui vestigium post se relinquit, quam cito proprio Marte se alere pulli possunt. Dicimus inter eos esse cognationem, quos nascendi fatum conjunxit, ut significemus hanc necessitudinem cum ipsa nativitate existere, & mediante generatione oriri, nec ulla vi effici posse inter homines jam natos ubi non est. Tum quoque ut ostendamus, illam necessitudinem, quæ inter quosdam ex morum & temperamenti convenientia comparatur, quam amicitiam appellamus, cognationem non esse. Dicimus tandem, quos nascendi fatum propinquo sanguine junxit: primum, ut indigemus inter Adamum & Cainum, cognationem, qua tenus id generis nomen est, & continuationem sanguinis sub se continet, fuisse; inter Adamum & Evam non fuisse. Nam licet Adam omnium mortalium primus parens fuit, ei tamen sanguine junctus Cain fuit, & licet Eva ex costa Adami creata fuit, ex eo tamen mediante generatione nata non fuit. Deinde ut significemus, nos in consanguineis, non remotam aliquam sanguinis derivationem spectare, sed proximam, & quæ non adeo multis generationibus à communi stipite abit, quin aliquid communis sanguinis primorum parentum in utroque cognato superesse videatur. Nam, ut recte Thomas docet, virtus naturalis, quæ in generatione viget, non quidem quatenus movet ad conservationem speciei, sed quatenus movet ad similitudinem ipsius procreantis in individuo, per

per varias transfusiones debiliior fit, tandem deficit. <sup>1</sup> Alias omnes homines cognati forent, cum ab Adamo communi omnium parente descendant; quod dictu absonum & contra regulas juris. <sup>In 4. sentent. distinet. 40. art. 1. 9. un. in re; spons. ad 1. & in suppl. sum. Theol. log. quest. 54 art. 1.</sup>

- 4 Cognationem bifariam dispecimus, in sanguinis continuationem, & consanguinitatem. Sanguinis continuatio nobis illa sanguinis untias dicitur, quæ inter parentes & liberos, inter ascendentes majores & descendentes posteros esse intelligitur. Nam cum viscera, sanguis, & vita parentum liberi sint, <sup>5 l. 1. §. 1. D. de ventr. inspic.</sup> liberos parentibus non tantum sanguine conjunctos, sed quodammodo unitos recte dixeris. Consanguinitas nobis inter illos esse dicitur, qui *commune nascendi initium habent*, ut cum Labeone loquar. <sup>l. 1. §. 1. D. unde cognat.</sup> id est, qui ortus sui auctorem primum, eundem habent. Hi quoque, usitato latino sermone, cognati dicuntur, *quasi ex uno nati*, ut Ulpianus ait. <sup>l. 1. §. 1. D. und. cognat.</sup> vel ut Modestinus, *quasi unâ communitate nati, vel ab eodem orti, progenitive*. <sup>l. 4. §. 1. D. de gradib. & affin.</sup> Consanguinei proprie jurisconsultis dicuntur, fratres ex eodem patre nati. <sup>§. 1. Instit. de legit. agnator. success.</sup> l. 2. §. 19. D. ad SC. Terryll. <sup>l. 1. §. 10. l. 2. §. 1. D. de suis & legit. herid.</sup> quibus opponuntur uterini, ex eadem matre, non patre progeniti: priores Græci *ἰσογονεῖς*, posteriores *ἰσομυτερῖς* vocant. Sed nos non in stricta hac, sed latiori significatione imperentiarum hoc verbum sumimus, qua non tantum apud juris pontificii conditores, sed & apud probatos latinæ linguæ auctores, remotiores etiam cognatos comprehendit, & nomen generis est. <sup>C. 7.8. & T. T. x. de consanguin. & affinit.</sup> Ceritem, inquit Livius, *populum misericordia consanguinitatis, Tarquiniensibus adjunctum fama ferebat*. <sup>2</sup> Cicero, *Boopides noster consanguineus non mediocres terrores jacit, atque denunciat*. <sup>3</sup> Tacitus, *cum super Agrippinam, & Drusum, & Claudium, ceteri quoque consanguinei nominatim perscripti sint*. <sup>4</sup> Plautus,

*Meis consanguineis nolo te injuste loqui.* <sup>Libr. 7. Ad Attis.</sup>

Virgilius,

*Et consanguineo toties data dextera Turno.* <sup>Libr. 3. In Pannul. Act. 5. scen. 2. Libr. 7. Eneid.</sup>

Turnus autem non erat Amatæ frater, de qua loquitur poëta, sed Veniliæ Amatæ sororis filius: nec Plautus in allegato loco de fratribus loquitur, sed remotioribus necessariis. In quo significato hoc verbum sumere Ulpianum quoque gloss. dicit. <sup>in l. 30. §. 1. verb. consanguineum. D. de acquir. & omittend. heredit.</sup> Non utimur quoque hoc consanguinitatis verbo in ea stricta significatione, qua, agnationi respondet, & tantum completitur per virilem sexum conjunctos; sed qua utrosque, tum agnatos tum cognatos comprehendit. Sunt quidem Jurisconsultis omnes agnati, quoque cognati, id est, connati. <sup>§. 1. Instit. de legat. agnator. success.</sup> sed non omnes cognati, agnati sunt. <sup>gloss. in l. 30. §. 1. in verb. consanguineum D. de acquir. & omittend. heredit.</sup> Cognationis verbum, uti nobis consanguinitatis, nomen generis est, & tum agnationem, tum cognationem in specie, generis nomine appellatam continet. <sup>§. 1. instit. de legit. agnat. success. l. 2. D. und. cognat.</sup> Inter hæc hanc differentiam

Ccc

juris-

jurisconsulti ponunt, quod cognati sint per feminas conjuncti; agnati per virilem sexum. l. 10. §. 2. D. de gradib. & affin. l. 7. D. de legit. tutor. adeoque quod cognati communem per matrem originem agnoscant; agnati nomen, & gentilia paternæ familiæ insignia eadem habeant, retineantque. Itaque ut me contraham, cum consanguinitatem seu cognationem definimus, eos omnes complectimur, qui sanguine in communem omnibus stipitem ascendente connexi sunt, nec attendimus an per virilem, an muliebrem sexum ea conjunctio fiat: quia sanguinis nomen, unde consanguinei dicuntur, generale est, uti patet ex l. 2. D. unde cognat. l. 12. D. de manum. vindict. l. 4. C. de Bonis vacant. & ex hoc Tullii, sic se res habet iudices: magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus, maternusque sanguis. Deinde, quia in prohibendis ob cognationem nuptiis duntaxat sanguinem inspicimus, nec inquiremus quomodo is deriveretur. Nam cum dicimus naturalem pudorem offendere illorum conjugum matrimonia, qui sibi invicem nimis propinquo sanguine conjuncti sunt, hoc tantum inspicimus, an quis pater, mater, frater, soror, patruus, amita sit, non quomodo: an commune nascendi initium habeant, non quomodo. Hoc est, parum præsentis in negotio referre putamus, an parentes utrosque, an alterum tantum communem habeant jungendi. arg. Levit. 18. vers. 9. & cap. 20. vers. 17. §. 2. Inst. de nupt. an agnati per marem, an cognati per feminam: an ex justis nuptiis, l. 54. D. de rit. nupt. an ex concubinato, scortatione. Levit. 18. vers. 9. l. 14. §. 1. l. 54. D. de rit. nupt. imo vel incestu, adulteriove nati cognatique sint, dummodo tantum ejusdem sanguinis participes sint, sive dummodo idem propinquum nascendi initium habeant. Quod & in interpretatione legis divinæ de vetito coitu sustinuisse Ebraeos Seldenus tradit.<sup>2</sup> Ex quo in transitu notandum est, potius ineptias agere, quàm quid solidi tradere illos interpretes, qui nimis operose has, & alias cognationis distinctiones, & divisiones persequuntur, cum de prohibendis ob sanguinem nuptiis tractant. Etenim, cui bono prolixius illorum distinctionibus inhærere, quorum omnium ratio prohibitiva in sanguine est, non in modo derivationis sanguinis? Verum quidem est, olim magnum usum habuisse, & hodie habere, in successionum, tutelarum, nobilitatis, feudorum, aliisque juris partibus, diversæ cognationis distinctam cognitionem: sed hoc quoque verum est, suo loco non traditam doctrinam, obscuriorem magis, quam faciliorem lectori reddere licitarum & illicitarum nuptiarum scientiam, & ad minimum, ejus memoriam superfluis onerare, atque tardium parere.

Jure Romano, ut hoc hic in transcurso quasi dicamus, cum servi pecudum instar haberentur, l. 2. §. 2. D. ad leg. Aquil. in eorum contrahendis contuberniis, nullam cognationem, nullum jus sanguinis spectatum fuisse ex inter-  
pretibus nostris multi putant:<sup>3</sup> idque ex eo colligi posse autumant, primum, quod Justinianus dicit, tum quoque serviles cognationes impedimento nuptiis esse, si forte pater & filia, frater & soror manumisi sint. §. 10. inst. de nupt. quasi à contrario dicat, serviles cognationes impedimento contuberniis non esse: simili  
ora-

<sup>1</sup> In orat. pro Sext. Roscio Amerino.

<sup>2</sup> Libr. 5. cap. 10. de jur. natur. gent. juxta & discipl. Ebraeor.

<sup>3</sup> Borcholt. ad §. 10. inst. de nupt. Beckstad. cap. 2. coll. jur. contub.

oratione de servorum conjunctionibus Paulus loquitur. *in l. 14. §. 2. D. de rit. nupt.* Deinde ex eo, quod servorum conjunctiones non matrimonia, sed contubernia in jure nostro dicantur. *l. 14. §. 3. D. de ritu nuptiar.* ancilla servo juncta improprie uxor. *l. 14. §. 3. D. de ritu nupt.* proprie contubernalis *l. 81. D. de condit. & demonstr.* *l. 41. §. 1. D. de fideicom. libertat.* *l. 12. §. 33. D. de instr. vel instrum. legat.* quasi dicere vellent jurisconsulti, sodalitatem duntaxat, & convictum quendam inter servos esse, non conjugium. Hinc Diocletianus & Maximianus dicunt, servos ob violatum contubernium, adulterii crimine accusari non posse. *l. 23. l. 24. ad leg. Jul. de adulter.* *l. 6. D. eod.* quia matrimonium, quod non est, violari nequit. Hinc iidem Imperatores rescribunt, si quis liber & ingenuus libidine intemperatae cupiditatis in ancillas exarserit, sentiet potius opinionem suam gravatam, quam infamia afflictam. *l. 25. C. eod.* quia ab ejusmodi mulieribus, quae servili ministerio intemperatae vicia praebent, multo minus ab ancillis, pudicitiae ratio non exigitur. *l. 24. l. 29. C. eod.* & quia lex Julia inter liberas personas, stuprum vel adulterium passas, tantum locum habet *l. 6. D. ad leg. Jul. de adul.* Tandem ex eo hoc concludunt, quod nulla lex extet in libris nostris, quae incestus servorum, adulteria, vel supra coercet, ut plane videatur verum esse, quod Paulus ait, *ad leges, serviles cognationes non pertinere.* *l. 10. §. 5. D. de gradib. & affinib.* Quo argumento utitur Borcholten, cum docet, servorum cognationem, durante servitute, non spectasse Romanos, ideoque dum quis in servitute fuisset, matri copulari potuisse, nec ulla ob id postea poenas luisse. Et haec pro hac sententia argumenta adferri possunt, quae qui admittit, mirari cogitur, qua ratione hoc veterum ethnicorum circa servorum contubernia jus non correxerit Justinianus, Christianus Princeps, & usque ad superstitionem religiosus. Verum animo meo alia prorsus stat sententia. Non enim mihi imaginari possum, Romanos castitatis & pudoris naturalis quam maxime custodes, hanc juris partem in servis neglexisse, & eorum jure naturae & gentium incestas conjunctiones, impunitas reliquisse, vel tolerasse. Habeantur pro nullis, *l. 32. D. de regul. jur.* habeantur instar pecudum servi. *l. 2. §. 2. D. ad leg. Aquil.* adsimulentur mortuis *l. 59. §. 2. D. de condit. & demonstr.* *l. 209. D. de regul. jur.* *l. 63. §. 10. D. pro socio.* nullum dicantur habere caput. *l. 3. §. 1. D. de capis. deminut.* nec agnoscant cognationem, quatenus successio, tutela, & ceterae juris civilis partes, quarum servitus particeps esse nequit, spectantur. *pr. inst. de servil. cognat.* *l. 1. §. 2. D. und. cognat.* censeantur etiam eorum adulteria esse extra legis Juliae de adulteriis & stupro poenam: quia ea, cum caput, id est, statum, & bona non habent servi, eorum poenis non convenit. *l. 12. §. 4. D. de accusat. & inscription.* dicantur servorum conjunctiones, contubernia, consortia, non nuptiae: quia id juris civilis verbum est, cujus capaces servi non sunt, *pr. inst. de servil. cognat.* ideoque recte inferetur, servorum incestas conjunctiones, quae jus naturae offendunt, omnimodo, qua publice, qua privatim, apud Romanos impunitas fuisse? non puto; Homines sunt servi, æquales, quod ad jus

<sup>1</sup> *Commentar. in instit. Tit. de nupt. §. 10.*

naturæ, cæteris l. 32. D. de regul. jur. l. 1. §. 2. D. ad leg. Cornel. de ficiis. patrum, matrum, filiorum, filiarum, fratrum, sororum nomina non minus quam liberi nanciscuntur. l. 10. §. 5. D. de gradib. & affin. & eorum quæ juris naturæ sunt, nihil ab illis alienum est. l. 32. D. de regul. jur. at viri & maris conjunctio juris naturæ est. l. 1. §. 3. D. de justit. & jur. pr. instit. de jur. natur. gent. & civil. ejusdemque juris naturalis cognatio. l. 4. §. 2. D. de gradib. & affin. Jus autem civile facere nequit, ut naturalis pudor in contrahendo juris naturæ matrimonio locum non habeat, seu ut consistat inter patrem & filiam conjunctio, cum efficere nequeat, ut qui pater est, pater esse desinat, qui frater, desinat esse frater: nam, ut recte Pomponius ait, jura sanguinis nullo jure civili dirimi possunt. l. 8. D. de regul. jur. quamvis efficere possit, ut in servis deficiat illud jus, quod cognatis propter cognationem jure civili vel honorario defertur, atque ita jus cognationis intervertere. l. 63. §. 10. D. pro soc. junct. §. 6. instit. de capit. deminur. Itaque de servorum conjunctionibus, stupris, & adulteriis hoc modo constituisse Romanos sentio. De devirginata ancilla ab ingenuo extra ordinem Præses cognovit, & pro modo delicti animadvertit. l. ult. D. de offic. præsid. Data quoque tui domino, eo nomine legis Aquiliæ, injuriarum & prætorie de servo corrupto, actio. l. 6. D. ad leg. Jul. de adulter. l. 25. D. de injuriis l. 1. §. ult. l. 2. D. de serv. corrupt. neque propter plures concurrentes in ejusmodi crimine actiones parcitum fuit reo. l. 6. D. ad leg. Jul. de adulter. l. 2. D. de privat. delict. Injuriarum tenebatur stuprator, qui naturæ ad coitum virgini vitium in domini contumeliam obtulisset, l. 26. D. de injuriis. §. 3. instit. l. 1. C. eod. Ipsis enim servis nulla injuria fieri intelligitur. §. 3. Instit. de injuriis. legis Aquiliæ tenebatur, qui nondum viripotentem corrupisset l. 25. D. de injur. & famosi. bell. ex edicto prætoris, qui luxuriosam, vel amatricem servam fecisset. l. 1. §. ult. l. 2. D. de serv. corrupt. aliove modo corrupisset. l. 27. §. 13. §. 17. D. ad leg. Aquil. qui flagitasset, id est, stuprasset. l. 2. §. 5. D. de privat. delict. Paulus ait, coactum fuisse aliam reformare, qui alienam corrupisset virginem, id est, aliam incorruptam dare. \* Harmenopolus 36 aureos præstare cogi, vel si inops, fustigari ait. Si quis servus alterius domini ancillam virginem corrupisset, puto ejus dominum, ob damnum illatum, noxali actione ex lege Aquilia conveniri potuisse ad deditionem stupratoris, vel æstimationem corruptæ virginis. arg. l. 17. §. 13. §. 17. D. ad leg. Aquil. junct. l. 1. D. de noxal. action. l. 2. §. 3. D. de privat. delict. non vero, si jam antea devirginata fuisset serva, quia jam corrupta, novo stupro vilior fieri dici nequit, arg. l. 27. §. 17. verb. viliozem. D. ad leg. Aquil. cum etiam domino impensas donaverit stuprator, quæ in collectionem hujusmodi fructuum (nascituri scilicet) infantis impenduntur. arg. l. 27. §. 25. D. eod. Ipsam vero servam, quæ voluntate stuprum passa fuisset, vel contubernio servili sociata thorum violasset, vel inee tuo se coitu polluisset; credo domino jus fuisse castigare libidinofam. l. 1. §. 1. 2. D. de his qui sunt sui vel alien. jur. vel si atrociorē pœnam requireret flagitium, castigandos judici offerre. l. 11. §. 2. D. ad leg. Cornel. de ficiis.

<sup>1</sup> Briffon.  
libr. singul.  
ad leg. Jul. de  
adulter.

<sup>2</sup> Libr. 1. Sen-  
tens. tit. 12.  
<sup>3</sup> Gothofr. in  
d. l. 6. vid.  
libr. 60 Ba-  
st. Tit. 37.  
constit. 84.

*ficar.* vel etiā ex auctoritate publica à iudicibus ad supplicia correptos servos fuisse *l. 19. D. de panis.* Sic Aurelianus Imperator, teste Flavio Vopisco ancillam suam, quæ adulterium cum servo suo fecerat, capite punivit. Scilicet, quamvis ad legem Juliam de vi privata, de adulteriis, vel ad ullam aliam, quæ capitis vel pecuniariam pœnam irrogat, non pertineat servitus, cum caput, id est, statum non habeant, nec bona possideant servi. *l. 12. §. 4. D. de accusat. & inscript. junct. pr. & §. 5. Instit. de capit. deminut.* non tamen impunita neglexerunt, sed aliis durioribus pœnis extra ordinem hæc scelera in servis vindicarunt Romani. Venuleius Saturninus ait, omnibus legibus servos reos fieri, & quamvis lex Pompeia parricidii, primo capite eos adprehendat, qui parentes, cognatosve, aut patronos occiderint; quæ in servos, quantum ad verba attinet, non cadunt, cum tamen natura est communis, similiter & in eos animadvertetur. Item quamvis Cornelia injuriarum servam non debere recipi reum, Cornelius Sulla auctor fuerit; durior tamen ei pœna extra ordinem imminebit. *l. 12. §. 4. D. de accusat. & inscript.* Immo cum voluerint Imperatores, omni miseriarum necessitate absolvi ancillas, implorato Episcoporum suffragio, quibus necessitatem peccandi domini lenones imponunt. *l. 12. C. de episcop. audient.* cumque Divus Pius Ælio Marciano rescripserit, si dominus servum ad impudicitiam turpemve violationem compellat, justam esse servi ad statuam Principis fugam. *l. 13. D. de his qui sunt sui vel alien.* Hi ne ipsi Romani incestuosas servorum conjunctiones impunitas tolerassent? Spectata itaque fuit servorum cognatio in contuberniis contrahendis, & in servitute contracta, etiam post manumissionem in nuptiis *§. 10. inst. de nupt. l. 8. l. 14. §. 2. 3. D. de rit. nupt. l. 4. §. 9. D. de gradib. & affinit.* Id enim jus, scilicet, ne libertinus libertinam, matrem, vel sororem ducere liceat, moribus, non legibus introductum est. *l. 8. l. 39. §. 1. D. de rit. nupt.* per mores intelligit Pomponius jus gentium seu naturalem rationem *arg. l. ult. D. eod.* non, mores majorum, *l. 5. D. de jurisdict. non, mores populi l. 1. D. de donat. inter vir. & uxor.* non, mores civitatis. *l. 8. D. de acquir. & omitt. heredit.* non consuetudinem prudentum: uti quoque hoc verbum sæpius in jure nostro accipitur, & plerumque ad jus civile, quod post legum XII tabulas, prudentum consuetudine inductum est refertur. *l. 2. §. 5. D. de origin. juris l. 6. D. de justit. & jur.* Cum addit Pomponius in *l. 8. non legibus introductum*, innuere videtur, nisi adversaretur alia quam civilis juris ratio, dubitari posse, annon legitima foret libertini cum matre vel sorore conjunctio, cum servus à domino manumissus novus homo censeatur, & ejus quod in servitute fuit, nulla habeatur ratio. Quod etiam in servis pœnæ proditum fuit: unde si quis in metallum datus sit, statim intercidit, quod ei legatum est. *l. 59. §. ult. D. de condition. & demonstr.* & ita capite diminutus, ut libertatem & civitatem amittat, & cognationes & affinitates omnes, quas antea habuit, amittit. *l. 4. §. ult. D. de gradib.* Nec mutat, quod indulgentia Principis restitui possit: nam restitutus, alius homo censetur, nec cognationem recipit. *§. 6. inst. de capit. deminut.* nisi ei etiam jura proximitatis restituta fuerint. *l. 1. §. 4. D. ad SC. Tertyll.* Sed

negat Pomponius novum hominem censerī manumissum respectu contrahendi matrimonii, quod à moribus gentium, jureque naturæ plurimum pendet, & naturalem pudorem inter cognatos respicit: quia *civilis ratio naturalia jura corrumpere non potest. l. 8. D. de capit. deminut.* ea enim divina quadam providentia constituta, semper firma atque immutabilia permanent. §. 11. *inst. de jur. natur. gent. & civil.* quamvis id verum sit, si ea spectes, quæ jure civili vel honorario introducta sunt. l. 10. §. 5. *D. de gradib. & affin. l. 1. §. 2. D. und. cognat.* Haftenus de jure Civili.

Docuere Rabbini, ut paucis quoque de jure Ebræorum agamus, servo, qui 8 circumcissione & baptismo retenta tamen servitute, in judaïsma nascitus esset, fas fuisse cum matre sua, filia, sorore, aliave cognata muliere concumbere: hac scilicet ratione. Cum omnes homines, vel gentiles, vel Ebræi sint, servus in judaïsma nascitus, propter susceptum baptismum, inter gentiles numerari amplius nequit: nec quoque judæus, aut juris judaici dici potest, quia servus est. Jura vero cognationis, vel ad gentiles, eorumque liberos, vel ad eos duntaxat pertinent, qui judaici sunt juris. Itaque cum horum neuter dici possit servus in judaïsma cooptatus, servitute retenta, servilis cognationis nulla haberi in eo potest ratio, seu jure cognationum ligatus dici servus nequit. Vnde passim apud illos, *servo non est prosapia, neque cognatio.* Quod totum his verbis Majemonides explicat: *servo fas est in contubernium accipere matrem suam, quamdiu servus manet, nedum filiam suam aut sororem, & quæ sunt id genus ceteras. Etenim jam definit esse prorsus gentilis, & incesta gentilibus interdicta ideo ei non interdicuntur: at nec Israëliti juris ita fit, ut interdicantur ei incesta, quæ proselytis jussis interdicuntur. Ceterum mihi videtur, servum qui cum masculo aut bestia concubuerit, capite plectendum; quoniam illa duo incesta eque ad universum genus humanum attinent.* Haftenus ille, <sup>1</sup>quem citat Seldenus. <sup>2</sup> Scilicet, voluerunt hi Magistri, suscepto judaïsma, servos quidem circumcissione & baptismo quod ad sacra & religionem proselytos veluti partiaros fieri, at in contrahendis connubiis, neque communi gentium, neque civili Ebræorum jure ligatos esse, usque dum servi sunt. Inter jumenta & servos, nisi quod ad speciem, nullum discrimen esse docuerunt, ideoque eorum contubernia eo usque durare & imitari verum matrimonium, dum placeret domino, vel alterutri conjugum: domino enim licere, distracto cum hoc contubernio, ancillam suam cuiquā alii, ut in fructu prolem haberet, in concubitum tradere, imo unam eandemque servam binis servis jungere. Sanguinis autem proximitatem, quam quis servus, vel gentilis contraxisset, adepta libertate, vel suscepto judaïsma, ita prorsus definire, ut libertino, vel proselyto integro, matrem, vel sororem uterinam in matrimonio habere, lege vetitum non dixerint: etiamsi quoque eodem temporis momento, mater, pater, filius, filia, frater, soror in judaïsma è gentilismo asciscerentur, vel servi emanciparentur: scilicet, habebantur hi omnes tanquam infantes recens nati, & inter se ut alieni, nullo cognationis pristinae vestigio remanente. Majemonides tamen, quamvis probet

<sup>1</sup> Hal. Isuri  
Bia. cap. 14.  
<sup>2</sup> Libr. 5.  
cap. 17. de  
jur. natur.  
& Gent.  
juxta diffini-  
plin. Ebræor.

hæc jura, doceatque ea ex nudis legis sacræ interpretamentis fluere, profelytorum cum proximis conjugia ex institutis sapientum interdicta dicit, *ne forte musitando objiceret profelytus, devenimus ex sanctitate graviore seu strictiori, in sanctitatem leviozem; eo quod ita eam, qua heri erat interdicta, hodie ducere eis fas fuisset.*<sup>1</sup> Quam rationem quoque probat Rabbi Samuel Lamado apud Buxtorfium.<sup>2</sup> Quæ certe legis interpretationes mirandæ sunt in gente Dei. Melius jus canonicum inter servos vera conjugia probavit, nulla ratione, nisi alterius conjugis morte solvenda. C. 1. x. de conjug. servor. Batavæ nostræ genti omnis servitus ignota est, imo omnis servitutis species intoleranda in republica videtur, ad omnimodam libertatem nata: adeo ut si quis servus, à domino suo fugiens patriæ nostræ fines intraverit, liber sit, nec in servitute vindicari possi: & refert Gudelinus, se in annalibus supremi Concilii quod Mechliniæ est, legisse, à Principis Senatu rescriptum aliquando fuisse,<sup>3</sup> propter libertatis personatum usum per aliquot sæcula in his regionibus observatum, nequaquam esse annuendum cuidam Lusitano, qui petierat, ut magistratus juberetur servum ejus fugitivum prehendere, & prehensum sibi domino restituere.<sup>4</sup> Hæc de servorum contuberniis. De quibus plura videat lector apud Lombardum,<sup>5</sup> Sanchezem,<sup>6</sup> Basilium Pontium,<sup>7</sup> aliosque.

<sup>1</sup> Libr. 4. sentent. distinct. 36.  
segg. de sacram. matrim.

<sup>6</sup> Libr. 7. disput. 19. & seqq. de sacram. matrim.

<sup>7</sup> Libr. 7. cap. 42. &

<sup>1</sup> Hal. Isuri, Bia cap. 14. vid. Selden. libr. 5. cap. 18. de jur. natur. & gent. juss. discipl. Ebraor.  
<sup>2</sup> Vid. Buxtorf. part. 1. §. 20. pag. 22. 23. de sponsal. & divor. Ebraor. 3 1531.  
<sup>4</sup> Libr. 1. cap. 4. §. quid de servis. de jur. novis.

## CAPUT SEPTIMUM.

## De cognatione civili.

## SUMMARI A.

1. Continuationis ratio datur.
2. Cognatio, quæ sanguine non consistit, alia civilis, alia spiritalis est.
3. Civilis cognatio purum juris civilis commentum est: ejus definitio traditur, & explicatur.
4. Adoptio naturam imitatur, & imago natura dicitur.
5. Civilis cognatio inter adoptivum filium & eos est, qui adoptanti adgnati sunt.
6. Qua alicui neptis vel filia per adoptionem esse caput, uxor ejus esse non potest.
7. Qua sibi per adoptionem fuero patris, avi, proavi, filia, neptis, proneptis loco; ne quidem finita adoptione matrimonio jungi possunt.
8. Nubere patri meo non potest, quam emancipatus adoptavi.
9. An matrem patris adoptivi, constante, vel finita adoptione, uxorem ducere possim?
10. An familia à Paulo in l. 23. D. de adopt. & Gaio in l. 55. §. 1. D. de rit. nupt. jure proprio, an communi sumatur, queritur.
11. Adoptivus filius neque amitam, neque amatam magnam, neque sororem, neque filiam ex fratre, constante, at quidem finita adoptione, uxorem ducere potest.
12. An patris adoptivi materteram uxorem ducere possim?
12. Quare in linea recta, finita adoptione non aque remittatur prohibitio, quam in gradu transverso?
13. Affinitas per adoptionem non contrahitur: tribuuntur tamen affinitatis nomina,



- |  |  |
|--|--|
| <p>15. <i>Nuptiarum ob adoptionem prohibitio ex instituto est.</i></p> | <p>16. <i>Jus Canonicum propter adoptionem nuptias prohibet.</i></p> <p>17. <i>Hodie adoptio ab usu recessit, &amp; adsciti nobis pro alumni habentur.</i></p> |
|--|--|

Explicata veræ cognationis derivatione & natura, antequam ostendamus, <sup>1</sup> earum ea sit virium in prohibendis nuptiis, consultum esse judicavi, eas prius recensere cognationes, quæ cum veræ non sint, neque sanguine consistant, veræ tamen cognationis effectum in nuptiarum negotio fortuantur; tum quia hæ cognationes propter externam appellationum convenientiam, ad cognationis doctrinam pertinere videntur; tum ut illis prius remotis, & explicatis, non interrumpatur earum nuptiarum doctrina, quæ ob cognationem, quæ sanguine consistit, prohibentur.

Cognatio, quæ à sanguine aliena est, alia civilis, alia spirituatilis dicitur. De <sup>2</sup> priore, præsentis, de posteriore, sequenti capite agemus. Civilis cognatio describi potest, quod sit inter illos necessitudo, qui sibi invicem per adoptionem <sup>3</sup> agnati sunt. Civilis cognatio purum putum juris civilis commentum est, ideoque ab eo desumpta appellatione *civilis* appellatur: oritur etiam per adoptionem, quæ & ipsa juris civilis figmentum est, ut alterius naturæ esse non possit, quam cujus est, quod eam producit. Hinc Modestinus, cum doceat, quasdam cognationes jure naturali, quasdam civili, quasdam utroque jure concurrente, & naturali & civili copulari, dicit, naturalem cognationem per se, sine civili intelligi, quæ per fœminam descendit, quæ vulgo liberos peperit: utroque jure consistere, cum iustis nuptiis contractis copulantur: civilem autem per se, sine naturali jure, consistere per adoptionem. *l. 4. §. 2. D. de gradib. & affin.* Scilicet, cum naturalis cognatio duntaxat sanguinis derivationem per fœminam respiciat: naturalis vero & civilis simul, exigat, ut per iustas nuptias sanguinis hæc copulatio fiat: sola civilis cognatio à ratione sanguinis aliena est, & solo jure civili per adoptionem connectitur.

Adoptio quid sit, & quomodo peragatur, omnibus, qui modo summis <sup>4</sup> la-bris artem nostram delibarent, satis notum est; ut non opus sit explicare, quomodo ea civilem hanc cognationem producat. Hoc tantum dicam, adoptionem naturam imitari, ideoque à Papiniano, naturæ imaginem appellari. *l. 23. D. de liber. & postum.* Sicuti enim per iustas nuptias nobis legitimos liberos generamus, ita per adoptionem, in jus & locum filiorum familias adfiscimus, qui nobis extranei sunt. Hinc recte diximus, cognationem civilem *necessitudinem* esse; nam sicuti inter parentes & liberos summa existit necessitudo, propter sanguinis participationem, ita quoque necessitate quadam sibi devincti sunt pater & filius adoptivi, propter adoptionem imitantem naturam. Differentiæ loco addidimus, *inter illos, qui sibi invicem per adoptionem agnati sunt*: ut secernamus hanc cognationem, tum ab ea, quæ per generationem oritur: tum ab ea, quæ, licet per generationem, per fœminam duntaxat descendit. Civilis enim hæc cognatio per mares contingit *l. 4. §. 2. D. de*

*D. de grad. & affin.* ideoque licet hoc nomine quoque per se plenissime vocetur, proprie tamen agnatio vocatur. *l. 4. §. 2. D. eod.* quod juris civilis nomen est. *§. 3. inst. de legit. adgnat. tutel.* Est igitur civilis hæc cognatio inter filium adoptivum & eos, quibus pater adoptivus agnatus est. *l. 2. §. 3. D. de suis & legit. hered.* Itaque, si in locum filii adoptatus sum, adoptivi mei patris frater, fratrisque filius & filia, neposque ex filio, non ex filia, soror consanguinea, non frater, sororveuterini, neque sororis consanguineæ liberi, patruus, non avunculus, amita, non matertera, patrum filius filia, non amita, patris adoptivi mei filius & filia, nepos neptisque ex filio, non ex filia, mihi cognati sunt, quia per virilem sexum adgnati. Si in locum nepotis ex filio adoptatus sum, avi mei adoptivi frater, nempe patruus meus magnus, & hujus filius & filia, neposque ex filio, non ex filia, soror consanguinea, amita scilicet mea magna, non soror uterina, matertera nempe mea magna, non sororis consanguineæ liberi, filius, pater scilicet meus ex quo quasi adoptatus sum, itidem filius ex quo adoptatus non sum, patruus meus, & filia, amita mea, nepos neptisque ex filio ex quo adoptatus non sum, non ex filia: itidem nepos & neptis ex filio ex quo adoptatus sum, frater nempe meus & soror adoptivi: & ex eo fratre meo filius & filia, quibus ego patruus sum, non ex sorore filius & filia (quibus avunculus essem, si sanguine inter nos consisteret cognatio) cognati mihi sunt, quia adgnati, & mihi per mares juncti sunt: eadem distinctione, an per sexum virilem, an per sequiorem contingat cognatio, observata, computandum est, si in locum pronepotis adoptatus fuero. Non jam disputo, an liceat adoptare tam multa prole beato, de quo Ulpianus in *l. 17. D. de adoption.* disserit; Sed duntaxat ostendo, inter quos per adoptionem consistat civilis cognatio. Animadvertendum est, nos in hac adgnatorum recensione, adoptantis fratrem, & sororem consanguineos, eorumque liberos, patrum etiam atque amitam enumerasse, quia hujusmodi adoptivum patrem consideravimus, qui per mortem patris sui, sub cujus potestate erat, sui juris factus fuit: constat enim, mortuo patrefamilias, jus adgnationis minime interire; sed omnes, qui sub unius potestate fuerunt, etsi eo mortuo singuli singulas familias habeant, inter se adgnatos esse, ac manere, & communi jure, ejusdem familiæ recte appellari, quia ex eadem domo & gente prodierunt. *l. 195. §. 2. D. de verbor. signific.* Aliud dicendum est, quotiens me adoptat, qui à patre suo emancipatus fuit: hujus enim patris adoptivi pater, nec frater, nec soror, nec patruus, nec amita, nec cæteri ascendentes, licet per virilem sexum juncti, mihi adgnati sunt. Ratio juris est, quod emancipatus omnia adgnationis jura perdat. *§. 3. inst. de legitim. adgnat. tutel.* propriamque familiam habeat. *l. 195. §. 2. D. de verbor. signific.* licet cognationes affinitatesque, quasunque habuit, retineat. *l. 4. §. 10. D. de gradib. & affin.* De avo seu adoptivi mei emancipati patris patre luculentum testimonium tum Pauli, tum Ulpiani, tum Juliani habemus. Paulus ait, patris adoptivi parentes impune in jus vocabit filius adoptivus, quoniam hi ejus parentes non sunt, cum hic tantum cognatus fiat, quibus & agnatus *l. 7. D. de in jus vocand.*

*cand.* Ulpianus, si filius meus emancipatus adoptaverit filium, hic nepos à libertomeo, in jus vocari poterit: nam mihi alienus est. l. 10. §. 8. D. de in jus vocand. Julianus, quem filius meus emancipatus adoptaverit, is nepos meus non erit. l. 26. D. de adopt. De fratre & sorore, &c. patris adoptivi testimonium non habemus, sed ratio juris satis perspicua evincit, eos non posse adoptivo filio adgnatos dici, quoniam illorum pater ei adgnatus non est.

Hiscæ ita explicatis, recenseamus jam eas nuptias, quæ propter cognationem civilem prohibentur. Et primum quidem constituenda hæc generalis regula est, inter eas personas, quæ sibi invicem per adoptionem adgnatæ sunt, prohiberi nuptias, inter quas, si sanguinis jure connecterentur, jus connubii non esset. Sed cum non eadem sit prohibitio inter eas personas, quæ ex transverso, quam quæ ex recto gradu adgnationis conjunguntur, primum de hisce, deinde de illis nobis sermo erit. Quæ tibi per adoptionem filia, vel neptis, vel proneptis esse cœperit, uxorem ducere non poteris §. 2. *Instit. de nupt.* Ratio juris perspicua est, quia hæ personæ tibi per adgnationem conjunctæ sunt, & tu illis es patris, avi, vel proavi loco. Eadem propter eandem rationem prohibitio est, inter te & filiam filii adoptivi, id est, neptem tuam; inter te & neptem filii adoptivi ex filio, id est, proneptem tuam. Et hæc 7 adeo vera sunt, ut etiam dissoluta adoptione, idem juris maneat. §. 1. *Instit. de nupt.* l. 55. D. *cod.* quia patris, avi, proavi persona tam reverenda filia, nepti, & pronepti esse debet, ut ad impediendas nuptias sufficiat aliquando patrem avum, proavum fuisse. Sed si filius meus emancipatus filiam adoptaverit, poteritne illa mihi nubere? vel si filium adoptaverit, poteritne filia ex illo filio adoptivo nata mihi matrimonio jungi? vel poteritne illam mulierem habere uxorem, cujus mater mihi per adoptionem filia esse cœpit? certe nec filia adoptiva, nec neptis ex filio, quem adoptavit filius meus emancipatus, mihi cognatæ sunt, cum earum seu pater, seu avus mihi agnatus non sit. l. 7. D. de in jus vocand. nec filia filia meæ adoptivæ mihi adgnata, vel in familia mea est: at ex demum cognationes civiles videntur obesse matrimonio, quæ legitimæ sunt, id est, quæ adgnatorum jus habent. l. 12. §. 4. D. de rit. nupt. Fateor equidem me nescire de hisce in libris nostris testimonium ullum esse. Justinianus in §. 1. *Instit. de nupt.* & Gaius in l. 55. D. de rit. nupt. de filia, nepteve, quas ego, non quas filius meus emancipatus adoptavit, loquuntur, ut hisce dubiis lucem præbere non possint: existimaverim tamen, non quidem ob subtiliorem civilis cognationis rationem, sed ob honestatem, quæ semper in matrimonio contrahendis inspicienda est. l. 14. §. 2. l. 42. D. de rit. nupt. hæc nuptias interdictas fuisse. Honestas enim & appellatorum reverentia non patitur, ut filiam adoptivam filii mei emancipati, uxorem habeam, dicarque ego illi pater & gener, ille mihi focer & filius. Sic propter honesti rationem, sponsam patris vel filii mei ducere non possum, quamvis constet, nec sponsam filii nuntum, nec sponsam patris novercam esse. §. 9. *Instit. de nupt.* l. 12. §. 1. 2. D. de rit. nupt. Patris adoptivi mei matrem, uxorem ducere non possum, scilicet, si in familia ejus  
sum.

*sim. alioquin si emancipatus fuero ab eo, sine dubio nihil impedit nuptias, scilicet, quia post emancipationem extraneus intelligor.* Gaii hæc verba sunt, qui solus nuptiarum inter me & matrem patris adoptivi aperte mentionem facit. l. 55. §. 1. D. de nupt. Nam licet id quoque non obscure videatur facere Paulus in l. 23. D. de adopt. controversum tamen an faciat, reddunt illi interpretes, qui volunt, expuncto tamen cætera Pauli verba, *nuptiis etiam eorum prohibitis* ad proxime præcedentes personas, fratrem & sororem, non ad matrem patris adoptivi, referenda esse. In Gaii lege duo examinanda sunt: primum, qua juris ratione dicat ille, me non posse patris adoptivi matrem, uxorem habere, stante adoptione: & deinde, quæ eadem ratione dicatur ab eo, quod, finita adoptione, ea mihi nupta esse possit. Videtur enim, ut ad primum progrediar, nihil esse impedimento hæc nuptiis, cum etiam constante adoptione patris adoptivi mater, mihi neque cognata, neque adgnata, neque adfinis, sed omnino extranea sit. Cognata non est, quia adgnata non est; nam *jus sanguinis non adfert adoptio, sed jus adgnationis*, l. 23. D. de adopt. & ideo ea demum cognationes contrahuntur in adoptionibus, quæ legitima essent, id est, quæ adgnatorum jura haberent. l. 12. §. 4. D. de rit. nupt. Adgnata non est, cum ne patri quidem meo adoptivo, id est, proprio filio adgnata sit. arg. l. 7. D. de capit. minut. Adfinis non est, adfines enim sunt viri & uxoris cognati. l. 4. §. 3. D. de gradib. & affin. at per adoptionem, non per nuptias, copulatur filius patri: & docet Modestinus, in ea familia, ad quam per adoptionem venit, adoptivo adfinem omnino neminem esse. l. 4. §. penult. D. de gradib. & affig. Deinde, ad quid conducit, quod addit Gaius, *scilicet si in familia ejus sim?* Nam et si ego in familia patris adoptivi sim, iis tamen non adgnascor, qui extra ejus familiam sunt, at mater patris adoptivi extra familiam ejus est. l. 23. D. de adoption. ex quibus obiter nota, Paulum & Gaium, vel jure proprio familiam dixisse omnes personas; quæ sunt sub unius potestate, aut natura, aut jure subjectæ. l. 195. §. 2. D. de Verbor. signif. vel etiam communi jure, quo familiam omnium adgnatorum dicimus, sed tum respexisse, quod frequenter alterius familiæ mulieres nobis uxores ducamus: alias enim, cum adoptivus meus pater, & patris adoptivi mei pater potuerint in matrimonio habuisse patruorum suorum filias, & hujus & illius uxor in eadem mecum familia & mihi adgnata dici potest, utpote ex eadem cum patre meo adoptivo domo & gente prodita. arg. l. 195. §. 2. D. de verbor. signification. Quid ergo? erratne Gaius cum dicit, hæc nuptias constante adoptione interdictas esse? Hottomanus, ut hanc difficultatem superet, hariolatur mendum esse in Gaio, & cum ille *amitam* scripsisset, oscitantem librarium scripsisse *matrem*.<sup>1</sup> Sed mihi hæc legis emendatio sine necessitate fieri videtur, cum alia supersit ratio, deficientibus iis, quæ ex affinitate, cognatione, & adgnatione petuntur, hæc nuptias illicitas evincens; scilicet, quod absurdum sit, & contra honestatem, ut filius patris sui matrem ducat, & scæda nominum confusione procurata, pater adoptivus dicatur filii sui privignus; filius, patris sui vitricus, mater filii sui

<sup>1</sup> Francisc.  
Hotman. cap.  
4. libr. singul.  
de rit. nupt. & matrim.

nurus; filius matris suæ socer. Nam ut ait Modestinus, *semper in conjunctionibus, non solum, quod subtili juris ratione liceat, considerandum est, sed & quid honestum sit.* l. 42. D. de rit. nupt. l. 197. D. de regul. jur. Constat autem, propter solam honestatem plurimas nuptias prohiberi. l. 12. §. 1. 2. 3. l. 14. §. ult. D. de rit. nupt. §. 9. Inst. de nupt. etiam si iis nulla, vel naturalis, vel civilis cognatio, vel affinitas impedimento sit. <sup>1</sup> Nec adversatur nobis, quod dicitur mater patris adoptivi, aviæ loco mihi non esse. l. 23. D. de adopt. hoc enim dicitur, quatenus adgnationis jus ex adoptione proveniens subtilius consideratur: at dubitandum non est, ex honestiorum morum civilitate, eam aviæ nomine à filio adoptivo nuncupatam fuisse. Hactenus, an constante adoptione, jam videamus, an ea finita, adoptivi patris mater filio uxor esse possit? Videtur id negare Justinianus, cum ait, qui sibi per adoptionem parentum liberorumque loco esse cæperunt, non possiet, etiam dissoluta adoptione, inter se matrimonio jungi. §. 1. Instit. de nupt. Idque etiam juris analogia exigere videtur: si enim perpetua sit nuptiarum prohibitio, inter filium adoptivum & uxorem quondam patris adoptivi, quia illa novercæ locum habuit. l. 14. pr. & §. 4. D. de rit. nupt. Si finita adoptione, uxorem ejus, quem filium adoptavi, uxorem ducere non possim, quoniam aliquando nurus mihi fuit. d. l. 14. §. 1. Quid adversatur, quo minus dicamus, perpetuam quoque inter matrem patris adoptivi & filium, nuptiarum prohibitionem esse? uti enim illæ quasi nurus, quasi novercæ loco fuere, ita hæc quasi aviæ locum occupavit. Ita Accursius sentit, cum in notis suis ad l. 23. D. de adoption. (quæ tamen duntaxat de constante adoptione loquitur) in hunc modum scribit. *Hoc, tamen, adversatur ei, quod de matre & uxore adoptantis dicitur: & hoc perpetuo. sororem autem soluta adoptione accipere possumus.* Quid ergo? in hac nostra l. 55. §. 1. estne Gajus contrarius Paulo? ita videtur Cujacio, sed esse interpolatum Gaium, & in eo *matris* verbum expungendum esse contendit. <sup>2</sup> Bachovius putat, vulgatam lectionem retineri posse, & respondens adductis in contrarium argumentis, ait, in §. 1. Instit. de nupt. Justinianum agere de vera linea adoptionis, quæ est inter adgnatos, inter quos reponi mater patris adoptivi nequit: deinde putat, aliam esse prohibitionis rationem in patris adoptivi uxore, quam matre; illam enim duci non posse, tum propter affinitatem, quod novercæ loco fuit, tum quod fœdum sit, ejus nuptias perimitti, quæ cum patre meo coaluit in unum hominem. <sup>3</sup> Verum hæc Bachovii responsio mihi non placet, etsi ejus sententia, non esse emendandam legem, placeat. Nam, concessio, Justinianum duntaxat de eorum nuptiis loqui, inter quos per adoptionem civilis cognatio, id est, adgnatio est: dicitur tamen à Bachovio invita juris scientia, hæc nuptias *ob affinitatem* non contrahi: cum dicat Modestinus, ad finem ei in ea familia, in quam quis adoptatur, omnino neminem esse. l. 4. §. 10. D. de gradib. & affin. Nec mutat, quod Paulus dicit, uxorem patris adoptivi novercæ locum habere, uxorem filii adoptivi nurus loco, nûrum esse: id enim intelligendum est improprie, & ex inorum comitate, qua hæc personas honestioribus nominibus appellare

<sup>1</sup> Alberic. Gentil. lib. 5. cap. 15. de nupt.

<sup>2</sup> Libr. 23. observ. 36.

<sup>3</sup> De Trevis. vol. 2. disput. 6. thes. 2. liber 4. de nupt.

lare solemus, non ex juris ratione; eodem nempe modo, quo dicimus matrem patris adoptivi mihi quasi & pene aviæ loco esse. Tandem, an non pari modo, si non magis, scdum est, ut quis consuescat cum patris matre, quam cum patris uxore? cum ea, quæ aviæ, quam cum ea, quæ novercæ vicem habuit? Quæ ergo ratio est, ut in harum nuptiis non sit similis prohibitio, cum in earum conjunctione sit similis turpitudine? si noverca cum patre adoptivo unum corpus per nuptias facta fuit: filius cum matre sua, una caro, & continuatus per generationem sanguis est; ab ea vitæ & lucis beneficium accepit, ut maxime sancta ipsi & liberis ejus, matris suæ persona esse debeat. Ego doctiorum judicio committo, annon sententia Gaji à verbo, *scilicet*, usque ad finem, referri commode, & restringi possit ad proxime præcedentem personam, nempe ad neptem ex filio, quam constat finita adoptione duci posse; ea enim restrictione admissa, salvis verbis, intellectu facilis est jurisconsultus, neque quid absurdi statuit. Et, nonne eam flagitare videtur hæc oratio, *si in familia ejus sim?* illa enim proculdubio referri debet ad talem personam, quæ mecum in ejusdem patris adoptivi familia est, & cum qua, non ob aliam rationem prohibeor nuptias contrahere, quam quia ei adgnatus sum: at hujusmodi persona mater patris adoptivi non est, sive familiam jure proprio, sive jure communi sumas: non jure proprio, quia mulier sub potestate mariti non est; non regulatim jure communi, quia cum marito suo sub unius patris defuncti potestate non fuit: ideoque neque ego prohibeor illam uxorem ducere propter adgnationis jus, sed tum, propter scdam appellationum confusionem, quæ ex hisce nuptiis oriretur, tum propter reverentiam, quam patri meo adoptivo, & propter eum, illi debeo. Hactenus de nuptiis cum adoptivi patris matre. Recte diximus non eandem nuptiarum prohibitionem esse inter eas personas, quæ ex transverso gradu per adoptionem junguntur, quam quæ ex recto: inter hæc enim perpetuo matrimonium prohibetur, inter illas non item. l. 3. §. 1. D. de verb. obligat. ut ecce, neque amitam, neque amitam magnam, neque sororem adoptivam, neque filiam ex fratre adoptivo uxorem ducere possum, dum constat adoptio, at ea finita, nihil impedit nuptias l. 17. pr. §. 1. & 2. l. 55. §. 1. D. de rit. nupt. §. 4. & 5. inst. de nupt. l. 9. §. ult. D. de liber. & postum. Ratio juris est, quia hæ personæ, cum constat adoptio mihi adgnatæ sunt, & iis gradibus me contingunt, in quibus propter naturalem cognationem nuptiæ prohibentur: at vero soluta per emancipationem adoptione, omne jus adgnationis perit, & extraneus intelligor. l. 55. §. 1. D. de rit. nupt. l. 4. §. 10. D. de gradib. & affin. junct. l. 13. D. de adopt. Quapropter patri, volenti me jungere sorori adoptivæ, suadet, ut me vel illam prius emancipet: tum enim poterimus justo matrimonio copulari. l. 17. D. de rit. nupt. Sic Claudius, ut refert Dion Cassius, cum Neroni à se in filium adoptato filiam suam collocare vellet, eam prius in aliam familiam adoptandam tradidit, ne fratri sororem dare uxorem videretur. Et ex adverso, volenti generum adoptare suadet, ut filiam emancipet: similiter suadet ei,

qui nulum velit adoptare, ut emancipet filium. *l. 17. §. 1. D. de rit. nupt. §. 2. instit. de nupt.* ne alias generi, nurusve adoptione perimantur nuptiæ. *l. 67. §. 3. D. eodem.* Sed videndum est, quæ hic à Justiniano & jurisconsulto Gaio dicatur amita & amita magna. Illius, qui me adoptavit, germana vel consanguinea soror, amita mihi dici potest, & patris ejus soror consanguinea, amita magna: itidem mihi amita est filia illius, qui me tanquam ex filio nepotem adoptavit, & ejus soror consanguinea, amita magna: amita quoque mihi est, quam meus avus filiam adoptavit. *Basil. libr. 28. Tit. 59. prohib. nupt. §. 5. instit.* tandem amita magna, filia, & amita mihi est, neptis ex filio illius, qui me tanquam ex nepote pronepotem adoptavit. Horumne omnium nuptiæ prohibitæ sunt? Certe Justinianus & Gajus sine distinctione loqui videntur, cum dicunt, amitam licet adoptivam, seu, quæ mihi per adoptionem conjuncta est, ducere me non posse. *d. §. 5. & l. 17. §. 2.* at vero, an omnes hæ mulieres mihi per adoptionem conjunctæ dici possint, videamus. Filiam, & neptem ex filia illius, qui me tanquam ex filio pronepotem adoptavit, mihi amitam magnam & amitam esse, certum est, cum in proavi mei familia sint, & ego illis per mares adgnatus sim: ideoque inter me & illas nuptiæ prohibitæ sunt: similis est ratio in filia illius, qui me tanquam ex filio nepotem adoptavit, & in ea quam meus avus filiam adoptavit. At vero, amitæ mihi non sunt vel patris vel avi adoptivi sorores consanguineæ, quia cum illi nisi emancipati me adoptare non potuerint, per emancipationem omnia adgnationis jura perdidērunt. *l. 4. §. 10. D. de gradib. & affin.* propriam que familiam habent, *l. 195. §. 2. D. de verbor. significat.* in qua sorores eorum consanguineæ non sunt; ego autem per adoptionem non adgnascor iis, qui extra patris mei adoptivi familiam sunt. *l. 23. D. de adopt.* Quid ergo? licitæne sunt cum hisce nuptiæ? Ulpianus hoc negare videtur, cum dicit, *sororem patris mei adoptivi possum ducere, si non fuit eodem patre nata. l. 12. §. 4. D. de nupt.* Sed sciendum est, jurisconsultum in hac lege eam amitam considerasse, quæ cum patre meo adoptivo in eadem communis patris, cum moreretur, potestate fuit: inter hos enim mortuo communi patre adgnationem remanere constat. *l. 195. §. 2. D. de verbor. signific.* non autem inter patrem meum adoptivum & sororem ejus consanguineam, si ille à patre suo emancipatus fuerit, uti jam jam demonstravimus. Adoptivæ porro sororis filiam, sororem ducere possum; cognata enim mea non est filia ejus, quia avunculus nemo fit per adoptionem, & ea demum cognationes contrahuntur in adoptionibus, quæ legitima essent, id est, quæ adgnatorum jus haberent. Verba ejusdem Ulpiani sunt. *l. 12. §. 4. D. de rit. nupt.* Gajus tamen dicit, me non posse in matrimonio habere patris adoptivi mei materteram, *l. 55. §. 1. D. de rit. nupt.* Quid ergo? estne in sexu discrimen, ut mulier fiat per adoptionem matertera magna, vir non fiat avunculus? certe patris mei adoptivi matertera nullo neque adgnationis, neque cognationis, neque affinitatis jure mihi conjuncta est, & ego illi plane extraneus intelligor. Et quæ potest esse ratio, quod uterinam patris mei adoptivi sororem ducere possim, ejus autem materteram ducere non possim,

sim, cum tamen illa, si inter nos esset naturalis cognatio, mihi matertera & propiore gradu, hæc duntaxat matertera magna, & remotiore gradu cōiuncta esset. Bachovius putat hæc nuptias prohiberi, quia matertera patri adoptivo fuit matris loco, quæ si jungeretur filio adoptivo; ille patri suo inciperet esse patris loco, utpote per nuptias unum corpus factus cum ejus matertera, adeoque contendit scdam nominum confusionem huic conjunctioni impedimento esse, ne filius dicatur patris sui materteræ maritus, matertera filii ex sorore sua nurus: dicitque hanc scditatem non reperiri, cum filius jungitur sorori uterinæ patris sui adoptivi, quia simili reverentia non prosequitur frater uterinam suam sororem; qua materteram, neque hi invicem sibi sunt parentum liberorumve loco.<sup>1</sup> Sed hæc ratio mihi potius excogitata videtur, ut retineatur in Gaio *matertera* verbum, quam rationi juris Romani innixa, quod tantum in prohibitis ex transverso gradu propter adoptionem nuptiis, cognatione civilem respicit, uti ex allegato Ulpiani loco apparet. *l. 12. §. 4. D. de rit. nupt.* & certe an nefaria & magis scda est cum matertera patris consuetudo, quam cum ipsius sorore uterina, quæ mihi si inter nos vera per sanguinem cognatio esset, propiore esset conjuncta gradu, quam matertera magna? & si esset, tanta tamen debuisset æstimari conjunctionis cum patris sorore uterina scditas, ut hujusmodi nuptiæ prohibendæ fuissent, si in transverso gradu etiam appellationum sanctitas per adoptionem quæ sita inspiceretur. Confusio nominum non impedit nuptias, nisi inter eas personas, quæ se ante conjunctionem parentis & filii nomine honorabant, ut ex Paulo patet *l. 10. §. 14. D. de gradib. & affin.* Quæ omnia animadvertens Antonius Faber, contendit, omnes eos, qui sibi, sive ex transverso, sive recto gradu, parentum liberorumve loco per adoptionem esse cœperunt, ne quidem finita adoptione conjungi matrimonio posse, & in hisce, non jus cognationis, non adgnationis, sed naturalem reverentiam, quæ ex appellatione matris, patris, materteræ, amitæ, avunculi, patris, &c. oritur, respici. Ideoque putat, tum versiculum, qui Ulpiano in *l. 12. §. 4. D. de rit. nupt.* adscribitur, *delendum esse, ac in glossam inepti alicujus interpretis, ex qua irrepserit, relegandum*; tum id quod Gaio additur in *l. 55 §. 1. D. de nupt.* à verbis, *scilicet si in familia*, usque ad finem, expungendum: atque illa verba, neque continere juris Romani rationem, neque dictionem, *scilicet*, eodem loco bis repetitam, jurisconsulti elegantiam sapere dixit.<sup>2</sup> Sed hæc legum emendatio, imo prorsus immutatio, & eversio, nimia mihi videtur. Quid enim? ineptusne interpres, non tantum non Ulpiani, non Gaii duntaxat, sed & ipsius Justiniani locum deturpavit? nam & hic in institutionibus suis dicit, *ejus mulieris quam pater tuus adoptavit, filiam non videris impediri uxorem ducere, quia neque naturali neque civili jure tibi conjungitur. §. 3. instit. de nupt.* quod plane congruit sententiæ Ulpiani in *l. 12. §. 4. D. eod.* imo in contrarium jus non fuisse, ex eo patet, quod Maximianus filiam suam Constantino, in nepotis locum adoptato, matrimonio collocaverit, proculdubio finita prius per emancipationem Constantini, adoptione, vel emancipata filia, de quibus nuptiis

<sup>1</sup> *Ad Treutler. vol. 2. disput. 6. thes. 1. lit. c. post Alber. Gentil. lib. 5. cap. 15. de nupt.*

<sup>2</sup> *Tit. 9. de nupt. princ. 6. illat. 5. jurispr. Pa. pin. scient.*



ptiis ita in panegyrico hisce Principibus dicto, auctor loquitur: *O divinum tuum Maximiane, judicium, qui hunc tibi jure adoptionis nepotem, majestatis ordine filium, etiam generum esse voluisti; Divi, inquam, Constantii filium, in quem se prima illius juven- ta transfudit.* Hotmanus statuit, mendu nolle in Gaio, & hæc verba, *aut ma- terteram*, glossæ, ut loquuntur, primum à semidocto adjecta, postea in textum irrepsisse: consimili errore, quem dicit nunc omnes agnoscere apud eundem Gaium in l. 17. §. ult. *D. de nupt.* ubi pro *amitam*, in omnibus vulgatis libris le- gebatur *materteram*, quod mendum dicit primum Haloandrum animadvertisse; postea Florentini codicis auctoritate, sine controversia sublatum esse.<sup>1</sup> Huic sententiæ nihil obduci potest, quam, periculosam esse omnē legis emen- dationem, quæ nullius scripti codicis auctoritate nititur. Subsisto, & verio- rem sententiam amplectendam lectoris mei judicio relinquo: nolo enim inter hæc magna jurisprudentiæ lumina pronunciare. Tandem quæri potest, cum in transversis gradibus & adgnatis personis perpetua non sit nuptiarum pro- hibitio, cur ea perpetua est in gradibus directis? ait enim Ulpianus, post emancipationem in totum familiæ adoptivæ obliviscuntur l. 60. §. 6. *D. de rit. nuptiar.* l. 1. §. 6. *D. si tabul. testam. null. extab.* Respondeo cum Hotmano: in<sup>13</sup> transversa linea post emancipationem remittitur prohibitio, quia hæ nuptiæ jure civili tantum incestæ habentur, ut nihil absurdi sit, institutum juris civi- lis, contrario ejusdem juris instituto abrogari. l. 8. *D. de capit. demnut.* In directa vero linea durat, quia cum matrimonium cum filia jure gentium in- cestum sit, consentaneum videtur, propter illius nominis sanctitatem ab emancipatæ nuptiis abstinere.<sup>2</sup> Hinc Papinianus, cum dicit, *in omni jure, fi- nita patris adoptivi potestate, nullum ex pristino retineri vestigium*, interponit vocu- lam, fere l. 13. *D. de adoption.* propter nuptiarum inter patrem & filiam adopti- vam, etiam finita adoptione, prohibitionem.

<sup>1</sup> Franc.  
Hotm. cap. 4.  
de rit. nupt.  
& matrim.

Hactenus de cognatione civili. Affinitatem per adoptionem non con-<sup>14</sup> trahi, ex eo probari potest, quod affinitas juris naturalis sit, adoptio vero ci- vilis: qua de causa, emancipatus, quascunque cognationes adfinitatēque habuit, retinet, etiamsi adgnationis jura perdat, & adfinis ei in ea familia, in quam adoptatur, omnino nemo est l. 4. §. 10. *D. de gradib. & adfinib.* tri- buuntur tamen, etiam in adoptione, adfinitatis nomina, sed minus proprie, & propter speciem quandam veræ adfinitatis, quæ inter eas personas est, quæ in linea recta, non transversa, parentum liberorumve locum obtinent: qua- propter quoque earum nuptiæ prohibentur, etiamsi per emancipationem soluta fuerit adoptio. Ut ecce; adoptivus filius, si emancipetur, eam, quæ pa- tris adoptivi uxor fuit, ducere non potest; quia, etsi matris loco ei non sit, nec cognata l. 23. *D. de adopt.* quasi novercæ locum tamen habet: & si quis filium adoptaverit, uxorem ejus, quæ nurus loco est, ne quidem post emanci- pationem filii, ducere poterit, quoniam aliquando nurus ei fuit. l. 14. *pr. & §. 1. D. de rit.* Scilicet, pudoris & honestatis publicæ ratio, nurusque & novercæ appellationum sanctitas exigunt, ne consuescere mihi liceat cum ea, quæ patræ quon-

quondam meo conjugio sociata fuit, quæ filii quondam mei uxor fuit, etiam si nec agnata, nec cognata, nec adfinis mihi unquam fuerit.

15 Ita Romani jurisconsulti de hac cognatione civili differuerunt. Verum cum non eadem omnibus honesta atque turpia sint, sed pleraque majorum institutis judicentur: cumque detur quædam honestas ex ipsis legibus profluens, quam non perspiciunt alii populi, qui diversis moribus utuntur: imo cum fuerint plurimæ gentes, apud quas adoptio in usu, at impedimento nuptiis non fuit; an propter ipsam adoptionem, hæ nuptiæ, seposito jure civili, adeo turpes & foedæ sint, ut nefariæ & incestuæ dici mereantur, inquirere animus est.

Imperator dicit, adoptionem naturam imitari §. 4. *Inst. de adopt.* eamque naturæ imaginem Papinianus l. 23. *D. de liber. & postum.* simulacrum interpretes vocant: at natura horret parentum & liberorum conjunctionem. Scilicet, detestatur naturalis pudor & reverentia, propter arctissimam sanguinis necessitudinem, veri patris & filii nuptias; ergo quoque ex adoptionis figmento, propter civilem cognationem, quæ nullo sanguine constat? Imitatur naturam adoptio, cum quis sit & fingitur pater, ideoque filium adoptivum plena pubertate præcedere debet, qui adoptare cupit §. 4. *Inst. de adopt.* cum per naturam filius non possit esse major patre: at qua ratione, seposito juris civilis instituto, hinc sequitur, aliquid turpe continere nuptias, cum ducō uxorem, quam nullo sanguinis jure mihi junctam hætenus filii loco habui? Cur fingi non posset, ne lædatur honestas, hoc ipso quod ducō, omnem reverentiam, quæ ex adoptione nata est & mihi tanquam patri debetur, contractis nuptiis cum ipsa adoptione cessare? vel hanc filiationem, ut ita loquar, nunquam constituisse, ut jure copulari possim, cui ante adoptionem citra honestatis læsionem copulari poteram. Figmentum juris civilis, adoptio est, adeoque honestas ex illa orta, tota fictitia. at quæ ex instituto sunt, neque juri naturæ innituntur, contrario populi placito abrogari possunt, & omnis ex iis nata, cum iis perit honestas. Sed si concederemus honestatis rationem non permittere adoptantis & adoptatæ nuptias, cum constat adoptio, propter nomen sanctitatem, ne dicatur pater jungi filii: postquam emancipatio solvit in adoptante patriam dignitatem, & in adoptato omne agnationis jus l. 13. *D. l. penult. §. 2. C. de adopt. l. 1. §. 6. D. si tabul. testam. null. ex tab.* quæ tum necessitas, seposita legumlatoris voluntate, nos cogit sentire, honestatis veneratione propter præteritam adoptionem certis quibusdam nuptiis abstinendum esse? Hæc rationes scilicet, quod persona patris tam sancta, tam reverenda debeat esse filii, ut satis sit, semel filii nomen meruisse, ne uxoris unquam sortiatur: deinde, ne qua suspicio nascatur, adoptivum patrem idcirco virginem emancipasse, ut quæ clam placuerat, palam & aperte, duceretur? Verum, si sola patris appellatio sufficiens ratio sit, ut perpetua dicatur hæc honestas ex adoptione orta, & ita naturalis, ut contrario populi instituto aboleri non possit, cur quoque eadem honestas non impedit senis & juvenulæ, educatoris & alumnæ, præceptoris & discipulæ matrimonia? Has enim per-

*Ex Isocr. Reginet. Alber. Gentil. libr. 5. cap. ult. de nupt. 2. Vinn. comment. ad ins. sit. in Tit. de adopt. §. 4.*

sonas parentum nomine honorare solemus, præcipue præceptores, uti auctores civilis vitæ, qua homines æstimantur. Deinde, quæ, nisi ex instituto, turpiter est, si eam mihi uxor placeat, quam filiam optavi? occupavi locum patris? non amplius occupo: tota illa dignitas, finita per emancipationem adoptione, evanuit; jam extraneus sum, illa mihi extranea. l. 13. D. de adopt. l. 55. §. 1. D. de rit. nupt. & post. emancipationem in totum familia adoptiva obliviscuntur. l. 60. §. 6. D. de rit. nupt. Ita jus ipsum civile, cum de aliis juris partibus ad adoptatos pertinentibus agit, finita adoptione loquitur. Quæ ergo honestas prohibens nuptias, nisi quam voluntas legumlatoris perpetuam fecit, ex figmento juris, quod jam esse desit, sua vi, & Ex naturali ratione superesse potest? Imo cum tanta hujus figmenti sit fragilitas, ut possit quis uno eodemque die, & filius & extraneus fieri, l. 10. C. de adopt. quis non animadvertit honestatem ex eo ortam duntaxat ex instituto esse? Ex suspitione clam attentatæ pudicitiz febriculosa ratio est: ea enim si quid evinceret, & educatoris cum alumna vetandæ nuptiæ essent, & neque finita adoptione, fratris & sororis adoptivæ permittendum matrimonium: cum suspicio esse possit, quid non adeo pudicum ante emancipationem in sororem attentasse fratrem. Sed, ut hoc nostrum thema exemplis ex ipso adoptionis jure peritis demonstramus: quæ ratio, nisi civilis, vel quæ honestas, nisi ex instituto, vetat me uxorem ducere amitam, seu sororem germanam patris mei adoptivi, cum liceat mihi in matrimonio habere uterinam ejus sororem, vel sororis meæ adoptivæ filiam? l. 12. §. 4. D. de rit. nupt. Nonne in vera cognatione, æque foedum, si non magis est, uxorem habere amitam meam, vel eam, cui ipse avunculus sum, quam matrimonio jungi amitæ magnæ? uxorem ducere sororem uterinam, quam consanguineam? Deinde, quæ ratio nisi civilis, prohibet inter me & neptem ex filio patris mei adoptivi matrimonium. l. 55. §. 1. D. de rit. nupt. cum liceat mihi uxorem habere sororis adoptivæ meæ filiam? Nonne æque contra naturalem pudorem est, ducere sororis filiam, quam fratris? Tandem, sororem adoptivam uxorem habere possum finita adoptione, uxorem patris adoptantis non possum: quæ ratio, nisi ex juris civilis honestate eruta efficit, ut in priori casu nullum, in posteriori aliquod ex pristino retineat vestigium post emancipationem potestas, dignitasque patria per adoptionem quæ sita. Concludimus ergo, civilem cognationem, quæ ex adoptione profluit, nisi ex instituto, nullam vim habere conjugii impediendi. Sed pergamus.

<sup>1</sup> Basil. Pont.  
libr. 7. cap.  
41. de sa-  
cram. ma-  
trim. Thom.  
in 4. sentent.  
distinct. 42.  
quest. 2. art.  
2. Thom. in  
suppl. 3 p.  
quest. 57.  
art. 1. 2. 3.

Jus Pontificium & adoptionem, & ob eam, nuptiarum prohibitionem jure 16 Romano probatam probat. C. an. x. de cognat. legal. C. i. C. 5. caus. 30. q. 3. vultque etiam matrimonia ab iis contracta, inter quos consistit adoptio, dirimenda esse, appellans cognationem, quæ ex adoptione oritur, non civilem, non legitimam, cum Romanis jurisconsultis. l. 4. §. 2. D. de gradib. & affinitibus. sed legalem. Rationem juris Thomas tradit; nempe, ut tuta sit puellarum intra privatos parietes castitas; nimia enim filiarum naturalis & adoptivi filii in paterna domo familiaritas facile in libidinem rueret, prætextu con-

contracti matrimonii, nisi horum nuptiæ interdictæ essent. Quæ ratio in lege divina, ut ait ille, præcipue illas à matrimonio mutuo exclusit personas, quarum cohabitatio necessaria erat. <sup>1</sup> Verum, ut aliquid respondeamus Thomæ, <sup>1</sup> In suppl. quest. 57. art. 2. intra eosdem parietes cohabitatio, non fuit princeps & præcipua prohibitarum nuptiarum in Levitico ratio, sed carnis unitas, & sanguinis nimia participatio: & si illa sufficiens esset causa prohibitionis, cur non eodem jure canonico alumnæ & eductoris nuptiæ vetantur? existimaverim potius, non alia ratione faciles fuisse Pontifices in probandis Romanorum circa hæc matrimonia legibus, quam quia honestatem præ se ferunt, & ut quosdam eximendo huic legi per dispensationem, uti loquuntur, corradenda pecunia occasio crederet. Alias cum in jure divino nusquam prohibeantur hæ nuptiæ, dissuaderi quidem, non vetari debuissent, ut consilium esset ab iis abstinere, non præceptum: non enim jugum imponendum fratribus est, quod non imposuit Deus. <sup>2</sup> <sup>3</sup> <sup>4</sup> <sup>5</sup> <sup>6</sup> <sup>7</sup> <sup>8</sup> <sup>9</sup> <sup>10</sup> <sup>11</sup> <sup>12</sup> <sup>13</sup> <sup>14</sup> <sup>15</sup> <sup>16</sup> <sup>17</sup> <sup>18</sup> <sup>19</sup> <sup>20</sup> <sup>21</sup> <sup>22</sup> <sup>23</sup> <sup>24</sup> <sup>25</sup> <sup>26</sup> <sup>27</sup> <sup>28</sup> <sup>29</sup> <sup>30</sup> <sup>31</sup> <sup>32</sup> <sup>33</sup> <sup>34</sup> <sup>35</sup> <sup>36</sup> <sup>37</sup> <sup>38</sup> <sup>39</sup> <sup>40</sup> <sup>41</sup> <sup>42</sup> <sup>43</sup> <sup>44</sup> <sup>45</sup> <sup>46</sup> <sup>47</sup> <sup>48</sup> <sup>49</sup> <sup>50</sup> <sup>51</sup> <sup>52</sup> <sup>53</sup> <sup>54</sup> <sup>55</sup> <sup>56</sup> <sup>57</sup> <sup>58</sup> <sup>59</sup> <sup>60</sup> <sup>61</sup> <sup>62</sup> <sup>63</sup> <sup>64</sup> <sup>65</sup> <sup>66</sup> <sup>67</sup> <sup>68</sup> <sup>69</sup> <sup>70</sup> <sup>71</sup> <sup>72</sup> <sup>73</sup> <sup>74</sup> <sup>75</sup> <sup>76</sup> <sup>77</sup> <sup>78</sup> <sup>79</sup> <sup>80</sup> <sup>81</sup> <sup>82</sup> <sup>83</sup> <sup>84</sup> <sup>85</sup> <sup>86</sup> <sup>87</sup> <sup>88</sup> <sup>89</sup> <sup>90</sup> <sup>91</sup> <sup>92</sup> <sup>93</sup> <sup>94</sup> <sup>95</sup> <sup>96</sup> <sup>97</sup> <sup>98</sup> <sup>99</sup> <sup>100</sup> <sup>101</sup> <sup>102</sup> <sup>103</sup> <sup>104</sup> <sup>105</sup> <sup>106</sup> <sup>107</sup> <sup>108</sup> <sup>109</sup> <sup>110</sup> <sup>111</sup> <sup>112</sup> <sup>113</sup> <sup>114</sup> <sup>115</sup> <sup>116</sup> <sup>117</sup> <sup>118</sup> <sup>119</sup> <sup>120</sup> <sup>121</sup> <sup>122</sup> <sup>123</sup> <sup>124</sup> <sup>125</sup> <sup>126</sup> <sup>127</sup> <sup>128</sup> <sup>129</sup> <sup>130</sup> <sup>131</sup> <sup>132</sup> <sup>133</sup> <sup>134</sup> <sup>135</sup> <sup>136</sup> <sup>137</sup> <sup>138</sup> <sup>139</sup> <sup>140</sup> <sup>141</sup> <sup>142</sup> <sup>143</sup> <sup>144</sup> <sup>145</sup> <sup>146</sup> <sup>147</sup> <sup>148</sup> <sup>149</sup> <sup>150</sup> <sup>151</sup> <sup>152</sup> <sup>153</sup> <sup>154</sup> <sup>155</sup> <sup>156</sup> <sup>157</sup> <sup>158</sup> <sup>159</sup> <sup>160</sup> <sup>161</sup> <sup>162</sup> <sup>163</sup> <sup>164</sup> <sup>165</sup> <sup>166</sup> <sup>167</sup> <sup>168</sup> <sup>169</sup> <sup>170</sup> <sup>171</sup> <sup>172</sup> <sup>173</sup> <sup>174</sup> <sup>175</sup> <sup>176</sup> <sup>177</sup> <sup>178</sup> <sup>179</sup> <sup>180</sup> <sup>181</sup> <sup>182</sup> <sup>183</sup> <sup>184</sup> <sup>185</sup> <sup>186</sup> <sup>187</sup> <sup>188</sup> <sup>189</sup> <sup>190</sup> <sup>191</sup> <sup>192</sup> <sup>193</sup> <sup>194</sup> <sup>195</sup> <sup>196</sup> <sup>197</sup> <sup>198</sup> <sup>199</sup> <sup>200</sup> <sup>201</sup> <sup>202</sup> <sup>203</sup> <sup>204</sup> <sup>205</sup> <sup>206</sup> <sup>207</sup> <sup>208</sup> <sup>209</sup> <sup>210</sup> <sup>211</sup> <sup>212</sup> <sup>213</sup> <sup>214</sup> <sup>215</sup> <sup>216</sup> <sup>217</sup> <sup>218</sup> <sup>219</sup> <sup>220</sup> <sup>221</sup> <sup>222</sup> <sup>223</sup> <sup>224</sup> <sup>225</sup> <sup>226</sup> <sup>227</sup> <sup>228</sup> <sup>229</sup> <sup>230</sup> <sup>231</sup> <sup>232</sup> <sup>233</sup> <sup>234</sup> <sup>235</sup> <sup>236</sup> <sup>237</sup> <sup>238</sup> <sup>239</sup> <sup>240</sup> <sup>241</sup> <sup>242</sup> <sup>243</sup> <sup>244</sup> <sup>245</sup> <sup>246</sup> <sup>247</sup> <sup>248</sup> <sup>249</sup> <sup>250</sup> <sup>251</sup> <sup>252</sup> <sup>253</sup> <sup>254</sup> <sup>255</sup> <sup>256</sup> <sup>257</sup> <sup>258</sup> <sup>259</sup> <sup>260</sup> <sup>261</sup> <sup>262</sup> <sup>263</sup> <sup>264</sup> <sup>265</sup> <sup>266</sup> <sup>267</sup> <sup>268</sup> <sup>269</sup> <sup>270</sup> <sup>271</sup> <sup>272</sup> <sup>273</sup> <sup>274</sup> <sup>275</sup> <sup>276</sup> <sup>277</sup> <sup>278</sup> <sup>279</sup> <sup>280</sup> <sup>281</sup> <sup>282</sup> <sup>283</sup> <sup>284</sup> <sup>285</sup> <sup>286</sup> <sup>287</sup> <sup>288</sup> <sup>289</sup> <sup>290</sup> <sup>291</sup> <sup>292</sup> <sup>293</sup> <sup>294</sup> <sup>295</sup> <sup>296</sup> <sup>297</sup> <sup>298</sup> <sup>299</sup> <sup>300</sup> <sup>301</sup> <sup>302</sup> <sup>303</sup> <sup>304</sup> <sup>305</sup> <sup>306</sup> <sup>307</sup> <sup>308</sup> <sup>309</sup> <sup>310</sup> <sup>311</sup> <sup>312</sup> <sup>313</sup> <sup>314</sup> <sup>315</sup> <sup>316</sup> <sup>317</sup> <sup>318</sup> <sup>319</sup> <sup>320</sup> <sup>321</sup> <sup>322</sup> <sup>323</sup> <sup>324</sup> <sup>325</sup> <sup>326</sup> <sup>327</sup> <sup>328</sup> <sup>329</sup> <sup>330</sup> <sup>331</sup> <sup>332</sup> <sup>333</sup> <sup>334</sup> <sup>335</sup> <sup>336</sup> <sup>337</sup> <sup>338</sup> <sup>339</sup> <sup>340</sup> <sup>341</sup> <sup>342</sup> <sup>343</sup> <sup>344</sup> <sup>345</sup> <sup>346</sup> <sup>347</sup> <sup>348</sup> <sup>349</sup> <sup>350</sup> <sup>351</sup> <sup>352</sup> <sup>353</sup> <sup>354</sup> <sup>355</sup> <sup>356</sup> <sup>357</sup> <sup>358</sup> <sup>359</sup> <sup>360</sup> <sup>361</sup> <sup>362</sup> <sup>363</sup> <sup>364</sup> <sup>365</sup> <sup>366</sup> <sup>367</sup> <sup>368</sup> <sup>369</sup> <sup>370</sup> <sup>371</sup> <sup>372</sup> <sup>373</sup> <sup>374</sup> <sup>375</sup> <sup>376</sup> <sup>377</sup> <sup>378</sup> <sup>379</sup> <sup>380</sup> <sup>381</sup> <sup>382</sup> <sup>383</sup> <sup>384</sup> <sup>385</sup> <sup>386</sup> <sup>387</sup> <sup>388</sup> <sup>389</sup> <sup>390</sup> <sup>391</sup> <sup>392</sup> <sup>393</sup> <sup>394</sup> <sup>395</sup> <sup>396</sup> <sup>397</sup> <sup>398</sup> <sup>399</sup> <sup>400</sup> <sup>401</sup> <sup>402</sup> <sup>403</sup> <sup>404</sup> <sup>405</sup> <sup>406</sup> <sup>407</sup> <sup>408</sup> <sup>409</sup> <sup>410</sup> <sup>411</sup> <sup>412</sup> <sup>413</sup> <sup>414</sup> <sup>415</sup> <sup>416</sup> <sup>417</sup> <sup>418</sup> <sup>419</sup> <sup>420</sup> <sup>421</sup> <sup>422</sup> <sup>423</sup> <sup>424</sup> <sup>425</sup> <sup>426</sup> <sup>427</sup> <sup>428</sup> <sup>429</sup> <sup>430</sup> <sup>431</sup> <sup>432</sup> <sup>433</sup> <sup>434</sup> <sup>435</sup> <sup>436</sup> <sup>437</sup> <sup>438</sup> <sup>439</sup> <sup>440</sup> <sup>441</sup> <sup>442</sup> <sup>443</sup> <sup>444</sup> <sup>445</sup> <sup>446</sup> <sup>447</sup> <sup>448</sup> <sup>449</sup> <sup>450</sup> <sup>451</sup> <sup>452</sup> <sup>453</sup> <sup>454</sup> <sup>455</sup> <sup>456</sup> <sup>457</sup> <sup>458</sup> <sup>459</sup> <sup>460</sup> <sup>461</sup> <sup>462</sup> <sup>463</sup> <sup>464</sup> <sup>465</sup> <sup>466</sup> <sup>467</sup> <sup>468</sup> <sup>469</sup> <sup>470</sup> <sup>471</sup> <sup>472</sup> <sup>473</sup> <sup>474</sup> <sup>475</sup> <sup>476</sup> <sup>477</sup> <sup>478</sup> <sup>479</sup> <sup>480</sup> <sup>481</sup> <sup>482</sup> <sup>483</sup> <sup>484</sup> <sup>485</sup> <sup>486</sup> <sup>487</sup> <sup>488</sup> <sup>489</sup> <sup>490</sup> <sup>491</sup> <sup>492</sup> <sup>493</sup> <sup>494</sup> <sup>495</sup> <sup>496</sup> <sup>497</sup> <sup>498</sup> <sup>499</sup> <sup>500</sup> <sup>501</sup> <sup>502</sup> <sup>503</sup> <sup>504</sup> <sup>505</sup> <sup>506</sup> <sup>507</sup> <sup>508</sup> <sup>509</sup> <sup>510</sup> <sup>511</sup> <sup>512</sup> <sup>513</sup> <sup>514</sup> <sup>515</sup> <sup>516</sup> <sup>517</sup> <sup>518</sup> <sup>519</sup> <sup>520</sup> <sup>521</sup> <sup>522</sup> <sup>523</sup> <sup>524</sup> <sup>525</sup> <sup>526</sup> <sup>527</sup> <sup>528</sup> <sup>529</sup> <sup>530</sup> <sup>531</sup> <sup>532</sup> <sup>533</sup> <sup>534</sup> <sup>535</sup> <sup>536</sup> <sup>537</sup> <sup>538</sup> <sup>539</sup> <sup>540</sup> <sup>541</sup> <sup>542</sup> <sup>543</sup> <sup>544</sup> <sup>545</sup> <sup>546</sup> <sup>547</sup> <sup>548</sup> <sup>549</sup> <sup>550</sup> <sup>551</sup> <sup>552</sup> <sup>553</sup> <sup>554</sup> <sup>555</sup> <sup>556</sup> <sup>557</sup> <sup>558</sup> <sup>559</sup> <sup>560</sup> <sup>561</sup> <sup>562</sup> <sup>563</sup> <sup>564</sup> <sup>565</sup> <sup>566</sup> <sup>567</sup> <sup>568</sup> <sup>569</sup> <sup>570</sup> <sup>571</sup> <sup>572</sup> <sup>573</sup> <sup>574</sup> <sup>575</sup> <sup>576</sup> <sup>577</sup> <sup>578</sup> <sup>579</sup> <sup>580</sup> <sup>581</sup> <sup>582</sup> <sup>583</sup> <sup>584</sup> <sup>585</sup> <sup>586</sup> <sup>587</sup> <sup>588</sup> <sup>589</sup> <sup>590</sup> <sup>591</sup> <sup>592</sup> <sup>593</sup> <sup>594</sup> <sup>595</sup> <sup>596</sup> <sup>597</sup> <sup>598</sup> <sup>599</sup> <sup>600</sup> <sup>601</sup> <sup>602</sup> <sup>603</sup> <sup>604</sup> <sup>605</sup> <sup>606</sup> <sup>607</sup> <sup>608</sup> <sup>609</sup> <sup>610</sup> <sup>611</sup> <sup>612</sup> <sup>613</sup> <sup>614</sup> <sup>615</sup> <sup>616</sup> <sup>617</sup> <sup>618</sup> <sup>619</sup> <sup>620</sup> <sup>621</sup> <sup>622</sup> <sup>623</sup> <sup>624</sup> <sup>625</sup> <sup>626</sup> <sup>627</sup> <sup>628</sup> <sup>629</sup> <sup>630</sup> <sup>631</sup> <sup>632</sup> <sup>633</sup> <sup>634</sup> <sup>635</sup> <sup>636</sup> <sup>637</sup> <sup>638</sup> <sup>639</sup> <sup>640</sup> <sup>641</sup> <sup>642</sup> <sup>643</sup> <sup>644</sup> <sup>645</sup> <sup>646</sup> <sup>647</sup> <sup>648</sup> <sup>649</sup> <sup>650</sup> <sup>651</sup> <sup>652</sup> <sup>653</sup> <sup>654</sup> <sup>655</sup> <sup>656</sup> <sup>657</sup> <sup>658</sup> <sup>659</sup> <sup>660</sup> <sup>661</sup> <sup>662</sup> <sup>663</sup> <sup>664</sup> <sup>665</sup> <sup>666</sup> <sup>667</sup> <sup>668</sup> <sup>669</sup> <sup>670</sup> <sup>671</sup> <sup>672</sup> <sup>673</sup> <sup>674</sup> <sup>675</sup> <sup>676</sup> <sup>677</sup> <sup>678</sup> <sup>679</sup> <sup>680</sup> <sup>681</sup> <sup>682</sup> <sup>683</sup> <sup>684</sup> <sup>685</sup> <sup>686</sup> <sup>687</sup> <sup>688</sup> <sup>689</sup> <sup>690</sup> <sup>691</sup> <sup>692</sup> <sup>693</sup> <sup>694</sup> <sup>695</sup> <sup>696</sup> <sup>697</sup> <sup>698</sup> <sup>699</sup> <sup>700</sup> <sup>701</sup> <sup>702</sup> <sup>703</sup> <sup>704</sup> <sup>705</sup> <sup>706</sup> <sup>707</sup> <sup>708</sup> <sup>709</sup> <sup>710</sup> <sup>711</sup> <sup>712</sup> <sup>713</sup> <sup>714</sup> <sup>715</sup> <sup>716</sup> <sup>717</sup> <sup>718</sup> <sup>719</sup> <sup>720</sup> <sup>721</sup> <sup>722</sup> <sup>723</sup> <sup>724</sup> <sup>725</sup> <sup>726</sup> <sup>727</sup> <sup>728</sup> <sup>729</sup> <sup>730</sup> <sup>731</sup> <sup>732</sup> <sup>733</sup> <sup>734</sup> <sup>735</sup> <sup>736</sup> <sup>737</sup> <sup>738</sup> <sup>739</sup> <sup>740</sup> <sup>741</sup> <sup>742</sup> <sup>743</sup> <sup>744</sup> <sup>745</sup> <sup>746</sup> <sup>747</sup> <sup>748</sup> <sup>749</sup> <sup>750</sup> <sup>751</sup> <sup>752</sup> <sup>753</sup> <sup>754</sup> <sup>755</sup> <sup>756</sup> <sup>757</sup> <sup>758</sup> <sup>759</sup> <sup>760</sup> <sup>761</sup> <sup>762</sup> <sup>763</sup> <sup>764</sup> <sup>765</sup> <sup>766</sup> <sup>767</sup> <sup>768</sup> <sup>769</sup> <sup>770</sup> <sup>771</sup> <sup>772</sup> <sup>773</sup> <sup>774</sup> <sup>775</sup> <sup>776</sup> <sup>777</sup> <sup>778</sup> <sup>779</sup> <sup>780</sup> <sup>781</sup> <sup>782</sup> <sup>783</sup> <sup>784</sup> <sup>785</sup> <sup>786</sup> <sup>787</sup> <sup>788</sup> <sup>789</sup> <sup>790</sup> <sup>791</sup> <sup>792</sup> <sup>793</sup> <sup>794</sup> <sup>795</sup> <sup>796</sup> <sup>797</sup> <sup>798</sup> <sup>799</sup> <sup>800</sup> <sup>801</sup> <sup>802</sup> <sup>803</sup> <sup>804</sup> <sup>805</sup> <sup>806</sup> <sup>807</sup> <sup>808</sup> <sup>809</sup> <sup>810</sup> <sup>811</sup> <sup>812</sup> <sup>813</sup> <sup>814</sup> <sup>815</sup> <sup>816</sup> <sup>817</sup> <sup>818</sup> <sup>819</sup> <sup>820</sup> <sup>821</sup> <sup>822</sup> <sup>823</sup> <sup>824</sup> <sup>825</sup> <sup>826</sup> <sup>827</sup> <sup>828</sup> <sup>829</sup> <sup>830</sup> <sup>831</sup> <sup>832</sup> <sup>833</sup> <sup>834</sup> <sup>835</sup> <sup>836</sup> <sup>837</sup> <sup>838</sup> <sup>839</sup> <sup>840</sup> <sup>841</sup> <sup>842</sup> <sup>843</sup> <sup>844</sup> <sup>845</sup> <sup>846</sup> <sup>847</sup> <sup>848</sup> <sup>849</sup> <sup>850</sup> <sup>851</sup> <sup>852</sup> <sup>853</sup> <sup>854</sup> <sup>855</sup> <sup>856</sup> <sup>857</sup> <sup>858</sup> <sup>859</sup> <sup>860</sup> <sup>861</sup> <sup>862</sup> <sup>863</sup> <sup>864</sup> <sup>865</sup> <sup>866</sup> <sup>867</sup> <sup>868</sup> <sup>869</sup> <sup>870</sup> <sup>871</sup> <sup>872</sup> <sup>873</sup> <sup>874</sup> <sup>875</sup> <sup>876</sup> <sup>877</sup> <sup>878</sup> <sup>879</sup> <sup>880</sup> <sup>881</sup> <sup>882</sup> <sup>883</sup> <sup>884</sup> <sup>885</sup> <sup>886</sup> <sup>887</sup> <sup>888</sup> <sup>889</sup> <sup>890</sup> <sup>891</sup> <sup>892</sup> <sup>893</sup> <sup>894</sup> <sup>895</sup> <sup>896</sup> <sup>897</sup> <sup>898</sup> <sup>899</sup> <sup>900</sup> <sup>901</sup> <sup>902</sup> <sup>903</sup> <sup>904</sup> <sup>905</sup> <sup>906</sup> <sup>907</sup> <sup>908</sup> <sup>909</sup> <sup>910</sup> <sup>911</sup> <sup>912</sup> <sup>913</sup> <sup>914</sup> <sup>915</sup> <sup>916</sup> <sup>917</sup> <sup>918</sup> <sup>919</sup> <sup>920</sup> <sup>921</sup> <sup>922</sup> <sup>923</sup> <sup>924</sup> <sup>925</sup> <sup>926</sup> <sup>927</sup> <sup>928</sup> <sup>929</sup> <sup>930</sup> <sup>931</sup> <sup>932</sup> <sup>933</sup> <sup>934</sup> <sup>935</sup> <sup>936</sup> <sup>937</sup> <sup>938</sup> <sup>939</sup> <sup>940</sup> <sup>941</sup> <sup>942</sup> <sup>943</sup> <sup>944</sup> <sup>945</sup> <sup>946</sup> <sup>947</sup> <sup>948</sup> <sup>949</sup> <sup>950</sup> <sup>951</sup> <sup>952</sup> <sup>953</sup> <sup>954</sup> <sup>955</sup> <sup>956</sup> <sup>957</sup> <sup>958</sup> <sup>959</sup> <sup>960</sup> <sup>961</sup> <sup>962</sup> <sup>963</sup> <sup>964</sup> <sup>965</sup> <sup>966</sup> <sup>967</sup> <sup>968</sup> <sup>969</sup> <sup>970</sup> <sup>971</sup> <sup>972</sup> <sup>973</sup> <sup>974</sup> <sup>975</sup> <sup>976</sup> <sup>977</sup> <sup>978</sup> <sup>979</sup> <sup>980</sup> <sup>981</sup> <sup>982</sup> <sup>983</sup> <sup>984</sup> <sup>985</sup> <sup>986</sup> <sup>987</sup> <sup>988</sup> <sup>989</sup> <sup>990</sup> <sup>991</sup> <sup>992</sup> <sup>993</sup> <sup>994</sup> <sup>995</sup> <sup>996</sup> <sup>997</sup> <sup>998</sup> <sup>999</sup> <sup>1000</sup>

## CAPUT OCTAVUM

## De Cognatione Spirituali.

## SUMMARIUM.

1. Inter susceptam ex sacro baptismatis fonte & susceptorem Justinianus nuptias prohibuit.
2. Pontifices cognationem spirituales latius quam Justinianus extenderunt.
3. Carpiuntur jus canonicum, quod cognationem spirituales obesse nuptiis statuerit.
4. Jus Batavorum cognationem spirituales, qua impedimento nuptiis esset, nullam agnoscat.

Justinianus, eam mulierem, quam à sacrosancto suscepti baptismate, uxorem ducere me expressa constitutione prohibuit, addita prohibitionis ratione, quia nihil aliud sic inducere potest paternam affectionem, & justam nuptiarum prohibitionem, quam hujusmodi nexum, per quem, Deo meditante, anima eorum copulata sunt. l. 26, C. de nupt. Verum, ut loquar quod sentio, hæc ratio interdicto adjecta non exiguam Principis ignorantiam circa mysterium sacri baptismatis manifeste prodat. Quippe anima suscepti per Baptismum non copulatur

susceptoris suo, sed veluti cœli surculus inseritur Christo & ecclesie Dei, & spirituali modo renatus infans ex filio hominis adoptatur in filium Dei, sitque susceptoris sui, uti omnium credentium, spiritualis frater in Christo, utriusque domino: & si hæc ex baptismo inter susceptorem & susceptam orta affectio, sit causæ sit, ut eorum nuptiæ interdican- tur; omnia Christianorum cum Christianis conjugia interdicens sunt, cum omnes inter se sint & dicantur fratres atque sorores in Christo. Nihil ad rem facit, si quis cum Bachovio dicat, specialem susceptæ erga susceptorem reverentiam, & hujus erga eam-  
piam curam, generalem cognationem, quæ inter omnes Christianos est, red-  
dere majorem, strictiorem, arctiorem, & quandam paternam affectionem in-  
ter has personas inducere, quæ non est inter illos, quos hoc vinculum ex ba-  
ptismo ortum non ligat, atque hanc specialem affectionem prohibitionis ra-  
tionem esse? Nam, sit arctior quædam inter hosce quam cæteros Christianos  
necessitas, ideo ne prohiberi debent eorum nuptiæ? moveat nos major animi  
impetus erga eos, quos ex sacro fonte suscepimus, quam alios homines, ideo  
ne cum iis connubia licita non erunt? Quare tum mihi licet adscitam, quam  
pro alumna habui, & educavi, uxorem habere? hanc enim præ cæteris dilexi,  
atque illa, ut sumtibus meis educata, liberaliter instituta, & filia loco  
habita, filiali affectione me prosequi & reverenter obligata, dum vivit, manet.  
Imo si paternæ huic quasi affectioni ex baptismo quæ sitæ adjiciat susceptor  
maritalem affectum, quantum vigilabit pro salute uxoris suæ, quam suscep-  
tam à sacrosancto baptismo, contractis nuptiis, in unum hominem secum  
coalescere fecit. Confugit tandem Bachovius ad antiquitatis reverentiam,  
& adducit ex Harmenopulo, <sup>2</sup> canonem quendam antiquissimæ Synodi in  
Trullo habitæ, in quo terminus, intra quem hæc prohibitio limitata est, con-  
tinetur; cujus quoque Basilius Pontius meminit, adducens insuper alterum con-  
cilii Nicæni de hac cognatione loquentem. <sup>3</sup> atque concludit tandem prior  
jurisconsultus, cum quoque Justinianus in d. l. 26. ita loquatur, ut hoc ab ipso  
primum non fuisse constitutum appareat, si nihil aliud, hoc saltem harum nu-  
ptiarum prohibitionem evincere debere. <sup>4</sup> Verum, ut hisce respondeam,  
Christo, Apostolis, veterisque testamenti Prophetis, quibus hæc cognatio,  
neque probata, neque cognita legitur, junior fuit Justinianus, proculdubio  
ut hoc sanciret à clero inductus, cum sub eo congregata in Trullo, palatii lo-  
co, Synodus Constantinopolitana hæc nuptias prohibuerit *can. 53*. Multum  
quoque temporis post Christi & Apostolorum mortem coactum Nicænum  
concilium fuit.

Justinianus quidem, licet Princeps fuerit ad superstitionem usque religio-  
sus, in unica nuptiarum prohibitionem substitit, nec susceptæ & susceptoris  
personas egressus fuit: at spiritus Papæ, qui falli nequit, postquam matrimo-  
nium, sacramentum novi fœderis, & involato Principum imperio, suæ juris-  
dictionis esse dixisset, obtinissetque, cognationem spiritualem in baptismo  
oriri, non tantum probavit, sed & ejus vim in prohibendis nuptiis, extra su-  
ceptæ

<sup>1</sup> In Treut-  
ler. vol. 2.  
disput. 6.  
Thef. 3. lit. e  
f. de nuptiis

<sup>2</sup> Libr. 4.  
Tit. 9. §. 18.

<sup>3</sup> Libr. 7.  
cap. 39 §. 2.  
de sacram.  
matrimon.

<sup>4</sup> In nos ad  
Wesembec.  
Tit. de nupt.  
§. 4.

sceptæ & susceptoris personas longe lateque extendit, non levi pœna, sed anathematis fulmine feriens horum decretorum Romanæ sedis contemptores & transgressores C. 1. *causs. 30. q. 1. C. 17. caus. 33. q. 2.* Hinc jam egregia illa paternitatis, maternitatis, commatris, compatris, confratris, patrinii, matrimaque invito latino sermone excogitata nomina, in quibus explicandis occupati Panormitanus,<sup>1</sup> & Basilius Pontius sunt.<sup>2</sup> Imo, cum magnum & præsentaneum nummorum aucupium per dispensationis rete, ex hac cognatione commentitia sentiret Curia Romana, non hic quidem substitit, sed latius serpens, cognationem hanc spiritualement, per confirmationem ex mentito christi frontis sacramento, C. 1. *x. de cognat. spiritual. in 6.* perque catechismum, qui præcedit baptismum, quoque oriri voluit. de quibus Sanchez,<sup>3</sup> Basilius Pontius,<sup>4</sup> & Brunellus<sup>5</sup> late agunt. Idque postquam egregius latinæ linguæ auctor Bonifacius octavus Clementem tertium, qui dixerat, catechismum vix contrahendo matrimonio impedimentum adferre, interpretatus fuit, statuisse catechismum spiritualement cognationem adferre, quia, uti ait, quod vix sit, fieri tamen dubium non existit. C. 2. *x. de spiritual. cognat. in 6.* Quid sit, & quomodo institutur catechismus apud Connanum,<sup>6</sup> & Sanchez<sup>7</sup> videat lector. Imo à sententia illorum non abhorret Thomas, qui quoque per Evangelii prædicationem & pœnitentiam, cognationem spiritualement nuptias cohibentem oriri docent. C. 8. *causs. 30. q. 1.*<sup>8</sup> & omnem fidem superat, quod papa Deus dedit, & ante eum Julius, Innocentius, Cœlestinus ex plurimorum Episcoporum consilio & consensu decreverunt, sub anathematis pœna separandos esse conjuges, qui inscii è sancto baptismatis lavacro proprios filios suscepissent. C. 1. *causs. 30. q. 1.* cum tamen Christus duntaxat ob adulterium, matrimonium solvendum velit. Imo scribit Beza, hæc verba à Papa responso suo inserta, & post expletum annum recipiat alium virum mulier, & vir uxorem, à Gratiano, studio, omissa esse, ut tantum dedecus occultaret.<sup>9</sup> horum vero decretum postea Alexander tertius sustulit. C. 2. *x. de cognat. spiritual.* Sed jam videamus rationes tam magni mysterii. Thomæ argumentum est. Sicuti per carnis generationem homo accipit esse natura, ita per sacramenta accipit esse spirituale gratia. Unde sicuti vinculum, quod ex carnis propagatione contrahitur, est homini naturale, in quantum est res quadam natura; ita vinculum quod contrahitur ex sacramentorum susceptione, est aliquo modo naturale alicui, in quantum est membrum ecclesiæ. Hactenus forsitan in hac argumentatione nihil est, quod corrigas, nisi velis assumptionem rectius hoc modo fieri: ita vinculum, quod contrahitur ex sacramentorum susceptione, est alicui spirituale gratuitum, in quantum est membrum ecclesiæ. Sacramentorum enim conditio & administratio, cum ad gratiam duntaxat, non ad naturam pertineant, ad matrimonium, quod naturam concernit, nihil faciunt. Cæterum, verum est, sicuti per generationem inter patrem & filios sanguinis necessitudo nascitur, ita & in baptismo per regenerationem inter Deum & credentes paternæ misericordiæ, inter omnia ecclesiæ membra fraternæ charitatis vinculum nasci; cum omnes electi ejusdem spiritus parti-

<sup>1</sup> In *Supplem.*  
*quest. 56.*  
*art. 1. & in*  
*libr. 4. sen*  
*tent. distict.*  
*42. quest. 1.*  
*art. 1.*

<sup>2</sup> *Sentent. 4.*  
*distict. 42.*

tipices, & æternæ salutis heredes per Christum fiant. At hæc Thomæ assumptio. *Ideo sicut cognatio carnalis impedit matrimonium, ita quoque impedit cognatio spiritualis.* <sup>1</sup> vel ut Lombardus scribit, *cum cognatio spiritualis dignior sit carnali, ideo multo fortius impedit contrahendum ac dirimet contractum conjugium.* <sup>2</sup> (quæ quoque ratiocinatio Zachariæ Papæ est C. 2. *caus. 30. q. 3.*) digna prorsus est, ut à pueris in trivialibus explodatur. Nam (præterquam quod fraterna credentium in Domino charitas, male cognatio, ea significatione, qua nos hoc verbo utimur, dicatur) sit spiritualis dignior carnali, intuitu Dei & vitæ æternæ, cujus participes per Christum reddimur, ideone eadem dignior in prohibendo matrimonio erit, quod carnis opus est? Matrimonium terram replet, spiritualis hæc charitas paradisum: nuptiæ in hoc mundo propagationem hominum respiciunt, spiritualis ex baptismo charitas augmentum Christi cœlesti regnum desiderat. Non valet hæc sequela, quod efficit generatio carnalis per carnem, id efficit quoque regeneratio spiritualis per spiritum. Alii effectus carnis, alii spiritus sunt. Si enim hoc modo argumentari liceat, cum omnes fideles, fratres & sorores sint & dicantur in Christo, quia agnoscunt eundem in cœlis patrem Deum, eandem in terris matrem ecclesiam, omnium credentium prohibenda sunt inter se matrimonia, quia ex uno parente natorum nuptiæ prohibentur: susceptoris heres filius baptizatus esse debet, quia patri heres existit filius naturalis, & usque ad quintum gradum spiritualis cognationis inhiberi nuptiæ, uti in cognatione carnali prohibentur: nec subsistere poterit solutio à canone, si quæ per Papam fiat in gradu cognationis spiritualis, in quo ea in cognatione carnali irrita esset: quæ tamen omnia secus se habere ipsi Pontifices volunt. Altera Lombardi ratio, æque inutilis & inepta est, vix digna ingenio anicularum. *Secundarius* (inquit) *matrimonii finis dilatio amicitia est, sed cum sufficiens amicitia inter eos sit, quos spiritualis cognatio connectit, eorum matrimonium recte prohibetur.* Argumentor ego, spiritualis & Christiana charitas omnes Christianos tam cœlesti nexu vincire debet, ut omnium sit unum cor, unaque anima; omnium ergo credentium cum fidelibus prohiberi debent esse nuptiæ, quia sufficiens hæc charitas deficere facit secundarium matrimonii finem, amicitie dilatacionem. Sed quis tum secundum Apostoli sententiam, nubere poterit in Domino? Tertia Nicolai & Paschalis Papæ ratio, ex comparatione regenerationis spiritualis cum adoptione desumpta, prorsus stulta & theologis indigna est, C. 1. C. 5. *caus. 30. q. 3.* Quid enim simile regenerationi, qua per baptismum quis revera fit surculus cœli, & ecclesiæ membrum, cum adoptione, qua fingitur quis filius esse hujus hominis, cum revera sit alterius? Deinde, quomodo quis fingi possit pater baptizati, qui tantum ut testis adest baptismo, non video? Hinc certe patet, uti Romanorum adoptio ficta & imaginaria est, hanc Spiritualem propinquitatem in culina Papæ excusam, maxime fictam & imaginariam esse, nec ullum nisi in Pontificis cerebro fundamentum habere: ut recte mihi Thomas sentire videatur, cum dicit, hanc spirituales cognationem impedimento

mento nuptiis esse ex ecclesiæ statuto; <sup>1</sup> cui congruit Covarruvias, cum ait, <sup>1</sup> *In supplementi quæst. 56. art. 1. 2. part. 2. de matrimon. cap. 6. §. 4. n. 1. Sanch. libr. 7. dispus. 54. n. 2. de matrimon. 3. Hiflor. Concil. Trident. libr. 8. pag. (mibi) 765 & 804. de susceptori- bus in Baptis- mo, & de spiri- tuali cog- natione. conf. Basil. Pont. l. 7. cap. 37. de sacram. ma- trim. Sanch. libr. 7. di- spus. 54. & seqq. Brunel. concl. 20. de sponsal. & matrim. Canis. ad Tit.* eam nec divino, nec naturali sed canonico juri inniti: <sup>2</sup> quamvis tum men- tiantur Papæ Zacharias, & Deusdedit, cum docent, susceptam & susceptoris filium in divina sententia germanos esse, C. 3. *caus. 30. q. 3.* nisi Pontifices Deos, eorumque sententias divinas vocaveris, uti libenter admittit Antichri- stus. Cæterum Concilium Tridentinum, Patrum nostrorum memoria, cum videret noxiam ecclesiæ, & diffusam nimis esse hanc, quam Pontificum de- creta introduxerant, spiritualement ex baptismo & confirmatione cognatio- nem, eam intra baptizatum, patrem, matremque ejus, & baptizantem, bapti- zatique susceptores, coarctavit. atque insuper voluit, duos duntaxat testes seu susceptores, virum & scæminam, baptismo unius infantis adesse; resecato magno compatrum & commatrum ante id tempus, quibusdam in locis usita- to numero. <sup>3</sup> Cæterum nos Batavi, postquam repudium Satanæ & latino ejus Angelo misimus, Dei verbo inhærentes, fictam hanc & ex humano cere- bro natam spiritualement cognationem explosimus, eamque Romam, ut inde oriundam relegavimus. Infidelium est, non nostrum, tantum auctoritatis tri- buere homini mortali, ut fictam ob rationem prohibere possit nuptias, quas nec Deus pater, nec Christus, nec Apostoli inhibuerunt: ut liceat ei disjungere, quos rite & ordine conjunxit Deus, si postea nota nunquam Christo cogna- tio spiritualis inveniatur nuptiis impedimento fuisse. <sup>4</sup> Morem vero adhiben- di duos pluresque fide dignos viros, ut sint testes postea, hosce vel illos ba- ptismo ablutos & ecclesiæ Dei insertos fuisse cum infantes essent, ut peranti- quum, honestum, & ecclesiæ utilem laudamus, probamus, & suscipimus.

11. libr. 4. decret.

<sup>2</sup> Groenevu. in l. 26. C. de nupt. consule Spanhem. libr. 3. dubior. Evangel. 147. n. 6. Erasim. de Christian. matrim. Basil. Menner. cap. 4. de matrim. Alber. Gentil. libr. 5. cap. ult. de nupt. Bexam de repud. & divorc.

## CAPUT NONUM

## De computandis gradibus.

## SUMMARIUM.

1. Quid sit linea, quid gradus cognationis, & quomodo distinguantur?
2. Alia in linea collateralis graduum computatio juris civilis est, alia canonici.
3. Linea transversa, alia aequalis, alia inaequalis est jure canonico.
4. Tum civile tum canonicum jus intra quatuor graduum cohibet nuptias, attamen cum discrimine.
5. Carpitur Alexander septimus, quod dixerit

antiquam graduum computationem conturbare, qui Iustinianum in compu- tandis gradibus sequuntur.

6. Nec Civile, nec Drumum, nec Batavum jus gradus computat in prohibitione nuptiarum.
7. Jus Canonicum duntaxat graduum distantiam respicit in prohibendis nuptiis.

Refu-



**R**efutatis ejus, quæ sanguine non consistit, cognationis generibus, persequenda nobis restat genuinæ cognationis natura, idque jus, quod ex ea, quodam nuptiarum prohibitionem, profluit. Sed antequam ad id nos accingamus, non incongruum nec incommodum erit, paucula de lineis & gradibus cognationis præfariis enim solent quum civilis, tum canonici juris doctores cognationem distinguere, & ex illorum numero licitas vel illicitas docere nuptias. Lineam esse collectionem personarum ad eundem stipitem relatarum, quidam dixerunt: at male meo judicio: ascendentes enim & descendentes in communem non assurgunt stipitem. Melius eam, seriem cognatorum dixeris: est enim quasi catena eorum omnium qui ejusdem sanguinis sunt. Dispesci linea consuevit in rectam, & transversam seu collateralem. l. 1. l. 9. D. de gradib. & affinit. Recta, quæ quoque directus limes seu ordo dicitur. d. l. 1. & 9. vel sursum vel deorsum ducit. Quæ sursum ducit, superior vocatur, d. l. 1. & 9. & continet avum, proavum, abavum, atavum, tritavum cæterosque, quos proprio nomine parentes, majores seu progenitores vocitamus l. 4. D. de in jus vocand. l. 10. §. 7. D. de gradib. Quæ deorsum ducit, inferior dicitur, & filium, nepotem, pronepotem, abnepotem, atnepotem, cæterosque complectitur, qui generali nomine minorum d. l. 1. l. 9. & 10. §. 7. posterorum, l. 4. D. de jure immunis. l. 83. §. 1. D. de legal. 3. & posteriorum veniunt. d. l. 10. §. 7. In hujus lineæ computandis gradibus nullum juri civili cum canonico discrimen est; regula licet, qua utrumque computat, utrique diversa sit: *numera generationes, & numerasti gradus*, Justiniane est. §. 7. Instit. de gradib. cognat. tot sunt gradus, quot sunt persone, dempta una, Canonica; quam inter alios respuit Beza, defendit Bechstadius. Gradus autem, ut hoc quoque dicam, generationis quotæ sunt, dicti à similitudine scalarum locorumque proclivium, quos ita ingredimur, ut à proximo in proximum, id est, in eum, qui quasi ex priori nascitur, transeamus ad supremum. l. 10. §. 10. D. de gradib. Hanc graduum computationem inepte à Pontificiis in caus. 35. q. 5. cognationis arborem dicitur putat Albericus Gentilis, ut quæ nullam arboris speciem seu rationem habeat. Linea transversa personas complectitur; quæ à latere sibi invicem cognatæ, computatione graduum instituta, ad communem genarchum seu originis stipitem assurgunt. l. 1. l. 9. D. de gradib. affinit. Hic non eadem legi Cæsareæ & Pontificiæ, graduum computatio est. Lex civilis ad communem stipitem ascendens primum, deinde ab eo descendens, tot constituit gradus, quot invenit generationes l. 10. §. 8. & 9. D. de gradib. affinit. junct. §. 7. Instit. de gradib. cognat. Pontificum vero constitutio ascendens tantum, tot constituit gradus, quot inter communem stipitem & eum de cujus proximitate queritur, dempto stipite, vel si mavis, dempto eo à quo incipit, vel in quo desinit computatio, numerantur personæ. d. C. 2. caus. 35. q. 5. Sic patruels qui quarto gradu distant jure civili, secundum jure canonico obtinent. Ex quo jam profluit canonica lineæ distinctio in æqualem & inæqualem d. C. 2. caus. 35. q. 5. Æqualis dicitur, cum eodem graduum numero à communi stipi-

<sup>1</sup> *Pulseius*  
libr. 1. cap. 8.  
jurisprud.  
Roman.

<sup>2</sup> *Traff. de*  
repud. & di-  
vert.

<sup>3</sup> *Cap. 8.*  
part. 1. de  
collation. jur.  
connubial.

<sup>4</sup> *Libr. 5.*  
cap. 6. de  
Nupt.

<sup>5</sup> *D. C. 2.*

- te distant, de quorum proximitate quaeritur, inaequalis cum diverso: in qua  
semper tot dicuntur gradus, quot inveniuntur generationes inter eorum  
nem stipitem & eum, qui à stipite longissimo abest. *Cult. x. de consang. & affinit.* De qua vi-  
Diversae hujus computationis hanc rationem dat Alexander tertius. Lex *de Caverium*  
Civilis gradus computat hereditatis deferendae causa; lex Canonica, ut in- *libr. 2. cap. 3.*  
veniatur nuptiarum ob sanguinem prohibitio: at cum hereditas tantum ex *4. de sponsal.*  
una in aliam personam deferatur, in singulis personis singuli constituendi fue- *& matrim.*  
runt gradus: nuptiae vero cum sine duobus fieri nequeant, duae in eodem *Sanch. lib. 7.*  
gradu constitui debuerunt personae. *C. 2. caus. 35. q. 2.* Qui viam & conse- *disput. 50. &*  
4 quantiam hujus argumenti capere potest, capiat, nos persequens. In utroque *segg. de ma-*  
jure haec observatur regula; *Nuptiae intra quartum gradum illicitae sunt.* Cum hac *trim. Bach-*  
tamen differentia; quod Canonicum jus quartum gradum includat prohibi- *fiad. part. 1.*  
tioni *C. 8. x. de consanguin. & affinit.* Caesareum excludat. *l. 13. D. de rit. Nupt.* *cap. 8. de*  
Disputant jam acriter & inter se digladiantur Pontificij & Caesarei juris *collat. Tur.*  
Doctores, quanam supputatio melior sit, & in nuptiis observanda. Quorum *connub. Bag-*  
rationes & argumenta refert, meum non esse duco, qui utramque nuptia- *bov. in*  
rum negotio non convenire statuo. Multo minus Canonicam refellere, ne *Trentler. vol.*  
inepte agam, quod docte ante me fecere Beza, Albericus Gentilis, alique. *2. disput. 6.*  
5 Impurum tamen illud Alexandri secundi Papae Romani mendacium prae- *Thef. 2. lit. F.*  
tere non possum, quo dicit, eos, qui Justinianeam computationem sequuntur, *Thomam*  
numerationem sanctorum Patrum, & antiquam ecclesiae computationem ad *in supplem.*  
nos usque perductam perversa quadam calliditate perturbare. *summ. Theoe*  
*log. quest.*  
6 Juris Caesarei graduum supputatio, hereditatis & tutelae deferendae causa *54. art. 2.*  
inventae est. *l. 1. 1. 10. D. de grad. & affin. §. 7. & 8. Inst. de gradib. cognat. &* *Basil. Pono*  
cum lege judiciorum publicorum contra adgnatos & adfines testimonium *libr. 7. c. 30.*  
dicere nemo cogeretur, ejus usus necessarius fuit. *l. 4. l. 5. l. 9. l. 10. D. de te-* *de sacram.*  
*stib.* Sed praepostere interpretes eam à tutelae & hereditatis ad nuptiarum *matrim.*  
materiam transtulerunt. Non enim jus civile in prohibendis nuptiis gradus *2. De repud.*  
computat, eosque intuetur, sed jus sanguinis, & ex eo profluentem natura- *& divers.*  
lem pudorem. *l. 14. §. 2. D. de rit. nuptiar.* Ideoque prohibet aliquando eo- *pag. (mibi)*  
rum conjunctionem, qui quarto, inter se distant gradu. *§. 3. Inst. l. 17.* *23. 24. &*  
*segg.*  
§. 2. l. 39. *D. de ut. nupt.* imo qui nullo se gradu cognitionis attingunt, mo- *Libr. 5.*  
do reclamet civilis honestas. *l. 14. & l. 15. D. de rit. nupt.* Nihil nobis negotii *cap. 6. & 7.*  
faceffit, quod aliquando sub titulo nuptiarum à jurisperitis gradus mentio *de Nuptiis.*  
 fiat. *Tit. 13. c. 2.*  
 fiat. *Lib. singul.*  
 fiat. *de quest. &*  
 fiat. *caus. ma-*  
 fiat. *trim.*  
 fiat. *Consul.*  
 fiat. *Franc. Flo-*  
 fiat. *rem. disput.*  
 fiat. *singul. de*  
 fiat. *nupt. con-*  
 fiat. *subrim. in fin.*

fat. Nam Marcellus gradum pro dignitate sumit. *l. 49. D. eod.* Paulus, & post eum Justinianus pro linea. *l. ult. D. 9. 2. Inst. eod.* Nec graduum meminit Gajus, ut ex eorum supputatione colligat iustas iniustasve nuptias, sed ut doceat, usque ad infinitum parentum & liberorum conjunctiones prohiberi propter naturalem pudorem, & ita quasi pro re nata seu obiter, ut extenderet, quam vellet inculcare prohibitionem, gradum exprimit. *l. 17. §. 2. l. 53. D. eod.* Deinde, cum ultiores nuptias inhibent, subjungunt plerumque jurisconsulti hanc clausulam, *quamvis quarto gradusint.* *l. 17. §. 2. D. 9. 3. Inst. de nupt.* ut doceant, non tam graduum distantiam, quam naturalem pudorem in prohibendis conjunctionibus æstimandam esse. Habet autem lex civilis Deum in exemplar, non gradus computantem, sed personas, inter quas nuptias veritas voluit, enumerantem. *Levit. 18.* Præpotentes Fœderati Belgii, & illustr. Hollandiæ, & Zelandiæ Ordines tum divinum tum Cæsareum jus imitati fuere, uti ex illorum constitutionibus de prohibitis nuptiis palam est. *art. 4. & seqq. Polit. Holl. art. 11. & seqq. Zeland. constit. art. 54. & seqq. Egth-regl. vând. staten Gener.* In quibus quamvis graduum mentionem quandoque sciunt, non tamen eorum distantiam solam, sed naturalem pudorem, & ex eo profluentem honestatem, prohibitivam nuptiarum causam esse volunt; uti id ex eo palam est, quod etiam ultra quartum & quintum cognationis gradum quorundam conjunctionem inhibent. *art. 7. & 11. Holland. art. 22. Zeland. polit. constit.* Dicunt quidem se exprimere gradus, *art. 4. Holl. art. 11. Zeland. pol. constit.* non tamen eos computant, neque exprimunt quoto cognationis vel adfinitatis gradu nuptias licitas vel illicitas velint, sed duntaxat personas enumerant, quas conjungi posse nolunt; ut videantur graduum mentionem facere, ut juri canonico hæctenus adsueta Batavi facile differentiam juris cernerent. Deinde & dicunt divino, naturæ, & civili jure intra quosdam gradus prohiberi matrimonia; at non dicunt, ipsam graduum distantiam, vel proximitatem licitas vel illicitas nuptias facere. Solum jus canonicum in diversum abiit, & computatione graduum ab una duntaxat parte instituta, augendo hac ratione prohibitarum nuptiarum numerum, non jus sanguinis, non naturalem duntaxat pudorem, sed solam graduum distantiam interdicti rationem esse voluit. *C. 2. caus. 35. q. 5. C. 8. & 9. x. de consang. & affinit.* In tantum etiam, ut Sanchez scripserit, *jus canonicum omnes cōsanguinitatis gradum matrimonio obstantes intra quartum gradum conclusisse; nec distinxisse, an linea esset recta ascendentiū, an potius collateralium transversa.* Tantum est in interdicendis nuptiis, solummodo & unice, graduum cōputationi inhærere. Docetque hic, & cum eo cæteri pontificii, plurimas nuptias ecclesiastica constitutione, paucas jure naturæ prohiberi; ut mirum non sit, in ecclesia Romana non semper idem fuisse. nuptiarum interdictum. Nam quæ leges fictam ab homine honestatem pro ratione habent, contraria sequentium Principum voluntate abrogari possunt, & sæpius abrogantur, at quæ naturali pudori innituntur immutabiles sunt, & esse debent. Cum primum ex nimia veterum Christianorum pietate, tam

inter

Libr. 7.  
dispnt. 91.  
quest. 2. n.  
32 & q. 3.  
n. 22. de sacram.  
matri-  
mon.  
D. l. &  
seqq. Basil.  
Pont. libr. 7.  
cap. 31. de  
sacram. ma-  
trim.

inter cognatos, quam adfines, quousque parentela, seu si rectius loqui ames, sanguinis vel affinitatis necessitudo cognosci poterat, iis ut vetitis sponte abstineretur; primus omnium Fabianus Pontifex sancivit, ne matrimonium in tertia consanguinitatis vel affinitatis propinquitate contraheretur; in quarta vero, si qui conjuncti fuissent, separari noluit C. 3. *caus.* 35. q. 2. p. 1. & ante eum statuisse videtur Hyginus Papa. C. 4. *caus.* 35. q. 10. Post Fabianum Julius primas<sup>1</sup> produxit hanc prohibitionem usque ad septimum gradum. C. 7. *caus.* 35. q. 2. 3. quam & Gregorius probavit. C. 1. C. 26. *caus.* 35. q. 2. 3. Et horum Pontificum constitutiones generaliter loquuntur, sine discrimine lineæ rectæ vel transversæ. Nicolaus primus<sup>4</sup> postea inter ascendentes & descendentes infinitam prohibitionem, at inter collaterales non tantam prohibitionis extensionem esse voluit, uti Basilius Pontifex scribit.<sup>5</sup> Tandem bene se de ecclesia meritum existimavit Innocentius tertius, quod in generali concilio Lateranensi anno Salutis 1215 habito, correxit prædecessorum suorum constitutiones, & nuptiarum prohibitionem restrinxit ad quartum canonici, id est, juris civilis octavum gradum. C. 8. *x. de consang. & affinit.* quamvis velit solo distantium graduum prætextu inhiberi & dirimi, imo quoque contrahi posse quædam matrimonia, quæ divina lex probat, vetatque. Hujus juris varietatem temporis adscribendam esse existimat Canisius; & Fabianum Pontificem non ultra quartum gradum extendisse nuptiarum interdictum autumat, ut facilius possent inter Christianos ipsi matrimonia quorum numerus rarior erat sub Maximino & Gordiano ethnicis Imperatoribus: Julium vero ejus nominis primum, aucto jam iam immensum sub Constantino Christiano Imperatore Christianorum numero, ut seminarium quoddam esset charitatis & amicitie cum extraneis hominibus matrimonium, optimo consilio, nuptiarum prohibitionem ad septimum usque gradum produxisse; non vero ultra: nam licet hujus numeri determinationem legislatori arbitrariam fuisse existimet memoratus auctor, putat tamen ei hanc quoque rationem subesse, quod credatur virtus sanguinis ipsius stipitis, in descendantibus, tot generationibus deficere, atque extingui. Innocentium tertium vero, temporis sui & imbecillitatis humanæ habita ratione, cum videret, propter incontinentiam hominum, non posse Julii prohibitionem absque gravi multorum salutis dispendio observari, Fabiani constitutionem revocasse, & ad quartum gradum rursus nuptiarum interdictum optimo consilio coarctasse, cum lex accommodanda temporis sit. C. 2. *distinct.* 4. d. C. 8. *x. de consanguinit. & affinit.* ita ille; <sup>6</sup> ante quem simili modo hac de re ratio-  
cinatus Thomas fuit.<sup>7</sup> Verum, nonne melius & Christiano nomine dignius fecissent Pontifices, si secundum Dei legem à Mose relata, perpetuam retinuissent nuptiarum prohibitionem, neque quævisissent extra naturalem honestatem interdicti rationes, quas Deus non exprimit; neque prohibitionis rationem collocassent in sola graduum distantia, eamque illis annexissent? Hoc tamen jus totus olim secutus fuit Christianus orbis, & hodie sequitur,

<sup>1</sup> Ann. Christ. 139.<sup>2</sup> Ann. Christ. 139.<sup>3</sup> Ann. Christ. 137.<sup>4</sup> Sedit ann. Christ. 855.<sup>5</sup> Libr. 7. cap. 30. n. 2. de sacram. matrim.<sup>6</sup> In C. 8. x. de consang. & affinit.<sup>7</sup> In suppl. summ. Theol. quest. 44. art. 4.

qua in rebus divinis pareretur sedi Romanæ; nec usquam reverentius Cæsarem Principumque leges cesserunt Pontificum decretis, quam in prohibitione nuptiarum, præcipue postquam sacramentum novi foederis dixit, & suæ jurisdictionis esse matrimonium voluit, obtinuitque Romana ecclesia. At gratias Deo, qui nos è tenebris Papatus in Evangelii lucem protractos potestati & fulmini Romanorum Pontificum subduxit. Nobis enim miseris pereundum esset modis, exclamante Alexandro secundo, *si quis perversa & obstinata mente à recto tramite apostolica sedis deviare voluerit, & aliter quam nos, in nuptiis celebrandis, gradus parentela numerare voluerit, primum, pro sua temeritate, cælesti pena plectetur: postmodum vero, gladio perpetui anathematis se noverit jugulandum.* C. 2. *caus.* 35. q. 5. *in fine.* Scilicet, Papa Romanus, ecclesiæ caput. C. 1. *distinct.* 12. C. 1. C. 2. *distinct.* 22. C. 30. *caus.* 17. q. 3. 4. *gloss.* in C. 6. *distinct.* 40. Christi vicarius. C. 3. x. *de translat. Episcop.* terrestris Deus. C. 7. *distinct.* 96. omnibus mundi Principibus superior. C. 13. x. *qui filii sine legitime.* solus habet potestatem circa nuptias decernendi, relicta cæteris Christianis obsequii gloria. Ecclesiæ enim Romanæ fas est, de omnibus judicare, neque cuiquam de ejus licet judicare judicio. C. 17. C. 18. *caus.* 9. q. 3. & ipse Pontifex tam super omnes homines eminet, ut nulli liceat ejus mores accusare, *etiamsi fraternæ salutis negligens deprehendatur, inutilis, & remissus in operibus suis, & insuper à bono taciturnus, quod magis, officiat sibi, & omnibus, atque innumerabiles populos secum ducat primo mancipio gehenna, cum ipso plagis multis in aeternum vapulaturus: quia cunctos ipse judicaturus à nemine est judicandus.* C. 6. *distinct.* 40. C. 14. *caus.* 9. q. 3. Sed nos hæc decreta, quæ diabolicum fastum olent, ipsi pontificiis relinquamus. Quod autem ad præsens negotium spectat, in hæc sibi vestigiis divinæ & Cæsareæ legis atque Ordinum nostrorum politicæ constitutionis, ipsas enumerabimus ordine personas, quarum nuptiæ ob sanguinis vel adfinitatis necessitudinem vetantur, addita prohibitionis naturali & civilisatione.

3. *Sanct.*  
*libr. 7. di-*  
*spus. 51. q. 2.*  
*n. 13. de sa-*  
*cram. ma-*  
*trim.*

## CAPUT DECIMUM

*De Nuptiis ob sanguinem prohibitis.*

## ET PRIMUM

*De Parentum & liberorum, fratrum & sororum  
conjunctionibus.*

## SUMMARI A.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Repetitur cognationis hæcenus tradita distinctio, &amp; juris naturalis divisio.</p> <p>2. Variæ in prohibendis nuptiis ob sanguinis necessitatem Gentium opiniones referuntur.</p> <p>3. Parentum &amp; liberorum conjunctionibus inest facinus, quæ lumine naturæ perspicitur.</p> <p>4. Jus naturæ corporeæ non offendunt cum liberis conjunctiones.</p> <p>5. Juri naturæ intelligentis &amp; ratiocinantis adversantur cum liberis matrimonia.</p> <p>6. Exploditur glossa, docens Adamo, si revivisceres, nullam hodie mulierem jungi posse.</p> | <p>7. Fratrum &amp; sororum nuptiæ jure naturæ ratiocinantis prohibentur.</p> <p>8. In Mundi primordio fratrum cum sororibus nuptiæ juri naturæ non adversabantur.</p> <p>9. Sæva quomodo dicta fuerit soror Abrahami.</p> <p>10. Patrueles &amp; cæteri cognati jure Ebraeorum &amp; Romanorum sæpius fratres vocantur.</p> <p>11. Jure Romano fratrum &amp; sororum conjunctiones, non juri naturæ, sed gentium, vel moribus adversa dicuntur.</p> |
|--|--|

**D**uo fusc in præcedentibus tradita, repetenda sunt, cognationis distinctio, & naturalis juris divisio. Cognatio, vel sanguinis continuatio, vel consanguinitas dicitur. Est hæc inter fratres, sorores, cæterosque cognatos; illa inter parentes & liberos, quos sanguis unit potius quam jungit. Jus naturale duplex itidem esse diximus, vel mentis, vel corporis; quatenus res appetendæ ad bene esse vel solius corporis, vel etiam animæ examinantur. Mentis jus insuper bifariam distinximus; vel mentis simpliciter intelligentis, cum solo intellectus lumine justum perspicitur; vel etiam ratiocinantis, cum rei primo aspectu in utramque partem ambiguae honestatem, vel turpitudinem, appetitum vel fugam colligit humana ratiocinatio. Jam videndum, an, & quæ nuptiæ jus naturæ, & quodnam, ob sanguinis rationem offendant. In quo negotio adeo variatum fuit & Philosophorum sententiis, & nobilissimarum gentium moribus, ut jus & justum in opinione hominum consistere, nec in se quid solidi continere fere dixeris. Diogenes & Chrysippus omnium cognatorum, & parentum cum liberis conjunctiones juri naturæ congruas dixerunt; nec in iis culpandum quid invenit ob sapientiam suam adeo decantatus Socrates, præter ætatis latum discrimen; unde vel sterilitatem, vel imbecilles, maleve formatos partus sequi, necesse putabat. Zeno Stoicæ sectæ Præfectus statuit, commodum esse matribus & sororibus misceri. Persæ, *Apud Xenophontem.*

Eff 3

Parthi,

Parthi, Mauri, Babylonii adeo non horruere hujusmodi conjunctiones, ut eas etiam honorabiles dixerint, laudaverintque; & inter eos honoratiores matris & filiarum amblerint matrimonia. <sup>1</sup> *Egyptus* fecunda credidit fratrum cum sororibus conjugia, <sup>2</sup> imitata Isidem Deam fratri Osiridi nuptam, teste Plutarcho in Iside. Græcia morem Ægyptiacum in totum non sprexit, nec potuit, colens Deam Junonem, Fratris Jovis sororem & conjugem, Rheamque Saturno fratri nuptam. Sed ex discrepanti legumlatorum suorum judicio, Sparta germanis conjugia interdixit, uterinis permisit; Athenæ germanorum matrimonia perimere, uterinorum prohibuere. <sup>3</sup> Quarum duarum gentium ridentes simplicitatem & imperfecta placita Assyrii, indistincte Ægyptiorum mores probarunt. <sup>4</sup> Fueruntque & aliæ gentes, quas longum esset referre, <sup>5</sup>

*In quibus, & nato genetrix, & nata parentis*

*Jungitur, & pietas geminato crescit amore.*

Vti Myrrha Cyniram patrem ardens apud Ovidium ait. Scilicet, Jovem coluere ethnici, qui cum Deum matre, & cum Libera, id est, Proserpina filia sua, ex eadem prognata, concubuisse dicitur; de quo Arnobius, *neque illum sanctitas aut reverentia genetricis, horror etiam pignoris ex se sati, ab imagine potuit tam fæda cogitationis abducere.* <sup>6</sup> Simili scilicet ratione argumentati, sibi hæc conjunctiones licere, quæ adulteria apud Aristophanem excusat injustus.

*Nam si fueris adulter*

*Comprehensus, ea contra adversarium tuum loqueris.*

*Quibus demonstrates te nullam injuriam cuiquam intulisse;*

*Sed & culpam in Jovem rejicies: quod item amore victus*

*Inierit feminas: & quomodo tu, qui homuncio sis,*

*Plus possis, quam Deus, qui summa cæli templa fulcit.* <sup>7</sup>

Et stuprum suum apud Terentium Chærea.

*Suspectans tabulam quandam pictam, ubi inerat pictura hac, Jovem*

*Quo pacto Danae misisse ajunt quondam in gremium imbrem aureum.*

*Ego me quoque id spectare cepi. & quia consimilem luserat*

*Jam olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi,*

*Deum sese in hominem convertisse, atque per alienas tegulas.*

*Venisse clanculum per impluvium, fucum factum mulieri.*

*At quem deum? qui templa cæli summa sonitu concutit.*

*Ego homuncio hoc non facerem? ego illud feci, ac lubens.* <sup>8</sup>

At ex adverso, si quis enumeret eas gentes, hominesque philosophos, qui legibus, moribus, & dictis suis, hanc cum proximioribus voluptatem execrati & detestati fuerint, & deinde calculum subducant, non minorem posteriorum, quam priorum inveniet numerum. Ex pluribus paucos referam. Xenophon & Plato <sup>9</sup> dixerunt, divinitus latam & non scriptam esse legem, ne parentes liberis, vel liberi parentibus misceantur; cui ultimo divino philosopho pessime voluit discipulus Aristoteles, cum scripserit, cum nullam aliam

<sup>1</sup> Phil. Iud. de special. legib. Harmenop. libr. 1. Tit. 1. vide Traquell. 7. leg. connub. n. 22. Alexand. ab Alex. libr. 1. dier. Genial. c. 24. Selden. lib. 5. cap. 11. de jur. natur. & Gent.

<sup>2</sup> Phil. d. l. Arnob. libr. 8. advers. Gent. Herod. libr. 1. Tertullian. in apolog. cap. 9.

<sup>3</sup> Phil. d. l. consul. Selden. libr. 5. cap. 11. de jur. natur. & Gent.

Ebraeor. Cornel. Nep. in Præfat. & Cimon.

<sup>4</sup> Lucian. in libr. de sacrific.

<sup>5</sup> Consul. Alexand. ab Alexandro Genial. dier. libr. 1. c. 24. Corv. artuv. part. 2. de matrimonio. c. 6. § 10. n. 9. 10. & n. 14. 15.

<sup>6</sup> Libr. 5. ad. vers. gent. 7 In Nubib. act. 3. scen. 3.

<sup>8</sup> Act. 3. scen. 5. Eunuch. 9 Libr. 8. de legib.

aliam ob rationem veritas voluisse huiusmodi conjunctiones, nisi propter nimiam, quæ inde percipi creditur, voluptatem; cum ne hoc quidem somnia-<sup>1</sup> *Libr. 2. Po-  
lir.* verit Plato. Hermione in Andromacha Euripidis ait, barbarum esse genus hominum apud quos

*Mater jugatur filio, nata pater,*

*Frater sorori, nulla lex prohibet nefas.*

Esse cum parentibus coitum majus mactato patre scelus, & vix morem feris, quæ ipsæ veneris evitant nefas, Seneca dicit.<sup>2</sup> atque omnium scelerum sum-<sup>3</sup> *Oedip. 3.* mum id esse Lucanus judicat, cum exclamat :

*Cui fas implere parentem,*

*Quid reat esse nefas.*

Ptolemæo Philadelpho sororem suam Arsinoën uxorem habenti dixit Sotades, eum in nequaquam licitum foramen intrudere aculeum.<sup>4</sup> Populos etiam pluri-<sup>5</sup> *Plutarch.  
de Educ.  
liber.* mos fuisse proximorum amores execratos, cuius historias legenti palam est. Romanis certe, moratori genti, ne cæteras recenseam, non tantum parentum cum liberis, sed & fratrum cum sororibus detestabilis semper & execranda conjunctio visa fuit. Ciceroni incestum cum filia, his verbis objecit Sallustius: Verum, ut opinor, splendor domesticus tibi animos attollit : uxor sacrilega ac perjuris delibata, filia matris pellex, tibi jucundior atque obsequentior, quam parenti par est. Cicero socrus & generi nuptias sic exagitat, lectum illam genialem, quem

triennio ante filia nubenti straverat, in eadem domo sibi ornari, & sterni, expulsa atque exturbata filia jubet: nubis genero socrus, auspiciis nullis, nullis auctoribus, funestis omnibus. O Mulieris scelus incredibile & præter banc unam, in omni vita inauditum! ô libidinem effrenatam & indomitam? ô audaciam singularem!<sup>6</sup> Antoninum Caracal-<sup>7</sup> *Pro Cluentio Avito.* lum, ducta in uxorem noverca sua detestatur Spartianus, amorem ejus furorem inconditum vocans, quem ad effectum criminis roboratum dicit, audito novercæ responso, si liber, licet: cum illa, visa quasi per negligentiam denudati corporis maxima parte, dixisset pulcherrimæ foeminæ, vellem, si liceret.<sup>8</sup> De fra-

trum & sororum nuptiis ita Cornelius Nepos loquitur. Neque enim Cimoni fuit turpe Atheniensium summo viro, sororem germanam in matrimonio habere Elpini-<sup>9</sup> *Ælius  
Spartian. in  
Anton. Ca-  
racall.* cem: qua in re non magis amore, quam patrio more ductus fuit; at id quidem nostris moribus nefas habetur.<sup>10</sup> Inter ea, quæ de Commodio Antonino Capitolinus, deque

Caligula, non ut Principibus, sed ut monstris refert Suetonius, reperitur, eos cum omnibus suis sororibus stupri consuetudinem habuisse: Drusillamque germanam Cassio Longino consulari nuptam, abduxisse Caligulam, & in modum justæ uxoris propalam habuisse. Quam turpitudinem adeo detestatos fuisse Romanos, mirandum videtur, cum coluerint Deos, Jovem sororis Junonis maritum, & Saturnum Rheæ sorori matrimonio junctum. Quo respiciens Cicero, satyricè Clodium incestus cum sorore suspitione laborantem, in oratione pro domo sua ita proscindit. Sed tamen ego mihi sororem virginem adscisco: tu sororem tuam virginem esse non sivist. Sed vide, ne tu te debeas Jovem dicere, quod tu jure eandem sororē & uxorem appellare possis. Sed ut videtur, credidere illi, esse sua supe-



superis jura, nec ad cœlestia ritus exigere humanos, & diversa oportere fœdera. Itaque cum moratiores ethnici, tum Romani tum ex Europæis plurimi, nulla lege divina edocti, viderint, dixerintque nefandas esse hujusmodi conjunctiones; vel casu & fortuito turpitudinem horruerunt, vel ejusmodi conjunctionibus fœdum quid inesse putandum est, quod simplex ratio, & nuda rei natura absque magistro vitandum docet. Quod ultimum ut Christianus statuatur, auctoritas Dei & electi ejus vasis Pauli flagitat. Dixit Deus apud Moysen execratum se esse Cananæos Philometeres & Philadelphos. *Levit. 20. v. 17. Deutron. 27. v. 20. Levit. 18. circa finem;* quod certe durum fuisset, non data iis speciali lege de non ducendis parentibus, nisi indita fuisset hominum animabus harum nuptiarum fuga, & à natura insculpta turpitudinis horrendæ aversio. Docuit cœlestis jurisperitus Paulus, excusabiles non fore coram divino tribunali ethnici scortatores, & fœdis affectibus inservientes, cum insculpta iis sit notitia Dei, & omnis honesti naturalis cognitio, dicitque cum noverca coitum ne quidem inter gentes nominari; *ad Roman. cap. 1. v. 19. 20. 21. 24. 25. & seqq. junct. Corinth. cap. 5. v. 1.* Verum, ne sola tum sacre Scripturæ, tum moratorum ethnicorum auctoritate, erroris revincamus libidinosas istas gentes, quæ se matribus & sororibus miscuerunt: (cum, si non omnes, plurimi saltem ex Christianis sustineant, consanguineorum conjunctiones juri naturæ adversas esse; pauci vero naturalis interdicti rationes tradant) tum instituto nostro consentaneum, tum lectori nostro gratum fore judicamus, si paululum temporis impenderimus investigandis rationibus, quæ hæc conjunctiones jure naturæ execrandas esse demonstrant, evincuntque.

Dicimus primum, nec consanguineorum, nec cognatorum nuptias jus naturæ corporis, seu quod cum brutis commune habemus, offendere. Id enim solum speciei conservationem, & corporis voluptatem intuetur; ad quæ duo duntaxat jure naturæ impelluntur brutæ animantia; sed neutrum horum parentum cum liberis matrimonium impedit. Nulla ratio est, cur sterile credatur conjugium patris & filiar, præsertim si quadragenarius jungatur octodecim annorum filiar. Et licet sæpius steriles metuerentur filiorum cum matribus conjunctiones, non tamen ideo magis juri naturæ contrariæ dicendæ sunt quam cum effœta & decrepita anu florecentis juvenis nuptiæ. Corpori voluptas ex congressu filiar, si non major (ut quidam dixerunt) saltem minor oriri nequit, quam ex alterius scœminæ consuetudine. Nec me movet quorundam ratiocinatio à quibusdam brutis animantibus petita, qua quoque utitur Justinianus *Novell. 12. cap. 1.* potuit enim alia causa, quam agnitio matris ad mortem conturbasse Regis Schytarum caballum, qui, cum delusus operam tegmine matrem supervenisset, cognito errore, prærupta petiisse, & sese exanimasse dicitur.<sup>1</sup> Imo cur non potius hunc affectum adscribimus innatæ huic equo adversus matrem cuidam antipathiar? cum non raro accadat equa hujus contrectatione gestire, alium calcibus infestare: caballum huic sese junge-

<sup>1</sup> *Plin. natur. Histor. libr. 8. cap. 42. similia exempl. vid. apud Aristot. c. 47. Histor. animal. varr. libr. 2. de re rustica. Elia. lib. 5. varior. histor. & post hos. Selden. libr. 1. cap. 5. de jur. natur. & gent. juxta discipl. Ebraeor.*

jungere, & alterius congressum, quamvis mater non sit, fugere. Est enim ut in hominibus, ita & in brutis occulta quædam affectuum conspiratio, vel alterius conspectus aversio, ut non opus sit iis intelligentiam, & quid non tribuere. Deinde pullus averfatus est matris congressum, mater pulli sui non est: quæ ratio, quod hæc aversio in pullo magis habuit locum quam in matre? Cætera animalia matres ineunt, patres tergo ferunt.

*Fir equo sua filia conjux,*

*Quasque creavit, imit pecudes caper: ipsaque cujus*

*Semine concepta est, ex illo concipit ales.<sup>1</sup>*

<sup>1</sup> Ovid. *Metamorph.*  
*libr. 10.*

At ut juri naturæ corporis quid dicatur contrarium, id omnia, vel præcipua animalia fugere debent. Itaque cum hujus conjunctionis cum parentibus generalis quædam aversio in omnibus non perspicitur, nec cognationis intellectum cum Plinio,<sup>2</sup> nec harum conjunctionum naturalem fugam cum Seneca & Justiniano. *Novell. 12. 1.* brutis inesse credendum est. Et sustineri potest Diogenis, & Zenonis relata sententia, si jus naturæ corporis duntaxat respiciatur. Sed ô Philosophos vere naturales, qui corporis cæno toti involuti, corporis duntaxat, non mentis jura perscrutantur: imo vere brutales, cum, teste Ovidio, brutum sit, cui ista placent. Hominibus certe humana debent esse jura, nec licere, quæ justa ratio negat, etiam si ea natura corporea remittat.

<sup>2</sup> *Libr. 8.*  
*cap. 42.*

5 Vtrique juri naturæ mentis adversæ sunt parentum & liberorum nuptiæ. In iis jus naturæ mentis intelligentis offendit conjugalitatis viri & uxoris æqualitas, adversa paternæ auctoritati, & filiali reverentiæ. Flagitat enim natura omni cum reverentia subesse liberos parentibus. *l. 2. D. de justit & jur. l. 1. l. 9. D. de obseq. parent. l. 2. C. de in jus vocand.* Matrimonii vero essentia, naturæ lege, æqualem conjugum potestatem & societatem involvit. *arg. l. 1. D. de rit. nupt.* Huc pertinet, quod Apostolus docet, *uxor proprium corpus non habet in potestate, sed vir; similiter autem & vir proprium corpus non habet in potestate, sed uxor,* *1 Corinth. 7. v. 4.* Et quod habetur in prima matrimonii lege, *& qui duos fuerant, erunt una caro.* At nonne solo intellectus lumine absurdum patet, ut liberi habeant potestatem in corpus parentum, quibus subiectos eos natura & nascendi ordo voluit? In regimine domus mater superior est filio, maritus uxori; quod confundendum erit, ducta in uxorem matre: & quamvis hæc confusio in patris & filii nuptiis non cernitur, obstat tamen iis reverentia, quæ patri lege naturæ debetur:<sup>3</sup> sunt progenitores liberis, Dei loco, & secundum Deum honorandi. Nec quis mihi contradicat, renunciare patrem posse reverentiæ & obsequio, quod ei filia debet. Id enim falsum est. Quippe, spontanea parentum voluntas tollere quidem potest vim & effectum legis naturæ, quatenus parentum actiones & commoda spectantur: at quatenus agitur de eo, quod debetur personis parentum, uti reverentia & filiale obsequium, sicuti jus naturæ, ita ejus vis & effectus immutabiles sunt. Cessat quoque, uti ex jam dictis patet, aliud, quod nostræ sententiæ obduci solet, argumentum:<sup>4</sup> nempe, nihil impedire, quo minus uxor filia patrem maritum filiali subiectione reve-

<sup>3</sup> *Nicol. de Lyr. in 2. cap. Genes.*

<sup>4</sup> *Felden. in not. ad Gratianum, de jur. bell. & pac. libr. 2. cap. 2. n. 12.*

G g g

reri

rerī possit. Reverentia, quam parentibus debemus, ex eo nascitur, quod illi vitæ nostræ auctores sint, educatosque nos ab iis sciamus; quam multum accendit pudor parentum, eorum non nimia cum liberis familiaritas, & pudendarum partium casta occultatio: quas si detegat præsentē filia pater, vel ei se nimium familiarem gerat, filialem reverentiam minui necesse est, & tandem, si ea sæpius fiant, prorsus evanescere, quid dicam, si nuptiis copulentur. Hinc est, quod auctor naturæ Deus, inhibens parentum & liberorum nuptias, vetet retegere patris & matris nuditatem. *Levit. 18. vers. 7. Ezech. 22. vers. 10.* nuditatis verbo significans pudendam corporis partem, quæ nudata aspici à liberis non potest, quin simul eorum reverentia erga parentes flaccescat. Id ipsum quoque ita moratiores ethnici censuerunt. Cato Major nunquam una cum filio lavari voluit, *ut pudorem nudati corporis servaret.*<sup>1</sup> & refert Valerius, Romæ aliquandiu moris fuisse, ne pater cum filio impubere, neve socer cum genero lavaretur: additque, *manifestum igitur est, tantum religionis sanguinis & affinitati, quantum ipsis diis immortalibus tributum: quia inter ista tam sancta vincula, non magis, quam in aliquo sacro loco nudare se, nefas esse credebatur.*<sup>2</sup> Sed hoc quidem quod ex reverentia petitur, juris naturæ ratiocinantis, non intelligentis argumentum est. Cæterum, ut quis secum copuletur, natura non admittit; at pater propter sanguinis unitatem in filia quasi vivit: viscera parentum liberi sunt, caro ex carne, os ex ossibus, & diffusus per plura individua unus sanguis. Hinc Deus nuditatem neptis ex filia vel filio, nuditatem avi vocat, & vitat eam detegi, *Levit. 18. vers. 10.* Nec adversatur nobis, Evam, os & carnem Adami, à Deo ipso Adamo junctam fuisse. Creata fuit hominum prima mater à Deo, non genita ab homine; fuitque illa, eadem ratione, quæ Adam filius, filia Dei: nec si philosophice argumentari velimus, majorem reverentiam exhibere Adamo obligata fuit, propterea quod ex costa ejus condita esset, quam Adam terræ, ex qua eum formavit Deus. Aequalem utrique in alterum dedit potestatem Iehova, & in conjugio æquam eorum potestatem esse voluit, cum diceret, *& eritis duo una caro:* Quam exprimere volens Moyses, dicit, Deum creasse *hominem, marem & feminam, Genes. 1. vers. 27.* marem & sceminam, hominem vocat, ut unitatem exprimat, in unitate autem inæqualitas non est. Subjecta autem Adamo debuit esse Eva, tum propter creationis ordinem, uti Apostolus dicit, tum propter imbecilliores naturam, & quia viro auctor peccandi fuit, de quibus postea. Condidit ex costa Adæ Evam Deus, ut arctissimum matrimonii vinculum futuris conjugibus præscriberet: ut autem vetaret genitoris cum carne sua conjunctionem, primam hanc matrimonii legem in paradiso promulgavit, *relinquet homo patrem suum, & matrem suam, coaliturus cum conjuge in unam carnem.* Quibus verbis Ebræorum magistri non dantaxat describi arctissimam conjugum in matrimonio conjunctionem, sed & interdictos volunt, cum matre, cum uxore patris seu novercæ, cum uxore aliena, cum masculo, cum bestia, congressus. Idque colligunt hoc modo, Nuditas novercæ tuæ, nuditas pa-

<sup>1</sup> Plutarch. in Cato. Major.

<sup>2</sup> Libr. 2. cap. 1. n. 7. exempl. mo-  
tor.

eris tui dicitur. *Levit. 18. vers. 8.* & sub nomine patris, ejus uxor non raro continetur; itaque cum dicitur, *relinquet homo patrem suum*, tantum est, ac si diceretur, *relinquet turpitudinem patris sui*, & prohibetur cum noverca matrimonium. Matris consuetudinem vetari, dubium non esse finit expressum matris nomen, *relinquet matrem suam*. Pæderastia interdicitur, cum dicitur, *& adhaerebit uxori*: non enim conglutinatur uxori, qui mascula venere utitur. Cum additur *sua*, adulterium prohibetur, quia non cohæret uxori suæ, qui cum alterius uxore consuescit. Tandem utrique sexui vetatur cum brutis coitus, cum additur, *& erunt in carnem unam*: nam bestiarum cum humana, una caro neque ratione creationis, neque conjunctionis dici potest, cum mulier ex carne viri creata, eidemque juncta in unitatem carnis à Deo sit. Verum hanc subtilem & ingeniosam horum verborum à Rabbinis excogitatam interpretationem ut præmittamus, certi sumus hac prima lege Deum prohibuisse cum parentibus consuetudinem, cum non relinquuntur parentes, ratione conjunctionis, qui cum liberis matrimonio copulantur. Denique, humana quoque ratiocinatio, & naturalis ratio horret parentum cum liberis congressus, tum propter coitus sceditatem, tum propter cognatorum nominum confusionem. Propter coitus sceditatem; quippe, venereo coitui aliquam turpitudinem inesse, ex eo colligi potest, quod istam corporis partem, quæ tam necessaria est, ut Paulus loquitur, *l. 7. D. de adilt. edict.* ad Rempublicam, humanamque speciem propagandam, pudenda appellemus: quodque omnes gentes, quibus aliqua naturalis pudoris scintillula inest, non, nisi clam & in tenebris, etiam cum legitimis suis uxoribus congregiantur, quasi ipsa noctis obscuritate occultare gestiant ipsius veneris turpitudinem; ut omnes affirmant, merito Diogeni inditum fuisse Cynici nomen, qui non erubuit canum more, in publico, ut dicebat ille, hominem plantare. Verum, ne turpe sit cum uxore congregi, sanctitas matrimonii facit, tollitque quodcunque turpe & obscœnum in ipso coitu est, Dei præceptum, *crescite & multiplicamini*; cum ei parere non queamus, nisi eo utamur medio, quod ipse Deus ad propagandum genus humanum necessarium fecit. Itaque honestus redditur viri & foeminae congressus ex necessitate, si in legitimo matrimonio honeste peragatur. At vero nulla nos cogit necessitas illam turpitudinem exercere cum parentibus nostris, quorum corpora nobis sancta esse debent: cum alias mulieres nobis concefferit Deus, cum quibus licet, sine reprehensione honesto in matrimonio coire. Non tollitur ergo turpitudine in parentum & liberorum consuetudine, cum ejus exercendæ nulla sit necessitas. Tandem, præter hanc generalem veneris turpitudinem, speciale aliquod scelus huic conjunctioni inest, quod merito horreat bene instituta ratiocinatio. Cui enim ratione prædito non nefas videtur, uterum implere semine suo, quo conceptus & contentus fuit ipse? libidinis exercendæ gratia, ejus desiderare amplexus, cujus uterius totum antea eum cõplexus fuit? semet revolvere in ortus, & matri impios fœtus regerere, ut Poëta canit; vel, uti Ebræi loquuntur, radicem jungere ramo?

mo? Cognatorum nominum confusio moratum & ratione præditum hominem ab hisce conjunctionibus avertit, cui enim non horrendum videtur, ut quis dicatur avi gener, matris maritus, fratrum pater, nepotum avunculus? Quo ipso percussa, scelus suum, quo patrem ardebat, amorem suffocare apud Ovidium Myrrha conatur. <sup>1</sup> Quibus quoque rationibus moti Plato & Phocylides, ipsis humanis affectibus fugam quandam commixtionis parentum & liberorum insitam innatamque esse, ex naturali sapientia differunt. <sup>2</sup> Hic subsistimus.

<sup>1</sup> Lib. 10. fab. 9.

<sup>2</sup> Lib. 8. de Republ.

Cæterum, cum parentum & liberorum nuptias interdictas dicimus, avi & 6 neptis, proavi & proneptis, abavi & abneptis, atavi & atneptis, tritavi & trineptis conjugia, simili & eadem ratione vetita intelligimus: in iis enim omnibus continuata quasi unitas sanguinis est, & naturalis reverentia, quam parentibus debemus, quo longius à genarcho progreditur in linea recta, crescit. Non autem ulterius progredimur; non, quod ultra quartum gradum, majorum & posteriorum conjunctiones, cum Gofredo <sup>3</sup> & Angelo, <sup>4</sup> licitas existimemus: sed quod frivolum sit de eo quærere, quod natura ipsa fieri posse hodie negat. Nullus homo, patrum nostrorum memoria, tam longævus repertus fuit, ut major posteriores viderit, ne dicam, ut ulli ex posterioribus suis nuptiis aptæ matrimonio jungi potuerit. Quapropter, etiamsi verum id sit, absolum tamen est quærere, quod decidit gloss. in §. 1. verb. infinitum Inffit. <sup>5</sup> de nupt. & in l. 53. D. de rit. nupt. & ex ea communiter interpretes referunt, Adamo si hodie in vivis existeret, vel resuscitaretur ex mortuis, nullam mulierem uxorem dari posse. Illud enim asserere, docere est, de quo nunquam inter homines futuram quæstionem esse, & ipsorum viventium brevis vita, & demortuorum nunquam reviviscentium conditio demonstrant.

<sup>3</sup> In summ. tit. 2. de consanguin. & affin. §. item quæritur.  
<sup>4</sup> Ut refert Sanchez lib. 7. disput. 51. quæst. ult. n. 17. de matrim.

<sup>5</sup> Giphani in §. 2. Inffit. de nupt.

<sup>6</sup> De quib. consul. Sel. den. lib. 1. de Synod. Judaic. & lib. 2. cap. 18. de Exor. Ebr. & lib. 5. cap. 1. & 2. de jur. nat. & gent.

A parentibus & liberis ad fratres & sorores proximus transitus est. Sunt, <sup>7</sup> qui putant, horum ut & cæterorum in linea transversa cognatorum conjunctiones jure naturæ prohibitas non esse, neque iis inesse aliquā turpitudinem, quam nullo magistro edocti à natura detestaremur. <sup>8</sup> Quibus si objicias, Cananæos philadelphos polluisse terram, atque ideo internecioni à Deo traditos fuisse, nec tamen iis fuisse latas speciales de matrimonio leges; ad Rabbiorum traditiones confugientes statuunt, Deum in primordio rerum Adamo, vel post diluvium Noacho, ejusque posteris, adeoque toti generi humano, inter cæteras de colendo Deo, non serviendis idolis, non fundendo sanguine, jure dicendo, non rapienda re aliena, & c. leges quoque tulisse atque dedisse matrimoniales, quæ vim suam exfererent demum multiplicato genere humano. <sup>6</sup> Et hæc jura, Præcepta Noachidarum vocant; quæ cum edocti per traditionem vel erant, vel esse poterant Cananæi, nec tamen observarent, justo Dei judicio, ex terra quam hujusmodi commixtionibus polluerant, ejectos fuisse contendunt. Verum quicquid sit de hisce Noachidarum præceptis, adeo ab Ebræorum magistris decantatis, nec tamen à Mose quatenus nuptias concernunt relatis, si unum de non ducendis parentibus excipias

pias, generalioribus quoque verbis involutum : animus est ex ipso juris naturæ fonte ostendere, etiam si nulla de prohibitis nuptiis lex lata fuisset, Cananos philadelphos polluisse terram, & moratiores gentes, solo jure naturæ edoctas, fratrum & sororum conjunctiones horruisse. Fatemur equidem, jus naturæ intelligentis non adversari hisce conjunctionibus; æqualis enim honos & reverentia fratrum erga sorores optime admittit æqualem conjugii societatem; nec cognatæ erga patrum, vel cognati erga amicam reverentia tanti valet, quin æqualitatem conjugii ferre possit. At statuimus jus naturæ ratiocinantis eas non admittere. A Parentum nuptiis abstinendum esse, inter cætera, docet sanguinis unitas. Hinc colligit humana ratiocinatio nuptias fratrum & sororum quoque fugiendas esse, qui in communi parente una caro sunt. *Ne interficiamus Josephum*, ait Juda, *frater noster, caro nostra est. Genes. 37. v. 27.* Ex una & communi parentum carne, duos facit, sejungitque per natiuitatem natura: separatos igitur rursus coalescere in unam carnem, contra naturalem rationem est. Deinde sanguinis necessitas naturalem quandam cordibus hominum indit reverentiam erga eos, ex quibus nos natos scimus, & quos nobiscum ex iis natos novimus. Quæ quamvis æqualis sit inter natos ex iisdem parentibus, ut non minus revereri fratrem teneatur soror, quam sororem frater; tanti tamen est, ut contra humanum pudorem sit, ejus reterege nuditatem, cui post & propter parentes reverentiam debeo. Vfus enim conjugii quamquam legitimo in matrimonio honestus habeatur, in se tamen quandam naturæ nostræ *αισχία* continet, nec sinit ut venerandum quodammodo habeamus corpus ejus, cum quo consuevimus.<sup>1</sup> Et hæc ratio est, cui innititur propinquorum divina prohibitio, *nullus homo ad ullum carnis sue propinquum accedito, ad reterege nuditatem. Lev. 18. v. 6.* Naturalem quippe reverentiam & pudorem offendit, pudenda ejus reterege, quem revereri teneamur. Præter hæc, nullam aliam rationem, quæ hujusmodi conjunctiones jus naturæ offendere evincet, dari posse confido. Non naturalis, sed politica est, quam veteres Ebræos dedisse ex Mose Maimonide refert Grotius:<sup>2</sup> ne propinquorum convictus nimis quotidianus & inobservatus stupris & adulteriis occasionem daret, & nimium periclitaretur pudicitia bonum inter adolescentiæ fervorem, si amores tales nuptiis possent conglutinari. Ut & illa ejusdem auctoris, quæ quoque Plutarchi est,<sup>3</sup> & quam probat Augustinus. C. 1. *caus. 35. q. 1.*<sup>4</sup> ut latius per diffusas affinitates, cum propagatione humanæ charitatis, spargeretur & serperet amicitia. Cæterum hæc juris naturæ ratiocinantis prohibitio locum habere nequit, quotiens ratiocinationi nullus datur locus ex necessitate à Deo imposta. Ratiocinatio ex duobus unum ut honestum eligit, alterum ut turpe respuit, cum nulla necessitate, nisi honesti amore & turpitudinis odio, in hoc magis impellitur homo quam in illud: at ex humana ratione turpe non potest æstimari, quod divina voluntas injungit, & ut honestū præcipit. Ne quis ergo nostræ obducatur sententiæ primævorum hominum cum sororibus conjugia. Lata enim à Deo lege, *crescite*

<sup>1</sup> Beza de divort. & repud.

<sup>2</sup> De jur.

<sup>3</sup> Bell. & pac. libr. 2. cap. 5. n. 13. vide Buxtorf.

<sup>4</sup> part. 1. n. 26. de sponsal. & divort. Hebræor.

<sup>5</sup> Questioni Roman. 107. <sup>6</sup> Libr. 15. cap. 16. de civit. Dei.

*& multiplicamini*, nec existentibus, cum quibus nuptiæ conglutinari poterant, nisi sororibus, eas tam temporis juri naturæ ratiocinantis adversas æstimari debuisse, dici non potest. Quapropter de hisce recte Augustinus, quod profecto, quamvis est antiquius compellente necessitate, tanto postea factum est damnabilius religione prohibente. C. 1. *caus.* 35. q. 1. addo ego, jure naturæ verante. Dicunt Magistri in initio rerum ex indulgentia temporis, id est, ex necessitate, concessas fuisse<sup>1</sup> fratrum cum sororibus nuptias, quæ seposita, etiam ex jure primævo nefariæ fuissent.<sup>2</sup> Hucque applicant illud Davidis, *indulgentia edificavit mundum. Psalm.* 89.<sup>3</sup> Deinde, juris naturæ ratiocinantis vis & effectus absorberetur & obscuratur aliquando à majori ratione. Nam quod jus naturæ intelligentis nefarium non evincit, sed adhibita ratiocinatione humana, nefarium esse ostendit, id ex majori & fortiori ratione evadit legitimum. Sic alterum fodere, nefarium est, ut se defendendi causa, sub moderamine inculpatae tutelæ alterum occidere, nefarium non est. Eodem modo, primævorum hominum cum sororibus conjugia vitio caruerunt, quia præceptum Dei, *crecite & multiplicamini*, cui obsequi sine sororum adminiculo non poterant, ea honesta fecit. Refert Seldenus (quod obiter huic loco inferendum judicavi) ex Judæis, & Orientalibus quosdam tradidisse: Primam humani generis matrem gemellos peperisse, masculum & foeminam: voluisse autem Cainum Azronam gemellam suam sororem, uxorem habere: idque displicuisse Adamo, destinanti Abeli Azronam, Caino Avinam Abelis gemellam, ne alteruter gemellæ suæ jungeretur: scilicet, ut quantum poterat, vitaretur consuetudo cum nimis conjunctis. Cainum vero amoris impatientem, instigante Diabolo, occidisse fratrem, ut Azronæ nuptiis potiretur. Hæc illi, penes quos fides sit, de quibus ne verbum quidem Scriptura. Quod de conjugio Abrahami, nostræ sententiæ obduci solet, hic non pertinet; non enim elegit in thalami consortem, sororem suam, sed ex fratre sibi cognatam Saram; idque cum & ipse & uxor ejus adhuc idolis serviebant. *Iosu. cap. ult. v. 14. 15. Not. Belg. consub.* Nam recte mihi sentire videtur Augustinus, Jissæ nomine Saram indigitari, eamque fuisse, non Therachi, sed filii ejus Haranis filiam, *Genes. 11. v. 29* quod & Josephus, & non infimæ æstimationis Rabbini voluerunt, teste Buxtorfio.<sup>4</sup> Cujus quoque sententiæ se esse Hieronymus aperte testatur, secutus Clementem Alexandrinum.<sup>5</sup> Præterquàm quod inutilis fuisset Abrahami simulatio, ut periculum mortis evaderet, propter uxoris pulcritudinem, si licita fuissent, & in usu tum temporis cum sororibus conjugia, sed nostram sententiam confirmat quod Therach Saram, nurum suam, vocat; *Gen. 11. 31.* quam certe filiam dixisset potius, si ejus pater fuisset. Si autem mihi objicias, cur non neptem dixerit, in promptu responsio est, voluit eam propinquiore nomine honorare, cum jam filio nupta esset. Non enim solemus privignam vocare, nurum nostram, quæ ante privigna fuit. Firmat & hanc sententiam, quod Milca Haranis filia patruo Nachori nupsisse dicatur, ut verisimile sit duos fratres duas fratris filias duxisse uxores. Sunt qui putant, Saram sororem

<sup>1</sup> Selden lib.

5. cap. 8 de

jur. natur.

<sup>2</sup> Libr. 3. cap.

2. de jur. na-

tur. &amp; gent.

juxt. disci-

plin. Ebraeor.

*& planius*

libr. 5. c. 8.

<sup>3</sup> *Vinn. libr.*

2. cap. 13.

select. qua-

stion.

<sup>4</sup> Libr. 15.

cap. 16. de

civitat. Dei.

<sup>5</sup> *Iosaph.*

libr. 1. Anti-

quit. cap. 14.

v. 29.

<sup>6</sup> Part. 1. n.19. de *spem*

sal. &amp; di-

voti. Ebraeor.

<sup>7</sup> In quest.

Hebraic. su-

per *Genesim.*<sup>8</sup> Libr. 2.

Stromatium.

Covarruv.

part. 2. de

cret. de ma-

trim. cap. 6.

§. 10. n. 15.

rem Abrahami fuisse, at non uterinam: Tharan habuisse duas uxores, ex prima suscepisse Abrahamum, & ea demortua, ex secunda Saram. Jure autem naturali seu Noachidarum prohibitum fuisse cum uterina conjugium, non cum consanguinea; consanguinitatis enim paternæ rationem nullam inter gentes fuisse habitam. Sed hæc gratis dicuntur, & nullo nituntur probato auctore. Nobis porro non adversatur, quod Abimelecho exprobranti, se, mentita cognatione, & nomine sororis delusum, non multum à perpetrando adulterio abfuisse, responderit Abraham, *Revera soror mea est, filia patris mei, non vero matris mea. Genes. 20. vers. 25.* Etenim more Ebræorum, propinqui & necessarii fratres vocabantur, *Levis. 25. vers. 25.* Sic Christo fratres adscribuntur, *Jo. hann. 7. vers. 3.* cum tamen ex plurimorum opinione à Josepho nunquam cognita credatur Maria. Sic ipse Abraham Lotum ex fratre suo Harano filium & sibi cognatum, fratrem suum vocat. *Genes. 13. vers. 8.* sic filia Elhazari dicuntur fratribus suis nupsisse, cum tamen nuperint patruelibus suis, patruui Kischii filiis. *1. Chronic. 23. vers. 20. 21.* Et ne quis putet id in gente Ebræa peculiare quid fuisse, Cicero quoque, Romanus scriptor, Lucium Ciceronem patruui sui filium fratris nomine insignivit: & in Philippicis, C. Antonii filiam, M. Antonii uxorem & sororem vocitavit, cum tamen M. Antonius ex fratre cognatus C. Antonii esset, uxorisque suæ patruelis. Quod ipsum apud classicos auctores infrequens non est. Apud Terentium Antipho Phædriam patruelem, fratrem suum vocat: Filium patruui Ofalsis Capusam, Ma-  
 10 *finissæ fratrem appellat Livius.* Apud Ovidum Hermione Orestem Agamemnonis patruui filium, fratrem vocat his versibus:

*Alloquat Hermione nuper fratremque virumque,*

*Nunc fratrem, nomen conjugis alter habet.*

At paulo post:

*Quid? quod armis nobis idem Pelopæius Atreus,*

*Et si non esses vir mihi, frater eras.*

*Vir precor uxori, frater succurre sorori*

*Instant officio nomina bina tuo*

Sic Deucalion Pyrrham patruelem suam, sororem nominat apud eundem poetam.

*Deucalion Pyrrham lacrymis affatur obortis*

*O soror, ô conjux, & fœmina sola superstes,*

*Quam commune mihi genus, & patruelis origo,*

*Deinde thorus junxit.*

Imo quod magis est, refert Scævola, quendam Lucium Titium Seio filio suo scripsisse, cum tamen fratris filio scriberet. *l. 60. §. 4. D. mandat.* Ut mirum videri non debeat, si proximos cognatos proximæque cognatas, fratres suos sororesve appellaverint Ebræi. Deinde recte dixit Abraham, Saram patris sui filiam esse, patri suo per fratrem Tharan natam: nam nepotes nepresque, suos filios filiasque vocabant Ebræi, quasi filii non tantum sibi, sed & parentibus suis gignerent liberos. Sic Laban filios filiasque ex Rachele & Lia Jacobo  
 natos,

<sup>1</sup> Seldem.  
 libr. 5. cap. 2.  
 de jur. natur.  
 & gent.  
 iust. discipl.  
 Ebraeor.

<sup>2</sup> Libr. 5. de  
 de finib.

<sup>3</sup> Phorm. act.  
 5. scen. 4.  
<sup>4</sup> Libr. 19.  
 Elifer.

<sup>5</sup> Epist. 8.  
 Heruid.

<sup>6</sup> Libr. 7.  
 Metamorph.



<sup>1</sup> Part. 1. n.  
9 de sponsal.  
& divor.  
Iudaeor.

<sup>2</sup> Aliorum  
opinionem vide  
apud Cle-  
ment. Alex.  
dr. libr. 2.  
Stromat. Co-  
var. libr. 1.  
part. 2. cap.  
6. §. 10. n.  
15. de ma-  
trimon.

<sup>3</sup> Libr. 7.  
Antiq. cap. 8.  
Alberic. Gen-  
til. libr. 5. c.  
8. de Nuptiis.

<sup>4</sup> Part. 1. n.  
20. de spon-  
sal. & di-  
vor. Ebraeor.

<sup>5</sup> Selden. lib.  
5. cap. 13. de  
jur. nat. & G.

Gent. Ebra.

<sup>6</sup> Selden.  
Libr. 5. cap.  
18. de jur.

natur. Gent.

<sup>7</sup> Selden. libr.  
5. cap. 18.

Eod.

natos, suos appellat *Genf.* 31. v. 43. & 55. Sic Deus quoque nuditatem neptis, nuditatem avi esse dicit, *Levit.* 18. v. 10. Hæc mea hac de re sententia est, probata pluribus Rabbiniis, ut ex Buxtorfio postea didici. <sup>1</sup> Lutheri, qui putat Saram Tharæ vel Haranis privignam, & sic affinitate Abrahamo junctam fuisse, ex conjectura est; nam horum alterutrum uxorem viduam duxisse, in Scriptura vestigium non est, quam tamen opinionem, viam è confragosa planam reddere autumat Havemannus. <sup>2</sup> Verba Thamaris ad Ammonem, quæ hic in medium quoque adduci solent, callide, & ut interjecta mora fratrem repelleret ab injusto desiderio, prolata fuisse Josephus testatur: Quod si autem cuiquam vix verum videatur, virginem adeo inconsultam fuisse, ut crediderit fratrem, vanæ spei fiducia, ab impiis inceptis moveri posse: ex animo quidem locutam, quasi patri Regi, vitæ Ammonis conservandæ causa, liceret hujusmodi tolerare conjunctionem, sed regiam virginem inter aulae delicias natam, summi juris ignaram fuisse, credendum est. Cætera quæ hic somniant Rabbini, de quibus Buxtorfius, <sup>4</sup> plane ex conjectura sunt: scilicet, Maacam formæ venustæ foeminam, id est, captivam, (ea enim discriptione in sacra scriptura captiva designari volunt Magistri) Davidi nupsisse postquam profelyta facta fuerat. Ex primo autem concubitu dum adhuc gentilis ea & captiva esset (quem unicum militi Ebræo cum captiva sua, ut ejus libido satia- retur, ante nuptias permissum fuisse volunt) conceptam natamque Thamaræ; postea vero conceptum natumque fuisse ex ea, cum jam profelyta & ducta à Davide esset, Absalonem. <sup>5</sup> Nullam autem haberi fraternitatem volunt, inter eos, qui ex eadem licet matre profelyta & non profelyta concepti & nati diverso sunt tempore. <sup>6</sup> Hinc volunt Ammonem ex Abinoama natum potuisse legitimam habere uxorem Thamaræ; ex alia & ex gentili matre Maaca conceptam. <sup>7</sup> quamvis Absaloni ex alia ratione, cum Thamarâ sorore nuptiæ interdictæ essent. Cæterum, just hoc probatum Deo, *Levit.* 18. secuti sunt Romanarum legum conditores l. 8. l. 14. §. 1. l. 54. D. l. 17. C. 9. 2. *Instit. de Nupt.* dicuntque Honorius & Theodosius Imperatores, nuptiale scdus non admittere, ut præsumerentur hujusmodi scdæ conjunctiones l. 19. C. de *Episcop. & cleric.* docetque Paulus in perpetuam prohibitionis causam, & contra mores esse si sororem sibi nupturam quis stipuletur l. 35. §. 1. D. de *verbor. obligat.* quibus assentiuntur Illustriss. Ordinum nostrorum art. 6. *Polis. constit.* Holl art. 14. *Zeland.* art. 56. *Eght Reglem. vande Staten Generael.* part. 2. tit. 1. art. 12. *Lantreght. Overijs.* part. 3. Tit. 1. art. 18. *Reghten van Devent.* & omnium Christianorum leges; nulla distinctione admittæ, utrum fratres & sorores qui copulari desiderant, germani; id est, ex utroque communi parente suscepti, utrum consanguinei, id est, ex eodem patre, non matre nati, utrum uterini, id est, ex eadem matre, non patre progeniti sint. §. 2. *Instit. de nupt.* imo non etiam si vulgo quæsitus sit frater, sororve. l. 54. D. de *rit. nupt.* Co-  
ronidis loco observandum hic est, nec has, nec cæteras in sanguine vel affi-  
nitate conjunctiones juri naturæ adversas dici à jurisconsultis Romanis; sed  
vel

vel jure Gentium, l. ult. D. de nupt. vel moribus interdictas, l. 8, D. eod. l. 35. §. 1. D. de verbos. obligat l. ult. §. 1. D. de condit. sine caus. easque esse contra naturalem pudorem vel honestatem. l. 14. §. 2. D. de nupt. Ratio ejus, rei hæc esse videtur, quod jus naturæ late sumtum ex aliorum animantium actibus & us definierunt, adeoque hominibus cæterisque brutis commune dixerunt: at nulla inter bruta animantia harum consuetudinum reperitur naturalis fuga. Solus Paulus, (quod sciam) dixit, *In contrahendis nuptiis naturale jus & pudorem inspiciendum esse d. l. 14. §. 2.* Sed facile perspicitur, eum, hoc loco, naturalem rationem, naturalem honestatem, quatenus homini soli convenit, naturale jus dixisse; non id nomen sumxisse eo significatu, quo jus naturæ homini cum brutis commune dicitur. Animalia enim bruta rationem pudoris nullam habent, cum ratione destituantur.

## CAPUT VNDECIMUM

*De nuptiis cum fratrum vel sororum liberis.*

## SUMMARIUM.

1. Fratrum & sororum liberi, quo nomine apud Romanos appellantur?
2. Patris cum fratris filia nuptia magis offendunt naturalem reverentiam, quam fratrum & sororum.
3. Cum iis, qui nobis parentum loco sunt, infinitum nuptia prohibentur.
4. Minus fœda conjunctio est patris cum ex fratre cognata, quam amita cum fratris filio.
5. Jus divinum & avunculi cum cognata ex fratre, & matertera cum sororis filio nuptias prohibet.
6. In Romana Republica aliquando patri cum fratris filia nuptia licita fuerunt.
7. Primum Constantinus & Constans, deinde Zeno abrogato Claudii edicto, cum

fratris filia nuptiae in æternam interdictæ sunt.

8. Ratio datur, cur Jurisconsulti Romani in libris Digestorum, nusquam nuptiarum cum fratris filia contractarum meminerint?
9. Emendatur Vlpiani locus in fragment. Tit. §. §. 6.
10. Male in l. 55. §. 1. D. de rit. nupt. Gaius adscribi demonstratur, quod non possim patris mei adoptivi ex filio nepotem dicere.
11. Hodie nuptia cum fratris filia, & omnium eorum, qui inter se parentum & liberorum locum obtinent in transversa linea, interdictæ sunt.

**I** Fratrum & sororum conjunctiones insequuntur amitæ & materteræ, patris & avunculi cum cognatis nuptiæ. Fratrum sororumque liberos, quatenus ad se invicem referuntur, amitinos, patruales, vel consobrinos dicimus, quatenus ad avunculum, vel patruum, generali nomine cognatos vocitamus. Non enim, ut Paulus ait, quemadmodum patris matrisque fratres & sorores, patris, amitæ, avunculi, materteræ dicuntur, ita speciale nomen cognationis, fratris sororisque filii, & filiarum habent. l. 10. §. 14. v. illud. D. de gradib. & affinit. Verum est, quod jus Canonicum, fratrum, sororumve filios, nepotes aliquando vocet. c. 7. x. de consang. & affinit. C. 5. §. cæterum. x. de penis. in 6. at id est,

H h h

ut

i. *Part. 2 de  
matrim. cap.  
6. §. 10. n. 17.*

ut Covarruvias autumat, propter proximitatem sanguinis: 'ego verius puto, Doctores, qui ita loquuntur, imitatos fuisse proprium patris idioma. Plurimæ enim gentes, uti & nos Batavi, eodem nomine nepotum, *Nepen*, liberorum nostrorum, & fratrum vel sororum liberos indignant. At qui puriori latino sermone vere uti amant, illis nepotes sunt ex filio vel filia geniti §. *fin. Instit. de patr. potest.* fratrum vero liberi, fratris, sororisve filius vel filia jurisconsultis Romanis dicuntur. *d. l. 10. §. 14.* Qui autem iis nepotes in linea transversa vocitantur, non fratrum filii sunt, sed liberorum fratris filius filiave, quos nepotes fratris sororisve, vel nepotes ex fratre aut sorore dicere cōsueverunt. *l. 7. D. de legitim. tut. l. 17. C. de Nuptiis.* Cæterum amitæ & materteræ, patrui & avunculi cum cognatis seu fratris sororisve filio filiave conjunctiones magis quam fratrum cum sororibus nuptias horret jus naturæ ratiocinantis propter naturalem reverentiam, minus propter sanguinis conjunctionem. Major debetur reverentia patrui vel materteræ, quam sorori aut fratri. Hi ex eodem nati parente, æquali se invicem honore prosequi tenentur; at amita, patruus, matertera, & avunculus cum parentibus nostris in avo sunt una caro & unus sanguis; ideoque paulo minorem merentur honorem à nobis, quam ipsi parentes. Hinc recte patruus, quasi patris jus; avunculus, quasi avi oculi; matertera, quasi mater altera, & defunctorum parentum locum obtinere dicuntur, §. 5. *Instit. de nupt.* magnumque patrui olim jus in cognatos fuit, uti Connanus demonstrat. \* Sed cum tam arcto sanguine non sint juncti cognatis, quam frater sorori, minus jus naturæ ratiocinantis, si sanguinis participationem spectes, horum nuptiis adversatur. Frater & soror communem patris sanguinem participant, cognatus ex fratre seu sorore admixtum habet communis avi sanguini matris seu patris sui sanguinem; & recessum longius est à genarcho. Nefarias tamen horum conjunctiones esse, ratio jam prolata satis evincit: quæ quamvis sanguinis intuitu, quodammodo deficiat in 3 amitæ, patrui, materteræ, avunculi, magnæ magnique nuptiis, dum tamen crescit & augetur erga eas personas naturalis reverentia (quæ quodam naturæ instinctu, major remotioribus, quam propinquieribus debetur cognatis, qui parentum locum occupant) horum cum cognatis quoque nefaria esse conjugia recte dicuntur *l. 17. C. de nuptiis. §. 3. Instit. de nupt.* Ex quo colligi jure optimo potest, in infinitum nos iisungi non posse, qui nobis parentum loco esse intelliguntur. Sic patruo maximo abneptis ex fratre conjungi æquit. *arg. §. 1. junct. §. 3. Instit. de nupt. l. 39. D. eod.* quamvis pluribus distent gradibus, quam fratrum & sororum liberi. Animadvertendum est, dum omnes hæc nefarias dicimus consuetudines, nos non earum omnium parem esse sceditatem affirmare. Jus naturæ ratiocinantis æque respuit amitæ seu 4 materteræ cum cognato, fratris seu sororis filio, quam patrui seu avunculi cum cognata, fratris seu sororis filia matrimonium: at ratio civilis, juri naturæ inserviens, harum quam illorum evincit scēdiores conjunctiones. Provetior amitæ seu materteræ ætas sterile futurum minatur conjugium: & ordini naturæ

\* *Libr. 8. cap.  
5. Comm.  
jur. civil.*

naturæ atque conjugali societati minus consentaneum est, ut eam, quam naturalis loco habuit, maritali subijciam imperio. Quæ duo non inveniuntur incommoda, cum patris fratris filia jungitur. Maris natura, licet senectus imminet, generationi apta est, modo foeminam nacta fuerit generanda proli habilem: conservatur quoque in hac conjunctione tum naturalis cognationis honor, tum maritalis imperium, cum foemina in utroque statu viro subijciatur. Altera Ebraeorum ratio, qua astruunt eam amita conjunctionem, illicitam, cum fratris filia licitam esse, frivola & ne flocci facienda est. Nimirum, familiarior cum amitis convictus quam cum fratris filiabus, magis opportunam præberet occasionem insidiandi amitæ aut materteræ virginitati, & facile luxuriosa suspicarentur basia ab amitis, fratrum filiis data, si tales amores conglutinari possent. Quid? fratre mortuo, nonne parentis loco patruus est? nonne tum opportunam satis habet ille occasionem insidiandi virginitati neptis suæ, ejus curæ concredita? Scio etiam apud Ebræos in monitis Sapientum haberi, ut ante alias foeminas, in uxorem ducat quis neptem ex sorore seu ex fratre, juxta id quod dicitur, *à carne tua ne te abstendas: Jesa. cap. 58. vers. 7.* Egregie scilicet, & hoc locus Isajæ infert! Sed nos illis sua patiamur jura, longum à constitutionibus divinis recedentia. Dixit per 5 Mosem Populo suo Deus, *nuditatem amita tua ne retegito; propinqua patris tui est: nuditatem matertera tua ne retegito; propinqua matris tue est. Levit. 18. v. 12. 13. & cap. 20. v. 19. 20.* adeo scilicet propinqua, ut sanguine cum parente tuo, in communi stipite avo, jungatur. Quæ ratio cum quoque obtineat in patris & avunculi nuptiis, nihil adversatur, quo minus hæ quoque jure divino interdictæ dicantur, etiamsi earum non expresse meminert Mosi. More omnium legumlatorum, præcipua expressa voluit summus Nomotheta, ex quibus facili argumentatione, à paritate rationis cætera colligi possent. Præmisit insuper omnibus conjunctionibus hoc generale interdictum, *nemo adulum propinquum carnis sue accedat. Levit. 18. v. 6.* Sic satis duxit interdixisse conjugia avi & neptis. *Levit. 18. v. 10.* patris viduæ, & ex fratre filii. *Levit. 18. v. 14. & cap. 20. v. 20.* cum quoque prohibitas vellet avi cum pronepte & abnepte, avunculi viduæ & ex sorore filii cognati nuptias: relinquens homini ex rationis convenientia argumentari à complexis ad non complexa. Imo videtur mihi, & non adeo absurde, intelligi posse, Deum expresse interdixisse patris & neptis conjugium, ut argumentationi etiam non sit relictus locus. Dicit enim *nuditatem patris tui ne retegito. Levit. 18. v. 14.* Quæ verba explicanda videntur, non de uxoris patris nuditate, quæ & patris nuditas dicitur, *Levit. 20. v. 20.* Sed quod non liceat cum patruo coire, ejusque nuditatem detegere: ut exegesis priorum verborum, hæc sequentia verba, *ad uxorem ejus ne appropinquo, amita tua est*, non contineant. ne alias textus tautologiâ laborare videatur. Quod si tamen quis contendat, textum Ebraum viro interdicere, ne ad amitam accedat fratris filius, sicuti interdicta cætera ad mares referuntur, non ad foeminas; nec magis in hoc versu tautologiam esse, quam in plerisque

<sup>1</sup> Majemon. apud Selden. libr. 5. cap. 10. de iur. natur. & gent. juxta discipl. Ebraeor.

<sup>2</sup> Calvin. in 7. præcept. decal. levit. 18. v. 6. Zepper. de legib. mosaic. libr. 4. cap. 19. Selden. libr. 5. cap. 1. de iur. natur. & gent. juxta discipl. Ebraeor.

aliis, qui etiam duobus idem fere notantibus membris constant. Vel si quis cum Rabbiniis statuat: verba hæc, *nuditatem patris tui ne retigito. Levit. 18. v. 14.* uti & illa, *nuditatem patris tui non revelabis. Levit. 18. v. 7.* additamentum interdicto de concubitu masculi continere: quamvis id ultimum mihi minus probandum videatur, in hac quaestione tamen explicanda, dicam ei non scribam, cum sentiam ex paritate rationis ducta argumenta nostram satis astruere sententiam. Patriarcharum quorundam exempla, quæ in contrarium proferri solent, tanti non sunt, ut propterea vadimoniam deferere cogamur. Abrahami cum Sara, Nahoris cum Milca fratris Harthanis filiabus nuptias, cum uterque adhuc idolis serviebat, contractas modo diximus.<sup>1</sup> Quorundam opinio, quod Caleb filiam dederit uxorem fratri suo, cubare in vitio mihi videtur; qui verius putem, Otnielem fuisse filium Kenazi, agnatum Calebi, ut Junii & Tremellii habet versio. *Judic. cap. 1. v. 12. 13. cap. 3. v. 9. Josue. cap. 15. v. 17. & Tremellii habet versio. Judic. cap. 1. v. 12. 13. cap. 3. v. 9. Josue. cap. 15. v. 17.* Frater itaque Calebi non fuit, qui patrem habuit Jephunnam *Numeror. 32. cap. 12. Chronic. 4. v. 15.* Sed ex fratre cognatus *Chronia. 4. v. 13. Junii. Judic. cap. 1. v. 12. 13. & cap. 3. v. 9.* Non enim verisimile mihi videtur, ob obtentam alicujus urbis expugnationem, transgressos fuisse Calebem, & Otnielem, viros pios, legem de nuptiis tam recenter à Deo datam populo Israëlítico. Nihil negotii facessit, si quis nostræ obducatur sententiæ Boazi & Ruthæ nuptias; nam frater Maghlomi & Elimechi non fuit Boaz, sed cognatus illorum: ritus autem, & quod de vindice in historia dicitur, non pertinet ad jus leviratus, sed ad venditionem & jus redimendi patrimonium à Maghlomo venditum: justitiam juris leviratus vindicabimus infra. Hamram, Moïsis & Aaronis pater, duxit uxorem Jochabet amitam suam, filiam Levi in Ægypto natam. *Numer. 26. v. 59. Exod. 2. v. 1. 2. & cap. 6. v. 19.* uti dilucide ostendit Seldenus. *4 libr. 5. cap. 9. de jure natur. & gent.* Verum est; sed is in Ægypto abreptus fuit, ubi quoque fratrum cum sororibus conjugia laudabantur: & recte hic Beza, quicquid factum à Patribus, fieri licuisse, recte dici non potest.<sup>2</sup>

In Romana Republica ante Cæsaris tempora, aliquando jus fuisse, ut quis fratris filiam in matrimonio habere posset, nusquam historiæ Romanæ testantur. Servium Tullium Romanorum sextum Regem duas filias Lucio & Arunti Tarquiniis nuptum dedisse constat; sed an hi Prisci Tarquini, cujus filiam uxorem Servius habuit, filii, nepotesne fuerint, parum liquet. Filios fuisse, atque ita avunculos duxisse ex sorore filias, pluribus auctoribus Livius credidit.<sup>3</sup> nepotes Regis fuisse, atque ita inter amittinos nuptias contractas, conquisitis argumentis Halicarnasseus demonstravit.<sup>4</sup> ut dubium illud exemplum argumento nobis esse non possit. Imo, etiamsi constaret, Tullium suas filias matrimonio collocasse earum avunculis, quod ille firmandi regni, & suæ securitatis causa fecit, nempe, *ne qualis Anci liberorum animus adversus Tarquinium fuerat, talis adversus se Tarquinii liberum esset*, inde ne sequeretur, singulis è populo jus fuisse ex fratre vel sorore filias uxores ducere? Male interpretantur Plutarchum

<sup>1</sup> Selden. libr. 5. cap. 2. pag. 540. de jure natur. & gent. Ebr.

<sup>2</sup> Capit. præcedens. aliter respondet Alberic. Gentil. libr. 5. c. 10. de Nuptiis.

<sup>3</sup> Vide Buxtorf. part. 1. n. 22. de sponsal. & divor. Iudeor.

<sup>4</sup> Libr. 5. c. 9. de jure nat. & gent.

<sup>5</sup> De repud. & divor. pag. (mibi) 37. Alber. Gentil. libr. 5. cap. 10. de Nupt.

<sup>6</sup> Libr. 1. Historiar.

<sup>7</sup> Libr. 4. Antiq. Roman. L.

Pisonem Frugi secutus, qui solus hos in annalibus memoriam prodidit.

tarchum, qui putant, eum referre, virum quendam pauperem, cætera bonum, quod bene dotatam fratris duxisset filiam, accusatum, at à populo omiffa causæ cognitione absolutum fuisse, factumque decretum ne, hujusmodi nuptiæ imposterum illicitæ essent. Non enim loquitur Plutarchus de eo, qui fratris sui filiam, sed qui sobrinam suam uxorem duxerat, & nuptias consobrinarum decreto facto populum permisisse refert: uti eum recte Xylander vertit. Quod & Briffonius probat, dicens, non contemnendo errore lapsum fuisse veterem interpretem, cum vocem ἀνεψιῶν de neptibus interpretatur, cum ea appellatione sobrinæ illic exaudiendas constet: duorum enim fratrum sororumve filii ἀνεψιοί & ἀνεψιῶν inter se sunt. <sup>2</sup> cujus rei locupletem testem esse Pollucem idem laudatus auctor dicit. <sup>3</sup> Antiquo jure & moribus, patrui & fratris filiæ, non minus quam amitæ aut materteræ cum fratris vel sororis filio, avunculi cum sororis filia nuptias interdictas & pro incestis habitas fuisse, tum Catulli hoc epigrammate ad Aufilenam scripto infertur.

*Aufilena, viro contentam vivere sola,*

*Nuptiarum una est è laudibus eximiis.*

*Sed quisvis quamvis potius succumbere fas est;*

*Quam matrem fratres efficere ex patruo.* fratres, id est, fratres patruales.

Deinde ex Suetonio, <sup>4</sup> Zonara, <sup>5</sup> & Tacito, <sup>6</sup> probatur, cum illicitum, contra fas, & incestum fuisse Claudii cum Agrippina fratris filia matrimonium scribunt; quod & Seneca in Octavia his versibus execratur.

*Genitamque fratris (vel ut alii rectius, gnathamque fratris, vel genitamque fratris) conjugem caprus sibi.*

*Toris nefandis flebili junxit face.*

Tum denique hoc Vlpiani: *inter cognatos autem ex transverso olim quidem usque ad quartum gradum matrimonia contrahi non poterant.* <sup>7</sup> Primus Imperator, cujus historia Romana meminit, memoratus Claudius fuit, qui fratris sui Germanici filiam Agrippinam uxorem sibi domum ducere sustinuit, <sup>8</sup> & ut scias ante eum neminem hujusmodi nuptias contraxisse, Tacitus ait, nullo existente exemplo deductæ in domum patrui fratris filiæ, non ausum fuisse Principem id facere, nisi extorto prius senatus decreto, *quo iusta inter patruos fratrumque filias nuptiæ etiam in posterum statuerentur*: adeo scilicet absurda & turpis ipsis auctoribus videbatur hæc conjunctio, ut nisi juris colore velaretur, in malum publicum erupturam metuerent. & quamvis ad Regis exemplum totus componi soleat orbis, in corruptissima licet Republica, unus tantum repertus fuit talis matrimonii cupitor Talledius Severus eques Romanus, quem etiam plerique Agrippinæ gratia impulsum ferebant. <sup>9</sup> Adeo Romani tum temporis harum nuptiarum turpitudinem horrebant, & sanguinis reverentia apud eos etiam corruptissimo seculo valuit. Postea Domitianus <sup>10</sup> edictum Claudii secutus, Titi fratris filiam, quam antea oblatam pertinacissime recusaverat, uti est libido imperantium, sibi matrimonio sociavit. <sup>11</sup> Hæcque duo exemplarità alios infecerunt, ut hujusmodi nuptias tanquam legitimas circa

<sup>1</sup> Plutarch. quæst. Roman. 6.

<sup>2</sup> Libr. singul. de jur. contrub.

<sup>3</sup> Libr. 4. Onomast. c. 4.

<sup>4</sup> In Claudii Tom. 2.

<sup>6</sup> Libr. 12. annal.

<sup>7</sup> Offav. ad. 1.

<sup>8</sup> In fragmentis Tit. 5. §. 6.

<sup>9</sup> Capit. regnare ann. Christ. 42.

<sup>10</sup> Libr. 12. annal. cap. 5. c. 7. Sueton. in Claudio.

<sup>11</sup> Capit. regnare ann. Christ. 83.

<sup>12</sup> Sueton. in Domitiano.

ducentos & quinquaginta annos tulerit Respublica, nisi quod Nerva Cocceus interim juri veteri pristinum honorem vindicasse dicatur: sed fuit ille tantum unius anni & quatuor mensium Imperator, auctoritatis nullius, nec ejus interdictum, malis moribus jam corrupta Republica, diu obtinuit: & sunt qui ejus prohibitionem de non ducenda sororis filia intelligunt, *ἀδελφίδης* nomen, quo utitur Xiphilinus, cum hujus constitutionis meminit, ad sororis filiam referentes. <sup>2</sup> quæ conjunctio semper illicita fuit in imperio Romano, ut & amitæ & materteræ consortium pro incesto habitum fuit etiam, tum cum patruus cum fratris filia legitime copularetur; uti ex Tacito liquet, qui refert, Neronem Silano accusatores submisisse, qui cum incesti postularent, quod cum amita sua Lepida rem habuisset. <sup>3</sup> Indulgentia quidem Principum statum liberorum ex consuetudine cum sororis filia natorum aliquando confirmavit. l. 57. §. 1. D. de ritu nupt. ipsam tamen conjunctionem nunquam ratam habuit. Scilicet fratrum filias duxerant Claudius & Domitianus, non sororum; alias & hoc jus vetus in sororum filiabus mutatum fuisset ex libidine Imperatorum. Ex quo intellectu facile est, quantam labem, quantumve vitium in jus Romanum importare potuerit, importaveritque unius vel alterius Tyranni insana libido, & libidinosa infania. Constantinus & Constans, Christiani Imperatores, primi hisce nuptiis obviam ierunt, & honestissimum jus pristinum Christianis reduxerant. <sup>4</sup> l. 2. C. Theod. de incest. nupt. Ex quo patet hanc clausulam, *præterea fratris tui filia & ex ea nepes*, quæ legi 17. C. de nupt. inserta legitur, non Diocletiani & Maximiani, <sup>5</sup> sed Triboniani esse, horum constitutionem ad sua tempora accommodantis: quod post Pithæum ab Hotmano quoque animadversum fuit. <sup>6</sup> A Basilisco autem occupata tyrannide, cum Constantini & Constantis constitutio negligeretur à multitudine malis moribus nimium addicta, eam recuperato imperio renovavit Zeno, <sup>7</sup> atque nuptiis cum fratris filia Romano populo in æternum interdixit. l. ult. C. de incest. nupt. Imo denegavit cunctis super tali matrimonio, quod potius contagium appellandum censet, licentiam precandi; ut unusquisque cognosceret, impetrationem quoque rei, cujus est denegata petitio, nec si per subreptionem obtinuisset, ei profuturam. l. ult. C. si nupt. ex rescript. petantur. Ex quo nota recte Cujacium animadvertisse, dictam legem ultimam C. de incest. nupt. mendose Anastasio adscribi, cum potius ejus inscriptio esse debuisset, *Idem Sebastiana*: nam Zenonis, cujus est constitutio quæ præcedit, & hæc est, ad Sebastianum forte missa, quem familiarem habuit Zeno, adeo ut ab eo in omnem partem flexus & fractus fuerit. Conjecturæ locum facit, quod ejusdem Imperatoris alia constitutio, qua Basilisci actarescinduntur, ad eundem Sebastianum in libris nostris reperiatur. l. 16. C. de falsis. <sup>8</sup> Cujac. libr. crosanct. eccles. <sup>9</sup> Ex jam dictis facile colligi potest, quæ sit ratio, quod omnes jurisconsulti Romani, quorum nomina in libris Digestorum referuntur, quotiens scribunt de prohibitis nuptiis, sæpius quidem respondeant, illicitum esse cum sororis filia matrimonium, at conjunctionis patru cum fratris filia

exce-

<sup>1</sup> Caput regnare ann. Christi. 97.

<sup>2</sup> Franc. Hotman. cap. 5. de ritu nupt. & matrimonio.

<sup>3</sup> Libr. 16. ann.

<sup>4</sup> Caput regnare ann. Christi. 337.

<sup>5</sup> Caput regnare ann. Christi. 284.

<sup>6</sup> Cap. 5. de ritu nupt. & matrimonio.

<sup>7</sup> Caput regnare ann. Christi. 474.

<sup>8</sup> Cujac. libr. crosanct. eccles. 28.

<sup>9</sup> observat.

excepto uno, ne mentionem quidem faciant. Verba Pauli sunt, <sup>1</sup> *serviles quo-* <sup>2</sup> *Sub Alex-*  
*que cognationes in hoc jure observanda sunt. igitur suam matrem manu missus non ducet* <sup>and. Sever.</sup>  
*uxorem: tantundem juris est, & in sorore, & sororis filia. l. 14. §. 2. D. de rit. nupt. &* <sup>floruit &</sup>  
*alibi, sororis proneptem non possum uxorem ducere, quoniam parentis loco ei sum. l. 39.* <sup>ejusdem se-</sup>  
*D. de rit. nupt. Ulpiani, <sup>3</sup> etiamsi concubinam quis habuerit sororis filiam, licet liberti-* <sup>culi cum VI-</sup>  
*nam, incestum committitur. l. 56. D. eod. Papinianus de ea agit, qua avunculo nuptu-* <sup>piano fuit.</sup>  
*ra pecuniam in dotem dederat. l. 5. D. de condit. sine caus. & de milite, qui sororis fi-* <sup>3 Sub Helio-</sup>  
*liam in contubernio habuerat. l. 11. §. 1. D. ad leg. Jul. de adulter. & stuprum in sororis* <sup>gab. & Alex-</sup>  
*filiam commissum, an duntaxat adulterii pœna plectendum sit, quærit. l. 38.* <sup>andr. Sever.</sup>  
*§. 1. D. ad leg. Jul. de adulter. Marcianus <sup>4</sup> quoque de ea loquitur, quæ ignara juris* <sup>floruit. ann.</sup>  
*in matrimonio avunculi hætenus fuerat, ab avia sua collocata. l. 57. §. 1. D. de rit. nupt.* <sup>Christ. 219.</sup>  
*Scilicet, hi Romani jurisconsulti medio tēpore vixerunt inter decretum sena-* <sup>4 Sub Severo</sup>  
*tus à Claudio extortum quo justas esse cum fratris filia nuptias cautum fuit, &* <sup>floruit ann.</sup>  
*inter Constantini & Constantis prohibitionē. Itaque cum eas probare non pos-* <sup>Christ. 194.</sup>  
*sent propter juris rationem & eandem sanguinis reverentiam, quæ cum sor-* <sup>5 Eiusdem</sup>  
*oris filia conjugium prohibent; nec quoque damnare auderent, publica eas le-* <sup>seculi cum</sup>  
*ge & consuetudine approbante, silentio præterierunt, vel ita parce & submis-* <sup>Ulpiano fuit.</sup>  
*se locuti fuerunt, quotiens earum mentionem materiæ quam tractabant ratio*  
*flagitaret, ut satis constaret eos jus tantum referre, non laudare, non pro-*  
*bare, vel rationibus astruere. Sic Ulpianus, cum de iis loquitur, talibus ver-*  
*bis utitur, ut satis innuat, quid circa eas sibi sit animi: locum referam resti-*  
*tutum suo nitori nescio à quo jurisconsulto; mendum enim in vulgatis codi-*  
*cibus est. Inter cognatos autem ex transverso gradu olim quidem usque ad quartum*  
*gradum matrimonia contrahi non poterant: nunc licet uxorem ducere, sed tantum fra-*  
*tris filiam, non etiam sororis, nec amitam, nec materteram, quamvis eodem gradu sint.*  
*Scilicet ait jurisconsultus, olim inter cognatos usque ad quartum gradum*  
*connubium non fuisse, nunc autem esse in tertio gradum cum fratris filia, non*  
*sororis, quamvis eodem gradu sit; diversi autem juris rationem non tradit,*  
*quia nullam invenit præter legumlatoris voluntatem. Dicit jurisconsultus,*  
*nunc licet uxorem ducere, ut jus referat, non quod honestum putet: non enim*  
*omne quod licet honestum est, l. 144. D. de reg. jur. & à viro bono in con-*  
*junctionibus non tantum considerari debet, quid liceat, sed & quid hone-*  
*stum sit. l. 197. D. de regul. jur. Relatam modo hujus loci lectionem probō,*  
*quem Cujacius ita emendandum voluit, nunc autem ex quarto gradu licet uxorem*  
*ducere; sed tamen fratris, aut sororis filiam neptemve eorum, quamvis eodem gradu*  
*sit, & c. ducere non possumus; sed meo judicio non recte. Nam cum dixisset Ul-*  
*pianus olim usque ad quartum gradum matrimonia fuisse licita, in hisce ver-*  
*bis diversam quid dicere voluit, & quædam matrimonia non tantum in quar-*  
*to, sed & tertio gradu hodie licita esse: deinde & dicere non potuit, fratris fi-*  
*liam me ducere non posse, cum ejus seculo senatusconsultum à Claudio ex-*  
*ortum abrogatum nondum esset. Sed si cui relatam nobis lectio nimium dif-*  
*ferre videatur ab ea, quæ in vulgatis Codicibus habetur, puto ego hunc lo-*  
*cum*



<sup>1</sup> In frag-  
ment. Tit. 5.  
§. 6.

cum Vlpiani adjecta tantum una litera planum reddi posse, si ita legatur. *nunc autem etiam ex tertio gradu licet uxorem ducere. Sit (non si) tamen fratris filia, non sororis etiam filia, aut amita aut matertera, quamvis eodem gradu sit:* Scilicet, ait jurisconsultus, hodie etiam ex tertio gradu uxorem duci posse, sed tantum hoc casu, cum nuptura sponsa est fratris filia, non sororis, &c. Sed ut in viam revertamur, mirum nulli videri debet nuptias cum fratris filia contractas, vel studio præteritas esse, vel parce de iis à jurisconsultis actum fuisse. Etenim cū docerent, ideo avunculi & sororis filia nuptias interdictas esse, quia ei avunculus parentis loco est. l. 39. D. de rit. nupt. nullo colore licitam ostendere potuerunt patruus & fratris filia conjunctionem: non enim vel senatusconsultum Claudii, vel nuptia Domitiani efficere potuerunt, ne patruus esset fratris filia parentis loco: ne naturalis pudor in hisce nuptiis læderetur, cum lædatur in conjunctione avunculi cum sororis filia, amita vel matertera cum fratris vel sororis filio. l. 14. §. 2. l. 17. §. 2. D. de rit. nupt. Recte Gajus ait in alio casu, *naturalem rationem auctoritate senatus commutari non posse.* l. 2. §. 1. D. de usu fruct. earum rer. quæ usu consum. Cæterum, locum, quem excepimus ejusdem, 10 Gaii est, qui in libro undecimo ad edictum Provinciale ita scripsisse dicitur, *patris adoptivi mei neptem ex filio uxorem ducere non possum.* l. 55. §. 1. D. de rit. nupt. Quæ sententia absurdissima videtur, & contra jus, quo utebatur tum temporis Respublica, scripta. Nam sub Hadriano infans fuit, sub Antonino Pio, & Marco Antonino Philosopho Imperatoribus floruit Gajus, uti manifeste liquet ex l. 7. D. de reb. dub. l. 9. D. ad S. C. Tertyl. & Orphyt. junct. pr. Inst. de Senatusc. Orphyt. l. 63. §. 5. D. ad Trebell. l. 11. ex libro 1. ad edictum provinciale transcripta, D. de jurisdict. quæ omnes ejusdem jurisconsulti sunt: at sub hisce Principibus in vigore fuit Claudii senatusconsultum à Constantino & Constante primum abrogatum. Quid igitur dicemus, contra jus publicum scripsisse Gajum? vel, mendum esse in lege, pro *ex filio*, legendum esse *ex filia*? absit prius, ut tantæ vel ignorantia, quasi jus non scisset, vel arrogantia, quasi aliud inducere vellet, infimulemus jurisconsultum; præcipue cum ignorare non potuerit, Marcum Antoninum, quem ille sacratissimum Principem vocat. l. 9. D. ad S. C. Tertyll. junct. pr. Inst. de senatusc. Orphyt. Lucio Vero fratri suo adoptivo Lucillam filiam despondisse. <sup>2</sup> Secundum non admittit Vlpiani locus aperte affirmantis sororis adoptivæ filiam me posse uxorem ducere. l. 12. §. 4. D. de rit. nupt. Quid tum? dicemusne adeo frivolum fuisse jus Romanum, ut concesserit sororis adoptivæ filiam in matrimonio habere, negaveritque naturalis? jus connubii esse cum fratris naturalis filia, non esse cum fratris adoptivi? Respondet Hotmanus, quod contra juris rationem, & pudorem, & antiquum morem Claudiano Senatusconsulto in fratris filia receptum fuerat, restringendum potius quam in fratris adoptivi filia producendum fuisse. arg. l. 14. D. de legib. l. 162. D. de regul. jur. <sup>3</sup> at jam relatæ à nobis Veri & Lucillæ nuptiæ dilucide ostendunt, & ad filiam ex fratre adoptivo Claudianum senatusconsultum protractum fuisse: nec ratio est; ne id fie-  
ret

<sup>2</sup> Iul. Capitol. in M. Antonino philosoph.

<sup>3</sup> Cap. 5. de rit. nupt. & matrim.

ret, cum minus lædatur pudor in hisce, quam in illis nuptiis. Censeo itaque, verba illa ~~aut neptem ex filio~~, Gaio adjecta fuisse ab interpolatore Triboniano, qui sæpius ad sua tempora plurimorum jurisconsultorum loca & commoda-  
 11 davit: fidem facit, quod idem Gajus, cum in libr. 2. ad idem edictum provinciale de prohibitis nuptiis loquitur, amittæ & amittæ magnæ, non patruī adoptivi meminit. l. 17. §. ult. D. de rit. nuptiar. Sed de hisce satis. Nos hodie jus  
 Divinum sequimur, quod & fuisse veterum Romanorum, à Claudio pri-  
 mum deturpatum, à Constantino & Constante repertum, à Zenone duabus  
 constitutionibus, quæ Codici à Justiniano insertæ sunt, in æternum confir-  
 matum diximus: atque omnium eorum, qui in linea transversa inter se parem-  
 tum & liberorum locum obtinent, sive quarto gradu sunt, nuptias interdicti-  
 mus. art. 7. pol. Holland. art. 15. Zeland. constit. art. 57. Ebbt Regl. vand. stat. Gener.  
 part. 1. Tit. 1. art. 13. Lantreght van Overysel. part. 3. tit. 1. art. 19. en 20. Regh-  
 tenen Gevoont. tot Deyventer.

## CAPUT DUODECIMUM

## De nuptiis consobrinorum.

## SUMMARIUM.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Qui amittini, patruales, consobrini proprie dicuntur.<br>2. Consobrinorum, patruelium, vel amittinorum, nuptiæ jure nature vetite non sunt.<br>3. Jus divinum consobrinorum nuptias non prohibet.<br>4. Consobrinorum nuptia jure Romano veteri quæque licite fuerunt.<br>5. Theodosius Magnus consobrinarum conjugia interdixit. | 6. Consobrinarum nuptias jus canonicum prohibet.<br>7. Transylvulani & Gabri consobrinorum nuptias prohibent.<br>8. Jure Batavo inter consobrinos jus connubii est.<br>9. Lasciantur, qui à consobrinorum nuptiis se temperant.<br>10. Nuptia contrahi possunt à duorum consobrinorum liberis, iidem consobrinis. |
|--|---|

1 Sororum & fratrum liberi, vel patruales, vel amittini, vel consobrini appel-  
 lantur. Patruales dicuntur, qui ex duobus fratribus nati amittini, qui ex fra-  
 tre & sorore progeniti (qui & patruales vocantur, uti Hotmanus autumat. <sup>11</sup> In com-  
 quamvis proprie patruelis sit frater uterinus l. 1. D. ad leg. Pompej. de parricid.) <sup>ment verb.</sup>  
 consobrini, qui ex duobus sororibus nati sunt, quasi consororini. l. 1. §. 6. <sup>ut testatur</sup>  
 l. 10. §. 15. D. de gradib. & affinit. quos proprie patruales dici Butler conten- <sup>Gosbolfred.</sup>  
 dit, reprehendens Gaium, quod ad duarum sororum liberos, consobri- <sup>in l. 1. D. ad</sup>  
 rum nomen speciatim restrinxerit, & affectato, ut loquitur, <sup>leg. Pomp. de</sup>  
~~as malifona~~, nec minus ~~barbara~~ consobrinos quasi consororinos dici voluerit. <sup>12</sup> Synge. de  
 cum tamen Gajus homo Romanus & jurisconsultus, cum Paulo locutus fue- <sup>propinq. ma-</sup>  
 rit, l. 10. §. 15. D. de gradib. & affinit. Et ita quidem hi præcisa locutione pro- <sup>trin §. 25.</sup>  
 priis nominibus distinguuntur, sed fere vulgus istos omnes fratres communi <sup>lit. d.</sup>  
 appellatione

appellatione consobrinos vocat. l. 1. §. 6. D. de gradib. & affn. Imo non duntaxat vulgus, sed & doctiores ita locuti fuere, tum jurisconsulti, uti cum Trebatio Paulus l. 10. §. 5. D. eod. tum Imperatores. l. 39. C. de nupt. l. 2. C. de inst. & subst. tum Oratores, uti eloquentiæ parens, Cicero, qui in hunc modum scribit: *Prima societas in ipso est conjugio, proxima in liberis, sequuntur fratrum conjunctiones; post consobrinorum, sobrinorumque.* Horum tum amittinorum, tum consobrinorum, tum patruelium nuptias jus naturæ ratiocinantis minime coërcet. Et enim sanguinis necessitudo æqualem ab his omnibus erga se invicem postulat reverentiam, nec ea tanta est, ut æquali conjugii societati obesse possit. Quippe non adeo consobrini fratrum sororumque, per parentes in communi conveniunt avo, ut nimium propinquo sanguine, qui nuptiis impedimento est, unitidici possint, cum trahant plurimum diversi sanguinis, per quem familia maternæ vel paternæ simili modò inferri sunt. Filius ex fratre cum patruo in avo unus sanguis est, at non ita uti frater cum fratre in communi patre: nam, fratris filius commixtum habet & matris suæ sanguinem: sufficit tamen, quod patruus nihil diversi sanguinis cum fratre participet, ut ejus cum fratris filia nuptiæ dicantur juri naturæ ratiocinantis adversæ: at amittinus & amittina tam familiæ paternæ, quam maternæ inferri sunt, amboque à communis avi sanguine tantum recedunt, quantum hic matris suæ patri, hæc patris sui patri sanguinis participatione jungitur. Quæ diversi sanguinis nimia confusio omnem personarum fere identitatem, & per consequens nuptiarum naturalem sceditatem prorsus tollit. Animadvertendum tamen est, hanc ex sanguinis diversi admixtione argumentationem non obtinere in illorum conjunctionibus, qui sibi in transverso gradu parentum & liberorum numero & loco sunt: non enim sororis meæ proneptem ducere possum, quia quamvis illa multum diversi sanguinis per patrem & avum maternum traxerit, reverentia tamen & naturalis pudor, cum crescant, quo magis à genarcho disceditur inter illas personas, quæ parentum & liberorum locum occupant, hanc conjunctionem impediunt. l. 39. D. de rit. nupt. Juri naturæ congruit jus divinum. Imperat illud quidem, ne quis ad propinquum sanguinis sui accedat ad retegendam auditatem. Levit. 18. 6. Sed hoc generale ejus effatum restringendum est, ad expressas, quæ referuntur, personas, vel quarum conjunctiones similis ratio coërcet; patruelium vero prohibitionem nullam facit. Imo Jacobi cum Mathele & Lia, filiabus avunculi sui. Genes. 28. v. 2. v. 23. Elavi & Basemathæ filiz Ismaëlis. Genes. 36. filiarum Tzelophchadi cum patruelibus suis. Numer. 36. v. 11. Hothnielis & Hachæ. Jud. 1. v. 12. 13. filiarum Elhazari cum filiis Kischii patruelibus suis. 1. Chron. 23. v. 20. 21. Roboani & Mahalathæ filiz Serimothi, qui fuit filius Davidis. 2. Chron. 11. v. 18. ejusdem Regis & Maachæ filiz Absoloni. 2. Chronic. 11. v. 20. patruelium nuptiæ satis evincunt, hæc conjunctiones & ante legem, genti Ebrææ usitatas, & post legem latam, Deo probatas & licitas fuisse. Sunt & qui volunt, Josephum & Mariam patruelos fuisse, Mathan genuisse Jacobum & Heli filios, Jacobum Manan, Heli Josephum. Matth. 1. vers. 15. Luc. 3. v. 23. 34.

\* Lib. 1. de offic.

\* Eses. lib. 1. Histor. eccles. cap. 8.

Jus

4 Jus Romanum verus ante Theodosii Magni tempora nunquam indiver-  
sum abiit, uti ex jurisconsultis, Paulo. l. 3. *D. de rit. nupt.* Tryphonino. l. 67.  
§. 1. *D. eod.* Marcello l. 23. *D. de condit. instit.* Papiniano. l. 24. *D. eod.* Scævola.  
l. 78. §. 8. *D. ad S.C. Trebell. & Imperatoribus*, Antonino. l. 2. *C. de institution. &*  
*substit.* Arcadio & Honorio constat. l. 19. *C. de nupt.* Quintilianus filium suum  
immatura morte sibi ereptum lugens, avunculo eum destinatum generum  
ostendit. Antoninus Philosophus Anniam Faustina consobrinam suam uxore  
dedit, teste Suetonio, & Dione. Brutus Catonis avunculi sui filiam sibi junxit.  
Cicero in oratione pro Cluentio, Cluentiam rite nupsisse M. Aurio consobrino  
suo dixit: testaturque Livius, spurium Ligustinum patru filiam habuisse uxore  
& nos ex Halicarnasseo retulimus, duas Tullias duobus Tarquinis, fratris  
matris earum filiis junctas matrimonio fuisse. Ex quibus constat hoc jus diu  
Romano populo probatum fuisse: ut capere non possim, qua ratione apud Ta-  
citem Claudius dixerit, sobrinarum matrimonia diu Romæ ignorata, tem-  
pore addito, percrebuisse; nisi factum, non jus respexerit. Quo sensu quoque  
accipendum est id quod Plutarchus refert, virum quendam honestum, sed pec-  
cuniarum indigentem, ob consobrinæ matrimonium, ad quam hereditate dos ma-  
gna pervenerat, ad causam dicendam vocatum, populi judicio absolutum fuisse,  
factumque decretum, ut consobrinarum conjugia licita essent. Nempe, longo  
tempore minus frequentata cum consobrinis matrimonia dubium popu-  
lum reddiderant, an licerent, quæ tamen interdicta lege lata non erant.

5 Primus ex Ambrosii consilio consobrinarum nuptias Theodosius Ma-  
gnus prohibuit, tantum, ut Aurelius Victor ait, pudori & continentie tribuens,  
ut sorores & consobrinas pari aequalique jure censeret. Ipsa constitutio ho-  
die non extat, sed ejus meminerunt Honorius & Theodosius Imperatores  
in l. un. *C. Theodos. si nupt. ex rescript. petantur.* Ambrosius in sua ad Paternum  
Epistola, & Augustinus de Civitate Dei. Patrium interdictum postea Arca-  
dius & Honorius filii confirmarunt suo ad Eutychianum rescripto, dato vi.  
Id Decembr. Constant. Arcad. iv. & Honor. 111. AA. Coss. l. 3. *C. Theod. de in-  
cest. nupt.* Qui tamen iidem Augusti in rescripto ad eundem Eutychianum da-  
to, Stilicone & Anthemio Coss. novem annis post priorem constitutionem,  
revocata prisca juris auctoritate, restitutisque calumniarum fomentis, ut loquuntur, in-  
ter consobrinos matrimonia probarunt. l. 19. *C. de nupt.* Verum & rursus  
nova constitutione edita Honor. viii. & Theod. 111. AA. Coss. annis qua-  
tuor post priorem, patrium jus revocaverunt. l. unic. *C. Theod. si nupt. ex rescript.*  
per. Justinianus vero mediam horum Imperatorum constitutionem am-  
plexus, suo Codici repetitæ prælectionis eam inseruit. l. 19. *C. de nupt.* Verum  
hæc nimia in mutando jure horum Imperatorum facilitas quibusdam suspi-  
cionem movit, vel spuriam & supposititiam esse legem, quæ in Codice memo-  
ratorum Imperatorum nominibus inscribitur, vel non fuisse, cum primum  
ederetur, generalem; verum continuille indulgentiam Principum specialem in

Libr. 6.  
Orat. instit.  
cap. 1.  
Capitol. in  
Marc. An-  
ton.  
In August.  
Libr. 53.

Libr. 12.  
Annal.

Quæst. Ro-  
man. 6.

Libr. 8.

epist. 66.

Libr. 15.  
cap. 16.

quarundam personarum gratiam: quasi noluerint hi Principes hasce nuptias contrahi posse, nisi impetrata venia: Tribonianum autem speciale beneficium omnibus commune fecisse, & ea ratione hanc constitutionem Codici inseruisse. Priorem suspicionem auget, quod media hæc constitutio, uti quidem aliz duæ, neque in libris Basilicor., neque in Codice Theodos. reperiantur. Imo sunt qui putant, in Institutionibus Justinianum probasse primum illud Theodosii Magni & liberorum ejus jus, atque in §. 4. *Inst. de nupt.* legendum esse: *Duorum autem fratrum vel sororum liberi, vel fratris & sororis conjungi non possunt;* cum etiam Cujacius in prioribus notis, Contius, Hotomanus & alii ingenue fateantur, negationem in antiquis codicibus extare. Hanc opinionem præterea juvat particula *autem*, huic §. inserta; cujus natura videtur esse, ostendere hunc §. præcedenti adversum esse: igitur cum in illo permissæ referantur nuptiæ, interdictarum mentionem in hoc fieri, intellectu necesse est, ne contra consuetudinem recte scribentium, Tribonianus hoc verbo usus dicatur. Idque ex eo quoque palam esse videtur, quod sequens §. interdictarum nuptiarum species continens, particulâ *item* huic nostro connectatur. Tandem hanc lectionem suadere videtur, tum quod hic §. in Basilicis negative efferatur, tum quod Cajo<sup>1</sup> & Theophilo negatio adscripta reperiatur. Verum ut hisce aliquid regeramus, priusquam de duabus aliis Arcadii & Honorii constitutionibus Cod. Theod. insertis dicamus, supposititiam non esse hanc, de qua quæstio est, legem stylus arguit, longe diversus ab eo, quo Justinianus, aut is cujus opera ille usus fuit in conscribendis legibus, utitur. Et cui bono adscripsisset Justinianus hisce Imperatoribus falso hoc jus (quo nomine audacius huic Principi & Triboniano insultat Contius)<sup>2</sup> cum potuisset, nova constitutione facta, jus vetus revocare, abrogato hoc interdicto, quod paucorum Imperatorum vitâ probaverat: vel satis judicasse, Codici suo Diocletiani constitutionem insertam esse, consobrinorum nuptias non vetantem. l. 17. C. de nupt. Generalem fuisse hanc constitutionem ipsa ejus verba satis evincunt, quibus *revocata* dicitur *prisci juris auctoritas*; nulla enim lex quæ specialem duntaxat indulgentiam continet, jus revocat antiquum. Refertur quoque hæc constitutio neque in Cod. Theod. neque in Basilicis, quod tum temporis jus diversum observaretur, ne quid de Aniano Theodos. Codicis auctore jam dicam. Vulgata lectio, quam interpretes & Gloss. sequuntur affirmationem probat, cui consentiunt editiones Haloandri, Russardi Charondæ, Cujacii. Nec mirum, est in quibusdam negationem adscriptam, cum id sæpius in libris nostris eveniat, in locis controversis pro arbitrio exscribentium. Verum §. 4. *Inst. de nupt.* affirmative legendum esse evincunt tum responsa Prudentum relata in Pandectis, quæ ante Institutiones compositæ sunt l. 3. l. 67. §. 1. D. de rit. nupt. l. 23. l. 24. D. de condit. Instit. l. 78. §. 8. D. ad SC. Trebell. tum constitutiones Principum Codici repetitæ prælectionis, qui post Institutiones compilatus est, insertæ: l. 17. l. 19. C. de nupt. l. 2. C. de Instit. & substit. Quæ omnia cum consobrinorum & patruelium nuptiæ

ad:

admittant, admodum contrarius sibi fuisset Justinianus, si eas in Institutionibus, medio tempore inter Digesta & Codicem compositis, improbasset. Particulâ autem revera quid diverſum in hoc ſtatui, quam in præcedenti erat conſtitutum, inferit; nempe, In quarto gradu nuptiæ non ſunt permiſſæ inter patrum & ex ſore neptem, inter fratrum autem & ſororum liberos permiſſæ ſunt, licet iiduntaxat quoque quarto gradu ſint. Rationem dat Imperator, *cujus enim filiam uxorem ducere non licet, ejus neque neptem permittitur*: ſcilicet, ut valeat regula inter eos qui ſibi invicem parentum liberorumque loco ſunt, non autem in cæteris, qui in linea collateralis, quarto gradu à ſe diſtant, uti duorum fratrum liberi. In Baſilicis & in Theophilo hic ſ. cum negatione legitur, quia eo tempore jam olim ex Synodi ſextæ Canone 54. conſobrinorum nuptiæ apud Græcos prohibitiæ habebantur, quæ prohibitio quoque in Baſilicis extenditur ad ſobrinos his verbis: *ita ut nec filius meus eorum neptem, qui decuntur ſecundi conſobrini ſeu ſobrini, ducere poſſit*. Fuit Theophilus privatus jurisconſultus, quem conſtat & ſæpius hallucinatum fuiſſe. ut in §. 1. de jur. natur. gent. & civil. §. ſi duorum. de rer. diſpoſition. pr. quib. mod. teſtam. infirm. §. 1. de eo cui libert. cauſ. bon. add. ut recte ea de cauſa alicubi Cujacius dicat, non plus auctoritatis Theophilo quam Accuſatio tribuendum eſſe. Quid ergo affirmanda ne eſt in Arcadio & Honorio Imperatoribus tanta inconfiſtencia, ut intra tredecim annos, una eademque de re juſſa patre conſtitutum tribus conſtitutionibus probaverint, abrogaverint, revocaverint? Certe quamvis jam probaverimus, ex collatione temporum, quibus hæ conſtitutiones editæ ſunt, hoc non abſurde dici poſſe, ut tamen ab Imperatoribus hæ levitas removeatur, non alienus ſum ab illorum ſententia, qui credunt, conſtitutionibus, quæ in Codice Theodoſiano reperiuntur, Anianum Alarici Regis Cancellarium violentas intuliſſe manus. Ille enim, Romæ anno ejus 1164 à Gothis obſeſſa & expugnata, cum ex Principis ſui præcepto, brevium Codicis conſcriberet, hæce conſtitutiones ad Gothorum ſuorum uſum, apud quos conſobrinorum nuptiæ prohibebantur, accommodare ſtudit. Idque manifeſte probari poſſe Briſſonius putat, ex collatione earundem conſtitutionum cum iis, quæ ſub iſdem rubricis in Codice repetitiæ prælectionis Juſtiniani collocatæ reperiuntur, in quibus nulla de conſobrinorum nuptiis fit mentio. l. 6. C. de inceſt. nupt. quæ eſt l. 3. C. Theod. ejusd. Titul. l. 1. C. ſi nupt. ex reſcript. pet. quæ eſt l. unic. C. Theod. ejusd. tit. Dicitque laudatus auctor ſe non dubitare, Anianum in brevium Codicis Theodoſiani, & Inſtitutiones Caii, in quibus negatio quoque adſcripta reperitur, idem admittere non dubitaſſe, quod Tribonianus in Pandectis & Codicem pro imperio auſus fuit: ut in illis libris hi duo homines plerumque pro antiquis jurisconſultis & Imperatoribus legantur.<sup>1</sup> Quicquid de Aniano ſit, ut ad Cajum me converteram, communis Interpretum ſententia eſt, notatque Cujacius,<sup>2</sup> & poſt eum Albericus Gentilis,<sup>3</sup> in ejus libris multa ex Gothorum jure interpolata,<sup>4</sup> in ejus libris multa ex Gothorum jure interpolata, & ad rationem temporum immutata eſſe, ut vix quicquam priſtinae

<sup>1</sup> Traſſ. de jur. communi.  
<sup>2</sup> Briſſon. de jur. communi.  
<sup>3</sup> In Inſtit. Tit. de Nupt.  
<sup>4</sup> In traſſ. de nupt. lib. 5. cap. 13.

formæ retinuerint, uti luculento argumento esse possunt tres isti modi, quibus servos fieri cives Romanos in hisce libris docetur: tum quoque, quod dicitur, picturam tabulæ perinde cedere debere, uti literæ chartæ vel membranæ cedunt: cum tamen Cajus doceat, tabulam cedere picturæ. l. 9 §. 2. *D. de acq. rer. domin.* quam sententiam in Institution. sequutus Justinianus est. §. 34. *Inst. de rer. divis.* Ideoque putem, tantam harum Institutionum Caji non debere esse auctoritatem, ut tam certa juris fundamenta possint subvertere, & convelere tantorum jurisconsultorum, qui in Pandectis citantur, concordem sententiam. Imo, an istius epitomes auctor, qui sub Caji nomine venditur, vetus ille jurisconsultus fuerit, qui sub Antonino Pio floruit, & quem nostrum Justinianus vocat, §. 6. *proem. Inst.* §. 5. *Inst. de publ. jud.* (vel ob amorē, quo ejus memoriam persecutus fuit, vel quia tum temporis in scholis prælegi solebat. §. 1. *in proem. Digest. de rat. & meth. jur. docend.* vel quia in Institutionibus scribendis maxime hunc Cajum, & ejus sententiam propter auctoritatem viri in juris scientia, secutus fuerit Tribonianus (nostros enim vocare solemus, qui ejusdem nobiscum disciplinæ sunt & sectæ *arg. l. penult. de stipulat. servor.*) non quod Justiniano familiaris aut coævus fuerit) dubitat Gentilis, & magis inclinat, ut credat, eum fuisse auctorem recentiorem. Sicuti constat, illum Theophilum de quo jam locuti sumus, non fuisse Triboniani socium, cujus meminisse Imperator, §. 3. *proem. Institur.* sed recentiorem jurisconsultum, qui post Heurtium glossat. vixit. <sup>a</sup> Hactenus de jure civili circa consobrinarum nuptias.

<sup>a</sup> *Libr 5. 4.*  
*11. de Nupt.*

<sup>a</sup> *Part. 2. c. 6.*  
*§ 6. n. 11. de*  
*matrimon.*

Pontifices Romani, ipso Deo religiosiores, castioresque, sceditatem quam 6 dam in consobrinorum nuptiis perspexerunt, quæ nec Molis, nec jurisconsultorum Romanorum, oculis unquam patuit; Imo non hæc tantummodo, sed & cum sobrinis cumque ulterioribus cognatis usque ad septimum generis gradum conjunctiones illicitas esse voluerunt. C. 20. *caus.* 35. q. 2. 3. C. 2. *caus.* 35. q. 5. uti id post alios Julius Papa decrevit. C. 7. *caus.* 35. q. 23. Quem cum ab inficitia & nimia cæcitate sublevare nititur Covarruvias, dicens ejus computationem civilem, non canonicam esse: eo ipso, vel malitiæ vel erroris Innocentium tertium insinuat, qui usque ad quartum generationis gradum prohibitas in posterum esse nuptias decernens, anteriores Pontificum constitutiones, Gregorii scilicet, Calixti, Nicolai, & hujus Julii C. 1. c. 2. C. 16. C. 17. *caus.* 35. q. 2. 3. corrigere se dicit. C. 8. x. *de cons. & affinit.* Quartus autem gradus juris canonici, est quandoque octavus juris civilis: nam in linea transversa ascendunt duntaxat Pontificii ad genarchum, non autem descendunt rursus, cum gradus computant. C. 2. *caus.* 35. q. 5. Rationes vero hujus juris adeo absurdæ & futes sunt, ut vix refutationem mereantur. Gregorius Papa affinitatem consanguinitatis per gradus cognationis usque ad septimam generationem observandam dicit, quia hereditas rerum ex lege Civili usque ad septimum gradum protenditur. C. 1. *caus.* 35. q. 2. 3. Quæ ratio cinatio similis est subtilissimæ huic argumentationi. *Fecit Deus duo luminaria magna in firmamento cæli: Luminare majus, ut præfset diei; luminare minus, ut præfset nocti.*

nocti. *Vtrumque magnum, sed alterum majus. Ad firmamentum igitur cœli, id est, universalis Ecclesia fecit Deus duo Luminaria magna, id est, duas instituit dignitates, quæ sunt Episcopalis auctoritas & Regalis potestas. Sed illa, quæ præest diebus, id est, spiritualibus, major est: quæ vero carnalibus, minor. Ut quanta est inter solem & lunam, tanta inter Pontifices & Reges differentia cognoscatur. C. 6. x. de Major. & obedient. Subtiliter sane, ut cætera omnia. Sed nos revertamur ad institutum. Alexander secundus, Gregorio Juris Romani peritior, fatetur, juxta civilia jura ultra decimum cognationis gradum deferri legitimæ successiones, C. 2. caus. 35. q. 5. §. 5. Instit. de success. agnat. uti si ad hereditatis deferendæ normam prohibendæ fuissent nuptiæ, etiam ultra septimum gradum, interdictum protendi debuerit, nisi respexisse Pontificem velis Prætorium jus, quo, proximitatis nomine, iis solis promittitur bonorum successio, qui usque ad sextum gradum cognationis sunt, & ex septimo, sobrino sobrinaque nati natæve. d. §. 5. l. 4. pr. D. de Gradib. & affinit. Successionis autem idcirco gradus septem constituti sunt, quia ulterius per rerum naturam, nec nomina inveniri, nec vita succedentibus prorogari potest, uti Paulus loquitur. At quod successionem* <sup>4 Sem. 111.</sup> *attinet, jus cognatorum, agnatorum juri cœquavit jam olim quoque Justinianus, Novell. 118. Denique, scire debuisse Papam, in prohibendis nuptiis non tam cognationem, quam propinquitatem respexisse Deum, qui nobis lux in omnibus & Cynosura esse debet. Cognatio autem extenditur, quousque sanguinis participatio intelligitur, etiam si nomina cognatorum deficient, at non ita proximitas, seu propinquitas. Ideoque non dixit Deus, ne quis ad cognatum, sed ne quis ad propinquum carnis suæ accedat. Levit. 18. Sic Isaac & Jacob ex cognatione duxerunt uxores Rebecca & Rachelem, non tamen propinquas. Sic lex lata fuit, ut puella heres in paterna tribu & cognatione nubar, Numer. cap. ult. ab his tamen, ut accedat ad propinquum carnis suæ. Deinde, cum usque ad septimum gradum tantum protendat Papa conjugii prohibitionem, quia ulterius non inveniuntur graduum nomina, nea successio amplius potest prorogari, nec memoriter ab alio generatio recordari, quæ ratio fuit, ut omiſſa computatione civili, aliam introduxerit, quæ ad decimum quartum juris civilis gradum extenditur. prohibitio canonica, cum ultra septimum juris civilis gradum non inveniuntur cognationum nomina. Non majorum virium, si non magis ridicula, altera interdicti ratio est, quam subtilissime excogitavit Alexander, ejus nominis secundus, Papa. Sicuti rarius mundi sex ætates existunt, & humana vita itidem sex, ita & in consanguinitate sex tantummoda numeranda sunt generationes, insituito numerationis initio à fratrum filiis. C. 2. caus. 35. q. 5. & C. unic. caus. 35. q. 4. Cur non pari ratione concludam quinque tantum computandas cognationis generationes, quia quinque duntaxat sunt libri Moſis? Tertia itidem Gregorii est, prudentissimi Pontificis ex Alexandri iudicio, quia experimento constat, ex consobrinorum conjunctionibus soboles non posse succrescere d. c. 2. q. 35. q. 5. fenescere legit Cypræus. At sterilia forſan sub papali Imperio existunt amittinorum conjugia, abortientibus continuo foemi-*



foeminis ob anathematis & æternæ poenæ tonitrua, quæ in suarum constitutionum transgressores vibrat Papa. Nostræ certe mulieres nec sterilia credunt, nec experiuntur conjugia, quæ lex & testimonium probant. Quarta ratio Innocentii tertii est, qui nihil veritas Vaticanum fulmen & minas Alexandri Papæ, diris devotentis & perpetui gladio anathematis jugulantis, si quis aliter, quam ille in nuptiis celebrandis gradus parentelæ numerare contenderit. *in d. C. 2. in fine. caus. 35. q. 5.* anteriorum Pontificum constitutiones ipsè jam Pontifex corrigens, intra quartum tantum cognationis gradum prohibuit matrimonia, quia *quatuor sunt humores in corpore humano, qui constam ex quatuor elementis. C. 8. x. de consanguin. & affinit.* Quis animam non habens profane, non demiretur horum hominum ineptias! & tamen hi sunt, qui Christo invidi, ecclesiæ caput, C. 30. *Paul. 17. q. 3. C. 1. 2. distinct. 22.* vicarios Dei, C. 3. & *de translati. Episcop.* imò testes Deos C. 7. *distinct. 96.* se vocari patiuntur, contenduntque nulla in re se labi posse. Imo Andreas Barbaria Spiritui Sancto obloqui dicit, qui *jur. Canonico* à Spiritu Sancto, ut ille credit, illuminato obloquitur. *arg. C. 15. distinct. 81.* Quatuor humores, inquit Pontifex, sunt in corpore humano; sanguis, cholera, phlegma, & melancholia, compositi ex totidem elementis. Vera hæc sunt; sed quæ sequela evidens evincet propterea in quarto gradu canonico prohibendas esse nuptias? Nec illi placet hic Bechistadius, probans Pontificis argumentum, si verbo *elementis* jungantur hæc verba, *& qui à primo seu quolibet patre ad quartam usque generationem traducuntur & propagantur*, quæ ex scribentis aut typographi incuria, omissa præsumit; putatque usque ad quartam generationem aliquid communis aviti sanguinis superesse, & id in quinta generatione penitus deficere: & huic rationi inniti credit divinam comminationem decalogo subjectam, quæ se puniendum dicit Deus delinquentium tertiam & quartam generationem.

<sup>a</sup> *Part. 1. c. 16. de collat. jur. connub.* Exod. 20. v. 5. At Bechistadio bene respondet Flavemannus, eadem ratione concludendum esse, in millesima priorum generatione aliquid aviti sanguinis superesse, & omnium eorum nuptias esse prohibendas, quia idem Deus dicit se benefacturum diligentiibus se, in mille generationes. *Psal. 105. v. 8.*

<sup>2</sup> *Libr. 2. Tit. 5. post. 12. de iur. connub.* Exod. 20. v. 6. Pontificis argumentum hoc modo extendit & proponit I. Hofmas. Virtus naturalis, quæ viget in generatione, quatenus flōvet ad esse simili speciei, nunquam per varias transfusiones deficit: at quatenus operatur ad esse simile, in individuo tandem cessat; ita ut atnepos avi sui temperamenti humorumque nihil participet. Humor enim paternus in generatione filio communicatus, admixto matris semine, aliquatenus alteratur, ut melius patris sanguis non sit: nepotis generatio formorem humorum avi alterandem involvit, propter alteram alterius peregrini sanguinis admixtionem; majorem pronepotis, maximam abnepotis, quò majorem diversi sanguinis mixturam sortitur. Ita ut quatuor illis humoribus corporis humani in quinta generatione adeo alteratis, ut nulla sanguinis & temperamenti avi portio restet in atnepote, nihil superlit, quod impedire queat quinto

quinto gradu canonico inter se distantium nuptias.<sup>1</sup> Hactenus ille. Quouique sese extendat per varias transfusiones, humorum temperamentique alteratio, medicis disputandum relinquo. At vero si sola temperamenti & humorum ex quarta generatione diversitas licitas faciat nuptias, jam tum licitæ erunt consobrinorum, sobrinorum, vel ad minimum ulteriorum cognatorum matrimonia, inter quos quinta & sexta intercedit generatio; quorum nuptias tamen damnant Pontifices, in transversa linea ab una parte duntaxat generationes computantes. C. 2. *caus.* 35. q. 5. Ex superioribus quidem patet, nos quoque admittere argumentandi modum ex sanguinis identitate, & per generationes mutatione, verum contendere, in computandis generationibus primum ad genarchum ascendendum, & deinde descendendum esse, ad eum de cujus conjunctione quæritur, atque sanguinis identitatem in quarta transversali gradus generatione ita deficere, ut minimum illud quod ex communis avi sanguine adhuc in consobrinis superest, non possit impedire eorum nuptias.

- 7 Jus hoc Pontificium Sali, qui hodie Transylvulani, & Sicambri, qui jam Gelri dicuntur, *part. 2. Tit. 1. art. 14. Lantreght van Overyf. part. 3. Tit. 1. art. 21. Reghten en Gewoonten tot Deventer.* multique Germaniæ populi in consobrinorum patruelium amitinorumque nuptiis amplexi sunt; in cæteris ut & in computandis gradibus respuerunt: non tamen damnant consobrinorum nuptias, ut naturalem pudorem lædentes, sed ut vetitis à Deo conjunctionibus proximas: & ita, ut politicæ hujus prohibitionis quandoque, ex indulgentia § 6.
- 8 Principis, solutio, vel ut vulgo loquuntur, dispensatio fiat. Illustriss. Ordines nostri juris naturæ simplicitati inhærentes, divinæ legis premunt vestigia, nec ut fœdas, nec illicitas damnant nuptias, quas auctor naturæ & omnium perfectissimus legislator fœditatis non accusavit. *art. 4. Constit. Polit. Holland. art. 12. Zeland. art. 54. & seqq. Eght-Reglem. vande Stat. Generaal.* Non sperno tamen aliquorum consilia, bene facere, qui hasce conjunctiones vitant: quia primum est, ut in majori reverentia habeatur lex divina, abstinere à facto licito propter vicinitatem illiciti, ne temere contracto eo, in vetitum semper vergente perversa hominum natura, in summam divinæ legis & naturæ contumeliam, ambientur vicinæ patruorum amitinarumque nuptiæ. Et hoc ab Ecclesia tempore Augustini observatum fuit; quo, ut inquit, ille *raro per mores fiebat, quod per leges licebat. sed factum licitum horrebat propter vicinitatem illiciti:* atque observandum censuit Concilium Dordracenum habitum ann. 1578. & Nationale Middelburgi congregatum ann. 1581. <sup>6</sup> at vero hasce & similes rationes, monita esse velim, non præcepta, ut laude digni habeantur, qui amorem conjugalem in consobrinos extinguunt, & ab ejusmodi nuptiis abstinunt; non vero, ut juris violatores, & peccatores condemnentur, qui matrimonium nec naturæ jure, ne divina lege improbatum in timore Dei contrahunt, & vitæ sanctitate honorant. <sup>7</sup> Quid si ex nuptiis duorum fratrum cum duabus consobrinis natus patruelis masculus jungi desideret virgini patrueli, eique consobrinæ? Magis his videtur esse nuptiis impedimento iterata ac geminata

patruelium conjunctio: tum quoque quod non una inter hosce sit cognatio, sed gemina, tum à parte patrum, tum matrum: ut recte faciant, qui ab hujusmodi conjunctione abstinere. Attamen, extra prohibitionem cum primæ sint patruelium nuptiæ, hæc damnare, vel præfractæ obniti voluntati eorum, qui nimio jam amore incensi cubilia sociare desiderant, mihi religio est.

## CAPUT DECIMUM TERTIUM

*De affinitate.*

## SUMMARIÆ.

- |  |   |
|--|---|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Affinitatis definitio traditur, &amp; explicatur.</li> <li>2. Affinitas quasi adfinitas à fine dicitur.</li> <li>3. Modestini affinitatis definitio explicatur.</li> <li>4. Vir &amp; uxor inter se affines non sunt.</li> <li>5. Concurrit aliquando cum cognatione affinitas.</li> <li>6. Cognationis gradus, affinitati nulli sunt.</li> <li>7. L. 4. §. 5. D. &amp; l. 10. D. de grad. &amp; affin. explicantur.</li> <li>8. Adfinitas alia vera, alia ficta: alia legitima, alia naturalis est.</li> <li>9. Naturalem affinitatem nullam agnovit jus civile.</li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>10. An coitu consummatum requiratur matrimonium, ut contrahatur adfinitas, queritur?</li> <li>11. Zeno ab errore, cujus eum in l. 8. C. de incest. nupt. quidam infimulant, vindicatur.</li> <li>12. Jure Civili ex sponsalibus non oritur adfinitas.</li> <li>13. Veteris juris canonici triplex affinitatis genus rejicitur.</li> <li>14. Propter naturalem affinitatem, qua nuptiæ jure canonico prohibeantur?</li> </ol> |
|--|---|

**A**lterum nuptiarum ex præterita conjunctione impedimentum, affinitas est; cui explicandæ post cognationis doctrinam, cujus quoddam imitamentum est, locum assignavimus. Definitur nobis affinitas, *ex conjunctione viri & femina profluens amica necessitudo inter maritum & uxoris suæ, inter uxorem & mariti sui cognatos*. Sanchi definitur affinitas, *propinquitas personarum ex carnali copula proveniens, omni carens parentela*: quæ quoque probari potest, sed nostra nobis magis arridet, ut quæ apertius explicat inter quos consistat affinitas. Affinitas, live si mavis, adfinitas, à fine dicta est, quia una familia ad finem alterius accedit, atque is, qui finem repræsentat, tanquam novus surculus alienæ inferitur cognationi, cum affinitas oritur; ideoque dicimus eam necessitudinem esse *inter maritum & uxoris suæ cognatos, & c. maritus enim consideratur tanquam finis suæ familiæ, & inferitur familiæ uxoris, & vice versa, uxor consideratur tanquam finis suæ familiæ, & inferitur familiæ mariti sui*. Ex quo collige, quod Modestinus scribit (*affines ex eo dictos esse, quod duæ cognationes, quæ diversæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit*. l. 4. §. 3. D. de gradib. & affinib.) in principio orationis durius dici, quam ut probari possit, & recte in fine, granum salis aspergi. Non enim duæ cognationes inter se diversæ per nuptias copulantur, ita ut omnes unius cognationis cognati affines fiant alterius cognationis cognatis: sed omnes mariti cognati soli sceminæ, cui jungitur maritus, adfines fiunt, & solus maritus omnibus uxoris suæ cognatis affinitate jungitur. Hoc quoque, volunt ultima Juris-

<sup>1</sup> Libr. 7. di  
spat. 62. n. 2.  
de sacra.  
matrim.

consulti verba, quæ quasi prioris orationis temperamentum continent, & altera ad alterius cognationis finem accedit: idem enim significant, ac si dixisset Modestinus, & tota seu viri seu mulieris cognatio fini (qui conjunx est) alterius cognationis affinitate jungitur, & ita dua cognationes inter se diversa in singularum sine copulantur. Dicimus affinitatem necessitudinem esse, quia qui per nuptias alienæ inseritur familiæ, necessitate quadam devincitur, ad beneficiendum, amandum, venerandum eos, quibus uxor ejus, cum qua coaluit contracto matrimonio in unam carnem, vel sanguine unita, vel sanguine juncta est. Amicam dicimus necessitudinem, quia suavis quædam vis nos in amorem eorum propellit, qui nobis per nuptias affinitate junguntur. Dicimus necessitudinem profluentem ex conjunctione viri & femina; nam, ut Modestini verbis utar, conjungenda affinitatis causa fit ex nuptiis. l. 4. §. 3. D. de gradib. & affinit. (De probata legibus affinitate loquimur, non de naturali, de qua postea) Dicimus inter maritum & uxoris, uxorem & mariti cognatos, ut ipsos conjuges excludamus, qui quidem aliquando affines dicuntur l. 5. C. de heredit. instit. ut & ipsum conjugium, affinitas, l. 38. §. i. D. de usur. & fruct. l. 8. D. de condit. data caus. non secut. sed improprie, & in alio significato, ut postea dicemus. Affinitas inter duos consistit, vir vero cum uxore in unam coalescens carnem unus homo reputatur, C. 5. x. de bigam. non ordinand. ut affines sibi invicem esse dici non possint: sed in eorum conjunctione tanquam in fulcro hæret affinitas, ut recte Accursius dicat, si nuptia causa affinitatis sint, vir & uxor affines non sunt, sed causa affinium cæterorum. in l. 4. §. 3. D. de gradib. & affinit. Sponsus & sponsa etiam quandoque affines dicuntur arg. l. 6. §. 1. l. 8. D. de gradib. & affinit. & speratum matrimonium, affinitas. l. 8. D. de condit. caus. dat non secut. l. 15. C. de donat. ant. nupt. Sed id fit, quatenus affine dicitur, quod in prociñctu est, & in proxima potentia ad existendum. Concurrit aliquando affinitas cum cognatione; licite, ut in consobrinorum nuptiis; illicite, cum pater filiæ jungitur, quæ execranda consuetudo est. Sed concursus hic ex accidenti, affinitati advenit; cernitur vero præcipua ejus vis & effectus, cum inter eos ex justis nuptiis oritur, qui sibi invicem cognati non sunt.

6 Solent Interpretes præmissa lineæ directæ & transversæ distinctione, affinitatis gradus computare, & affinium varia genera tradere, ex veteri & novo Romanorum Pontificum jure. Sed cum in cognatione, quæ naturali sanguinis derivatione coit, rejecerimus graduum computationem, nulla ratio est, cur non peræque eam rejiciendam existimaremus in affinitate, cognationis simulacro & imitamento: præsertim, cum cognationi gradus veri & sint, & extra matrimonii negotium in alia juris parte recte computentur, affinitati vero nullos esse dicat Modestinus. l. 4. §. 5. D. de gradib. & affinit. Sed nonne huic è diametro adversatur Paulus, cum dicat, jurisconsultum cognatorum gradus & affinium nosse debere. l. 10. D. eod. §. minime, modo ille recte legatur. Gradus enim proprie per propagationem carnis distinguuntur arg. l. 2. pr. & §. 1. D. eodem: at ex generatione non oritur affinitas l. 4. §. 3. D. eodem. & certe,

<sup>1</sup> Sanch. lib.  
7. disput. 68.  
de sacram.  
matrimon.

\* Cap. 3. de  
nupt. sub. Tit.  
solus. ma-  
trim.

3 Libr. 8. c.  
5. comment.  
ad l. 10. Ci-  
vil.

qua ratione potuit Paulus dicere, *jurisconsultum affinium nomina nosse debere*, nisi ridiculus esse voluerit, disputaturus de hereditatis successione, tutelæ dilatio-  
ne & adipiscenda bonorum possessione, quas nulla juris, neque civilis, neque prætorii pars affinibus defert. Cavillatoria Duareni<sup>1</sup> & Connani<sup>2</sup> interpreta-  
tio est, Modestinum nullos affinitatis gradus alios, quam cognationis dixisse.  
Nam de prohibitis nuptiis, ut videtur, acturus, implicasse affinitatis gradus  
cognationis gradibus non potuit, cum nec eorum distantiam, nec adeo in  
prohibendis nuptiis gradus numerent jurisconsulti, naturalem potius pu-  
dorem & honestatem respicientes. l. 14. §. 2. D. de rit. nupt. Ipse quoque  
Modestinus, cum vult concludere, quorundam nuptias affinitatis causa pro-  
hibitas esse, affinium nomina recenset, non in affinitate gradus computat. l. 4.  
§. 4. 5. 6. & 7. D. de grad. & affin. Atque ut dicam, quod sentio, existimave-  
rim, Modestini, & sequentes tres leges ad nuptiarum materiam pertinere, &  
per socordiam à Triboniano huic titulo, qui successorum juri subijcitur, in-  
sertas. Quid enim adfinium jus, eorumque nomina & distinctiones tradere,  
qui nomine generi, nurus & privigni comprehenduntur, atque an affinium  
nomina ex sponsalibus quoque oriantur, ad jus civile succedendi vel bonorum  
possessionis prætorium pertinet? Quomodo ergo legendus est Paulus, ne  
Modestino adversus dicatur? Cujacius expuncto *affinium* nomine, legendum  
putat, & *agnatorum*, non male: nam & de cognatis & de agnatis agit, eosque  
ab invicem in eodem textu distinguit jurisconsultus, affinium vero nusquam  
meminit. Simon van Leeuwen civis noster, diligens juris nostri cultor, arbi-  
tratur in textu Paulino librariorum incuria verbum omissum esse, idque à ne-  
mine hætenus observatum miratur, vultque legendum esse, *jurisconsultus cog-*

3 In add. ad natorum gradus & affinium nomina nosse debet.<sup>3</sup> argute satis, sed quam vellem  
pag. 24. Cen- *affinium* nomen ex mente Pauli accepisset, neque retulisset ad adfinitatem, quæ  
sur. Forend. ex nuptiis oritur, cujus mentionem nullam in nominum recensione facit Pau-  
& in not. ad lus, quia hujusmodi adfinium neque in hereditatis successione, neque in tute-  
l. 10. D. de laz delatione ulla habetur ratio. Ego doctiorum judicio committo, annon  
gradib. & affi- probari possit hæc lectio, *jurisconsultus cognatorum gradus & adfines nosse debet*,  
affi- nullo verbo vel expuncto, vel substituto, vel addito: vel si placeat, ut sensus.  
Pauli planior, & oratio magis completa evadat, verbum addi, & aliud in alium  
casum flecti, hoc modo, *jurisconsultus cognationis gradus & adfinium nomina nosse  
debet*. scilicet, adfines jurisconsulto dicuntur, *ad-fines* cognatorum, id est, *fines*  
cujusque cognationis. Sensus est, *jurisconsultus cognatorum* seu cognationis *gra-*  
*du*, quibus fit computatio, quotoque inter se distant cognati; & ipsorum af-  
finium, qui computantur, seu inter quos instituitur graduum computatio,  
*nomina*, vel quod eodem redit, *ipsos affines noscere debet*. Hanc autem le-  
ctionem suadere mihi videtur epigraphe, seu tituli inscriptio *de gradibus, &  
affinibus, & nominibus eorum: de gradibus* scilicet, quibus fit inter cognatos com-  
putatio, & *affinibus*, qui ut ad-fines cujusque cognationis computantur, & *no-*  
*minibus eorum*, adfinium nempe, quibus appellantur. Præterquam quod Pau-  
lus,

lus, cum jurisconsulto adfinium cognationem necessariam dicit, in tota lege adfinium, qui ex nuptiis oriuntur, ne mentio quidem fiat; certissimo argumento, de iis adfinibus eum locutum fuisse, ad quos hereditates & tutelæ legibus deferuntur, de agnatis scilicet, & cognatis, quorum nomina recenset. Ex dictis patet adfinium nomen generale esse, & adfines dici tum cujusque cognationis fines, quatenus inter cognatos gradus numerantur; tum cujusque cognationis fines, quatenus duæ cognationes, quæ diversæ inter se sunt, per nuptias copulantur: in priori significato eos accepit Paulus, in posteriori Modestinus. Sciendum tamen est, nomen generis in specie maxime usurpari, & ut plurimum per adfines eos significari, qui per nuptias alienæ cognationi inferri, cognatis qui sanguine inter se nexi sunt, opponuntur.

- 8 Adfinitas vel vera, vel ficta est: vera ex conjunctione viri & feminae oritur, ficta ex sponsalibus, de qua postea. Vera adfinitas, vel legitima, vel naturalis est: legitima conjungendæ adfinitatis causa fit ex nuptiis l. 4. §. 3. D. de gradib. & affin. naturalis, ex stupro, scortatione, vulgiva venere, concubinato, incestu. Nec consideratur, qualis qualis sit concubitus, etiam si per vim præcisam coactus, vel cum insana, ebria, somno profundo sepulta, ut nesciat se stuprari, commissus reperitur, <sup>1</sup> (quamvis sint, qui negent non excitari mulierem, dum stupratur, credantque eam potius tum fingere somnum, ut Petronianus ille, & hoc prætextu excusare postea culpam velle, quam vere tam altum stertere. Vtraque adfinitas jure canonico in prohibendis nuptiis ejusdem efficacia est, & cognationis, siue legitimæ, siue naturalis naturam imitatur. C. 10. caus. 35. q. 2. 3. quamvis earum diversa vis in aliis juris partibus conspiciatur.
- 9 Et hæc quidem doctrina gratia, & ex juris canonici sententia dicta sunt; quod quamlibet carnis conjunctionem ob oculos habuit, ut adfinitatem induceret. <sup>2</sup> fit autem una caro cum concubina scortator, cum qua consuevit, juxta illud Pauli, qui adhæret scorto fit unum corpus cum scorto. I Corin. cap. 6. At vero si quis cum veteribus Romanis jurisconsultis loqui amet, adfinitatem naturalem nullam ille agnoscet. Cognationis quidem nomen naturale est. l. 4. §. 2. l. 10. §. 4. D. de gradib. & affin; nec parcimus his nominibus, id est, cognatorum etiam in servis; itaque parentes & filios, fratresque etiam servorum dicimus l. 10. §. 5. D. eod. at adfinitatis nomen civile est, ita tamen ut naturam naturalis cognationis quandoque imitetur. Emancipatus enim affinitates quas habuit retinet, etiam si omnia agnationis jura perdat l. 4. §. 10. D. de gradib. & affin. certissimo argumento affinitatem in totum jure civili non consistere, uti agnatio consistit. Nomen affinitatis, naturale non est. affinitatis enim conjungenda causa fit ex nuptiis; nempe, cum duæ cognationes, quæ diversa inter se sunt per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit. l. 4. §. 3. D. eod. Atqui nuptiarum nomen civile esse nemo ambigit pr. instit. de nupt. Hinc novercam, vitricum, nurum, socrum servorum non dicimus, dum constat servitus, quia inter servos nuptiæ nullo modo esse possunt. Huc spectat quod Modestinus dicit, neque adfinitatem esse posse, nisi nuptia non interdicta sint; ex quibus adfinitas con-

<sup>1</sup> Covarruv. tem. 1. part. 2. de matrim. cap. 6. §. 7. Sanchez lib. 7. dispus. 64. n. 17. de sacram. matrim. Basfl. Pont. lib. 7. cap. 33. de sacram. matrim. Bez. de re pud. & divor. Bacchov. ad Irenæiler. vol. 2. disput. 6. Covarr. d. l. Beshflad: part. 2. cap. 1. de collat. jur. conubi. <sup>3</sup> Coras libr. 1. cap. 3. n. 4. miscell. jur. civil.

*jungitur. l. 4. §. 8. D. de gradib. & affin.* Qui tamen jurisconsultus sibi non contradicit, cum adjungit *neque cognationem*; licet ante in §. 2. docuerat naturalem cognationem per fœminam descendere, quæ vulgo liberos peperit: hic enim de illa cognatione loquitur, quæ utroque jure, & naturali & civili consistit: cum justis nuptiis contractis copulantur. *l. 4. §. 2. D. eod.* Sed Modestino adversa fronte adversari Paulus videtur, cum ait, *quod in servilibus cognationibus constitutum est, etiam in servilibus adfinitatibus observandum esse. & paulo post, cum enim cognatio servilis intelligitur, quare non & affinitas intelligatur. l. 14. §. 3. D. de rit. nupt.* Verum, recte Antonius Faber animadvertit, hanc in memorata lege ratiocinationem non Pauli, sed sub Pauli nomine Triboniani, supposititiam esse, male collectam ex cognatione ad affinitatem, cum cognatio juris naturalis, cujus quoque servi participes sunt, adfinitas duntaxat juris civilis verbum sit, uti diximus. & argute notat, deprehenditque Faber Triboniani manum, primum ex vocula *tamen* qua hic §. 3. cum præcedenti §. 2. jungitur, quæ cum adversativa sit, subjici solet, quotiens quid, quod juris rationem à superioribus diversam habet, annectitur: at hic è contrario, id ipsum quod in servili cognatione, in paragrapho, qui præcedit, dictum erat, protrahitur ad serviles adfinitates; quod certe Pauli loquendi elegantiam non sapit. Deinde ex eo, quod inepte additur, *sed in re dubia certius & modestius est, hujusmodi nuptiis abstinere.* Quid enim hic erat dubii? Hoccine, an liceret manumisso, se miscere fœminæ, cujus matrem in servitute cognoverat? an quis posset uxorem habere matrem, vel filiam suam in servitute natam? minime; obstat enim regula, in conjunctionibus honestas, & naturalis pudor spectari debet: inhonestum enim est, ut quis filiam uxorem habeat, cujus matrem in contubernio habuit. Simili ratione Ulpianus & Alexander Imperator dicunt, filii cum concubina patris conjunctionem illicitam esse, non propter naturalem adfinitatem, quæ nulla est, sed quia *proprie nefaria est hujusmodi conjunctio & facinus prohibendum; quia minus religiosam & probabilem rem facere videtur, qui se patris concubina jungit l. 1. §. 3. D. de concub. l. 4. C. de nupt.* Dicit porro Faber, dubium esse voluisse Tribonianum, an sicuti cognatio naturalis, ita & adfinitas aliqua inter servos intelligenda esset, de quo tamen nemo hæcenus dubitaverat; & cum debuisset dictionem *certius* referre ad id, quod dubium volebat, inepte simul & incongrue retulisse ad id, nempe, *modestius esse hujusmodi nuptiis abstinere*, quod nemo unquam in dubium traxerat. Sed pergamus

1 Tit. 9.  
princ. 6. illat.  
2. jurispr.  
Papin. scient.

Ex justis nuptiis diximus legitimam profluere affinitatem. Dubium autem non est, quin sexus commitione consummatæ nuptiæ affinitatem producant. Sed disputari solet, an idem efficiat publica nuptiarum celebratio, etiam si eæ per coitum ultimam perfectionem non acceperint? Quæ quæstio foro Pontificio propria non est, sed Batavo duntaxat nostro. Palam enim est, Canonum jus statuere ex nudis quoque sponsalibus publicæ honestatis justitiam, adfinitatis quoddam simulacrum oriri, & nuptiis impedimento esse. C. 11.

C. 14.

C. 14. C. 15. *caus.* 27. q. 2. c. 4. c. 8. x. *de sponsal.* & cum inter publicæ honestatis iustitiam, & adfinitatem nulla propinquitās media sit, coniungendæ adfinitatis causam ex matrimonio rato necessario fieri. Ita Thomas & cæteri doctores quos citat Sanchez. <sup>1</sup> At ille cæteris subtilior, putat juxta juris rigorem ex rato matrimonio duntaxat publicæ honestatis impedimentum oriri: adfinitatem vero non contrahi, nisi maritali complexu ultimam perfectionem nuptiæ acceperint: & id quidem ita, ut eam minime oriri contendat, *ex sola vasis seminei penetratione, non emisso intra virili semine,* <sup>2</sup> ut ejus verbis utar. Quæ certe cum scædus quam utilius disputentur, lubens prætereo, & si quæ talia delectent, quod de ullo reformato Christiano præsumere mihi religio est, adeat Sanchem, <sup>3</sup> Basilium Pontium, <sup>4</sup> & cæteros pontificii juris interpretes. Qui scædiora de coitu, quo contrahi volunt adfinitatem, disputant, quam ut castis auribus audiri, oculisque legi possint, quibus tamen perscrutandis sibi suaves & beati videntur cœlibes monachi. Jus civile *coniungenda adfinitatis causam ex nuptiis* fieri dixit. l. 4. §. 4. & 8. D. *de gradib. & affin.* & honestius jure canonico, ulterius non disputavit, an sufficiat consensu coaluisse nuptias, an insuper debeat accessisse seminum confusio seu corporum commixtio: & quamvis quorundam nuptias ob sponsalia constituta prohibuerit, ex honestatis ratione l. 12. §. 1. 2. D. *de rit. nupt.* ex sponsalibus tamen adfinitatem oriri non dixit. Cæterum, ut quasi è diverticulo in viam &, ad quæstionem propositam revertar, non improbanda illorum videtur sententia, qui putant, nisi nuptiæ omnem perfectionem concubitu acceperint, adfinitatem non contrahi; & licitum esse conjugium cum sorore uxoris, quæ intacta & virgo decessit; corporum commixtione, & confusione seminum, virum & uxorem in unam carnem coalescere, unumque hominem fieri contententes. ex Alexandri Tertii doctrina. C. 2. x. *de convers. conjug.* <sup>5</sup> Quibus suffragari videtur Augustinus, docens, *non esse dubium illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua commixtio sexus non docetur fuisse* C. 16. *caus.* 27. q. 2. & Apostolus Paulus, cum dicit, scortatorem fieri unam carnem cum scorto, cui adhæret. 1. *Corinth.* 6. v. 16. Innocentio tertio digamus non videtur, qui ab alio ductam, at minime cognitam duxit uxorem C. 5. x. *de digam. non ordinand.* quia prioris mariti os & caro nondum fuit. Deus cum per Mosem prohibet adfinium nuptias, sanguinis commixtionem respicere potissimum videtur, prohibens *nuditatem nurus aut noverca detegere.* *Levis.* 18. v. 8. 15. 16. 17. 18. nuditas enim sponsæ, mariti nuditas non est, nisi cognita sit mulier. Huc spectat inveteratus apud nos loquendi mos, quo altero nuptiarum die affines dicimus, salutamusque Neogamos, primo nuptiarum die eos solummodo sponso sponasque vocitantes: quasi verbis quidem dicatur hæc propinquitās, at verbis non efficiatur. C. 18. *caus.* 27. q. 2. Itaque, licet conjugium contrahatur statim, cum jungitur puella marito, non tum duntaxat cum viri admixtione cognoscitur; c. 35. *caus.* 27. q. 2. & licet defloratio virginis non efficiat conjugem, sed *actio conjugalis*, C. 5. c. 6. c. 9, *caus.* 27. q. 2. id tamen intelligendum

<sup>1</sup> Libr. 7. disputas. 64. quæst. ult. n. 24. & 25.

<sup>2</sup> D. l. quæst. 1. n. 8.

<sup>3</sup> D. l. quæst. 1. & seqq.

<sup>4</sup> Libr. 7. c. 33. & seqq. de sacram. matrimon.

<sup>5</sup> Groenewoud in l. 8. C. de incest. nupt. tract. de leg. abrog.



dum est, quatenus inter ipsos conjuges initiatur matrimonium, & inexplicabilis nuptiarum nexus stringitur; non quatenus contrahi dicitur adfinitas, quæ confirmatum, & conjunctorum commistione corporali perfectum desiderat matrimonium *arg. C. 36. caus. 27. q. 2.* Ethoc jus olim Ægyptiis, aliisque legum-latoribus placuisse ait Zeno in *l. 8. C. de incest. nupt.* Mose antiquius haberi Hebræis testatur Grotius, <sup>1</sup> & eo usus fuisse Noachidas ante legem Mosaicam, ex Rabbiorum scriptis Seldenus. <sup>2</sup> Verum quamvis hæc suo non careat pondere, tutior nihilominus mihi & Christianior videtur diversa sententia, <sup>3</sup> quam & Thomas probavit. Affinitas oritur ex coalitione mariti & uxoris in unam carnem, at hæc nuptiali consensui ortum debet, non corporali commixtioni. Matrimonium in animorum conjunctione potissimum consistit *l. 30. D. de Regul. Jur.* scilicet, in conjunctione illarum partium, ob quas præcipue homines sumus *C. 1. caus. 27. q. 2.* non in confusione seminum, *arg. l. 6. l. 7. D. de rit. nuptiar.* quibus à bestiis non distinguimur. Quod bene intellexit Protoplastus ille, radix & origo nostra, qui corrupta nondum natura, uxorem primo intuitus dixit *Ecce nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Genes. 1. 23. 24. 25.* Os ex ossibus suis & carnem ex carne sua vocavit Evam, nondum sibi conjugali complexu cognitam: certissimo argumento, non tum demum in unam carnem conjungi conjuges à Deo, cum congregiuntur, sed cum uterque in individuam vitæ consuetudinem consentit. Hinc quoque nil nisi mors solvit matrimonium, ritu solenni confectum; & confestim ut intercessit solennis nuptiarum consensus, jura matrimonialia inter conjuges locum habent, quamvis nondum concubitus accesserit; certo argumento, jam tum coaluisse in unum hominem conjuges. Et certe cum non infrequens sit, tam divino quam humano jure, sponsam sæpius uxoris nomine venire *Genes. 19. v. 8. junct. vers. 14.* & affinitatis, quæ speratur, intuitu, pro uxore haberi *Deuteron. 22. v. 23. 24. l. 6. §. 1. l. 8. D. de gradib. & affinit. l. 5. D. de testib.* quæ ratio erit, cur magis in prohibendis nuptiis adfinitatis vim corporali conjunctorum commistioni, quam animorum conjunctioni adscribamus? Imo cum consensus carens carnali copula conjugium efficiat *C. 2. c. 9. c. 35. c. 36. caus. 27. q. 2. l. 5. l. 6. D. de rit. nupt. l. 30. D. de regul. jur.* coitus vero absque nuptiali consensu nunquam. *C. 2. caus. 27. q. 2.* veri sunt conjuges, quorum animi rite conjuncti sunt, & corporum conjunctio pactum matrimonium, ut jusei innexum sequitur. *C. 6. c. 36. caus. 23. q. 2.* Suadet & hanc sententiam Jurisconsultorum axiomæ, in conjunctionibus honestatem inspiciendam esse *§. 9. Inst. de nupt. l. 197. D. de Regul. jur.* Nonne inverecundum videtur, etiamsi ultima amoris voluptate non perusus fuisse dicatur conjunx, eam in amplexus ejus ire, cujus conjugalibus osculis in nuptiali thoro maduerit fofor, totumque corpus oculis nudaverit? Deinde cum incertum semper sit, ad quam usque lineam amoris cum sponsa quisque sua pervenerit, cumque sæpius furtivi consponsorum congressus ante matrimonium accidant, & occultantur, nonne satius & modestius in re dubia hujusmodi nuptiis abstinere, quam amore

<sup>1</sup> Florum  
spars. ad tit.  
de nuptiis

<sup>2</sup> Libr. 5. c.

4. de jur.

nat. & gent.

<sup>3</sup> In 4. sent.

sent. distinct.

41. q. 1. art.

1.

amore furenti, intactam à se uxorem esse mortuam, sub jurejurando credere? vel curiose lecti & concubitus arcana, quæ tegi debent, detegere, & ad scdissimas interfectæ virginitatis inquisitiones, notasque cum Pontificibus confingere? *vid. C. 11. & ibi glossa sane turpissima caus. 35. q. 2. 3.* Locus Augustini, ut huic <sup>1</sup> *Vide Sanch. libr. 7. dist. 64. & seqq. de matrimonio.* objectæ auctoritati respondeam, non in Augustino est not. ad C. 16. caus. 27. q. 2. & præterquam quod alibi doceat idem Theologus, in sola commistione maris & foeminae, nuptiarum veritatem non esse, sed in thori conjugalis fide. C. 11. caus. 32. q. 1. & uti hæc male, ita nō ex fide à Gratiano referuntur Leonis verba; dixit Papa, cum societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut præter sexuum conjunctionem haberet in se Christi & Ecclesie sacramentum, dubium non est, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua non docetur fuisse nuptiale mysterium. not. ad caus. 27. q. 2. C. 17. Quæ certe in animorum conjunctione præcipue matrimonii nexum consistere evincunt. Sunt qui putant, hæc duo capita probare, cum nimis arcta virgine non esse potuisse matrimonium; gloss. in d. c. 16. Quod verum est, nam præter animorum consortium, corporum seu carnis commercium ad liberorum propagationem requiritur. Altera aliorum explicatio, quam refert glossa, d. c. 16. absurda & impia Papalem superstitionem sapit; scilicet, non pertinet incognita, licet ducta, ad aliquod vel quodlibet matrimonii sacramentum, quod significat conjunctionem Christi & Ecclesie, quæ conjunctio facta fuit in utero virginali. Nam primum falsum est, matrimonium, novi foederis sacramentum esse. Deinde quis docuit Pontificios, conjunctionem Christi & Ecclesie in utero Virginis factam esse; atque hinc deducere, non esse matrimonium cum qua commistio sexus non fuit. Conjunctio hypostatica Dei cum humana natura, facta est in utero virginis; Christi & Ecclesie mystica est. Lombardus ait, nuptias consistere sine coitu, idque demonstrare Mariæ & Josephi matrimonium, tanto sanctius & perfectius, quantum à carnali opere immunius fuit: verum, consensum conjugum, spirituales copulam Christi & Ecclesie, quæ sit per charitatem significare; at commistionem sexuum, illam significare, quæ sit per naturæ conformitatem, <sup>2</sup> ideoque intelligendum esse conjugium perfici commistione corporali, non quantum ad veritatem vel sanctitatem conjugii, sed quantum ad significacionem: quia perfectius unionem Christi & Ecclesie tunc figurat. Hæc ille, de qua loquendi formula, & modo, nos alibi. Docet Paulus, scortatorem peccare intra corpus, cum cætera peccata extra corpus committantur, dicitque adulterum unam carnē fieri cum scorto, & per consequens, ejusdem condemnationis & poenæ reum, iisdem cupiditatibus & perversis affectibus obnoxium, alienum à Deo & gratia ejus. Præcipue enim & principaliter hoc loco Apostolus scortum opponit Christo, cujus membrum non manet, qui scorto agglutinatur, sed qui cum eo unus est spiritus. Deinde opponatur etiam scortum uxori, doceatque Paulus, scortatorem distrahi ab uxore, propter quam patrem & matrem relinquere debet, fierique unum corpus cum scorto, cui adhæret, hinc non sequitur id tantummodo fieri, cum coit cum scorto, non etiam cum ei animo & concupiscentia adhæret. Unitas carnis inter scortum & scortato-

rem illegitima est, legitima duntaxat; oritur ex matrimonio, nec illa contrahitur per corporum commisionem, sed animorum conjunctionem & vinculum conjugii, ob cuius similitudinem scortator cum scorto una caro fieri dicitur, quia adhæret scorto. Tandem non sequitur; una caro cum scorto, cui se miscet, scortator est; ergo non coaluit in unam carnem cum marito ducta uxor, cum qua commixtio sexus nondum fuit. Innocentii tertii ratio erroneo nititur fundamento, quod jam satis à nobis destructum est. Mosis locus male explicatur quasi nuditatis verbo, eam duntaxat intelligat, quæ detecta est: in genere loquitur ille, nec distinguit inter detectam aut non detectam nuditatem, atque sine discrimine prohibet nuditatem patruī defuncti uxoris detegere. *Levit. 18. vers. 14. & cap. 20. vers. 20.* at autem, nuditas novercæ, amittæ, fratris ductæ non cognitæ, patris, patruī, fratris mei nuditas est. Quicquid placuerit Ægypto, rationi non congruit, ideoque nec nobis mensura juris esse debet; placuit Ægypto cum sorore etiam gemella conjugium, ideone & nobis id placere debet; minime. Rectius Zeno, quod Ægyptiorum quidam, & alii legum latores non recte constituerant, in melius mutavit, dixitque nuptias tum contractas esse, cum consenserint animis conjuges, non tum demum, cum corpore convenerint, & viduam fratris defuncti, etiam si virgo & intacta mansisse dicatur, uxorem à fratre duci prohibuit. *l. 8. c. de incest. & inutil. nupt.* Sunt qui putant, ut hoc in transitu notem, Zenonem per ignorantiam, aut ad minimum, per incuriam Ægypto adscripsisse, quod Judææ tribuendum fuerat: Ebræis enim de ducenda fratria legem fuisse ex historia patet, Ægyptiis fuisse, non patet. Deinde & in eo errasse Imperatorem, quod hujus instituti rationem non intersecta à defuncto fratre virginitati adscribat, cum ea sterilitatem respexerit: infans enim ex tali conjuge natus, defuncti fratris filius habebatur, in cuius nomen succedebat, ne deleteretur nomen demortui ex Israël. *Deuter. 25. vers. 5. 6.* Sed næ hi, qui Zenonem erroris accusant, ipsi in maximo versantur errore! Ex Ebræorum jure sacro & civili, citra omnem controversiam, nuptiæ contractæ habebantur, quam cito interpositus esset coeuntium consensus; non tum demum cum coitus accederet. Deinde, fratrum cum defuncti fratris uxore conjugia semper detestati fuere Judæi, nec distinxerunt, utrum fratris vidua in matrimonio deposuisset, vel retinuisset virginitatem; at duntaxat ex singulari jure, cum sine liberis defunctus esset frater, voluit Deus, ut alter fratris sui viduam duceret. Id jus autem, quod testatur, non duntaxat Ægyptiis; sed certis quibusdam legum-latoribus placuisse Zeno dicit. Itaque sentio, quod in allegata lege dicitur, quosdam sensisse, cum corpore non convenerint, nuptias non videri re esse contractas, ad Ægyptum, aliosque populos vicinos, non ad Ebræos referendum esse, qui forte id ex libris Ebræorum Rabbiorum hauserunt, docentium jure gentium seu Noachidarum, non coire nuptias, nec ratas esse, nisi postquam consensus additus concubitus fuerit. Quam sententiam illi ex eo colligunt, quod dixit Deus Abimelecho Geraris Regi. *ecce tu morieris propter mulierem quam accepisti. Nam concubuit.*

*caluit cum eam virum. Genes. 20, 7, 21.* Quasi ultimis hisce verbis dicere voluisset Deus, consummatas esse Saræ & Abrahami nuptias coitu; ideoque verum & confectum esse inter eos matrimonium, adeo ut si quis illi consuescat, adulter futurus sit, morte plectendus; & quasi Deus hanc comminaturus non fuisset penam si duntaxat sponsa, vel in thalamum deducta, non quoque de virginitate a marito suo fuisset Sara. Sed de hisce consules Geldenum, revertamur nos ad institutum. Mos loquendi in veteratibus, cum ex usu juris non sit, sed sæpius vulgaris & indoctam plebem habeat auctorem, jurisconsultum movere non debet, ut ex eo jus metiatur: nec inspiciendum quales verbis appellentur neogami, sed quales re vera sint. Minus nos movere debet, quod illustr. Ordines nostri contrariis aliquando moti argumentis, concessere N. Vander Dons pharmacopolæ Hagionsi, vel ut alii Leydensi, licentiam ducendi uxorem, uxoris suæ ductæ & intactæ à se, ut jurabat, defunctæ sororem. Non enim exemplis, sed legibus & ratione vivendum est: & ut exemplum contrario exemplo diluamus, Ordines Generales federati Belgii, consultis prius Theologiæ Professoribus Lugd. Bat. negarunt hujusmodi nuptias cuidam Petro Harmani filio, & Agathæ Wilhelmi filię, etiam si quoque illicita horum consuetudo jam tum liberis subnixæ esset.

12. Affinitatem, quam quidam ex nudis sponsalibus oriri statuunt, fictam dicimus: & certe ea putum putum figmentum est. Perfecta seu legitima affinitas non nascitur, nisi cum per coalitionem viri & mulieris, id est, per nuptias, duæ cognationes, quæ diversæ inter se sunt, copulantur, & altera ad alterius finem accedit: l. 4. §. 3. *D. de gradib. Affin.* Nec naturalis affinitas oritur, nisi quia cum puella rem habuerit. At duorum in unam carnem coalitio ex promissis sponsalibus speratur, non oritur: & nuptiarum promissioni, præmatura si accedat corporum commixtio, aliena & illicita est. Nec nostræ adversatur sententiæ, quod Neratius dicat, *donec inter sponsum & sponsam maneat affinitas; dotis repetitionem non dari.* l. 8. *D. de condict. caus. dat. non secut.* id enim intelligendum est, donec maneat nuptiarum instantia, donec propinquæ sint nuptiæ, & sperentur futuræ. Sic Constantinus Imperator, cum ageret de donationibus, quæ futuri matrimonii gratia fiunt, sive affinitatis secundæ causa quid largiatur, dixit. l. 15. *C. de donat.* & eodem sermonis genere Theodosius & Valent. Imperatores utuntur. in l. un. *C. de imponend. lucrat. descript.* Alias enim ex Neratio sequeretur, virum & uxorem affines esse, quod invita diceretur juris scientia, uti docuimus. Nec quoque adversatur nobis, quod Pomponius & Ulpianus docent; soerus & socer, generi & nurus appellationes ex sponsalibus acquiri: l. 6. §. 1. l. 8. *D. de grad. & affin.* Nec quod iis consentiens jus Divinum sponfos filiarum Lothi generos vocet. *Genes. 19. v. 14.* quodque cum eo jus civile cum sponsa adulterium committi dicat. *Deuter. 22. v. 24. l. 13. §. 3. D. ad l. Jul. de Adult.* & sæpius pro uxore desponsatam habeat. l. 5. *D. de testib. l. 3. l. 4. D. ad leg. Pompej. de Parricid.* Nam idem Ulpianus docet, non proprie sponsam patris, nevercam, vel sponsam filii, nurum dici. l. 12. §. 1. 2. *D. de Rit.*

L11. 2

Nups.

**Nupt.** Improprie hisce nominibus appellantur aliquando sponsus & sponsa, quotiens ratio rei, personarum favor, facti commissi odium, vel subjecta materia id flagitant. Sæpius quoque quod futurum est, propter certam quam concepimus futuræ existentia spem, eo nomine insignimus, quo insigniretur, si jam esset. Hac ratione apud Plautum Lysiteles sponsæ recens sibi pactæ consanguineos *affines* vocat, <sup>1</sup> Ainata Turnum, cui desponsa erat Lavinia, *Gernum* apud Virgilium, <sup>2</sup> Scipio parentes Lucei, *sojeros* apud Livium, <sup>3</sup> & *adfini- tatem sperari*, cum sperarentur nuptiæ, dixit Paulus, eique, *adfini- tati renunciare*, ad finiendâ sponſalia nuntium mittere significat. l. 38. D. de *usur. & fruct.* At patris, vel filii sponsam ducere vetat Imperator §. 9. *Inst. l. 12. §. 1. 2. D. de nupt.* Quid tum? Id non vult propter affinitatem, quæ nulla est, sed propter honestatem & naturalem pudorem *gloss. in D. §. 9. Inst. arg. l. 14. §. 2. D. de nupt.* Cæterum hoc impedimentum, inchoatam affinitatem Bellarminus, publicæ honestatis iustitiam, cæteri juris Pontificii interpretes appellant. <sup>4</sup>

Triplicem illam veterum Pontificum, affinitatis distinctionem, qua fra- 13  
tria in primo, ejus alter maritus in secundo, & scia mortua, secundi mariti uxor, in tertio: Privignus in primo, illius uxor in secundo, & eo defuncto, hujus viduæ secundus maritus in tertio affinitatis genere esse dicuntur, & sic porro. *gloss. in C. 8. x. de consang. & affinit. C. 1. C. 2. & seqq. caus. 35. q. 10. ut in eum figmentum*, & temere excogitatam Chimæram nostri homines jure meritoque explodunt, unicam tantum, eamque primi generis affinitatis speciem agnoscentes. Recte Azo, multa affinitatis genera ad illaqueandos homines à Pontificibus inventa fuisse: <sup>5</sup> adjungo ego, crebris dispensationibus Sedis Romanæ ditandæ gratia. Conjugi affines sunt viri vel uxoris cognati l. 4. §. 3. D. de *gradib. & affinit.* At cognati uxoris meæ non sunt, ejus prædefuncti mariti parentes, fratres, sorores, sed affines. Quod jam olim animadvertens Innocentius tertius, antiqui juris constitutiones correxit, & in secundo & tertio affinitatis genere nuptias concessit. C. 8. & *ib. gloss. x. de consang. & affinit.* <sup>6</sup> Quam correctionem in linea collateralis ordinis inferioris, at non in ascendenti, vel collateralis ordinis superioris admittendam censet Bechtadius, putatque, fas non esse matrimonio jungi, qui affinitatis causa inter se parentum liberorumque loco habentur, quamvis secundo vel tertio sint affines genere. Itaque adhuc illicita esse conjugia inter novercam & privignæ maritum, inter vitricum & privigni uxorem, inter cognatum & amicum seu materteræ mariti secundam conjugem, inter me & novercæ seu nurus meæ secundæ mariti uxorem contendit. <sup>7</sup> At Pontificia correctio generalis est, nec hanc limitationem admittere posse videtur. Cæterum an inhibendæ sint propter publicam honestatem, interrelatas personas nuptiæ, examinabimus suo loco.

Hactenus de affinitate, in genere; antequam jam affinium nomina referamus, atque ostendamus quorum nuptiæ propter affinitatem ex justis nuptiis profluentem consistere nequeant, animus est, breviter exhibere, quid de prohibendis nuptiis ob illicitam cum cognata alicujus mulieris consuetudinem constituerint divinum, civile, & canonicum jus.

Sunt

<sup>1</sup> In *Tri- mum. Aff. 5. scen. 2. item Aulul. aff. 2. scen. 2. aff. 3. scen. 4. act. 4. scen. 2.*

<sup>2</sup> *Libr. 12. Æneid.*

<sup>3</sup> *Lib. 3. de ead. 3.*

<sup>4</sup> *Covarruv. part. 2. de matrim. cap. 6. n. 2.*

*Sancti. lib. 7. disp. 68. de sponsal. & matrim. arg. C. 3. x. de sponsal.*

<sup>5</sup> *Summa. Azo. in Tit. Cod. de nups. n. 13.*

<sup>6</sup> *Covarr. part. 2. de matrim. cap. 6. §. 7. n. 6. Basil. Pont. libr. 7. c. 34. de sacram. matrim.*

*Theom. suppl. sum. Theol. quest. 55. art. 5.*

<sup>7</sup> *Part. 2. c. 3. de collat. jur. connub. item part. 2. cap. 8. n. 20. l. 1. a.*

14 Sunt ex Rabbinis, qui volunt, hisce legis à Mose relatae verbis, *ne retegito oram*, seu ut alii legunt, *alam vestimenti patris tui. Deuter. 22. v. 30.* interdictas esse nuptias cum muliere à patre illecebris seducta & stupro polluta, vel vi subacta: contententes, stupratam alæ seu oræ voce contineri, ut scortationis turpitudine verbis celaretur, atque de hac loqui Deum, cum jam de non ducenda patris uxore cavisset. <sup>1</sup> Quicquid sit de hisce verbis, ex Amoso palam est, Deum detestari conjunctionem mulieris, cum qua pater concubuit, atque filium & patrem ad eam puellam accedentes profanare nomen sanctitatis ejus. *Amos cap. 2. vers. 4.* Alia tamen mens in intelligendis hisce locis videtur fuisse Maimonidi, cum scribat, legem Moysi duntaxat loqui de necessitudine ex nuptiis orta; nec à Mose, sed ex sapientum statutis, interdictum esse stupratori seu adultero, cum consanguinea polluta mulieris matrimonium: atque hoc duntaxat, usque dum stuprata vel adultera superstes vivit; contractum vero propterea non dirimi. Interdicti rationem hanc adfert, ne ex frequentiore stuprata & consanguinea ejus, ducta à stupratore, colloquio, & familiaritate, nata occasio visendi & alloquendi stupratam resuscitet amorem in stupratore, eumque ad committendum incestum perducatur. Dicitque idem magister, scortationem, imo adulterium cum matre & filia, vel duabus sororibus, non aliud esse, quam cum binis mulieribus extraneis nulla sanguinis necessitudine sibi invicem junctis coitum; non enim cum feciminis committi incestum, nisi cum uxoris ductæ consanguinea. Nec illicitum esse matrimonium docet cum muliere, quam pater, filius, patruus, vel frater, sive vi sive illecebris seductam, compressit: scilicet, lex Moysi de agnatorum uxori- bus duntaxat loquitur, non de mulieribus à patre, fratre, patruo, vel filio stupro pollutis. Ita Maimonides, & cum eo Rabbinii plurimi, teste Seldeno. <sup>2</sup> Quæ quomodo consistant eum allegato ex Amoso loco, non video. Certe hac in re castiores Rabbini Romani fuere, prope nefariam vocitantes conjunctionem, & facinus prohibendum, si quæ in patris concubinato fuit, deinde in filii, vel nepotis, vel contra esse incipiat, *l. 1. §. 3. D. de concubin.* Imperator Alexander cavit, ne liberi parentum suorum concubinas ducere possint, quia hujusmodi conjunctio minus religiosa & probabilis res videtur. *l. 4. C. de nupt.* & jure eum exheredari posse, qui concubinae patris sese immiscet, Justinianus constituit. *Novell. 115. c. 3. §. 6.* Et ut aliquid ex scriptoribus addamus, apud Aristanetum Theocles exclamat, *vos Dii Averrunci solvite me hoc incestu, nec mihi unquam accidat, ut matrem & filiam attingam.* <sup>3</sup> De nuptiis tamen cum cæteris consanguineis ejus mulieris, quem quis vel stupro polluit, vel meretricio concubitu complexus fuit, vel in concubinato habuit, in libris nostris, quod mireris, altum silentium est. De servo tantum dicitur, quod manumissus ducere nequeat quam pater suus in contubernio habuit, vel in filii contubernio fuit, vel matrem ejus, quam ipse in servitute uxorem habuit, quasi hæ mulieres, vel noverca, vel socrus, vel nurus essent. *l. 14. §. 3. D. de rit. nupt.* Jus Canonicum vetus eandem voluit esse nuptiarum prohibitionem propter natura-

<sup>1</sup> Selden.  
libr. 1. cap. 5.  
uxor. Ebra.  
Paul. Fagius  
ad para-  
phras. Chaldæi  
Omk. Deut.  
22. in fin.

<sup>2</sup> Libr. 5. c.  
10. de iur.  
natur. &  
gent. jura.  
discipl.  
Ebraeor.

<sup>3</sup> Libr. 2.  
cap. 2.

<sup>1</sup> *Caus. in*  
*C. 12. x. de*  
*sponsal. &*  
*matrim.*

ralem ex illicito coitu, quam propter legitimam ex iustis nuptiis ortam affinitatem C. 7. x. de eo qui cognov. consang. uxor. junct. C. 2. C. 8. x. de consang. & affinis.<sup>1</sup> Verum Tridentini Patres, adducti gravissimis causis, impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, & matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantum, qui in primo & secundo gradu conjunguntur, restrinxit. sess. 14. cap. 4. de reform. matrim. Et hæc quidem in genere; sed videamus, quid in singulis incestuosis conjunctionibus statuerit jus canonicum. Si quis stupro polluat sponsæ suæ matrem, nec tamen duxerit unquam sponsam suam, nec matrem nec filiam uxorem ducere potest; attamen peracta pœnitentia paulo majore, quam si adulterium commisisset, ex indulgentia Principis, jus ei cum alia muliere connubii est: verum si utramque cognoverit, & filiam sponsam & matrem, nunquam vel eam vel aliam in matrimonio habere potest. C. 2. x. de ea qui cognov. consang. uxor. su. Si quis scortatus fuerit cum matre & filia, altera alterius luxuriosam vitam ignorante, C. 9. caus. 34. q. 1. 2. C. 5. caus. 35. q. 2. 3. Si nesciens stuprum patris, eandem mulierem duxerit postea filius. C. 10. caus. 34. q. 1. 2. Si quis inscius duxerit uxorem, quam sponsam pater ejus oppresserat. C. 32. caus. 27. q. 2. Si quis inscius duxerit, quam stupraverat frater ejus. C. 6. caus. 35. q. 2. 3. Si quis duas inscius stupraverit sorores, vel duæ sorores, ignorante alterius stuprum altera, uni succubuerint viro. C. 8. caus. 34. q. 1. 2. In hisce omnibus ita constitutum est, ut iusta ignorantia ab incestu, & incestus pœna omnes excuset: at qui pollutas duxerunt uxores, distracto matrimonio, confestim ad alias admittuntur nuptias. C. 32. caus. 27. q. 2. C. 23. caus. 32. q. 7. C. 10. caus. 34. q. 1. 2. Qui scortati fuere, non nisi (quæ pœna simplicis scortationis est<sup>2</sup>) post septem annorum pœnitentiam, nisi id tempus ex iusta ratione moderetur judicis arbitrium, C. 16. caus. 33. q. 2. C. 9. caus. 35. q. 6. C. 8. caus. 34. q. 1. 2. at vero, qui vel stupro, vel adulterio duas consanguineas polluerunt incestuosi, omni conjugio in perpetuum arcentur. C. 8. c. 9. c. 10. caus. 34. q. 1. 2. C. 2. c. 8. x. de eo qui cognov. consang. uxor. ut & pater, qui compressam à se sponsam à filio duci passus fuit. C. 32. caus. 27. q. 2. Sed id ex juris rigore; permittit enim Ecclesia Episcopo, pœnæ gratiam facere post exactam pœnitentiam, si continentia donum non habeat, ne scortationis perducatur ad chaos. gloss. in C. 16. caus. 33. q. 2. vel forte deterius quid committat. C. 10. caus. 34. q. 1. 2. Qui fratri ducenti uxorem à se pollutam flagitium celavit, matrimonium ante septem annorum pœnitentiam contrahere prohibetur. C. 6. caus. 35. q. 2. 3. Hæc jura Pontificum ferri possunt, modo Alexandri tertii & aliorum nimius rigor, de perpetuo matrimonii interdicto in C. 2. x. de eo qui cogn. consang. uxor. C. 8. C. 9. C. 10. caus. 34. q. 1. 2. moderetur ex Nicolai Papæ consilio, uti gloss. consulit. in C. 16. caus. 33. q. 2. vel tantum locum habeat in iis, à quibus lapsus carnis non timetur, uti Innocentius tertius decrevit. C. 2. x. de eo qui cogn. consang. uxor. su. Satis enim hoc modo mihi provisum videtur, contra sempiternum cœlibatum, vel septem annorum continentiam, vix fer-

<sup>2</sup> *Menoch.*  
*cas. 289. n. 1.*  
*& seqq. de*  
*arbitr. judic.*

rendam iis, qui jam tum incestuosa libidine arserunt, cum sacerdotibus licentia remittendi pœnam conceditur; eorum enim avara misericordia non patietur aliquem nimium concupiscentiæ flammis ustulari. Illud tamen absurdum videtur, non posse innoxiam uxorem in conjugio retinere maritum, qui se scœda libidine cum sorore ejus, constante matrimonio polluit. C. 30. *caus. 27. q. 2. C. 23. caus. 33. q. 7.* at id ipsum posteriores Pontifices mutarunt, decernentes, subsequenter ex illicito coitu affinitatem sponsalia quidem irrita reddere, non autem contractas nuptias. C. 10. C. 11. x. *de eo qui cognov. consang. uxor. su.* Recte tamen propter publicam honestatem, perpetuam continentiam, modo eam ferre valeant conjuges, consulunt; ut sit hoc consilium, non præceptum. Nec adversatur, quod volumus, distrahendum esse matrimonium, cum quis scortatus cum matre, uxorem filiam duxerit. C. 2. C. 8. x. *de eo qui cognov. consang. uxor.* nam quamvis filia, materni criminis infcia, sine sua culpa, fraudanda non videatur consortio viri (ut Gregorius nonus argumentatur in ejus mulieris favorem, cujus mater constante matrimonio à marito stuprata erat. in C. 11. x. *cod.*) quia tamen propter scortationem sponsi cum matre sponsæ, ante nuptias factam, nuptiæ contrahi non potuerint, contractæ recte dissolvuntur; at ob stuprum contractis jam tum justis nuptiis perpetratum, non recte.

*Canis. in C. 2. x. de eo qui cogn. consang. uxor. Basil. Pont. libr. 6. c. 13. n. 4. de sacram. matrim. Petr. Lombard. libr. 4. sentent. distinct. 34. & ibid. Thom. q. 1. art. 5.*

## CAPUT DECIMUM QUARTUM

*De publicæ honestatis justitiæ impedimento.*

## SUMMARI A.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Quare prohibitionem nuptiarum, quæ ex sponsalibus oritur, appellaverint Pontificii publica honestatis justitiæ impedimentum.</p> <p>2. Publica justitiæ impedimenti definitio traditur.</p> <p>3. Inter quos ob sponsalia apud Romanos matrimonia interdicta fuerunt.</p> | <p>4. Inter quos interdicta voluere matrimonia ob publicæ honestatis justitiæ impedimentum Pontifices.</p> <p>5. Pontificii juris rationes traduntur &amp; refutantur.</p> <p>6. Hodie quadam inter quasdam personas matrimonia ob honestatem minus probantur.</p> |
|---|--|

**V**olunt Pontificii eam nuptiarum prohibitionem, quæ ex sponsalibus oritur, publicæ honestatis justitiæ impedimentum dici; vel quia nuda honestas huic juri ortum dedit, vel quia de hac honestate lex publica lata est: cum alias multa honesta agnoscat jus, quorum tamen contraria expressâ lege non prohibet. l. 144. D. de Regul. jur. l. 197. D. eqd. vel quod aliud nomen significantius inveniri non potuerit. Definitur à Thoma, *propinquitatis ex sponsalibus proveniens, robur trahens ab ecclesiæ institutione propter honestatem ejus*; quam omnes probare doctos Sanchez dicit. In qua tamen mihi displicet, *propinquitatis* verbum: nullam enim propinquitatem inter sponsam & sponsi cognatos imaginari mihi.

*Aberr. Gentil. lib. 5. cap. 13. de Nupt. Summ. Theol. suppl. quest. 55. art. 4. Libr. 7. dispn. 68. n. 1. de matrimon.*



mihi possum *arg. 9.9. Inst. de Nupt. l. 12. §. 1. 2. D. eod. junct. l. 4. §. 3. D. de grad. & affin.* Recte dicitur *robur ab ecclesia institutione trahens*; Nam mera ecclesiastica hæc prohibitio est, Justiniano ignota: licet enim honestas ex sponsalibus profluens, Romanis in prohibendis nuptiis agnita fuerit, §. 9. *Inst. l. 12. §. 1. 2. D. de Rit. nupt. junct. l. 197. D. de Reg. jur. ea intra paucas personas substitit, nec propinquitatis alicujus causa dicta fuit, nec talem vim habuit, qualem ei Pontifices adscripsere.* Romani diremptis sive per mortem, sive renunciatione sponsalibus, inter filium & sponsam patris, inter patrem & sponsam filii §. 9. *Inst. l. 12. §. 1. 2. D. de nupt. inter sponsum & sponsæ matrem l. 14. §. final. D. eod. ob honestatis rationem matrimonia prohibuere; & quamvis nusquam vetent nubere filiam sponso matris, id tamen noluisse eos, ex paritate rationis, concludendum est.* Ratio prohibitionis obscura non est: reverentia quædam ex sponsalibus oritur, circa mulierem, quam pater sibi destinavit uxorem, (animi enim affectus & destinatio præcipue in nuptiis attenditur at contra pudorem videtur, patri commisceri, quam in pignus futuri matrimonii suavio sponsalicio sibi obsignavit filius. At hic substituerunt Romani jurisconsulti, nec ad fratris vel sororis sponsum sponsamve hanc honestatem extenderunt. Zenonis enim rescriptum, de fratrum demortuorum nuptiis, non de nudis sponsalibus loquitur, ne quis hoc nostræ obducatur sententiæ. l. 8. *C. de incest. & inutil. nupt.* Imo dubitari posset, ne, non nulla, at ut minus legitima habuerint parentum cum sponis filiorum conjugia, cum Justinianus dicat, *rectius & jure facturos eos, qui hujusmodi nuptiis abstinerint.* §. 9. *Inst. de nupt.* At Pontifices non tantum ex sponsalibus de futuro, vel de præsentī, firmis, sed etiam ex invalidis oriri hanc honestatem voluerunt, dummodo infirmitas ex defectu consensus non oriatur. *gloss. in C. 8. x. de cons. & affinit. & pura sint sponsalia, non sub conditione contracta. C. un. x. de sponsal. in 6.* Deinde, extræ personas jure civili enumeratas, inter sponsum sponsamque & omnes alterius consanguineos usque ad quartum gradum juris Pontificii propter hoc impedimentum nuptias inhibuerunt. *C. 8. x. de sponsal. C. 6. x. de desponsal. im. puber. C. 11. C. 14. C. 15. caus. 27. q. 2. & quod magis mireris, si contractæ fuerint, dirimendas voluerunt.* <sup>1</sup> scilicet, ut pari auctoritate cum affinitate certaret hæc ob honestatem ecclesiastica prohibitio. <sup>2</sup> Adeone honesti & honestatis observatores sunt Pontifices? Imo quid aliud hisce voluerunt, quam ut turbato variis tricis & pedicis matrimonii negotio, latius diffunderet sese Papæ lucrosus dispensationis campus. Sed & hoc, & alia plura onera injece- runt humeris miserorum Christianorum, pietatis quidem & sanctitatis prætextu, sed revera potentia promovendæ & jurisdictionis civilis usurpandæ cupidine. Ideo plures casus conscientia facere fategerunt, ideocognitionem spiritualem finxerunt, ideo nuptiarum prohibitionem ultra gradus à Deo per Mosem definitos extenderunt. Hoc solo consilio, ut acceptis nummis, plurimum prohibitionum possent gratiam facere, & se necessarios Orbi Christiano ostendere. Basilius Pontius aperte fatetur, <sup>3</sup> non posse probari ulla lege scripta,

<sup>1</sup> Covarr. d. l. Sanch. libr. 7. disp. 68. n. 7. de matrim. Carer. libr. 2. cap. 13. de sponsal. & matrim. Sichar. in l. 1. C. de sponsal. n. 18. 19.

<sup>2</sup> Sanch. libr. 7. disp. 68. n. 8. Canis. in C. 3. x. de sponsal. n. 4. Covarruv. Sanch. d. l.

<sup>3</sup> Basl. Pont. libr. 7. cap. 36. de sacram. matrim.

scripta, antiquum fuisse in Ecclesia hoc impedimentum, neque ullam alicujus concilii vel Pontificis reperiri de eo constitutionem, usque ad Bonifacium octavum, qui mille & trecentis fere annis à nativitate Christi Pontifex fuit, & primus decreto, hoc nuptiarum impedimentum sancivit. *C. un. x. de sponsal. in 6.* Benedictus certe expresse declaravit, sibi minime hoc commentum placere: *Propinquitatis sanguinis, inquit ille, verbis dicitur, non verbis efficitur. Sed neque osculum parit propinquitatem, cum nullam faciat sanguinis commistionem. Quoniam vero prorsus ita sese habet res Johannis istius, ut velit secundam filiam illi nuptiis copulare, cui primam jam decreverat desponsare. Censura Apostolici Magistratus mādamus, hoc absque ullius criminis vitio posse fieri, si utriusque partis sederit voluntati. Nam cur prohibeatur, quod prohibendum nunquam sancta scriptura declarat? Sed neque humana leges, connumeratis personis, quæ inter se nuptias non contrahunt, de hujusmodi aliquid dicunt. Ne ergo abnegetis, quod negandum nulla ratione docetis.* *C. 18. caus. 27. q. 2.* Sed videamus recentioris juris rationes. Ait Covarruvias, honestum est, ut frater, cum illa quæ fratris sponsa fuit, etiam fratre mortuo minime contrahat matrimonium. At dicit Paulus, non omne quod licet, honestum est, *l. 144. D. de Regul. jur.* nec statim sub pœna nullitatis, prohibetur, quicquid non adeo honestum est. Deinde, in quo lateat hæc inhonestas, non exprimitur à Covarruvia. Sanchez, quod & Bellarmini argumentum est, æquum putat & consonum honestati Ecclesiæ, hæc matrimonia prohiberi, quia in sponsalibus quædā matrimonii inchoatio reperitur; & quamvis sponsalia imperfecte jungant conjuges, perfecte matrimonium, autumat tamen rationi conveniens esse, ut id minus perfectum conjunctionis vinculum dirimat sequentes nuptias, uti per matrimonium contracta affinitas. At vero spes & promissio nuptiarum sponsalia sunt, non inchoatio: junguntur consponsi per sponsalia, quatenus obligantur promissas nuptias conficere, non vero conjunctione aliqua conjugali, quæ vel minimum sapit nuptiarum perpetuum vinculum. Idque ex eo liquet, quod vel ambo, mutuo consensu, vel invita parte altera, consponsorum alter tam ex civilis juris, quam canonici doctrina, conditioni renunciare, & omnem promissi matrimonii spem exscindere possint. *l. 1. C. de spons. l. 14. C. de nupt. C. 2. C. 17. & ibi. gloss. x. de spons.* At ab inchoato insolubilis matrimonii nexu tam facile recedi posse, nefas esset. Nec perfecta itaque, nec imperfecta matrimonii conjunctio, sponsalia sunt; & absurdum est propter conjugium, quod speratur, & necdum est, tantam vim attribuere sponsalibus, quam affinitati ex confecto matrimonio ortæ. Cæterum agnoscimus cum Pontificiis, quibusdam nuptiis honestatem obesse; sed hanc ex sponsalibus oriri, ut illi volunt, & ultra personas jure civili relatas aliquo juris colore extendi posse, negamus. Sponsalia in se nullum dedecus involvunt; nec in pacto sponsalizio hanc honestatem collocarunt Romani, sed in personis contrahentium: & cum patris persona sancta debeat esse filio, abstinendū esse judicarunt ab iis, qui parentum locum occupaturi sperabantur. At non eadem reverentia frater fratrem, quæ filius patrem prosequitur; pares sunt, &

M m m

pro-

*D. l. n. 1.  
Carrer. libr. 2.  
cap. 13. de  
sponsalib.*

propter communes parentes, pari dilectione ac reverentia, diligere sese invicem ac revereri debent. Hinc perexigua est reverentia fratris erga defuncti fratris sponfam; imo nulla erga sponſæ conſobrinos, ulterioſesque conſanguineos. Quod animadvertentes ſanctiſſimi, uti libenter audiunt, Patres, veterum canonum latitudinem coarctantes, in concilio Tridentino decreverunt, firma tantum ſponſalia, eaque de futuro, & in primo duntaxat conſanguinitatis gradu, nuptiarum impedimentum parere. *ſeſſ. 24. C. 3. de reform. matrim.* De ſponſalibus enim de præſenti, cum ea veræ nuptiæ ſint, non loqui concilium Tridentinum Pius quintus poſtea declaravit. *In extr. ad Roman. edit. 1568.* Quid moribus noſtris, in hac re, de qua nullam habemus conſtitutionem, maxime conveniat, ſi mihi dicere liceat, exiſtimaverim nullam honeſtatis rationem prohibere eorum nuptias, qui parentum liberorumque gradum excedunt. In ſponſis vero parentum & liberorum, vitrici, & privignæ, placet mihi Juſtiniani ſententia, *rectius & melius facturas eos, qui hujusmodi conjunctionibus abſtinuerint* §. 9. *Inſt. de nupt. l. 12. §. 1. 2. l. 14. §. ſinal. D. de rit. nupt.* & non tantum ejus quod licet, verum & quod expedit, rationem habuerint. Semper enim & in primis in conciliandis nuptiis adnendum eſt, ut ſervetur honeſtas, ut verecundia caſtis moribus perſeſceret, ne infirmioribus animis ſcandalum præbeatur. *l. un. C. de Maium. junct. l. 197. D. de regul. jur.* Imo ſi publica contracta fuerint ſponſalia, aut ex vago & incerto rumore, minima ſuſpicio ſit, verecundiæ terminos exceſſiſſe conſponſos, ſedulo adlaborandum cenſeo, ut ab hujusmodi amoribus divertantur homines, & à publicis parentum ſeu liberorum ſponſis dimoveantur. Nam tametſi publica ſponſalia, ſecundum exactam rationem nuptiæ non ſint; attamen earum præludia ſunt, eaſque toti populo denunciant propinquas & brevi futuras. Taceo, quod hoc tempore nimium familiaria ſæpe ſoleant eſſe conſponſorum colloquia, geſtus, & mores, ut magna proſecto honeſtatis ratio exigat certius & modeſtius eſſe, in re ambigua, ne quis impudenter procare & in uxorem aſſumere conetur, quam publice deſponſam habuit pater: ne materia peccandi malis moribus præbeatur. *l. 1. D. ad SC. Macedon.* Certe puella aliquantulum, ſpiritu ſaltem reſignatæ pudorem dici poteſt, cum qua colloquia privata oſculationes crebras, petulantiores tactus, blandas Veneris illecebras tanquam jam morituræ virginis ſigna, aliquot menſes ſervit, habuitque ſponſus. Quod ſi vero id facere recuſent conſponſi, nimio forte amore ſagittantes, vel uterum ferente ſponſa, ſponſamque patris vel filii illibatam deſunctam eſſe, ſub jurisjurandi religione aſſerant, non præfracte impediendum putaverim, quod à Deo non legitur prohibitum matrimonium; multo minus contractum, ut inceſtuoſum reſcindendum eſſe. Nam ſponſa, licet ſæpius uxoris nomine veniat *l. 5. D. de teſtib. l. 6. §. 1. D. de grad. & affin. l. 3. l. 4. D. de parricid.* & tanquam adulter puniatur, qui alterius ſponſam corrumpit *l. 13. §. 3. D. de Adulter. Dent. 22. v. 24. C. 12. cauſ. 27. q. 2.* proprie tamen uxor non eſt, & eo duntaxat nomine inglignitur dum ſponſalia conſiſtunt, & ſpes eſt fore, ut matrimonium prope-

\* Sanchez.  
libr. 7. di-  
ſput. 68. n.  
10. Covarr.  
Cacer. d. l.

<sup>2</sup> Carpz.  
libr. 2. Tit. 6.  
de finit. 108.  
jurispr. con-  
ſiſt.

<sup>3</sup> Brxa. de  
repud. & di-  
vort. pag.  
(mibi) 70.

CAP. 15. DE NUPT. OB AFFINIT. PROHIBIT. 461  
propediem sequatur; alias nuncio misso vel morte alterius spe nuptiarum penitus sublata, tota hæc denominatio evanescit; dos, donatio ante nuptias, & sperata affinitas cessant: ut tanti facienda non sit, quæ manet post sponsalia honestas, quin urgente necessitate, nimio amore furenti sponso succurni possit.

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

*De nuptiis ob affinitatem prohibitis summaria.*

S U M M A R I A.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Vitrici, noverca, privigni, socrus, generi, nurus, &amp;c. denominationes ex nuptiis oriuntur.</p> <p>2. Jure nature, divino, Pontificio, &amp; Canonico nostro, inter vitricum &amp; novercam, socrum &amp; natum nuptie prohibentur.</p> <p>3. Causatur jure pontificium, quod inter novercam &amp; privignum sola ecclesie constitutione interdictas dicat nuptias.</p> <p>4. An quis privigni vel generi sui viduam in matrimonio habere possit?</p> <p>5. Fratrem, id est, fratris viduam, uxorem ducere non possum.</p> <p>6. Prosoverem, id est, defunctæ uxoris meæ sororem ducere uxorem non possum.</p> <p>7. Avunculi seu patrui viduam ducere non</p> | <p>possum, neque nubere viduo amita seu matertera.</p> <p>8. Non cessat nuptiarum propter affinitatem prohibitio, etiamsi affinis, post mortem cognata mea, alteras contraxerit nuptias: etiamsi ex priori matrimonio nulli extant liberi.</p> <p>9. Jure civili veteri fratris, avunculi, &amp;c. viduam in matrimonio habere potui, jure novo non possum.</p> <p>10. In secundo vel tertio affinitatis genere hodie nuptie non prohibentur.</p> <p>11. Inter privignos nuptie contrahi possunt.</p> <p>12. Nimia nominum confusio dissuadet quidem, at non impedit nuptias.</p> |
|---|---|

Antequam ordiamur doctrinam prohibitarum inter affines nuptiarum, non inutile futurum puto, si recenseamus nomina, eaque explicemus, quæ in affinitate designanda, vel ficta, doctrinæ gratia Neotericis sunt, vel olim prodita fuere. Tum ne nobis necesse semper sit, earum personarum, de quarum nuptiis querendum est, descriptione latiori uti, quoties eas uno verbo proferre licet: tum ne sæpius hæreat lector, quid nobis quædam affinium nomina significant. Socer itaque mariti mei, aut uxoris meæ pater est, Socrus mater; quibus respondent gener & nurus, id est, filia nostræ maritus, filii nostri uxor. l. 4. §. 6. D. de gradib. & affin. Vitricus alter matris meæ maritus, Noverca, altera patris mei uxor dicitur; ad quos referuntur privignus & privigna, id est, uxoris ex alio marito, seu mariti mei ex alia muliere filius & filia d. l. 4. §. 6. D. de gradib. & affin. l. 3. C. commun. de success. etiamsi ea, quæ mihi postea nupsit, liberos vel vulgo concepit, vel cum esset in concubinato alterius, peperit l. 7. D. de gradib. & affin. Et hæcenus quidem præcisa loquutione hæc nomina sumpta sunt: eorum enim lato significato, quoque socer magnus, socrus magna, seu uxoris vel mariti avus & avia; nepotis & neptis ex filio vel filia uxor & maritus; avi secunda uxor, avia secundus maritus; uxoris vel mariti ex alio marito vel uxore nepos neptisque; & omnes cæteri continentur affines in li-

nea recta descendentes & ascendentes, quibus alias *pro*præpositio solet accedere. d. l. 4. §. 6. l. 14. §. ult. D. de rit. nuptiar. l. 3. §. 2. D. de postulat. l. 2. §. 3. D. qui satisd. coguntur. Confoceri dicuntur inter se, quorum unus filius, alterius filiam uxorem duxit. Atque hæc sunt eorum nomina, qui sibi invicem parentum liberorumve loco sunt. §. 6. *Inst. de nupt.* In collateralis linea sequentia reperiuntur. *Fatria*, quæ uxor fratris Festo dicitur. <sup>1</sup> quamquam

<sup>1</sup> Lib. 6. Antiquit. Roman.

<sup>2</sup> De propriis sermon. in fine.

Nonius dicat, *Fratrius* appellari fratrum inter se uxores, <sup>2</sup> quas apud Græcos *ἐννύπιας* vocari Modestinus tradit. l. 4. §. 6. D. de grad. & affen. *Fratriam*, barbare *fratris* Alexander Papa secundus vocavit. c. 5. caus. 35. q. 5. Qui quoque summo in errore versatur, cum duorum fratrum uxores *janitricis* dictas putat, quasi eandem januam terentes, vel per eandem januam intrantes: janitricis enim hæc personas Romanos appellasse, nullo idoneo auctore probari potest: neque hoc unquam Modestinus dixit, verum cum ille scripsisset gloriæ apud Græcos *γὰλων*, & duorum fratrum uxores *ἐννύπιας* dictas; cumque hæc Græca Romanis literis scripta essent, imperitos librariorum legisse *janitricis*, atque hujus denominationis rationem ab Alexandro ejus nominis secundo postea fictam esse, Alciatus recte annotavit. <sup>3</sup> *Levir* mariti frater est, d. l. 4. §. 6. quasi, ut Nonius ait, lævus vir. Mariti soror, *glos* dicitur d. l. 4. §. 6. à græco *γὰλος*, ut Festo videtur. <sup>4</sup> Nonius duplicis significationis hoc verbum esse vult; inquit enim, *Glos* appellatur mariti soror, atque eadem fratris uxor. <sup>5</sup> Atque hæc sunt veteres affinitum appellationes ipsis Romanis olim usitatæ: novæ sunt & doctrinæ causa commentitiæ, quæ sequuntur. *Sororius*, pro quo Latini sororis maritum dixerunt, uti ex Cicerone pro Rabirio constat: *Cariorem huic sororis maritum, quam sororis filium fuisse. Profrater*, pro quo idem Cicero, *Quis ergo fuit frater, inquit, uxoris meæ. Profrater*, id est, soror uxoris.

<sup>3</sup> Libr. 2. disputation. cap. 23.

<sup>4</sup> Lib. 7.

<sup>5</sup> De propriis sermon. d. l.

<sup>6</sup> Libr. Ety. mol. 10. cap. 7.

Hæc enim vocabula, teste Isidoro, <sup>6</sup> latino sermone, una voce non exprimuntur. Cujus quoque conditionis sunt, in patrum, amitarum, avunculi & materteræ maritis & uxoribus, adfiniratis nomina; quæ propterea Romano sermone hoc modo efferrī debent, patrui vel avunculi uxor, amitarum vel materteræ maritus, sororis, vel fratris uxoris meæ, vel mariti mei filius, filia, & sic porro.

Hiscæ ita prælibatis, videamus jam, quid in horum omnium conjunctionibus observandum sit. Et primum quidem, vitrici & novercæ cum privigno, <sup>2</sup> foceri & socrus cum nuru & genero connubia, tum naturale jus, tum civile l. 14. §. ult. D. §. 6. *Inst. de nupt.* tum canonicum C. 13. caus. 35. q. 2. 3. tum Politica Constitutio prohibent art. 8. Polit. Holl. Constit. art. 17. 18. Polit. Zel. constit. art. 59. & 60. Eght. Regl. van de stat. Generaal. Habetque hoc ipsum jus firmamentum suum in naturali ratione, & expressa divina lege. *Levit.* 18. v. 8. & 2. v. 14. *Deuter.* 27. v. 20. & 23. Dixit Deus, unam esse carnem virum & mulierem matrimonio copulatos; Si itaque abstinendum est à patre, quia parentum caro & sanguis liberi sunt, fugienda quoque cum noverca consuetudo est, quæ cum patre coaluit in unam carnem; ne matrem nostram quodammodo, & patris corpus polluere videamur. Nec aliam prohibitionis harum nuptiarum ratio-

rationem dat supremus Legislator Deus; nam cum dicit, nuditatem novercæ, patris, & nurus, filii esse, innuit, per matrimonium virum & mulierem coalescere in unam carnem, & unius nuditatem alterius fieri; ideoque eo loco habendos esse, qui nobis vera affinitate junguntur, quo habentur, quibus copulati sunt. C. 13. C. 14 *caus.* 35. q. 2. 3. Quæ ratio, quo minus hæc conjunctiones, quam cum pater filix jungitur, jurinaturæ intelligentis adversas evincat, facit nativitatis & matrimonii diversa conditio: socer, nurus, vitricus, privigna per matrimonium liberi & parentes inter se sunt, & dicuntur: at vixerunt aliquando cum non essent, & possunt esse, non de carne parentis, nempe patre meo mortuo, & præcipue cum noverca in alterius viri amplexus se confert. At parentes veros generatio efficit, nec existit unquam, nec exiturus est filius, quin parentum suorum carnis particeps sit. Pater & filia una caro sunt, respectu naturæ corporæ, vir & mulier respectu juris, & effectus illius vinculi, quod inter maritum & uxorem per nuptias necitur. Quantum vero cedit affinitati cognatio, tanto majorem reverentiam debet filia patri, filius matri, quam privignus novercæ, nurus socero. Honorantur parentes, quia parentes sunt, vitricus & noverca tum propter defunctos, quos repræsentant, §. 6. *Inst. de nupt.* tum propter superstites, eum quibus coalescunt in unam carnem; socer itidem & socrus, quia cum illorum carne unus homo factus sum. Hinc argumentor, naturalem pudorem ac honestatem pati non posse, ut quis lumbos frangat in eâ muliere, cui tanquam matri reverentiam debet: vel ut Aristænetus ait, *quæ me benevolentia ergo filium vocat, quam sepe matrem vocavi.* <sup>1</sup> ut sibi subjiciat, quæ filix loco habenda est: ut coitu polluat, cujus cum matre consuevit: vel ejus nuditatem detegat, quæ patri adhæsit. (quam matrem, non alio nomine dicendam vult Spartianus in Antonin. Caracall.) & denique ut subjiciatur socero, qui parentis locum obtinet. l. 16. D. *solut. matrim.* Vt mirari satis non possim Sanchis, & aliorum Pontificiorum impudentiam, statuentium, horum conjunctiones, ecclesiastico, non naturæ jure irritas esse: cum tamen gentes naturali ductas lumine, eas detestari doceat Paulus 1. *Corint.* 5. v. 2. & flammis expiandas velit Deus. *Levit.* 20. v. 14. Quæ certe nimia pœna fuisset, in solius ecclesiastici juris contemptores. Sed hac doctrinâ inductâ id operantur Pontifici, ut exurgat Pontifici diffusior ad uberiorem quæstum dispensandi, ut loquuntur, campus. <sup>2</sup>

<sup>1</sup> Lib. 2. Epist. 8.

<sup>2</sup> Lib. 7. de *spat.* 66. n. 7. de *matrim.*

<sup>3</sup> Videat *Letit. Car.* 200. lib. 2. Tit. 6. de *finic.* 89. & 90.

<sup>4</sup> *Traff. de repud. & de vort.* pag. (mibi) 79.

4 A privignis ad eorum viduos viduasque proximus transitus est. Docet Papinianus, *uxorem quondam privigni conjungi matrimonio. vitrici non oportere; nec in matrimonium convenire, novercam ejus, qui privigna maritus fuit.* l. 15. D. de rit. *nupt.* Eique è diametro adversatur Beza, docens, me non prohiberi generi mei viduam ducere, licet ea filix meæ successerit. <sup>4</sup> Idem enim est, seu de privigni, seu generi vidua loquaris. Pro Papiniano si quis stare velit, has dabit rationes. Honestæ debent esse conjugia, l. 197. D. de Reg. Jur. l. 42. D. de Rit. *Nuptiar.* decora, imo sancta, & ex Dei voluntate contrahi: at quæ honestatis scintillula, imo quæ non fæditas est, ut ei se submittat mulier, quæ aliquando

filium dixit, ut sibi subiciat vir, quam olim filia honoravit nomine. Præcipua juris divini nuptiarum prohibitoria ratio, conjugum unitas est, quam vel cognatio vel affinitas sequitur: cognatio inter eos, qui ex conjugio nascuntur: affinitas inter conjugē & alterius conjugis consanguineos, quibus ista unitate jungitur. Vir itaque coalescens cum uxore sua in unam carnem, ejus carnis mulier quodammodo particeps est. At mulier cum genero suo, in filia sua una caro est; est igitur privigni vidua de carne vitrici, qui cum ejus mariti matre in unum coaluit hominem. Quæ ratiocinatio, quamvis quodammodo tantum unitatem carnis vitrici, & privigni viduæ evincit (nam revera de carne vitrici privignus non est, multo minus ejus vidua) satis tamen firma videtur, ut inferat inde naturalem aliquem pudorem profluere, qui hisce conjunctionibus obicem ponat. Beza vero sententia suis quoque, & hisce nititur rationibus.

<sup>1</sup> Carpz.  
libr. 2. Tit. 6.  
definit. 101.  
Jurispr. con-  
sist.

Ad Legem & testimonium respiciendum est, ut licitæ, vel illicitæ dicantur nuptiæ; & debet hic esse nobis, ut lapis Lydius, divina de prohibitis nuptiis constitutio: at illa duntaxat propter affinitatem, vel cognationem prohibet nuptias. nulla vero affinitas inter privignum & vitrici secundam uxorem vel est, vel unquam fuit; est enim ea necessitudo inter conjugem & alterius conjugis cognatos, non inter conjugem & eos, qui conjugis cognatis junguntur. l. 4. §. 3. D. de gradib. & affinit. secundum & tertium affinitatis genus, quod commentum olim erant Pontifices, explosimus, idque abrogavit jam olim Innocentius tertius, contentus in primo genere affinitatis prohibuisse matrimonia C. 8. x. de consang. & affinitat. Hinc est, quod hodie comprivigni conjungi, duæ sorores nubere duobus fratribus, matrem & filiam ducere duo fratres, maritus viduam fratris uxoris suæ possint. Vt pro Beza stare videatur & Divinum & Pontificum jus. Quod si quis me roget, quænam sententia Batavo amplectenda sit Jurisconsulto? dubius hæreo. Illustr. Holl. Ordines, cum omnia prohibita matrimonia accurate enumerent, & speciatim recenseant, hujus tamen conjunctionis nullam faciunt mentionem; Deinde, cognationis vel affinitatis vinculum, in prohibendis nuptiis duntaxat inspiciunt art. 4. & seqq. polit. Holl. constit. at inter personas, de quarum conjunctione jam quærimus, nullam affinitatem, multo minus cognationem ullam esse ostendimus. Facile Beza sententiæ me addicerem, nisi ab altera parte me retineret juris civilis auctoritas, innixa pudori & naturali honestati, quæ ex matrimonio oritur, quam quoque inspiciendam voluisse videntur Ordines nostri, cum velint in conjunctionibus, quod honestum est considerandum esse. art. 12. v. in aller eerbaarheyt. Polit. Holl. constit. Imo, si quæ videantur pudori contrariæ, jubeant nuptiis Præfectos, eorum denunciationes disferre, donec eas jure Divino & Cæsareo, [quod nota] licitas vel illicitas Magistratus declaraverit d. art. 12. Quid tum? nihil aliud, quam optandum cum Antonio Matthæo in hac re certius Ordinum rescriptum, & interim, uti eorum lata constitutio jubet, magistratui hanc litem, si inciderit, decidendam relinquere. Cæterum, matrem uxoris privigni mei, & ex prioris marito filiam ducere non pro-

<sup>2</sup> In Libr. 48.  
Tit. 3. Digest.  
c. 7. n. 26. de  
criminib.

prohibear; potest enim pater nurus suæ matrem, & filius novercæ suæ filiam ducere uxorem. §. 8. *Inst. de nupt.* Multo magis privigni mei uxoris privignam ducere potero, & privignæ meæ mariti privigno nubere, cum hæ personæ me nullo affinitatis vinculo, honestatem ne quidem minimam inferente, contingant. Et ita de cæteris iudicium esto.

5 Nuditatem fratris tui ne retegito, nuditas fratris tui est, inquit Deus. *Levit. 18. v. 16. Levit. cap. 20. v. 17.* utpote, quæ coaluit in unam carnem cum fratre tuo, cum quo tu communem patris sanguinem sortitus es, habetque schema sororis, soror dicitur, sororque pene exitit. C. 8. *caus. 35. q. 2. 3.* atque est liberis tuis amitæ loco *arg. §. 5. Inst. De nupt.* Quod si ergo juri naturæ ratiocinantis adversum est, sororem polluere, similis in fratris vidua observatio erit; etsi non tanta, quia ex affinitate venit. Putat Duarenus, politicum esse hoc Dei præceptum, non juris naturæ; ideoque ejus gratiam facere posse, exigente id vel utilitate vel necessitate, quorum ea de re auctoritas est. <sup>1</sup> Connanus <sup>Tit. de solut. matrim. §. de nupt. 3. v. questio.</sup> ultra progreditur, putatque à Mose prohiberi duntaxat detractionem nuditatis fratris fratre vivente, at non eò mortuo *arg. Matth. cap. 14. vers. 4. Marc. 6. vers. 18. Luc. 3. v. 19. 24.* <sup>2</sup> (Quo sensu quoque Josephus hanc legem accepit.) <sup>3</sup> est, cui conne sibi alias contrarius videatur Deus, cum jubet defuncti fratris viduam à fratre uxorem duci. *Deuter. 25. v. 5. 6. 7.* Quam difficultatem ut superent, sunt, qui cum Calvino contendunt, in allegato Deuteronomii loco, non de fratre germano loqui Deum, sed remotiores cognationis gradus designare, qui proximitatis nomine nuptiis cognatorum non obsunt. Non enim credibile existimant, Deo propositum fuisse, ob levissimam hanc causam, ne in numero summo populo intercidat nomen mariti alicujus, incestuosa permittere conjugia, adeo ab eo vetita, ut rem exterminandam dixerit, volueritque hujusmodi libidinosos sine liberis fore. *Levit. 18. v. 16. & 20. v. 17.* At vero, licet, quod hi recte observant, in sacra scriptura, fratris nomine, sæpius remotiores cognati qui ex eadem sunt familia veniant *Johann. 7. vers. 3. & 10.*; non tamen mihi alius in hac lege de fratria ducenda designari à Deo videtur, quam mariti frater. Idque colligo, tum ex consuetudine inveterata, quæ optima legis interpretis est, de ducenda fratria in Ebræorum Republica; tum quoque ex eo, quo de fratria & leviro loquatur Moses. *Deuter. 25. vers. 5.* quæ nomina nullòs, nisi defuncti fratrem & viduam suo significatu comprehendunt; tum ex hisce Nahomi ad Elorham & Rutham, nurus suas viduas nec prole beatas, verbis, *revertimini filia mea, cur veniretis mecum? num adhuc sunt filii in visceribus meis, qui vobis viri futuri sint?* Scilicet occupaturi aliquando Machlonis & Cilionis filiorum meorum sine liberis defunctorum locum? *revertimini filia mea, & abite: nam senior sum, quam ut nubam: & si dicere possem, est mihi spes, & poteris hac nocte cum viro esse, pareremque filios, num expectabitis donec adoleverim? num expectabitis in eorum gratiam, ut non nuberetis, cuiquam?* *Ruth! cap. 1. vers. 11. 12. 13.* In quod loco, hoc in transcurso notandum est, quod intelligi non possit, qua ratione legem de primogeniti fratris sine prole demortui ducenda vidua duntaxat lo-

quon-



quentem, ad utramque nurum extenderit Nahomi, nisi illam ex propensiore in nurus suas animo, non quod ita jus esset, sed quod ipsa id licitum optaret, locutam arbitremur. Quæ eadem responsio est, qua difficultatem superant Rabbini, quæ in eo residet, quod eadem Nahomi jam vidua loquatur de filiis, tum post Machloni & Cilionis mortem, tum ex alio viro nascituris, cum contendant Magistri, hoc utroque casu jus leviratus locum non habuisse. Sed revocetur oratio. Legem de fratria ducenda, de germani fratris vidua intelligendam esse, ex eo quoque mihi liquet, quod alias febriculosum nimis videatur, quæstionem illam Christo à Sadducæis propositam, cujus post resurrectionem esset uxor septem fratribus nupta *Marc. 12. v. 19. & seqq.* explicare de muliere septem cognatis nupta, cum quibus nuptiæ licitæ, nec interdictæ lege fuissent. Ne quoque adducam historiolum Judæ & Thamari, *Genes. 38.* ex qua colligunt Ebraeorum Magistri ante legem quoque non satis decorum æstimatum fuisse, ut vidua primogeniti sine prole defuncti nuberet foris uiro extraneo. Argumentum autem contrarium, quod quidam colligunt ex Boazi & Ruthæ nuptiis, infirmius est, ut evincere possit nomine fratris designari ceteros duntaxat cognatos, non ipsos fratres. Etenim factum Boazi, & quod de Vindice in hac historia dicitur, non pertinuit ad jus leviratus, sed ad jus redimendi patrimonium alienatum, & ad præceptum in *Levitico 25. v. 25.* datum. Vti colligitur ex eo, quod Ruth non venerit ad seniores in portam, ad exuendum calceum de pede Vindicis seu leviri; atque quod neque spuens in faciem ejus, vel coram facie ejus, dixerit, *sic fieri debet viro illi, qui non vult existuere domum fratris sui:* quæ facere fratrem & pati fratrem, nolentem ducere fratris viduam, lex leviratus jussit. *Deuter. 25. v. 5. & seqq.* Quæ autem fecit Bohaz, absente Rutha, facta & transacta videntur: nec renunciatio facta, sed ipsæ nuptiæ pactæ fuisse: nec quod de exuto calceo narratur, legem leviratus respicit, sed ritum tum temporis usitatum ad probandum, ostendendumque ratas esse vindicias, permutationes, & quoscumque contractus, de quibus inter partes convenisset, uti ex *cap. 4. vers. 7.* palam est. Verum est, cum audiret Bohaz proximior Vindicem velle vindicare alienatam Elimeleci à Nahomi agri partem, ut hunc diverteret à proposito, adjecisse vindicationi necessitatem ducendi Rutham, excitandique nomen demortui in possessionem ejus. At certe hæc conditio, vindiciis adjecta, non legem leviratus à Deo præscriptam redolet, sed mores tum temporis in vindiciis usitatos. Deinde tradunt Rabbini, necessitatem ducendi fratrem non fuisse impositam minori natu fratri, imo id ei non licuisse, si recusasset uxorem viduam frater natu major. Quicquid sit; pertinueritne hæc lex leviratus ad remotiores quoque cognatos deficientibus fratribus, vel duntaxat ad solos fratres; hoc certum est fratribus id onus præcipue impositum fuisse. Diversas legis hujus rationes dant interpretes. Alii mysticum quid continere hoc præceptum volunt, significans de primogenito Christo: cujus nomen & possessio cum nunquam interire deberet, maledictam fuisse & in probro habitam tum

tem-

\* Seldem de  
success. ad  
leg. Ebraeor.  
cap. 15.

temporis sterilitatem tradunt : sed datum tanquam solatium sine liberis morienti primogenito , precariam saltem sobolem sperare ex fratre , ut non deleatur nomen ejus ex Israël. Ex quo concludunt, fratri, divino potius præcepto obtemperanti , quam proprio amori, sapius magis oneri, quam voluntati hujusmodi nuptias fuisse. Alii volunt, inter quos Beza, distributum fuisse Israëliticum populum non tantum in tribus , sed etiam in familias. In iis autem principatum habuisse primogenitos, qui & nomen familiis dederunt , ne in infinitum illorum excreceret numerus. Voluit autem Deum, ne nomen alicujus primogeniti extingueretur in Israël, ad virilem ætatem provento primogenito, & ducta uxore, ut jam familiæ caput esset, atque sine sobole defuncto, necessitatem impositam fratri ab eo proximo cœlibi, succedenti in primogenituram ducendi uxorem, viduam defuncti fratris , ea lege, ut succederet in nomen defuncti fratris proles ex istis nuptiis nata, suscitaretque quasi extincti Principis familiæ nomen à mortuis. Et ita volunt testam quodammodo fuisse incestuosæ alioqui conjunctionis hujus ignominiam , cum quasi heres primogenituræ bonorum simul & uxoris fratris, induta ejus persona, non sibi, sed defuncto operam liberis daret, iisque relinqueret omnes demortui facultates atque possessiones, hæc enim conjugii expers alter frater. Hæc de ratione legis. Quando & quoties non tenebatur fratriam ducere frater, ex Rabbino-<sup>2</sup> rum scitis referunt Seldenus, & Buxtorfius. Quid ergo? licitumne fuit cum fratria conjugium? minime. Nam sub exterminationis pœna id expresse vetuit Dominus. *Levit. 20. v. 21.* & hæc specialis exceptio docet in contrarium esse regulam. Deinde inter prohibitoria nuptiarum præcepta , de fratria non ducenda generalem legem collocavit, alteram illam specialem alio loco , & tanquam exceptionem à generali regula posuit, ut indicaret, primum præceptum omnes altringere, in alio sibi singulare quid placere. Non itaque imitetur homo sine expressa Dei voluntate, quod extra eam, omni mortali vetitum reperitur. Quid ergo? diceturne contra naturalem rationem esse, quod Deo aliquando placuit? Ita, sed uti diximus quod ratiocinatio humana colligit scædum & inhonestum esse, id ex Dei voluntate aliquando fit honestum , justumque. Deus auctor naturæ & Dominus, cujus voluntas omni humana ratiocinatione superior est, nobis jus fixit, non sibi; justum est, quod jubet. Sed non oportet nos sequi, quod in quodâ casu probavit aliquando arcanum ejus consilium , quotiens generalis ab eo lata lex in contrarium est: verum mirari potius præceptum ejus, qui supra omnes leges est , factumque, ad cujus rationes intimas curiositas nostra perfecte pervenire nequit. Connani autem, ut ad eum revertamur, vitiosa interpretatio simili ratione & adhibita distinctione evincet, nihil aliud quam adulteria cum cognatis & affinibus , in toto capite prohiberi: nam eodem jure dicam, nuditatem patris retegere prohiberi, nempe si vivat pater: quod absurdum est, & scelus. Verum quod si de mortui patris nuditate non detegenda loqui velit Mosem; nulla ratio est, cur verba de nuditate fratriæ non detegenda, eodem modo expressa, in alium

Nnn

tor-

<sup>1</sup> Alber. *Gent. lib. 5. cap. 9. de Nupt. Zepher. De legib. Mosiac. lib. 1. cap. 8. Carpzov. lib. 2. Tit. 6. de fin. 101. jurispr. cons. sist. Bex. de repud. pag. 63. & seqq.*

<sup>2</sup> Selden. de *success. ad leg. Ebraeor. cap. 14.*  
<sup>3</sup> Cap. 12. 13. 14. 15. *Exor. Ebraeor. lib. 1. item de success. ad leg. Ebraeor. cap. 14.*  
<sup>4</sup> Part. 1. n. 21. §. 14. *de sponsal. & divor. Judeor.*  
<sup>5</sup> Alber. *Gentil. lib. 5. cap. 9. de Nuptiis.*

<sup>6</sup> Anton. *Matth. de criminib. lib. 48. Digest. Tit. 3. c. 6. de incest. n. 3.*

• Calvin. In.  
7. præcept.  
decal. Levit.  
18. v. 16.

torqueat sensum. Deinde, cum generali præcepto adulteria prohibeat Deus, Levit. 18. v. 20. tautologus esset, si in cæteris præceptis nihil aliud quam consanguineorum & affinium adulteria vetuisset. Hæc sat sunt, in re tam clara ac perspicua.

• Carpz.  
libr. 2. Tit. 6.  
dispn. 88. &  
segg. jurispr.  
consist.

Vti fratriam, ita nec uxoris defunctæ sororem, quam *prosororem* dicimus, uxorem ducere non licet. Generalis sit regula, divino jure, omnium affinium nuptias prohiberi, si quos repræsentant, cognatorum nuptiæ interdictæ sint. Ratio hujus juris hæc est, quod uxor cum marito coalescens in unam carnem, habetur de carne ejus, qui cum marito unius carnis particeps est. Nec huic adversatur doctrinæ, tum quod nusquam cum prosorore conjunctionem expressim vetet Deus, tum quod existimetur major scœditas, leviri cum fratria consuetudo, quia una scœmina ex duobus concipit cognatis, quam cum prosoror marito jungitur, & duæ cognatæ uni adfuescunt viro. Posterius hoc argumentum cum quoque urgeatur in probandis avunculi, seu patruī nuptiis cum vidua filii ex fratre vel sorore, de quibus infra, silentio hic præteribo, & me totum ad prius convertam. Verum est, expressim prohibuisse Deum fratriæ & leviri nuptias, at non ita prosororis cum sororis viduo. Sed ex paritate rationis relinquit locum argumentationi ab expressis ad non expressa, adeo ut cum leviri & fratriæ interdicta sunt, & horum matrimonia ob parem rationem ex sensu legis divinæ verita dicenda sint. Sane, ut parum pudoris, ita nihil rationis habet sequens argumentum, quod in contrarium adduci solet, nempe, uxoris nuditatem mariti esse, dicit Deus, at nusquam mariti pudenda, esse uxoris: hinc fratriam ducens detegit fratris nuditatem, at qui prosorori commiscetur, nullius pudenda detegit; Prosororis enim nuditas, uxoris nostræ nuditas non est. Imo, ut breviter respondeam obsceno huic argumento, mariti nuditas, uxoris est, quæ cum marito coaluit in unum hominem: nam parem in viri, ut vir in mulieris corpus, potestatem uxor habet. Ut licet de uxoris nuditate duntaxat loquatur Deus, idem ex natura matrimonii de pudendis mariti dicendum sit, nempe, contra naturalem pudorem esse, sororis nuditatem in sororis marito seu sororio detegere. Evinceret alias idem hoc argumentum, licitum esse cum privigna conjugium, quia privignæ nuditas, uxoris nostræ non est, quod tamen expressim vetat Deus. Levit. 18. v. 17. Accipienda itaque sunt Dei verba, *quia nuditas fratris tui est*, ut valeant, quia uxor fratris tui est. Ut hac ratione quoque retegenda non sit uxoris sororis nuditas, quia soror uxoris tuæ est. Non bene intelligunt mentem legis, qui statuunt, Deum duntaxat prohibuisse sororis cum sororis marito conjugium, superflite uxore, ne angustia afficiatur ducta soror. Ea enim lex ad hanc rem non pertinet, quippe polygamiam vetat Deus, cum prohibet sororem unam ad alteram assumere. Levit. 18. v. 18. Sorores sese ac fratres vocabant omnes Israëlites, eundem agnoscentes patrem Abrahamum. Quapropter probanda hic mihi Junii & Treinellii versio videtur, *mulierem unam ad alteram ne assumito, angustia affecturus hanc, retegendo turpitudinem illius ducta super hanc in vita ipsius.*

• Calvin ad  
7. Præcept.  
decal. in loc.  
Levit. 18. v.  
16.

Vti

Vti ex *Malachia* colligitur in Polygamos insurgente, *cap. 2. v. 14. 15.* Olim circa hæc conjunctiones plurimæ Gentes, præsertim Orientales lapsæ fuerunt; Vti ex eo constat, ne plurima, eaque profana referam exempla, quod *Jacobus Patriarcha* duas sorores uxores habuerit, quod *Simsonis* socer, distracto matrimonio, postquam majorem natu filiam *Simsoni* nuptam alteri conjunxerat, *Simsoni* alteram filiam natu minorem in uxorem obtulerit, & ut rem licitam, conjugium hujusmodi habuerit. *Judic. cap. 15. v. 2.* Ipsi quoque *Romani* circa hoc jus aliquando fluctuarunt. Refert *Plutarchus* *Marcum Crassum* fratris viduam, uxorem duxisse, <sup>1</sup> narratque *Apuleius*, non ut rem inhonestam, *Pudentillam* tabulas nuptiales cum defuncti mariti fratre fecisse. Nec usquam in libris *Digestorum* propter affinitatem prohibitz leguntur nuptiæ, nisi eorum, qui sibi invicem parentum ac liberorum loco sunt. *l. 14. §. 4. l. ult. D. de rit. nupt. l. 4. §. 7. D. de gradib. & affinib.* Postea tamen melius edocti Imperatores, hæc conjunctiones expressis legibus interdixerunt. *l. 5. l. 8. & l. ult. C. de incest. nupt.* *Honorius* quoque, licet uti Princeps, & pro libidine imperantium, imo potius vix pubes, & à socero seductus, duas *Stiliconis* filias, unam post alteram in matrimonio habuerit (infelici exitu, ex neutra enim liberos suscepit, mortem immaturam utraque obiit) maturiorem adeptus ætatem, hujusmodi nuptias inhibuit. Notanda hic quasi in transcurso est *Rabbinorum* quorundam opinio; in honorem *Jacobi*, *Liæ* & *Rachelis* sororum mariti, Deum nullam specialem pœnam huic consuetudini, uti quidem cæteris, incestuosis indixisse; <sup>2</sup> Cæterum, Divinum, jusque *Justinianeum* secuti sunt Pontificii, *C. 8. caus. 35. q. 2. 3.* Ordines nostri, *art. 10. Polist. Holl. Constat. art. 19. Pol. Zel. Constat.* *Transylvulani art. 20. ordon. van matrim. saeck. van Overyssel. art. 61. Eghtr. Regl. vande Stat. Generaal. Synod. habit. Middelb. ann. 1581 art. 85. & 87. Synod. Holl. Austr. habit. Enchuf. ann. 1624. art. 54. hab. Horn. 1629. art. 5811.* Et teste *Bechstadio*, omnis *Germania*. <sup>3</sup>

<sup>1</sup> In Vit.  
Marc. Crass.

<sup>2</sup> Apolog. secund.  
Vide Briss. de jur. Connub. pag. 214.

<sup>3</sup> Zonar. lib. 3. Anal.  
Paul. Diacon. lib. 14. Append. ad Eutrop.  
<sup>4</sup> Buxtorf. pat. 1. §. 23. de sponsal. & divor. Ebr.

<sup>5</sup> Par. 2. c. 8. de collat. jur. connub.

7 A fratria, leviro, sororio, & prosorore, ad eos nos ducit ordo, qui parentum & liberorum locum occupant. Et primum quidem certum est, nec in contrarium disputari potest, interdictum esse ex fratre filio, cum patruui sui vidua matrimonium: hoc enim ex *Mose* patet, *Levit. 18. v. 14. & cap. 20. v. 20.* & probat ratio. Unus homo cum patruo per matrimonium ejus uxor est, cujus nuditatem propterea nuditatem patruui vocat *Deus*: at patruus & fratris filius in hujus avi, seu illius patris tam propinqua conveniunt carne, ut in eorum conjunctione obtinere quoque debeat generale illud præceptum, nullus homo ad ullum propinquum carnis suæ accedito. *Levit. 18. v. 5.* Dubium non esse potest, cum id paritas rationis urgeat, ex mente divinæ legis vetitum quoque esse avunculi viduæ cum filio ex mariti sorore conjugium. Et certe inepte quis argumentaretur in contrarium ex eo solo, quod hujus conjunctionis interdictum non expressim referat *Moses*. Avunculi & patruui cum fratris vel sororis filia non expressim interdictæ reperiuntur nuptiæ; recte tamen ex sententia legis vetitz habentur, quia materteræ & amitæ cum fratris vel sororis

N n n 2

roris

roris filio aperte prohibentur. Similis etiam, quæ in consanguinitate, in affinitate argumentatio à complexis ad non complexa, instituenda est, quoties id suadet rationum paritas. Forſan & Ebraei, uti nos Batavi, uno eodemque vocabulo, *Oom en Moeye*, tam patris quam matris fratres ſororesque comprehenderunt, ut in divina lege, nomine patrui, & avunculus contineatur. Major videtur eſſe difficultas in conjunctione patrui ſeu avunculi cum viduæ filii ex ſorore vel fratre: amitæ vel materteræ cum viduo filiæ ex ſorore vel fratre: & præcipue cum quaeritur de amitæ ſeu materteræ vidui nuptiis cum filia ex fratre vel ſorore uxoris. Priori enim conjunctioni etiamſi lex divina non expreſſim obicem ponat, hoc vitium, imo hoc ſœdum ineſſe videtur, quod una ſcœmina utero ſuo exciperet atque ſoveret duorum cognatorum ſemina, prioris ſcilicet mariti ſui, & ejus poſtea patrui ſeu avunculi. Quæ ratio, quamvis in amitæ ſeu materteræ cum viduo filiæ ex ſorore vel fratre nuptiis non reperiatur, nec ita deteſtandum videatur, ut duæ cognatæ uni adſueſcant viro: naturæ tamen & ætatis ordo præverti videtur in hac conjunctione; cum amitæ ſeu materteræ, quæ propter affinitatem, ſocrus loco haberi ac honorari debet, ſororis vel fratris filiæ vidui maritali ſubjiceretur imperio; præterquam quod nimium ætatis intervallum, quo quam plurimum excederet ſponſa ſponſum ſuum, non ſineret ſpem eſſe reliquam generandæ ſobolis. At autem, nec Politica Hollandiæ conſtitutio, uti quidem duo priora, inhibet amitæ ſeu materteræ vidui, cum filia ex fratre vel ſorore uxoris conjugium. *art. 11. Polit. Holl. Conſt. art. 20. Zeland. art. 62. 63. Egl. Regl. vande ſtaten Generaal.* nec in eo ea abſurda & ſœda, quæ jam notavimus, reperiuntur. Etenim nec hic una ſcœmina duobus miſcetur cognatis, nec ætatis intervallum ſpem ſobolis præcidit, cum ſæpius ex proveſtoris ætatis maritis concipiant juvenculæ mulieres, & optime conſpirare videtur conjugale obſequium cum reverentia, quæ amitæ ſeu materteræ viduo debetur ab uxoris cognata. Verum, ut hiſce reſpondeam, & hæc omnes conjunctiones illicitas demonſtrem, animadvertendum eſt, non in ætatis viri & uxoria lato diſcrimine, non in conjugali uxoris erga maritum reverentia, ſed in illo axiomate, & duo exitis in carne una, fundatam eſſe divinam nuptiarum inter affines prohibitionem. Ex quo hoc duco argumentum; fratris filius patrum venerari debet, ut qui illi, patris loco eſt, & unius ſanguinis avi particeps: at ille cum uxore ſua coaleſcit in unum hominem; itaque & ab hac, quæ fratris filii loco eſt, eodem quo à fratris filio patruus honore venerandus eſt, ne reverentia circa unum eundemque hominem ab uno eodemque homine varia ſit. Quapropter ſicuti patruus uxorem habere nequit fratris filiam, propter ſanguinis nimiam participationem, ita quoque conjungi non poterit fratris filii viduæ, propter divinum eſſatum, quo vir & uxor unus homo dicuntur. *G. 1. cauſ. 35. q. 10.* Nec obſteſt, quod unitas illa carnis diſtracto morte matrimonio, inter conjuges deſinat: non enim cum ea interit reverentia, quæ perſonæ ſuperſtitæ ex unitate illa carnis inhærere incepit; nec deſinit filiæ fratris loco,

\* Advys  
vande Theol.  
Facult. tot  
Leyden. aen  
de ſtaten  
van Holl.  
den 4 Mart.  
1648.

loco esse superstes fratris filii uxor. ergo nec affinitas, quod ad juris effectum ob mortem conjugis definit Deus amitam vocat defuncti patruī uxorem. *Levit. 18. v. 14.* & duci vetat: quæ duci non potest vivente patruo, quia una duobus nupta esse nequit. Huic argumentationi similis collectio est: sicuti amitæ seu materteræ propter propinquitatem carnis conjungi nemo potest. *Levit. 18. v. 12. 13.* ita neque cum patruī vidua, quæ propter unitatem carnis cum patruo, amita nostra dicitur à Deo. *d. Levit. 18. v. 14.* Quæ divina argumentatio cur non obtineret in conjunctione, de qua nobis præcipue lis est, non video. Amitæ viduus coaluit in unum hominem cum amita, nec minus patruus dici meruit quam patruī uxor amita: sicuti ergo fratris filiæ non licet patruum amplecti propter propinquitatem carnis, nec fratri filio uxorem habere patruī viduam, quia coaluit cum patruo in unam carnem & amitæ loco sunt: ita nec amitæ viduo conjungi potest ex fratre filia, ob rationis paritatem. Optima saniorum Theologorum regula est: quorum nuptias cognationis respectu, pudor & honestas inhihent, eorum quoque conjunctiones similis ex affinitate pudor & propinquitatem vetant: quam quoque Illustriss. Holl. Ordin. ut innixam divino de unitate viri & uxoris effato, præmittunt speciali prohibitarum nuptiarum enumerationi, ne quis concludat licita esse, quæ non exprimuntur, in pari affinitate matrimonia. *art. 8. v. dat man en wif maar een sijn.* *en zyn, & v. binnen den selve uytgedruckte graden bestaande. Polit. Holland. constitut.* Nec adversatur huic doctrinæ hæc regula, qua dicitur in prohibitoriis licitum esse, quod non prohibetur. *l. 28. §. 2. D. quib. ex caus. major.* Nam & id ex mente legis illicitum est, quod parem prohibendi habet rationem *l. 29. & seqq. D. de legib. l. 6. §. 1. D. de verbor. signif.* non enim solent leges omnes casus continere. Prohibentur expressæ avi & neptis: *Levit. 18. v. 10.* patruī & ex fratre filiæ *d. c. vers. 14.* non avia & nepotis, avunculi & sororis filiæ matrimonia; eane ideo licita erunt? Nec mihi regeras, argumentum ex rationis analogia procedere duntaxat in consanguineorum conjunctionibus propter generale præceptum, nemo ad propinquum carnis suæ accedito *d. C. v. 6.* non autem cum de affinium connubiis quæritur, cum idem præceptum prohibitarum nuptiarum enumerationi, affinitatis intuitu, non præmittatur. Nam expressim viduam patruī *d. C. v. 14.* non avunculi ducere; nuditatem nurus *d. C. v. 15.* non sororis; pudenda fratris *d. C. v. 16.* non sororis uxoris retigere vetat Deus; quarum tamen omnium personarum nuptias lege divina prohiberi concedunt omnes: argumento certissimo, relatum illud Dei generale præceptum ad affinitatem quoque referendum esse. Absurdum commentum est, quod de majori fœditate adducitur in conjunctione patruī viduæ cum ex fratre mariti filio, quam amitæ vidui cum uxoris ex fratre filia; Nam non respexit Deus majorem in hisce vel minorem fœditatem, sed sanguinis, & affinitatis propinquitatem; præterquam quod & mas pollui dicatur, quid duabus jungitur consanguineis *d. C. v. 17.* ut non minus fœdum sit, ut unius viri semen à duabus foveatur cognatis, quam ut una fœmina duorum cognatorum.

torum foveat semen. Vanum quoque est argumentum, desumptum ex maritali imperio & muliebri subjectione; quia nec hæc respexit Deus, uti in prohibita conjunctione vitrici & propriivignæ videre est. *d. C. 7. 17.* Quæ porro nostræ obduci sententiæ possunt, nempe, Proceres nostros enumerasse prohibitas nuptias, eo consilio, ne quis propter confusam & obscuram præcipue in affinitate, graduum computationem errare posset. *art. 4. Polit. Holland. const.* eaque enumeratione modum posuisse regulæ, quæ in affinitate eodem modo, quo in consanguinitate verita dicitur matrimonia. *art. 8. Polit. Holl. constit.* atque in hunc finem exemplorum recensitioni præmississe verbum taxativum *namentlijk*, ex iis quæ dicta sunt, solvi possunt. Verum qui horum omnium uberio- rem solutionem desiderat, adeat Antonium Matthæum Ultrajectinæ Aca- demix quondam decus & lumen. <sup>1</sup> Nobis satis erit hoc unicum dictis addere, Ordines nostros plurima quidem verita matrimonia in constitutione Politi- ca expressisse; verum, non expressa, & tamen pudori naturali & honestati ad- versa, magistratui ex jure divino, & civili determinanda reliquisse. *art. 12. Polit. Holl. constit.* Minus movet, quod illi iidem Ordines nostri dicuntur concessisse matrimonium cum uxoris sororis filia, cuidam Theodoro Janfonio nauclero, atque rescipuisse hujusmodi conjunctionem non adversari Politicæ constitu- tioni. <sup>2</sup> Tum quod legibus, non exemplis vivendum sit: tum quod postea me- lius & divinam legem, & propriam constitutionem examinantes iidem Ordines, tale conjugium negarunt cuidam Gerbrando Borres, ut Politicæ constitutio- ni contrarium. <sup>3</sup> Verum quidem est, idem postea indultum fuisse Wilhelmo van Flory Procuratori Generali; sed id factum fuit ex plenitudinæ potestatis per modum specialis gratiæ, addita clausula, ne exemplum in consequentiam trahatur. <sup>4</sup> Ut valeat hic Antonii Matthæi ad contraria exempla responsio: specialis gratia ab Ordinibus facta, arguit in contrarium esse regulam. Rescri- pserant quoque Suprema & Hollandiæ Curia, petitam à Procuratore con- junctionem esse legi divinæ, Politicæ constitutioni, & publicæ honestati ad- versam. <sup>5</sup> Ut urgens & specialis ratio, nobis incognita movisse debuerit Il- lustr. Ordines, in hoc connubio legis gratiam facere. Postea denuo hæc gra- tia denegata fuit Nicolao Ly Amstelædamensi, <sup>6</sup> & Nicolao Niulant Ha- gienfi consuli; quamvis horum ultimus, intercedente Principe Auriaco, bi- nas impetrasset jam tum nuptiarum denunciationes nec ullos ex defuncta conjuge sustulisset liberos. <sup>7</sup> Quam sententiam, mea quidem opinione, non minus honestam, quam conscientis tutam à Synodo Dordracena olim pro- batam, <sup>8</sup> responso Theologiæ Professorum Lugd. Batavorum Ordinibus ge- neralibus misso confirmatam <sup>9</sup> variis præjudiciis & decretis, tum ipsi Hollan- diæ Ordines, tum Curix Senatores postea firmarunt. Nec, post gratiam me- morato Procuratori factam, usque ad nostra tempora, ullum Ordinum nostro- rum hac in parte indulgentiæ exemplum forte exhibebis, si unicum excipias in Ludovico Borremanno civi Amstelædamensi, cui contra Curix Hollandiæ re- scriptum, judicantis hujusmodi conjunctionem juris divini fundamentis, cul- tioris

<sup>1</sup> *Ad Libr.*  
48. Tit. 3.  
*Digest. cap.*  
7. n. 25. de  
*crimin. &*  
*Coram conf. 6.*

<sup>2</sup> 27. April.  
1581. *Coram*  
*confil. 21.*  
<sup>3</sup> 7. April.  
1584.

<sup>4</sup> 20. August.  
1609. *Coram*  
*confil. 21.*

<sup>5</sup> 26. Fe-  
bruar. 1609.

<sup>6</sup> 1626.

<sup>7</sup> 1627.

<sup>8</sup> *Habit. ann.*  
1574. *Bor.*  
*libr. 7. tom.*  
1. pag. 52. in  
*post. act. ars.*  
19.

<sup>9</sup> 23. Sep-  
temb. 1638.  
*conf. 323.*  
*libr. 3. part.*  
2. IC. Ba-  
tarv.

cultioris politię rationibus, atque publicę honestati adversam esse, nec scandalo carere, ex plenitudine potestatis, & speciali gratia, obstante licet expressa lege. *art. 11. polit. Holl. constit.* indultum fuit, uxorem ducere uxoris suę defunctę matris vel uterinę vel consanguineę (hoc enim me latet) sororem. Favebat supplicationi favor partus, & quod uterum ferenti sponsę Gelrę hanc gratiam jam tum fecerant Gelrę Ordines. Hęc cum jam pręlo commissa essent, incidit in manus meas decretum Ordinum nostrorum, quo per modum interpretationis, illustrantes & ampliātes octavum & sequentes articulos Politicę constitutionis, quamvis in iis speciatim interdictę non essent cum defunctę uxoris sororis vel fratris filia nuptię, eas tamen interdictas esse, & in posterum illicitas censendas decernunt, ut jam de hisce disputandi amplius non detur locus. *Elucidat. vand. art. inde Polit. Ordonn. waax. bi den overl. huyvrouw. Broed. off. sust. dogter. verb. wert te trouw. vand. 21. May. 1664.*

<sup>11 Augst.</sup>  
1644.

8. Cæterum, in relatarum personarum conjunctionibus nulla juris mutatio est, quamvis eę petantur postquam affinis meus cum alia muliere contraxerit matrimonium, eoque morte secundę uxoris distracto, me ambiat. Verum quidem est, vinculum illud, quo fœmina cum viro coalescit in unam carnem, per mortem alterius conjugis extinguī, imo penitus evanescere, cum superstes ad secunda convolat vota (alioqui non unus tantum cum uno, sed unus cum duobus vel tribus simul in unam carnem coalesceret, quod absurdum cogitatu est) Sed & hoc verum est, defunctum, patrum vel avunculum fuisse, ejusque viduas amicę & materterę loca occupasse, nec interire ex præterita carnis unitate ortum naturalem pudorem, publicam honestatem, respectum & reverentiam, quę iis debemus, qui patruo, amicę, avunculo, vel materterę nostris per nuptias copulantur. Quę dum continuantur post secunda vota eorum, qui nobis per affinitatem parentum loco fuere, simul & fictione juris continuari creditur, inter me & illos affinitas, quę obest matrimonio, *C. 1. caus. 35. q. 10.* dicitur enim nuditas patruī, viduę ejus nuditas, post iteratas nuptias, quia aliquando fuit. *C. 1. caus. 35. q. 10.* Minus est, nec ullam rationem meretur, si dicatur prius conjugium liberis non fuisse subnixum; nam ex nuptiis oritur affinitas, non ex liberorum generatione; præterquam quod hujus distinctionis non meminerit lex. *art. 11. polit. Holl. constit.* confirmata in Consule Hagienſi nullius prolis ex priori conjugē parente.

<sup>C. 4. C. 5.</sup>  
<sup>x. de secund.</sup>  
<sup>nups.</sup>

<sup>Cæren. can.</sup>  
<sup>fil. 6.</sup>

Non hic subſtiterunt Illustr. Holl. Ordines, sed ulterius progressi prohibuerunt quoque nuptias inter patrum magnum & nepotis ex fratre viduam. Imo hoc interdictum ad ulteriorum descendentiū ex fratre viduas extenderunt, etiam si quartum, quintum & ulteriorem affinitatis gradum excedant inter se personę, quę nuptias expetunt. *d. art. 11.* certissimo argumento, eos, uti non in cognatione, ita nec in affinitate, gradus computare, sed naturalē inspicere pudorem. Quod de patruo magno dictum est, & in avunculi magni, amicę & materterę magnę nuptiis cum viduo vel vidua alicujus descendenti ex fratre:



fratre vel sorore intelligendum est. Nec aliud dicendum est, etiam si quis uxoris suæ fratris vel sororis neptem ducere, vel quæ nubere mariti sui sororis vel fratris nepoti desideret. *d. art. 11. Polit. Hol. art. 20. Zeland. art. 62. 63. Egbr. Reglem. vand. Stat. Generaal.* In hisce duplicem hanc regulam videntur probare Ordines, cujus filiam uxorem ducere non licet, neque ejus neptem permittitur; & deinde, pari ratione in affinitate, qua in cognatione nuptiæ prohibentur. *Art. 7. polit. Holl. constit.* <sup>1</sup> Sed hisce inhærendum nimium non est, cum latissimum inter hasce personas ætatis intervallum vix hujusmodi conjunctiones existere posse permittat. Hoc jus sequuntur vicinarum Provinciarum, & aliarum gentium statuta.

<sup>1</sup> *Art. 7. polit. Holl. constit.*

Jure civili, ut & hoc in hisce nuptiis perscrutemur, ullum harum conjunctionum interdictum fuisse, non reperio: jus Digestorum vetus horum duntaxat inhibet nuptias, qui parentum liberorumve locum inter se obtinent. *l. 4. §. 7. D. de gradib. & adfinib. l. 53. D. de nupt. §. 1. & 5. Inst. eod.* At hoc in affinitate facere patrum, avunculum, materteram, amitam, respectu viduæ vel vidui filii seu filiæ ex fratre vel sorore, nusquam in libris Digestorum, Codice vel novellis dicitur. Imo hæc comparatio inter hasce personas soluto matrimonio, ex juris civilis scientia, considerari nequit. Crediderunt enim Romani, uti finita adoptione, agnatio solvitur *l. 13. D. de adoption.* ita finitis nuptiis affinitatem cessare *§. 7. Inst. de nupt. l. 3. §. 1. D. de postul.* atque impossibile esse, eam manere, soluto vinculo, quo colligabatur. Hinc Cicero ait, Albino nomen foci ademisse mortem filiæ; & hæc ratio fuit, quare jure Digestorum veteri, fratri commisceri & sororis viduo assuescere nusquam vetetur: scilicet, distracto matrimonio, soluta affinitas hasce personas inter se extraneas efficit; uti finita adoptio fratrem quondam & sororem extraneos facit. *§. 2. Insti. de nupt. l. 17. l. 55. §. 1. D. eod.* Ut mirum non sit, non tanquam novum & præter morem factum, Plutarchum referre, M. Crassum cognomento Divitem, patris viduam in matrimonio habuisse; ad quod Beza respondet, simile exemplum non extare in historia Romana. <sup>2</sup> Apulejus narrat, Sicinii Amici patrem nurum suam Æmiliam Pudentillam, ex Amico Pontiani & Pudentis matrem, in ipso ætatis suæ flore viduam retinuisse, ea mente, ut eam invitam conciliaret alteri suo filio Sicinio Claro. Ex quo recte colligit Scipio Gentilis, fratris viduam, & quidem extantibus ex priori conjugio liberis, illis temporibus duci licuisse. <sup>3</sup> Verum hasce conjunctiones propter præcedentem affinitatem major posterorum Principum pietas, ac pietatis observatio inhibuit. *l. 5. l. 8. l. 9. C. de incest. nupt.* At substitit illa hic, nec ulterius progressa fuit. In affinitate enim soluta, regulam hanc, quæ in consanguinitate valet, observarunt; inter eos in infinitum nuptias prohiberi, qui inter se parentum liberorumve loco sunt, *§. 7. Inst. de nupt.* eamque ad socrum, novercam, generum, privignam, vitricum, focerum, nurum, & qui iis nominibus, in ascendenti & descendenti linea continentur, extenderunt. Idque ob personarum harum venerationem & naturalem pudorem: *§. 7. Inst. de nupt. l. 14. §. 4. l. 15.*

<sup>2</sup> *De divor. & repud. pag. 55.*

<sup>3</sup> *In Apol. Apul. qui vixit circa Hadriani tempora.*

*l. 15. D. de nupt.* non vero ad illos etiam, qui in collateralis linea eos representant, qui cognati, parentum liberorumve loco sunt. In iis enim id, quod in adoptione, observatum fuit; qua soluta, amicitia conjungi potui, etiam si ea aliquando parentis loco mihi fuisset. *l. 17. §. 2. junct. l. 55. §. 1. D. de nupt.* & hæc est ratio, ob quam, non ut lege turpes, sed ut honestas, Metelli cum uxoris Cæciliæ sororis filia nuptias Cicero<sup>1</sup> & Valerius Maximus commemorant.<sup>2</sup> Hi, ut omnium observatione contactu aliquo religionis innixam esse demonstrarent, narrant, Cæciliam, cum sororis filia, adultæ ætatis virgini, more prisco, nocte concubia, nuptialia peteret, & cum ejus rei gratia, in sacello quodam aliquandiu perfedisset, nec ulla vox proposito congrua esset audita; fessæ longæ standi mora puellæ, roganti materteram, ut sibi paulisper locum residendi accommodaret, respondisse: ego libenter tibi mea sede cedo: atque hoc ipso eam omen fecisse advertunt: quoniam Metellus non ita multo post, mortua Cæcilia, minorem alteram in matrimonium duxit. Verum quoque animadvertendum est ex adverso, nullum in toto jure Cæsareo reperiri locum, quo inter affines hujus lineæ collateralis inæqualis nuptiæ permittuntur. Quod altum hujus rei silentium in causa fuit, ut quidam interpretes existimarent, inter patrum & ex fratre filii viduam, cæterasque similes personas, nuptias jure Romano illicitas fuisse; contententes, & ad affinitatem extendendum esse, quod in cognatione scriptum est: nempe, parentum loco haberi personas superiores in transversa linea inæquali: inferiores, liberorum occupare locum. *l. 53. D. de rit. nupt. §. 5. Instit. eod.* Quam opinionem Modestinus juvare videtur, cum generaliter pronunciat, matrimonio copulari nefas esse, qui ob affinitatem, parentum & liberorum locum obtinent. *l. 4. §. 7. D. de grad. & affin.* Sed hæc sententia conjectura nititur, & fragili fundamentis: cui primum responderi potest, quod non reperitur prohibitum, cui stare prohibetur; deinde, quæ in cognatione statuta sunt, non semper extendere Jurisconsultos ad affinitatem; tertio Modestinum loqui de iis, qui primum affinitatis occupant gradum, uti totam legenti legem palam est; & tandem, non esse verosimile, nusquam hujus conjunctionis meminisse voluisse Justinianum, si illicitam judicasset. & hæc de Romanorum hoc jure satis.

- 10 Vxorem ducere amicitia seu materteræ vidui viduam, patrui seu avunculi uxoris meæ, viduam; nubere ex fratre seu sorore filii viduæ viduo: seu mariti ex fratre seu sorore filia viduo: in matrimonio habere uxoris ex fratre seu sorore filii viduam: nubere amicitia seu materteræ mariti mei viduo: quem copulari posse mariti quondam sororis suæ viduæ: uxoris suæ fratris viduæ: & quam nubere mariti sui sororis quondam viduo: fratris sui uxoris quondam viduo, nec lex divina, nec Ordinum nostrorum, nec Pontificum jus novum vetat. Secutudum veterum Pontificum affinitatis genus, & quod ulterius excurrit tertium, jam olim improbavit Innocentius tertius in G. 8. x. de consang. & affinit. & ibi gloss. & à nobis explosum est ex saniorum Theologorum sententia. <sup>1</sup> 3 Supr. in fine Capit. 12.

Quæ enim ratio est, ut affinis & cognati loco mihi dicatur, qui eam in matrimonio

O o o

trimo-

<sup>1</sup> Libr. 1. de divinat.

<sup>2</sup> Libr. 1. c. 5.

<sup>1</sup> C. 1. *caus.*  
35. q. 10.

trimonio habuit, quæ mihi aliquando propter cognatum affinis & cognatæ loco fuit. Vir & fœmina contractis nuptiis una caro sunt, et illa unitas unius morte solvitur; & tota evanescit; cum superstes in alterius conjugis carnem coalescit. Nec reverentia, quæ à cognatis defuncti, superstiti debetur propter præteritum conjugium per secundas nuptias transfertur in secundum conjugem. Hæc licet ita sese habeant, laude tamen dignos æstimo eos, qui hujusmodi nuptiis abstinēt; cum dicat Modestinus, in copulandis nuptiis non tantum quod licet, sed etiam quid deceat, spectandum esse *l. 197. D. de rit. nuptiar.* Quamquam enim inter hæc personas nulla sit affinitas, est tamen licet exiguum remotioris affinitatis quoddam simulacrum. Viduæ avunculi nostri secundum maritum, viduæ fratris nostri alterum conjugem, avunculi & fratris nomine honorare consuevimus: & absurdum quodammodo videtur, licere mihi in matrimonio habere matrem, cujus filia commisceri nequeo; id enim contingit, cum quis uxoris suæ fratris viduam ducit. Cujus diversitatis ratio, quamquam in jure parentelæ consistat, & quod liberi fratris uxoris meæ cum eorum patre in primo affinitatis genere mihi sint (quo jure ejus vidua censi non potest) tanti tamen valere debet argumentum, ut laude dignum æstimeretur, qui à matre abstinet, cujus filia conjungi nequit. Idem suadet appellationum confusio, quæ hujusmodi conjunctiones sequitur,

<sup>2</sup> Vide Becch. *stad. part. 2. cap. 8. §. 6. n. 17. de collat. jur. commub. Havemann. libr. 2. Tit. 6. problem. 5. de jur. commub.*

<sup>3</sup> 17. 18.

*Octob. 1628.*

<sup>4</sup> *Conf. 256.*

*libr. 2. IC.*

*Batav. Conf.*

<sup>5</sup> *Conf. 256.*

*part. 2. IC.*

*Batav. Conf.*

107. 110.

109. lib. 3.

*part. 2. IC.*

*Batav.*

<sup>6</sup> *Ann. 1581.*

*art. 89. Br.*

*libr. 16. tom.*

2 pag. 29.

*moderl. Hist.*

<sup>7</sup> 16. Nov.

1634 *conf.*

109. *libr. 3.*

*part. 2. IC.*

*Batav.*

& quam Ordines vitandam præcipiunt. *art. 12. Polit. Holl. conf.* Amicini enim qui fuerant, natorum ex hoc matrimonio liberorum fiant fratres, partim ὁμοπατέροι, partim ὁμομήτεροι. Vir sit illis vitricus, quibus ante erat loco patris, amita scilicet maritus; & fœmina noverca, quæ ante erat matertera loco, avunculi uxor. Quibus forsan rationibus moti diversarum Provinciarum Theologi, delegati ad notandos constitutionis de matrimonio defectus & Amstelædami congregati, hæc nuptias inter prohibitas collocandas esse voluerunt, quorum judicium probavit Consistorium Ultrajectinum. At hæc omnia tanti non sunt, quin si quis dehortationi Theologorum parere nolens, summo contendat fervore, uxoris suæ fratris relictam viduam uxorem ducere, permittendum ei sit matrimonium, etiam si quoque ex priori conjugio liberi utrique parti supersint: præsertim si honestatis terminos ex humana fragilitate transgressi jam fuerint consponsi: ne scrupulus moveatur nimis conscientis Christianorum, quem sacra non movent literæ, nec jugum imponatur fidelium cervicibus, quod non imposuit Deus. Quæ ratione moti, tum Theologi olim in Synodo Middelburgi habita congregati, tum Theologiæ Professores Batavi, non præfus improbarunt cum uxoris meæ fratris vidua matrimonium.

Inter privignos nuptia contrahi posse, etsi fratrem communem ex novo parentum matrimonio susceptum habeant, Papinianus ait *l. 34. §. 2. D. de nupt. cui non adversatur jus Canonicum*, postquam Innocentius Tertius secundum & tertium affinitatis genus sustulit; nec Politica Hollandiæ constitutio, cum harum nuptiarum mentionem nullam faciat. De jure divino dubitant multi:

Scrupu-

Scrupulum movet perplexus & dubius in Levitico locus. *Levit. 18. 7. 9. & 11.* Qui credunt in verbum nono interdicti nuptias fratris cum germana, consanguinea, vel uterina sorore; privignorum matrimonia prohiberi volunt versu undecimo, hoc modo cum parentesi eum interpretantes, *turpitudinem filia uxoris patris tui (quæ autem ex patre tuo nata est, soror tua est) non revelabis.* Vel ut interpretes Græci, *turpitudinem filia uxoris patris tui non revelabis, ex eodem patre soror tua est, nec revelabis turpitudinem ejus.* Ne tautologus reddatur Moses, si per filiam ex noverca natam, patris tui filia & consanguinea soror intelligatur. Huc spectat, quod dicitur, *filia nata ex noverca tua, cognata patris tui*, scilicet per nuptias matris suæ, affinis & quasi cognata patris tui. Nam alias, si ex patre tuo foret, verti debuisset, *nata ex patre tuo*, vel *nata patri tuo*; hoc enim latinum. Hanc interpretationem suadere volunt & politicam rationem, ob quam diversas nuptias vetitas esse notant veteres Ebraei, ut ex Mose Maimonide refert Grotius, ne scilicet nimio exponatur periculo pudicitie bonum: quippe privignorum nimis familiaris & intra privatos parietes inobservatus convictus, prætextu futuri matrimonii, si jure tales amores conglutinari possent, occasionem sæpius stupris daret. Alii, ut tautologiam evitent, in versiculo nono, verba, *domestica cognationis*, verbis, *filia patris tui*: & verba, *extera cognationis*, verbis, *filia matris tue*, conjungi volunt: contententes, domesticos vocari germanos, qui patrem & matrem communem habent, externos vero, uterinos, quos communis mater, non pater produxit; ut sit sensus, nuditatem germanæ tuæ, filia ex matre tua & patre tuo, & uterina tuæ, filia matris tuæ ex alio marito, ne retegito. In versu vero undecimo Mosem loqui, de consanguinea tantum, quæ patri tuo ex noverca tua nata est, ac proinde nuptias privignorum jure divino hoc loco non prohiberi. Et hæc interpretatio, quæ ex Fagio & paraphraste Chaldaeo Bachovio probatur, mihi maxime placet, ut quæ perspicua est, & tautologiam tollit: quamquam & præceptum repeti non sine causa urgeat Rabbi Majemon, uti ex Buxtorfio patet, ad quem lectorem remitto. Plures & variantes hujus versiculi lectiones, & interpretationes Rabbiorum si quis scire aveat, consulat Seldenum, & Havemannum. Non possum hic præterire Bechstadii opinionem, non quia jus divinum, sed legem Justiniani limitare nititur, attamen quæ huic negotio applicari potest. Dicit ille, mariti filium ex alia uxore, & uxoris filiam ex alio marito inter se matrimonium recte quidem contrahere, si ante mariti & uxoris conjugium, ex anterioribus nuptiis nati sint; quia tum inter privignos nulla quasi cognatio vel affinitas intercedit, quasi filia novercæ tuæ dici non possit, nata ex muliere, quæ postea patri tuo nupsit. At prohiberi nuptias inter te & filiam post patris tui mortem ex conjunctione novercæ tuæ cum alio viro natam: quasi hæc propria & naturalis privigna tua sit, nata postquam mater ejus cum patre tuo in unum hominem coaluit, & noverca tua esse cepit. At hæc Bechstadii distinctio, quæ & Havemanno, versatissimo in jure nostro viro arridet, arguta magis & subtilis, quam juri congrua mihi videtur. Privignos vocat Papinianus, qui

*Selden. uxor Ebraic. cap. 4. 5.*

*De jur. bell. & pac. libr. 2. cap. 5. n. 13.*

*De sponsal. & divor. 4. Vxor. ebraic. cap. 6. libr. 1. 5. Libr. 2. Tit. 6. probl. 6. Gamolog. synope.*

*Part. 2. cap. 9. de collat. jur. commub. 7. Libr. 2. Tit. 6. probl. 6. Gamol. synope.*

ex præcedenti conjugio viri & uxoris nati sunt l. 34. §. 2. D. de rit. nupt. §. 8. Inst. de nupt. idem facit aperte Modestinus in l. 4. §. 6. D. de gradib. affinit. & ut scribit Festus, *privignus inde dictus est, quod prius genitus sit, quam uxor secundo nuberet.* Imo minus dicenda mihi videtur privigna, quæ ex noverca post mortem patris mei, quam quæ ex anteriori matrimonio nata est. Hæc enim dum nascitur, matrem tuam cum patre tuo agnoscit unum hominem: quod alteri per rerum naturam negatur, cum nascatur postquam unitas carnis patris tui & matris ejus jam esse desiit. Ut recte ex Juliani sententia Ulpianus dicat, privignam tuam non esse quam uxor post divortium alii nupta suscepit l. 12. §. 3. D. §. 9. Inst. de nuptiis.

Affinitatis negotio affinis indagatio est, an nimia nominum confusio quorundam nuptias impediatur? Certum est, hanc existere posse, & quoties contingit, magnam involvere absurditatem, illa so nihilominus consanguinitatis & affinitatis jure. Consanguinitas inter eos est, qui commune nascendi initium habent, affinitas inter maritum & uxoris consanguineos, & contra, non vero inter utriusque conjugis cognatos. Sicuti enim duo asseres glutine, ita nuptiæ duæ cognationes junguntur, ut extrema sese tantum tangant, & fines. Attamen, si Cajam Luciae matrem ducat Titius filius, & Sempronio Titii patri nubat Lucia Caje filia, nimia cognatorum nominum confusio dissuadere videtur hanc conjunctionem. Caje enim Sempronii socrus & nurus erit, Sempronius Caje focer & gener. Titius Luciae vitricus & privignus: Lucia Titii noverca & privigna. Si quis ex patris matrimonio oriatur filius, aviam matrem vocabit fratrem, fratris nempe uxorem, & fratrem, avum. Si liberorum parer fiat Titius, hi sempronium, avum, itidemque sororis suæ maritum vocabunt, appellabuntque sororem, patris sui novercam, atque ex patre adolescentis nati, ex matre puellæ natos, fratris filios; illi eos patruos, & amitas appellabunt. Similis at non tanta cognationis nominum confusio oritur, cum pater & filius duas sorores: duo viri alter alterius filiam; frater vitrici privignam fratris: filius sororem suæ novercæ: frater filiam uxoris fratris: frater matrem uxoris fratris: fratris filius matrem uxoris patruum: filius sororis, matrem uxoris avunculi ducunt. Ego quidem in hac re sentio, non temere contrahenda esse hujusmodi matrimonia; præsertim in quibus ordo naturæ aut cognationis invertitur, ut cum filius matri, & filia patri jungitur arg. art. 12. Polit. Holl. constit. junct. l. 197. D. de Regul. Jur. art. 70. Egl. Regl. vand. Stat. Gener. Non enim solum à malo, sed etiam à specie mali abstinendum est, 1. Thessal. 5. v. 22. ne rudioribus ac infirmioribus scandalum exhibeatur; quam regulam abquando etiam in rebus licitis & adiaphoris observandam, ne infirmioribus offensiculo sumus, præcipit Apostolus. Roman. 14. v. 19. 1. Corinth. 8. v. 8. & seqq. Attamen non resistendum puto præfracto illorum desiderio, qui hujusmodi nuptias flagitant. Nam inhonestum quid & tanquam indecorum damnare, quod nec Deus, sanctitas ipsa, nec Cæsareum. l. ult. §. 14. D. de grad. & affinit. nec Pontificium jus. C. 5. x. de consanguin. & affinit. nec mores prorsus damnant, mihi religio est.

CAPUT

<sup>2</sup> Affinit.  
Zepper. de  
leg. Mosaic.  
lib. 4. c. 19.  
pag. 510. Alber.  
Gentil.  
lib. 5. c. 14.  
de Nupt. &  
ita judica-  
tum refert  
Sando. lib. 2.  
dis. 1. de fin.  
9. decis. Fris.  
Bechstad.  
part. 2. c. 16.  
de collat. jur.  
connubi. Carr.  
p. 207. lib. 2.  
tit. 6. de finit.  
104 & 106.  
jurispr. Con-  
fessor. Bez. de  
deput. & di-  
vers.

## CAPUT DECIMUM SEXTUM

## De solutione à lege, seu de dispensatione.

## SUMMARIUM.

1. Dispensationis etymologia, & definitio traditur.
2. Summa & suprema Majestati cujusvis populi dispensandi potestas est.
3. An Papa aliquem solvere possit ab observatione juris natura & divini?
4. An matrimonia in Levitico interdicta, jure natura prohibeantur?
5. Ascendentium cum descendens nuptiarum prohibitio, juris natura est.
6. Nuptia inter collaterales cognatos in Levitico expresse, natura jure prohibentur.
7. Noverca & privigni nuptiis naturaliter inhiibet.
8. Nuptia inter affines collaterales in Levitico prohibita, dispensationem non admittunt.
9. Nulli jus est, matrimonii cujusvis in Levitico prohibiti gratiam facere.
10. Ratio datur, quare sibi adscripserint Pontifices auctoritatem matrimoniorum in Levitico prohibitorum gratiam faciendi.
11. Circaritus & solemnitates nuptiarum quolibet summa Potestas dispensare potest.

Solent interpretes civilis de prohibitis nuptiis subnectere dispensationis doctrinam; quorum methodum sequi animus est, ut constare possit, quousque circa divinas in Levitico prohibitiones sese extendat humana Principum potestas. Dispensatio à dispensando dicitur; quod idem est, ac, distrahere, expendere. Qui Principum pecunias curant, earumque administrationi præfunt, dispensatores vocantur l. 1. C. si advers. fidei. l. 4. C. de fide Instrument. & hoc sensu Suetonio in Othone & Vespasiano hoc verbum venit. Sunt & dispensatores, servi familiarum rationibus, expendendæ & recipiendæ pecuniæ præpositi, quique impendia domus curant, vicique diligenter distribuendo præfunt. l. 51. l. 62. D. de solut. l. 166. l. 203. D. de verbor. significat. A simili, scilicet, quia qui dispensat, diverso modo distribuit potestatem suam, hinc, cui remittit legis obligationem, & cæteris quos obligatos retinet. Quæ certe similitudo claudicare, & dissimilis esse mihi videtur. Non distribuit potestatem suam, qui dispensat, sed eam sibi retinet; communicare autem potestatem meam, & eam mihi retinere possum, non distribuere: dispensare vero jus is recte dicitur, qui unicuique suum tribuit sine alicujus injuria, secundum legum præcepta, quod summum justitiæ munus est. at à lege recedit, qui dispensat, uti hic sumitur hoc verbum. Latinius igitur mihi videretur, loqui, qui omisso dispensationis verbo, negotium, quod tractamus, exemptionem, vel à lege gratiam dixerit. Eximit, & specialiter quid indulget, qui aliquem liberat ab obligatione generalis legis, quo sensu in jure Canonico dispensatio, non male indulgentia dicitur. C. 5. caus. 33. q. 2. Quæ quamquam ita sese habeant, non tamen verebimur hoc dispensationis verbo uti an recepta jurisconsultis significatione quasi civitate donato. Recte Covarruvias ait. *condonandum est atque indulgendum aliquid legem committenti, & quamlibet*

*Canis. in  
C. 3. n. 6. de  
consang. &  
affinit. Basile  
Pont. libr. 2.  
cap. 11*

<sup>1</sup> Part. 2. de  
m. atrimon.  
cap. 6. § 9.  
n. 1.

<sup>2</sup> Libr. 8. di-  
sp. 1. n.  
2. de matri-  
mon. Basil.  
Pont. libr. 8.  
cap. 1. de sa-  
crament. ma-  
trim.

<sup>3</sup> Libr. 2. Tit.  
7. Reg. 1. Ga-  
mol. synopt.

<sup>4</sup> D. l. Co-  
varru. d. l.  
<sup>5</sup> Analys.

Instit. Tit. de  
Nupt. pag.  
74.

<sup>6</sup> D. l. n. 25.  
Sanchez. lib.  
8. disput. 6.  
part. poster.  
n. 1. de ma-  
trimon. Basil.  
Pont. libr. 8.  
cap. 13. de  
sacram. ma-  
trim.

<sup>7</sup> Abbas Pa-  
normis. in  
C. 5. non est.  
x. de vot. &  
qui enim se-  
quuntur ci-  
tat. d. Sanchez.  
lib. 8. disput.  
6. quest.  
post. n. 6. 3.  
De matri-  
mon.

<sup>8</sup> Part. 2. de  
Matrim. cap.  
6. § 9. n. 5.  
& seqq. &  
causa. quos cit.  
Sanchez. d. l.  
n. 4.

doctrinam profitentium consuetudini. Dispensatio varie à variis definitur. Sanchez ut præcisam ejus explicet naturam, eam dicit, *juris relaxationem, facta ab habente relaxandi potestatem*; putatque relaxationis verbum dispensationem distinguere ab interpretatione, iritatione, abrogatione, & derogatione juris, quarum omnium differentiam allegato loco tradit: <sup>2</sup> cætera vero verba causam efficientem exhibere. Havemannus Kalingii definitionem probat, & dispensationem *juris positivi relaxationem* dicit; ut doceat ipsa definitio, circa jura naturalia & divina dispensationem nullam esse. <sup>3</sup> Canisio ea dicitur *solutio à Canone juris*. <sup>4</sup> Relaxatio prohibitionis humanæ, *judicis auctoritate ex probabili causa facta*, Brederodius. <sup>5</sup> Cæteris, communis juris relaxatio. Quæ omnes descriptiones tolerari possunt, modo sequatur in generalem & particularem dispensationem divisio. Nam si Papa permitteret toti Galliæ vel magnæ ejus parti, carnis usum, tempore quadragesimali, neque id indulgeret cætero Christiano populo, solutio à canone juris ea esset, jurisque communis relaxatio; sed generalis admodum, de qua nobis præcipue sermo non est. Quapropter nos in specie dispensationem dicimus, *alicujus à communi lege exemptionem*; seu, *communis juris relaxationem in quodam individuo*. Causam efficientem non adjicimus, eam enim in quacunque descriptione exprimi necesse non arbitramur.

Volunt Pontificii, & hoc lippis & tonsoribus notum esse, dicit Covarruvias, <sup>6</sup> sicuti solius Papæ est de lititis vel illicitis nuptiis leges condere, ita quoque ejus solius esse, quæ eximere, dispensationis medio, legi nuptias prohibenti. Hujus juris ratio hæc est, quod in rebus spirituatibus Pontifex Romanus omnibus mundi Principibus superior dicatur, C. 6. x. de majorit. & obedient. at juris scientia non patitur, ut inferiori Principi aliquod jus sit in superioris Principis leges: matrimonium autem sacramentum est, & ut tale inter res spirituales collocandum; At, ut hisce aliquid veluti in transitu reponamus, matrimonium sacramentum novi foederis non est, neque res spiritualis; nec, si esset, cum non agnoscamus Papam, Ecclesiæ caput, Christi vicarium, ei soli potestatem condendi leges matrimoniales vel dispensandi circa eas licentiam adscribendam putamus: sed supremæ uniuscujusque populi Majestati; & Papæ, ut terrarum quarundam sibi subjectarum supremo Principi. Circa Papæ dispensandi potestatem discrepantes sunt Pontificiorum sententia. Multi asserunt sedi Romanæ circa jus naturæ & divinum dispensandi jussu. <sup>7</sup> Plurimi, inter quos Covarruvias, <sup>8</sup> declarandi duntaxat potestatem non dispensandi concedunt. Declarare licet jus, est, ita illud explicare, ut constet aperte, an jus illud id de quo agitur, includat nec ne. Dispensare vero est, data legis obligatione, ab ea peculiariter aliquem eximere. Hanc suam sententiam declarat & adstruit idem auctor exemplis, petitis ab interpretatione præceptorum; *non furaberis, non occides*: quod utrumque se defendendi & causa, & in summa egestate licitum recte declaratur. Admonetque fugiendum esse jura divina & naturalia tractanti dispensandi verbum, ut minus huic negotio commodum; sed ut tutius, usurpandum esse interpretandi. Verum hæc

Co-

Covarruvias mens abscura aliquo modo intellectus est. Vel enim sentit, et de-  
clarare jus Pontificem posse, cum existunt casus, in quibus minus jus divinum  
& naturale a maiori absorbeatur, uti videtur innuere traditis de furto, homici-  
dio, & de positis exemplis: vel non tam jus ipsum, quā casum aliquem inspecien-  
tem Papam, posse declarare, generale jus ad casum specialem ex causa non  
esse extendendum. Quæ certe inter se multum distant. Nam adhibito mo-  
deramine inculpatæ tutelæ, te defendendi causa, tuam evadere non possis, ho-  
minem occidere absque declaratione Papæ, licitum esse, jus naturæ dicat non  
mihi, non illi tantum, sed omnibus, quotquot existunt hominibus; & qui id sta-  
tuit, nihil novi addit præcepto, quod de injusto homicidio loquitur. At si Pa-  
pa, non tam jus quam casum respiciens, declaret generalem Dei vel naturæ  
legem in me locum non habere, propter causam, quæ per se & absque Papæ  
declaratione jus ipsum in me non tolleretur; ego quidem à legis obligatione  
liber ero propter Papæ declarationem, non verò omnes alii, qui in eodem  
mecum hærent latro. Quod si primum, ut mihi quidem videtur, sentiat Co-  
varruvias, recte ei, & qui eum sequuntur, respondet Sanchez. Ita interpretari  
jus divinum & natura, aliud non est jurisdictionis, sed doctrine, prudentiaque, omnibus  
viris doctis competens. Si posterius, ludere mihi videtur, & interpretationis  
verbo adscribere dispensationis naturam. Quid enim interest, an per mo-  
dum dispensationis tribuat Papa alicui forem uxorem habere, an per mo-  
dum declarationis, si ipsa necessitas absque Papæ declaratione, per se non  
evincent à maiori divino vel naturæ jure, in hoc matrimonio absorberi legem  
latam? Sanchez, major hic Covarruvias Romanæ Sedis Potestatis assertor,  
defendit, dispensandi jus esse Papæ in jure naturali & divino; utriusque obligationem  
tollendo per veram dispensationem in casu speciali, ex causa surgenti; non vero iniqui vel sum-  
mum id jus, in quo dispensat, abrogando; quod quoque dicit cum plurimis Panormitanum  
sentire. Vult autem hanc potestatem non esse Papæ ex propria auctoritate,  
sed ex tacita, ac jure optimo præsumta Dei delegatione seu commissione:  
Scilicet, noluit Deus ecclesiam suam necessitati expostam sine præsidio relin-  
quere, & hanc curam commisit Pontifici C. 30. caus. 27. q. 3. suo in terris  
vicario C. 3. x. de traslat. prel. ideoque occurrente necessitate, cum nullus ad  
Deum detur aditus, non derogat auctoritati divinæ legis, cum ex tacita  
ejus potestatis delegatione dispensat Pontifex. Ipse enim Deus facere intel-  
ligitur, quod ejus nomine Papa facit. Hisce diluendis vel anxie refutandis  
multum in hærent animus non est, cum per se corruant, negato fundamento  
Deum commisisse curam Ecclesiæ specialiter Romano Pontifici, illamque esse  
Christi vicarium: vel alicui homini, delegatione aliqua tacita concessisse po-  
testatem dispensandi circa jura divina & naturalia, quæ cum perpetuam pro-  
hibitionis causam contineant, inviolata semper observari voluit divina Provi-  
dentia. Nunquam in necessitatibus deficit Ecclesiam suam Deus, sed exor-  
randus est, & devota mente per preces adeundus; Psalm. 50. v. 5. non tol-  
lenda sunt, quæ ingerit necessitas à Deo immissa, per hominis dispensationem  
circa

Lib. 2. de  
spu. 6. parte  
1. n. 5. de  
maximam

Lib. 8. de  
spu. 6.  
quæst. post.  
n. 4.

Sanct. d.  
l. n. 5. Or. n.  
Abbas. in C.  
non est. s. x.  
de vet. n. c.  
Sanct. d. l.  
Abb. Pa.  
norm. d. C.  
s. m. s.



<sup>1</sup> *Basil. Pont.  
libr. 8. cap. 2.  
de sacram.  
matrim.*

circa jus inviolabile naturæ, ficta aliqua delegatione divina, quæ non habetur expressa & aperta. <sup>1</sup> Cæterum placet mihi Sanchez, cum docet, Pontificis dispensandi potestatem extendi non posse ad interdictas divino naturali jure nuptias, neque ei quidem declarandi jus esse, posse dari aliquem eventum, qui hujusmodi matrimonium permitteret. Utinam non addidisset, excepta necessitate conservandi generis humani, uti si soli parentes vel filii superstites in orbe essent. Nam hæc exceptio magno viro indigna est. Frivolum enim est, jura hominibus observanda tradenti, imaginari sibi necessitatem quandam, eamque excipere, quam exituram unquam non crediderit ipse, nisi incestuosos Loti repetendos concubitus respicias, quibus occasionem dedit perverse à filiabus credita conservandi generis humani necessitas: quod tamen a libi facit idem Auctor, cum docet, in casu extremæ necessitatis, quem

<sup>2</sup> *Libr. 7. dispensat. 51. n. 10. de Matrimon. cui assentitur Basil. Pont. libr. 7. c. 31. de sacram. matrim.*

posse cum filia consuescere, circa specialem Dei dispensationem. <sup>2</sup> Cui ego oppongo illud Pauli, non sunt facienda mala, ut eveniant bona. Nec ulla debernos necessitas propellere ad juris naturæ violationem. Immo nunquam quis sibi hanc necessitatem asserere potest, etiamsi solus cum unica superstes filia in aliquo mundi angulo degat, cum certus esse nequiret, in adversa mundi parte omnes homines defunctos esse; ut vanum & ridiculum sit, de hisce disputare. Est ergo communis & maxime recepta à Pontificis opinio, non posse

<sup>3</sup> *Sanchez. d. l. n. 10. & quas cit. DD. Basil. Pont. libr. 8. cap. 2.*

<sup>4</sup> *Sanchez. d. l. Covarr. d. l. de jur. nat. gent. & civil. l. 32. D. delegib. §. 9. n. 13, 14. D. l. n. 14. vid. Basil. Pont. libr. 8. cap. 3. §.*

Rapam circa nuptias dispensare, quæ jure naturali divino prohibentur: <sup>3</sup> posse vero circa eas, quas lex humana duntaxat inhibet. <sup>4</sup> Quod ultimum, non solum Pontifici, ut Principi terrarum, quæ sedi Romanæ subjectæ sunt, sed & unicuique supremæ Majestati, in terris, quæ ei subsunt, asserimus. §. 11. *Instit. de jur. nat. gent. & civil. l. 32. D. delegib.* Quod addit Covarruvias, Pontificem dispensare posse etiam in his, quæ ab Apostolis statuta fuere; vel in Concilio totius Ecclesiæ probata; nisi ea intelligat, quæ temporari accommodata fuere, non Christianæ doctrinæ, non juri naturæ adscripta, ad Antichristum pertinet, qui sibi cœlestis simul & terreni imperii jura omnia vindicat, C. 30. *caus. 17. q. 3. & impudens, se superiorem omni concilio, omni ecclesiâ, omnibus Principibus asserit. C. 17. §. 18. caus. 9. q. 3. C. 1. 2. distinct. 22. junct. C. 3. x. de translat. Prelat.* At relinquamus Pontifici hæc Pontificia jura, & quod nostrum institutum spectat, perscrutemur, quæ matrimonia jure divino & naturali, quæ humano prohibentur; ex hac enim doctrina seu cognitione planum erit, in quibus nuptiis dispensatio admitti vel negari debeat. Alphonsus Virvelius, ineptissimus mortalium, asserere ausus fuit, in Levitico non agi de impedimentis cognationum circa matrimonia, sed prohiberi ne consanguinei vel affines incestuosa facinora prolabantur. Cujus sententiam simpliciter

<sup>6</sup> *D. l. §. 10. n. 7.*

<sup>7</sup> *In Levit. 18. v. 6. 7. præcepti de-sal.*

refert Covarruvias: <sup>6</sup> nec probare (ut mihi videtur) nec refellere ausus. Nos vero eam refutatione indignam censemus, quibus simplex Moysis lectio, refutatio satis valida videtur, & hujusmodi hominum auctoritati, unius Calvinii recte sentientis opponimus auctoritatem. <sup>7</sup> Fuerunt olim tum Theologorum Scholastici doctores quam plurimi, viri ipsis pontificiis testibus, catho-  
lici

lici, qui gradus consanguinitatis & affinitatis in Levitico expressos jure naturæ prohibitos docuerunt. Eorum nomina recenset, sed errorem non admittendum esse censet Sanchez,<sup>1</sup> non alio fere, nec majori ductus argumento, quam quia concilium Tridentinum anathema dixit, qui statuit Pontificem Romanum dispensare non posse, ut matrimonium contrahatur in aliquo ex gradibus hisce prohibitis. *Sess. 24. cap. 3. de reform. matrim.* ultro concedens Sedi Romanæ dispensandi jus nullum esse, circa ea, quæ sunt meri juris naturalis. Ut tamen eos quomocunque ab errore excuset, distinguit inter primævum, & irritum reddens jus naturale, atq; inter secundarium; putatque eos docere, adversari posteriori duntaxat juri, non priori matrimonia à Mose interdicta, *quatenus nude & secundum se considerata, & pro libitu privatorum imita, sine peculiaribus circumstantiis cohonestantibus, indecentiam quandam naturalem continent.* <sup>2</sup> *D. l. n. 7.*

<sup>1</sup> *Sanct. l. 7. dispus. 52. n. 2. de matrim.*

Addit deinde ex Cajetano, hæc matrimonia non esse suapte natura mala, quæ nulla ratione liceant, neque indifferentia, quæ passim liceant; sed media inter hæc penitus mala, & indifferentia, utpote quæ nude sumpta culpam continent, secus ubi aliqua justa ratione cohonestantur. At ut his respondeamus, vix jus naturæ dici potest, ex cujus læsione absque omni prorsus causa, culpa tantum venialis aliqualis indecentiæ oritur. Medium inter bonum & malum, indifferens est, at medium querere inter malum & indifferens ipsa non admittit Philosophia. Deinde, extra ipsa naturæ jura, nulla causa licitum reddere potest, quod jus naturæ vetat: solum id quod fortius est, aliquando id quod minus forte est, absorbet; & licitum fit ex jure naturæ fortiori, quod extra necessitatem illicitum esset. Sic jus naturæ homicidium vetat, at se defendendi causa, cum aliàs mortem evadere ipse nequeas, aggressorem occidere fortius jus naturæ non vetat. Contendunt ergo Pontificii, matrimonia in Levitico expressa, exceptis paucis, quæ jure naturæ prohibentur, jure divino positivo seu humano tantum prohiberi, & hæreticum dicunt asserere, ea populo Christiano prohibita, quia in Levitico interdicta sunt. Obligare tamen ea fideles volunt, propter conciliorum decreta, <sup>3</sup> ecclesiasticam legem, <sup>4</sup> jus humanum Romanorum Pontificum. Ratio hujus doctrinæ hæc est. Lex vetus adventu Christi expiravit: nullo in Evangelio loco hæ nuptiæ prohibentur: lex Evangelica nullum continet præceptum, quod simul non est juris naturalis, demptis fidei & sacramentorum præceptis; in eoque differt à veteri lege, quæ multa & varia positiva continebat mandata: at jam diximus, juris naturalis non esse ex Pontificiorum sententia nuptiarum in Levitico prohibitionem. Sed videamus, an non tres hæ positiones in vitio cubent. Præcepta quidem ceremonialia, quæ typica, uti umbræ, nato & mortuo Christo expiraverunt; forensia & politica cum Republica Judæorum evanuerunt; at quæ moralia fuerunt, uti illa matrimonialia, de quibus nostra est disputatio, ad totam gentem humanam pertinent, & eorum perpetua obligatio est. Recte quidam ex Rabbimis, teste Seldeno, docuit, hoc interdictum, *nemo hominum accedat ad propinquum carnis sue*, non solum Israëlitis obligare, sed & quoscunque alios; adeoque

<sup>3</sup> *Sanct. lib. 7. dispus. 52. n. 5. de matrim.*

<sup>4</sup> *Sanct. lib. 8. dispus. 6. quæst. prior. n. 11. Thom. 1. 2. q. 108. art. 1. 2.*

<sup>5</sup> *Sanct. lib. 7. disp. 52. n. 11. 12.*

<sup>6</sup> *Covarruv. part. 2. de matrim. cap. 6. §. 10. n. 20.*

<sup>1</sup> Lib. 5. c. 11.  
de jur. nat.  
& Gent.

in eo jus esse toti humano generi præscriptum. Et certe verissimam esse hanc sententiam ex eo patet, quod dixit Deus, se extirpasse Cananzos, quia nefandis hujusmodi conjunctionibus polluisent terram, quibus tamen lex specialis nulla de nuptiis data, neque præscripta fuit. Nec me movet illorum responsio, locutionem universalem in levitico restringendam esse ad præcipua ejus capituli, nempe ad concubitum cum masculis, cum bestiis, cum parentibus, cum sororibus, cum uxoribus alienis, in quorum præmunimentum additas volunt leges cæteras. Nam licet non eodem rigore cæteras consuetudines vetet jus naturæ (habet enim suam latitudinem & gradus) hinc non sequitur omnino eas eodem jure non esse interdictas, & non peccare, qui naturalem duntaxat pudorem offendunt, etiamsi graviori incestu non polluantur. Propter hæc minora, & alia majora mala extirpavit Cananzos Deus: & mihi religio videtur dicere, adventu Christi abrogata fuisse præcepta, contra quæ quid perpetratum naturalem pudorem lædit, vel ut Sanchez loquitur, verborum sono turpitudinem criminum pessime sublevans, *quæ pro lubitu privatorum inita, indecentiam quandam naturalem continent.* Non venit Christus ut decenter posita aboleret, verum ut impleret. *Matth. cap. 5.* Judæis leges morales interpretatus est, non laxavit, non solvit. Valet hic Pauli admonitio. *Quaecunque sunt vera, quaecunque honesta, quaecunque justa, quaecunque pura, quaecunque accommodata, quaecunque boni nominis, si qua virtus, si qua laus, hæc cogitate. ad Philippens. 4. v. 8.* Idem Apostolus consuetudinem cum noverca execratur, quam ne quidem inter gentes nominari dicit. *1 Corinth. 5. vers. 1. 2.* Frivolum argumentum est, leges Moïsi, quæ naturalem pudorem spectant, non obligare Christianos, quia in novo Euangelio non expresse repetuntur. Legem Evangelicam præter naturalia, divina quoque præcepta continere, & talia quidem, quæ lumine naturæ vix indagare quis possit, audienti apud Matthæum docentem Christum facile liquet. *cap. 5. & 6.* Nec ipsi mihi concedent Pontificii, jure naturæ non prohiberi patris & filiae matrimonium, quia hoc non prohibitum in Euangelio invenitur. Si quis porro excipiat, non habendum esse pro jure gentium, seu naturali, quod in multis regionibus contemptum fuit; ei cum Calvino respondeo, barbariem quæ in Oriente grassata fuit, non extinguere verecundiam, quæ gentium abominationibus opponitur; nam quod naturale est, nullo consensu vel more potest deleri. <sup>2</sup> Sed videamus quas in specie nuptias jure naturæ vetitas, quas positivo tantum velint Pontificii. Omnibus humani & divini juris Professoribus placere dicit Covarruvias, inter patrem & filiam conjunctionem jure naturæ vetitam esse: & hoc ipsum, ut tutius, non duntaxat in primo, sed & in ulteriori gradu rectæ ascendentium & descendantium lineæ statuendum probat. <sup>3</sup> At Sanchez ex Thomæ & Cajetani sententia docet, esse quidem avi & neptis conjunctionem quodammodo contra jus naturæ, at non jure naturali irritanti, uti loqui amat, vetitam. <sup>4</sup> Ideoq; non esse separandos avum & nepem conversos ad fidem, qui juxta patrias leges, non improbant hanc consuetudinem, licitam lege naturæ, qua

<sup>2</sup> In Cap. 18.  
v. 6. *Levit.*  
ad 7. præ-  
cept. decal.  
<sup>3</sup> D. loc. 6. 10.  
n. 8. & 12.  
<sup>4</sup> Lib. 7. di-  
sp. 51.  
quest. ultim.  
n. 20. de ma-  
trim. Basil.  
Pont. lib. 7.  
cap. 31. de  
sacram. ma-  
trimon.

qua sola astringebantur tempore infidelitatis, matrimonium contraxerunt.<sup>1</sup> Sanchez. d. Hujus prodigiosi jutis rationes examinare lubet. *Avus & ceteri ascendentes non sunt principium nepotum per se, sed per accidens*, ait ille. Sed hoc primum nos negamus, si *accidens* dicatur id, quod citra vel præter rei naturam accidit, & opponatur *per se*, quod ex essentia rei fluit. Dicimus enim avum esse principium nepotis per se, non per accidens, cum ei ortum debeat filius, nepotis pater, propterea matrimonio collocatus, ut liberos procreet. Pergit ille; *ad rationem filii, ut filius sit, solum desideratur, ut à parentibus originem trahat; Recte, & ad rationem nepotis, ut ab avo descendat. At per accidens est, ut filii pater alium habuerit patrem. Adami filii caruerunt avo, & nihilominus veri filii fuerunt, ac is, qui avum habent.* Negamus cum quis nepos sit, per accidens esse, ut ejus pater patrem habuerit. Imo negamus, per accidens esse, quod quis nepos sit; id enim condito genere humano contigit per se, ex præscripto divino, *crescite & multiplicamini*, & disposita ad generandum humana natura. Nec movet exemplum à filiis Adami allatum. Illi quidem avum non habuerunt, at nepotes non fuerunt. Neque hoc illis fuit per accidens, cum primus homo non potuerit patrem habuisse. Neque etiam nepotibus Adami per accidens fuit, patris patrem agnoscere. Pergit Sanchez; *Ac proinde reverentia debita avi à nepotibus, non est debita necessario & per se, sed per accidens, utpote qua sola in ratione principii, & causa per accidens fundatur.* Assumit tandem; *Non ergo ea reverentia & superioritas per accidens, ita impedimentum de jure natura præstabit matrimonio, inter eos, ut illud eodem jure irritet.* At ex præmissis nostris sequitur, continuatam per filium in nepotibus carnis unitatem, honorem, reverentiam, & obsequia avo præstanda necessario exigere: & cum per se, non per accidens, per patrem avo ortum debeant nepotes, eos quoque per se, & necessario astrictos esse revereri avum, cui & illorum pater reverentiam debet. Ut autem assumptionem hanc confirmet, uti in cæteris, ita & hic ille philosophum agit; *Quia avus respectu nepotis non habet rationem genitoris, sed solum rationem causa quasi applicantis genitorem; at causa applicans aliam causam suo effectui, non est per se, sed per accidens causa illius effectus.* Non dicimus nos reverentiam hanc deberi avo, quatenus est causa applicans filium ad generandum, id est, quatenus invitat & inducit filium ad nuptias; sed quatenus carnis ejus unitas continuatur per filium in nepotibus, & quatenus ille auctor filii est, qui est auctor nepotis, juxta illud Philosophorum, *quod est causa causa, est causa causati.* Concludit tandem Sanchez; *Quare loquendo de reverentia naturali, non est verum, majorem exhiberi avo. Quia reverentia naturalis respectu avi est per accidens: at respectu patris est per se: at verum est de reverentia politica; avum enim ut primum dominum, & primum in gubernando principium reveremur.* At illud avi dominium in filios (concesso, avo dominium esse in filium conjugatum jure naturæ, ut Sanchez intelligit) per hos in nepotes ex jure naturæ transit, quia hi ex lumbis ejus progeniti sunt: ut quoque reverentia, quam debet avo nepos, naturalis dici debeat. Sic politicum non tantum debetur patri obsequium, sed & æconomicum, sed & naturale. Hæc de ascen-

dentium & descendendum conjunctione, quatenus naturalis prohibitio spectatur, dicta satis sunt. Melius certe, meo iudicio, plurimis Christianis ethnicus Paulus sentit, cum ait, *jure gentium incestum committere, qui ex gradu ascendendum & descendendum uxorem duxerit*. l. ult. D. de rit. nupt. quo loco, jus

<sup>1</sup> D. l. §. 10. gentium explicandum est, jus naturæ, etiam Covarruvias interprete. <sup>2</sup> Sed ad fratrum & sororum conjunctiones transcamus. Covarruvias probabilius & tutius esse dicit, asserere has conjunctiones jure naturæ prohibitæ atque irritas esse; non ausus, ut videtur, id plane statuere, quia plurimi summæ auctoritatis Theologi, inter quos Thomas & Cajetanus numerantur, in contraria dicuntur esse sententia, multarum gentium moribus roborata. <sup>3</sup> Covarruvias opinionem ut probabiliorē late probat, & sequitur Sanchez. At nos eam non, ut probabiliorē, sed ut verissimam suscipimus, & contrariam, (quam quoque multis argumentis astruere Basilius Pontius conatur) <sup>4</sup> erroneam dicimus, ut quæ nec ratione, nec lege ulla defendi possit. Religiosiores certe Pontificiis hoc in negotio ethnici jurisconsulti fuerunt. Pomponius libertinam sororem ducere, non legibus sed moribus, id est, jure gentium vetitum dicit, l. 8. D. de rit. nuptiar. eamque conjunctionem perpetuam prohibitionis causam continere l. 39. §. 1. D. eod. incestumque committere, qui se huic miscet, Paulus ait. l. 35. §. 1. D. de verbor. obligat. De Parris cum filia, simul & de fratris cum sorore nuptiis, ex naturali sapientia, Plato & Phocylides dissuerunt, ostendentes eas apud Deum odio haberi, turpium omnium esse turpissimas, atque ita lege non scripta, id est, jure naturæ prohibitæ & execrandas, ut

<sup>2</sup> Quos recens. Sanchez. lib. 7. disput. 52. n. 10. de matrim.  
<sup>3</sup> Lib. 7. cap. 32. de sacram. matrimon.

<sup>4</sup> Lib. 3. de legib.

ne cupiditas quidem ulla hujus rei vulgus aggrediatur. <sup>5</sup> Quanto magis pii hi ethnici Martino quinto, & Alexandro sexto Pontificibus: quorum prior accepta mercede, cuidam cum sorore ex iisdem parentibus orta nuptias concessit; alter non erubuit cum propria filia consulescere; quo spectant hi Sarnazarii versiculi.

*Humana jura non minus caelestia*

*Ipsosque susculit Deos.*

*Ut scilicet liseret (heu scelus) patri*

*Nata finem permingere.*

*Nec execrandis abstinere nuptiis,*

*Timore sublato semel.*

*Et tamen in urbe Romuli hic vel undecim*

*Præsedet annis Pontifex.*

Cæterum in ulterioribus gradibus jure naturæ irritanti, ut loquuntur, matrimonium nullum esse, tum Covarruvias, <sup>7</sup> tum Sanchez <sup>6</sup> cum omnibus fere Pontificiis negant. Sanchis rationes hæ sunt. Innocentius tertius docet, separandos non esse ad fidem conversos, qui ultra primum in linea transversa gradum matrimonium contraxerunt. C. 8. x. de divortiis. quod certe statui nequiret, si jure naturæ, cui & infideles subsunt, vetitum tale esset matrimonium. Deinde, Concilium Tridentinum decrevit, licitam esse dispensationem,

<sup>7</sup> D. l.

<sup>6</sup> D. l. n. 11. Basil. Pont. lib. 7. cap. 32. de sacram. matrimon.

nem, ob publicam utilitatem, *sess. 24. cap. 5. in fm. de matrimon. reform.* & passim dispensat Pontifex in secundo affinitatis gradu, permittitque nuptias inter patrum vel avunculum cum fratris vel sororis filia, amitam vel materteram cum fratris vel sororis filio. Denique, in sanctissima familia Tharæ, patris Abrahamæ, Nachor duxit Milcham filiam Haranis fratris sui. *Genes. 11. v. 29.* & Abraham Saram, itidem fratris sui filiam: nec hæc matrimonia à Mose tanquam jure naturæ prohibita recensentur.<sup>1</sup> Tandem, inter cognatos hosce cum tanta reverentia non sit, uti est inter parentes & filios, fratres & sorores, neque ut illi, simul habitare solent, ut eorum matrimonium jure naturæ irritum atque nullum dicatur, nulla ratio est. Verum tamen, quia jure naturæ aliquam nobilominus continet indecentiam, & aliqualem incestibus viam aperit, irritum reddi debuit, & resolvitur ab Ecclesia usque ad quartum gradum. Ita Sanchez. Verum enimvero (elumbia hæc argumenta vix refutationem merentur) nulla apud nos Innocentii tertii, nulla Concilii Tridentini auctoritas est, atque dicimus, toties Pontificem jus naturæ violare, & naturæ juris auctorem Deum offendere, quoties in hisce gradibus dispensat. De nuptiis Nachoris & Milchæ, Abrahami & Saræ loquuti fuimus; docuimusque patrui seu avunculi cum fratris filia nuptias, illicitas esse jure divino. Fatemur quidem majorem inter patrem & filiam reverentiam, ideoque scædus eorum esse conjugium: at tantam tamen esse inter patrum & fratris filiam, propter sanguinis participationem, ut jus naturæ ratiocinantis horum conjunctionem non ferat, valide demonstravimus: ideoque nullius hominis, sed solius Dei dispensationem hic justam esse dicimus, quamvis jus naturæ intelligentis has conjunctiones irritas non reddat. Infirma ratio est, ideo quid irritum reddendum esse ab Ecclesia, quod jus naturæ irritum non esse ostendit, quia aliquam continet indecentiam, & aliqualem viam incestibus aperit. Hanc enim rationem Deus non inspexit in prohibendis nuptiis, sed naturalem pudorem & sanguinis unitatem; quæ ideoque & nos sequi debemus. Præpostera cautio, & imprudens Prudentia est, aliqualem indecentiam invenire in patrui nuptiis, easque ut viam ad incestus aperientes, in irritum deducendas declarare, quas non prohibet divina Sapientia. Jure civili, ut de hoc hic paucis agamus, amitæ & materteræ nuptias nunquam permissas legimus, quas cum ratio naturalis scædas esse satis evincat, addubitari posse Antonius Matthæus ait, annon cum his quoque incestus jure gentium committatur.<sup>2</sup> At nuptiæ cum fratris filia non semper apud Romanos vetitæ fuerunt, ut ex historia constat, & constitutiones quædam satis arguunt *l. ult. C. de incest. nupt. l. ult. C. si nupt. ex rescript. pet.* Ideoque jure civili incestum committere dicitur, qui se sororis filiæ conjugit, non jure gentium. *l. ult. C. de incest. nupt. l. 56. D. de Rit. nuptiar. l. 38. §. 1. 2. D. ad Leg. Jul. de adulter.* licet satis constet, & hanc conjunctionem jus naturæ ratiocinantis damnare. Claudii & Agrippinæ thoros, nefandos vocat Seneca, & flebilem faciem; quorum nuptiæ non coiere, nisi extorto prius Senatus consulto, eas omnibus licere. Erubuit enim Princeps

<sup>1</sup> Sanchez. libr. 7. disp. 52. n. 6. de matrimonio.

<sup>2</sup> Ad lib. 48. Tit. 3. Digest. cap. 6. n. 4. de criminib.

contra mores eas perficere. Zeno, Christianus Imperator, *nefandissimum scelus, scelestum contubernium, turpissimum consortium, & contagium* vocat hanc conjunctionem, *d. l. ult. C. de incest. nupt. l. ult. C. si nupt. ex rescript. pet.* Voluitque rescripta omnia, pragmaticas formas, & constitutiones impias; quæ tyrannidis tempore quibusdam personis permiserunt, scelesto contubernio matrimonii nomen imponere, & fratris vel sororis filiam uxorem habere, viribus caritura, *ne dissimulatione culpabili, nefanda licentia corroboretur. d. l. ult. C. de incest. nupt.* Imo (in quo Pontificibus, qui horum matrimoniorum gratiam concedunt, & passim indulgent, multo religiosior fuit) ipsam precandi super tali conjugio licentiam in posterum cunctis negavit: ut unusquisque cognosceret, impetrationem quoque rei, cuius est denegata petitio, nec si per subreptionem post hanc diem obtinuerit, sibi met profuturam. *d. l. ult. C. si nupt. ex rescript. petantur.* Idque recte: nam quod jus naturæ ratiocinantis vetat, nemini ab imperiali clementia ne quidem precari, fas esse debet, omitto, ut concedi debeat. Tempus est, ut transitum à consanguinitate ad affinitatem faciamus. Covarruvias probabilius putat, in primo affinitatis gradu inter novercam & privignum, cum sibi invicem parentis & liberorum loco sint, nuptias jure naturæ prohiberi. Sanchez vero & Basilii Pontius probabilius in nullo; & secluso jure ecclesiastico, firmum censent inter novercam & privignum matrimonium. Idque probant primo, exemplis Seleuci Regis, tradentis filio suo Antiocho Stratonice propriam conjugem, facto repudio, in uxorem; deinde Adoniæ filii Davidis, petentis à Rege Salomone Abisag Sunamitidem patris sui viduam, sibi uxorem. *1. Regum c. 2. v. 17. & 21. Ad quæ respondeo, non examinanda esse jura ex eo, quod nimio filii amore captus ethnicus Rex fecit, & quod contra legem Dei tentavit impetrare à summa Majestate æmulus imperii Adonias: præterquam quod constat, servitio potius adductam, quam uxorem habitam, & nunquam à Davide cognitam fuisse Abisag. 1. Regum Cap. 1. v. 2. 3. 4.* Altera Sanchis ratio, à prolis generatione, concupiscentiæ remedio, & obsequio conjugali petita, evincit quidem jus naturæ corporis, vel mentis intelligentis non offendere inter privignam & vitricum matrimonium; at non, per id non lædi jus naturæ ratiocinantis. Decentem conjunctionis ordinem in hisce commixtionibus non violari, nec aliquam relationem superioritatis inter vitricum & privignam esse, negamus: quod tertium Sanchis argumentum est. Vt &, quod quartum, validum esse jure naturæ matrimonium inter me & fratris viduam; & etiam si id consisteret, non tamen ideo sequeretur, non offendere jus naturæ vitrici & privignæ conjunctionem. Debetur major honor novercæ, quæ cum patre meo coaluit in unam carnem, quam fratriæ, quæ fratri meo, mihi in honore æquali, quondam adhæsit. Ex quibus patet, corruiere, quod adjungit præfatus Auctor, non esse separandos ad fidem conversos conjuges vitricum & privignam, contracto, tempore infidelitatis, matrimonio, legibus patriæ minime vetito; quasi id solum jus ecclesiasticum, non jus naturæ irritum dicet. In quo

<sup>1</sup> Part. 2. de Matrim. c. 6. §. 10. n. 19.

<sup>2</sup> Sanch. l. 7. disput. 66. n. 7. de matrimon.

<sup>3</sup> Lib. 7. c. 34. de sacram. matrim.

<sup>4</sup> Valer. Maxim. libr. 5. cap. 7. Plusarch. in Vit. Demetr.

<sup>5</sup> Lib. 7. disput. 66. n. 8. de matrim. Basil. Pont. libr. 7. cap. 34. n. 10. de sacram. matrim.

quo certe ab ipsis Judæis vincuntur Pontificii, apud quos Profelyti conjugium in gentilismo cum noverca contractum dirimi debuit, utpote contra jus naturæ Noachidarum (ut Rabbini loquuntur) initum. Deus flammis expiandam nefandam horum libinem voluit. *Levit.* 20. v. 11. 14. Paulus tradendos hos libidinosos Satanz, ad exitium carnis. *1. Corinth.* 5. v. 1. & 5. Quomodo poterit ergo Ecclesia ferre inter conversos hujusmodi conjugium? & non se-  
 8 parabit ocyus, quos jus naturæ & divina lex conjungi vetat? Cætera in secundo lineæ rectæ, & omni gradu lineæ transversæ matrimonia juri naturæ non adversari, communis omnium fere Pontificiorum, maximeque trita sententia est. Quæ tamen admodum fragili nititur argumento, desumpto à factis Innocentii tertii, dispensantis cum infidelibus, fratre & fratris vidua, conjugibus recens ad fidem conversis: Alexandri Sexti cum Rege Lusitaniz; Julii secundi cum Henrico Octavo & Catharina Angliæ Regibus. Quibus adjungit Sanchez Clementem septimum, quem dicit, consultis totius orbis illustribus Universitatibus, auctoritate Pontificia decrevisse, legitimam fuisse Julii dispensationem. Nos vero Papæ auctoritatem & decreta, neque ratione, neque divina lege roborata nihili pendimus; nec sumus hujus fidei, discedendum non esse à sententia Pontificis, etiamsi totus dissentiat mundus, uti Cephalus docet.<sup>1</sup>  
 Nuptiæ Jacobi cum Rachele & Lia. *Genes.* 29. Factum Judæ. *Genes.* 38. Lex Dei de ducenda fratria *Deuter.* 27. minime nos movent; quibus responsum putamus hæcenus satis. Dicimus hac in re quoque multo majores naturæ juris custodes Pontificiis Romanos jurisconsultos extitisse. Papinianus ait incestum jure gentium committi, cum noverca privigno, nurus socero jungitur. *l. ult. §. 1. D. de condit. sine caus. l. 38. D. ad l. Jul. de Adulter.* Et quodad hanc causam, verum esse dicit Paulus, socrus appellatione non tantum uxoris meæ matrem, sed & aviam & proaviam, nurus appellatione non tantum filii uxorem, sed & nepotis & pronepotis venire, nec privignam solum intelligi, quæ uxoris meæ filia est, sed & neptis & proneptis *l. 14. §. 4. D. de rit. nuptiar.* Nefariam vocat prope conjunctionem, & facinus prohibendum Vlpianus, si quis concubinam patris vel avi uxorem ducat, vel in concubinato habeat. *l. 1. §. 3. D. de concubin. l. 4. C. de nupt.* Idque propter naturalem honestatem ex ea consuetudine ortam, & hinc profluentem scditatem; quam quoque in servili contubernio oriri Paulus, vel sub Pauli nomine Tribonianus dicit. Ideoque non posse me ducere eam, quæ in contubernio patris, quasi noverca, quæ in contubernio filii, quasi nurus fuit; nec matrem ejus, quam in servitute uxorem habui. Imo in re dubia, certius & honestius esse hujusmodi nuptiis abstinere idem jurisconsultus docet, quoniam in iis naturale jus & pudor inspicendus est. Quomodo execratus fuerit generi cum socru nuptias Cicero, ex ejus oratione pro A. Cluentio constat. Hippolytus ad committendum adulterium à Phædra in vanum sollicitatus, se tamen execratur, quod placuerat tantum novercæ, his verbis.

*Cur dextra Divum Rector, atque hominum vacat*

*Tua,*

<sup>1</sup> *Sanct. l. 7. disp. 66. quest. poster. n. 10. & 11.*

<sup>2</sup> *Consil. 97. n. 10. libr. 2.*



*Tua, nec trifidula mundus ardescit face?  
In me tona; me fige; me velox cremet  
Transactus ignis; sum nocens; metui mori;  
Placui noverca.*<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Senec. in  
Hippol. Act.  
2.

Quod si non hæc veterum jurisconsultorum sententiæ, non hæc Ethnicorum Philosophorum dictamina docere potuissent Pontificios, nuptias à Mose vetitas perpetuam prohibitionis causam continere: nisi illis læva mens fuisset, ex eo id didicissent, tum quod Venus ipsa, incesta vocatur, per quam Cananæorum terra polluta non nisi gentium indigenarum excidio expiari potuit *Levit. 18. vers. 24. & seqq.* tum quod novercæ & privigni, generi & socrus impuros ignes flammis extinguendos voluerit Deus. *Levit. 20. v. 11. 14.* Severa nimis pœna in politicarum legum transgressores, & qua puniendi non fuissent Cananæi solis naturæ legibus astricti. Nec mihi regeras, universalem de peccato Cananæis & finitimis populis imputato locutionem, commodè restringi posse ad cum bestiis, cum parentibus, cum masculis, & sororibus concubitus. Fateor quidem majorem sceditatem hisce inesse, ideoque gravius peccare talia committentes, quam qui cum noverca, nuru, fratria consuecit: at propter hæc conjunctiones quoque, uti juri naturæ adversas, Cananæos internecioni datos fuisse à Deo confido. Verum quidem est, minime omnium, si comparate loquaris, jus naturæ offendere avunculi nuptias cum filia ex

<sup>2</sup> In sua Isag.  
lib. 1. part. 4. sorore defunctæ uxoris (quas non procul ab honestate abesse Grotius dixit<sup>3</sup>) at offendere tamen, ideoque de iis dispensandi potestatem homini nullam esse, quoque verum est. Ita sentio. Nulli jus est, quem eximere peculiariter iis, quæ juris naturæ sunt, & quæ ut talia hominibus proposuit Deus: at matrimonia in Levitico expressa, si ineantur, jus naturæ offendunt & naturalem pudorem, atque perpetuam prohibitionis causam in se continent; ideoque ea declarare licita, vel quibusdam peculiariter ut licita concedere nulla potestas humana potest. Imo, etiam si non omnes in Levitico expressæ prohibitiones juris essent naturalis, cum tamen eas fugiendas voluerit Deus, nec postea probaverit Christus, homini quantumvis potenti dispensandi potestatem circa eas negandam existimaverim. Non enim admittit dispensationem humanam, quod non ab homine traditum, sed divinitus promulgatum est, cum ejus sit solvere, cujus est ligare: cumque Superioris leges abrogare, mutare, vel contra eas dispensare inferior Princeps non possit. Optime Calvinus, si harum nuptiarum prohibitarum doctrina vel in unius populi utilitate, vel in usu certi temporis, vel in præsentis necessitate, vel in aliis circumstantiis fundata esset, abrogari possent leges inde elicite, novis de causis, aut solvi posset earum observatio in certis personis privilegio singulari: verum quia in illis ferendis tantum spectata fuit perpetua natura honestas, ne dispensatio quidem esset tolerabilis. Impune quidem ut liceat, statui potest, sicuti in arbitrio Principis est, pœnas remittere: verum, ut vitiosum non sit, quod vitiosum esse natura dicat, nullus legislator efficiet: quod si quis Tyrannica superbia id audeat tentare, emerget tamen oppressum natura lumen, & prævalebit.<sup>3</sup> Si quis jam à me quærat,

<sup>3</sup> Ad 7. præcept. decal. in  
Levit. 18.  
vers. 6.

rat, quæ moverit Pontificios ratio, hic tam turpiter sese dedendi, & tam longo intervallo hac in parte ipsis paganis inferiores, statuendi, prohibitionem tantum inter patrem & filiam, fratrem & sororem perpetuam esse, cum tamen longe ultra gradus in lege divina expressos, matrimoniorum prohibitionem extenderint; eum ad historiam Concilii Tridentini ablegabo; ex qua discet, magnam auri vim, per dispensationis flumen, quotidie in Curiam Romanam defluere; tum quoque hoc medio Pontifices, quasi nexu sibi mancipatos Principes tenere, qui incestuosa sua conjugia, ex sola libidine, vel pretextu necessitatis ad promovendam publicam tranquillitatem inita, non alia ratione justa esse, legitimisque ex iis procreatos liberos defendere possunt, quam adducta Pontificis Romani, quasi Christi vicarii ab observatione legis divinæ solutione. Qua ratione cum indulget Papa incestuosus Principum desideriis, eos eorumque liberos devincit, & quasi herculano nodo ligatos constringit ad defendendam eam auctoritatem, cui soli tum filiorum suorum legitimus status, tum ipsorum conjugii vinculum innititur. Rectius, certius, & modestius Pontifice Romano fecerunt Illustr. Hollandiæ Ordines, quod auscultantes huic voci, quæ Moysi ad Ebræos est, *ne addite ad verbum illud, quod ego precipio vobis, neque detrahite de eo, ut servetis præcepta Jehovæ Dei vestri, Deuter. 4. vers. 2.* in Politica constitutione nullam sibi potestatem adscripserint dispensandi circa eas conjunctiones, quas expressim prohibuit Deus, & quod nullas vetitas voluerint, quas non prohibuit idem summus Nomotheta: pie, & uti decet Christianos, judicantes, acquiescendum esse in omnibus iustissimo simul & æquissimo Dei iudicio, neque esse cujusvis terrestris potestatis, aliquem solvere ab observatione expressæ, apertæ, & in perpetuum victuræ divinæ legis.

II Cæterum circa solennitates, & ritus contrahendi matrimonia, cum ab humano arbitrio pendeant, & proficiantur, quin etiam homini dispensandi potestas sit, nemo ambigere potest. Observandum tamen est, eam impetrandam esse à summa Majestate, quæ legem condidit, vel cui illa hanc auctoritatem demandavit. Nemini enim licet alicui quid indulgere, vel publicæ legis gratiam facere citra voluntatem superioris Principis, qui legem condidit, & penes quem populi suprema Majestas est. Deinde, quotiens quis ab observatione legis solvendus est, gravem & fonticam requirimus causam, & talem necessitatem, quæ evitari non potest: nec volumus facilem hac in re Principem, ne impetrandi facilitas regulam transeat, & pia atque honesta Majorum institutio sensum in desuetudinem abeat.

*Concil. Trident. histor. libr. 1. pag. (mibi) 79. & libr. 8. pag. 925.*

## CAPUT DECIMUM SEPTIMUM

## De incestarum conjunctionum pœnis.

## SUMMARIA.

1. Incestarum nuptiarum pœna à Deo constituta referuntur.
2. Quid significant verba legi addita, cædis ipsorum causa est in ipsis?
3. Quid significant verba, sine liberis moriuntur?
4. Etymologia incestus, & definitio traditur.
5. Nefarium quare à ferro dictum sit?
6. Nefarii concubitus & incestuosi an differant?
7. Incestus alius jure gentium, alius jure civili dicitur.
8. Incestarum conjunctionum pœna ex jure civili referuntur.
9. Parentes incestuosi & pauperes à liberis alendi sunt.
10. An ex nefario complexu nati liberi à parentibus alendi sint?
11. Carpietur Justinianus, quod mortis pœnam non induxerit incestu nuptiis.
12. Ignorantia facti excusat à pœnis incestarum nuptiarum.
13. Liberi ex incestu nati propter alterius parentis ignorantiam, legitimi habentur.
14. Ignorantia juris quandoque mulieres excusat à pœnis incestus jure civili, non mores.
15. Jus canonicum gladium non stringit in facinorosos, sed peccatores ad salutis viam revocat.
16. Incestarum nuptiarum pœna ex jure canonico referuntur.
17. Quæ sint hodie incestus pœna, traditur.

**E**gimus præcedenti capite de dispensatione, seu ut alii potius loquendum censent, de dissipatione juris canonica circa nuptias in levitico prohibitatas. Impræsentiarum animus est, incestarum conjunctionum pœnas referre, ut constet, non esse id sub quocunque prætextu in quibuscumque tolerandum, quod morte, exilio, fustigatione, aliisque pœnis coercendum voluerunt tum divina, tum gentium jura. In genere excisionem minatur Deus, quisquis polluerit terram conjunctionibus vetitis, propter quas evomuit ea. Cananæos habitatores suos. *Levit. 18. vers. 24. & seq.* Quid autem per excidium in Mose intelligatur, variæ sunt Rabbiorum sententiæ, quas examinavit Abarbenel, ad quem curiosum lectorem brevitatis causa remitto. In specie, qui cubaverit cum uxore patris sui, cum nuru sua, ambos morte afficiendos voluit Deus, addens, cædis ipsorum causam in ipsis esse, *Levit. 10. vers. 11. 12.* Quæ verba, quoties in lege, pœnæ adduntur, lapidibus obstruendos reos contendunt Rabbini. Calvinus autem docet ea inferre, causam mortis non aliis esse imputandam, quam tanti sceleris auctoribus: ne judices humanitatis prætextu, severitatem refugiant; uti sæpe contingit, eos ad inanem clementiæ speciem deflectere, qui non satis expendunt atrocitatem mali. Qui duxit mulierem & matrem ejus, flammis subjicitur. *Levit. 20. v. 14. Deut. 27. 28.* excindendus ex oculis popularium suorum est, qui vel quæ nuditatem sororis, fratrisque sui detexit. *Levit. 20. 17.* Sine liberis mori debet, quisquis cum amita patris uxore cubaverit, *v. 20.* Sine liberis esto, quisquis acceperit fratris uxorem.

P. 21.

<sup>1</sup> Apud Buxtorf. in fine. dissertat. de sponsal. & divorc.  
<sup>2</sup> Buxtorf. dissert. de sponsal. & divorciis Ebræor. part. 1. n. 24. Seld. de lib. 3. cap. 11. Vxor. Hebr.  
<sup>3</sup> Levit. 20. vers. 19. comment. ad 7. præcept. decal.

7. 21. Iniquitatem suam ferat, qui se miscuerit matertera aut amitæ. *Luc. 7. 19. Ita*  
 3 de hisce apud Moſem. A paritate porro rationis ex expreſſis colligi poteſt, quæ  
 fuerint inceſtarum nuptiarum, quæ non exprimuntur, pœnæ. Quod dicitur, *ſine*  
*liberis moriuntor*, dupliciter intelligi poteſt: vel ſteriles fore eorum concubitus,  
 vel liberos ſpurios, ſi qui geniti fuerint, quaſi ſine certo patre nati, quæ verior  
 mihi ſententia videtur, Auguſtino probata. *C. un. cauſ. 35. q. 7.* illa durior  
 Franciſci Junii rejecta, qui hæc verba, *orbat moriuntor*, graviora etiam fœ-  
 mina non exſpectato fœtu morte afficiatur, explicat. Nec hæc ſola illiciti  
 matrimonii deſunguntur pœna, qui cum amitæ, matertera, vel fratris vidua  
 conſueſcunt, ſed inſuper animæ eorum excinduntur è medio populi, ex ge-  
 nerali lege. *Lewi. 18. v. 29.* excidio ſcilicet non à domo Judici, id eſt Magi-  
 ſtratu, ſed ab ipſo Deo infligendo. Cui generali ſupplicio, cum ex paritate  
 rationis quoque ſubjaceat cum duabus ſororibus fœda conjunctio, recte im-  
 probat illorum ſententiam Abarbenel, qui propter honorem Jacobi duarum  
 ſororum polygami mariti, hujus coitus mentionem Deum non feciſſe dicunt,  
 nec graviore pœnæ ſubjeciſſe amitæ cum cognato libidinem, in honorem Am-  
 4 rami Jochebdæ amitæ ſuæ in Ægypto mariti. Hæc juxta jus divinum. Ante-  
 quam quid hoc in negotio jure ciuili conſtitutum ſit, dicamus, pauca de  
 nomine & definitione inceſtus præſari lubet. Inceſtus, auctore Feſto, à Græ-  
 cis trahitur, qui facinus grauiſſimum & inexpiabile *ἀνίκατος* dicunt, ab *ἀνίκατος*  
*quas*, quod eſt, ſano, medeor. Inceſtare Latinis eſt impurare, polluerè; &  
 non ſolum ad designandam inceſtuofam Venerem, ſed & alios actus impu-  
 ros uſurpatur, ut ex Livio & Virgilio conſtat: quorum prior, *inceſte ſacrificium*  
*Diana facere*, dixit, alter, *totamque inceſtat ſunere claſſem*. Quod Nonius  
 Marcellus obſervavit; & poſt eum Perottus. Eadem ſignificatione dicitur  
 inceſtare publicos exercitus oculos, qui nudatus in flumine equorum ſudores  
 abluit, *l. 12. C. de re militar.* Et Lucium Papirium conatum fuiſſe, *inceſto ſermo-*  
*ne*, id eſt, impuro perlicere adoleſcentem. C. Publium, idem auctor Livius  
 ſcripſit. Inceſtas voces Ovidius dixit, id eſt, obſcœnas. Et hæc quidem gene-  
 ralis verbi ſignificatio eſt, quæ quoque ad designanda omnia matrimonia il-  
 licita refertur. *l. 12. l. 52. l. 56. D. de nupt. l. 39. §. 7. & 8. D. de adult. l. 23.*  
*§. ult. D. de nupt. l. 7. C. de natural. liber.* Verum uſu dicitur inceſtum, flagitium in  
 affines admiſſum, auctore Nonio. Et hoc ſignificatu latinis Jurisconſultis fre-  
 quenter ſumitur. Ita dictum, quaſi non caſtum, ut idem Nonius putat: vel, ut  
 aliorum eſt iudicium, deductum à ceſto, Veneris cingulo, quo amor maritalis  
 in legitimis nuptiis conciliari putabatur, ut inceſtæ ſint nuptiæ inceſti coitus,  
 quibus de eſt cingulum illud, inſigne juſtarum nuptiarum, pudor & verecun-  
 dia. Inceſtum deſinimus, *neſariam maris & ſervina commixtionem, inferentem*  
*contumeliam ſanguinis vel affinitati.* arg. *l. 38. §. 1. D. ad l. Jul. de Adult. Commix-*  
*tionis* verbo ſimpliciter prolato qualemcunque comprehendimus inceſtum,  
 tum eum, qui injuſto contrahitur matrimonio, tum qui cum adulterio, ſtu-  
 prove conjunctus eſt. *Commixtionem* dicimus, ut excludamus ſponſalia, quæ

Referent.  
 Zapp. de leg.  
 Moſaic. libr.  
 4. cap. 17.

Buxtorf.  
 pars. 1. n. 13.  
 25. in fine.  
 diſſert. de  
 ſponſal. &  
 divorc.  
 Ebraor.

Buxtorf.  
 d. l. n. 23.

Libr. 9. de  
 verbor. Vat.  
 ſignificat.

Libr. 1.  
 Libr. 6.

Enaid.  
 7. Libr. de  
 propriet.

Sermon.  
 8. Cornucop.

ſeu latin.  
 ling. com-  
 ment. locupl.

C. 870. 39.  
 9. Libr. 8.

Libr. de  
 propriet. ſer-  
 mon.

ut ut incestuosa dici possint, propter incestuosum quod promittitur matrimonium, incestum tamen, nisi sequatur coitus, non operantur. Ideoque repetitionem dotis concedit Papinianus nupturæ, sed pœnitenti, avunculo suo. *l. ult. D. de condic. sine caus. & ibi gloss.* quæ perfectio incestu fisco applicanda esset. *l. 4. C. de incest & inutil. nupt.* Fatemur tamen ex juris rigore incesti pœnis subiecta esse incestuosa matrimonia, modo contracta fuerint, etiam si coitu consummata nondum sint, quia nuptias non concubitus, sed consensus facit *l. 30. D. Regul. jur.*, & quia in ea re non juris effectus sed animi destinatio cogitatur. *arg. l. 18. C. ad l. Jul. de Adulter.* Nefariam dicimus commixtionem, id est, sceleratam, quoniam sine maximo scelere non perpetratur. Nefarium Nonius à farre derivat, quo scelerati indigni sunt, id est, indigni vita. Sunt qui nefarios vocant concubitus, ascendentiam cum descendentibus pollutiones, cæteras incestuosos. At hæc distinctio nobis minime arridet, edoctis, Jurisconsultos utriusque generis conjunctiones tum incestas, tum nefarias appellare. Cætera in definitione verba, differentiarum locum occupant: grande crimen, adulterium, & foeda libido, stuprum, contumeliam sanguini non inferunt, nisi cum incestu committantur. *l. 38. §. 1. D. ad leg. Jul. de adul.* Tutoris quoque & pupillæ, magistratum in Provincia gerentis & provincialis nuptias excludunt: quas, tametsi illicitæ & legibus interdictæ sint, non recte tamen nisi generaliiori hujus vocis significato incestas dixeris, cum in iis necessitudines non polluantur. Incestum Romani dixere stuprum Vestali illatum, Pontificii sanctimoniali, seu virgini Deo dicatæ *l. 5. C. de episc. & cleric. 3. c. 6. n. 4. de criminib.* Nos hujusmodi virgines in Republica nostra, Deo specialiter consecratas, non agnoscimus. Sanguinem affinitati jungimus, ut indigitemus, in utroque genere necessitudinis incestum committi. *C. 2. caus. 36. q. 1. ibi Gratian.* Ex eo quod Papinianus ait, mulierem tum demum campanam, quam 7 mares laturam, cum incestum jure gentium prohibuit admiserit: nam si sola juris nostri observatio intervenerit, ab incesti crimine fore excusatam *l. 38. §. 2. D. ad l. Jul. de Adulter.* satis aperte profluit distinctio incestus jure gentium & civili. Jure gentium incestus dicitur ascendentium cum descendentibus libido, si ve hi sanguine si ve affinitate tantum conjuncti sint. *l. ult. D. de rit. nuptiar. l. ult. §. 1. D. de condic. sine caus.* Idque idem in fratrum cum sororibus consuetudine statuendum esse, ex eo intelligi potest, quod moribus prohiberi horum matrimonia dicantur, ut ne quidem in servitute quoque nati conjungi possint *l. 8. l. 14. §. 3. l. 39. §. 1. D. de rit. nuptiar.* Quibus locis Jurisconsulti proculdubio mores gentium intelligunt, quoniam perpetuam hanc prohibitionem esse Paulus respondet. *l. 35. §. 1. D. de verbor. obligat.* Qui sibi minime contrarius est in *l. ult. D. de nupt.* civili enim modo intelligendus est, tanquam voluerit dicere: jure gentium inter ascendentes & descendentes committitur incestus in infinitum; inter collaterales secundo tantum gradu. Vti optime docet nunquam satis laudatus Antonius Matthæus. Incesta olim 8 capitalia apud Romanos fuisse, ex eo liquet, quod Vestales stupro pollutæ, vi-

Ant. Matth.  
ad libr. 48.  
D. Tit. 3. c. 6.  
n. 4. de cri-  
minib.  
3. Bernond.  
de concubin.  
fol. 75. n. 2.  
in fine.

Ad libr. D.  
48. Tit. 3.  
cap. 6. n. 3. de  
criminib.

væ in campo scelerato intra urbem defodiebantur; <sup>1</sup> & quod Cicero incestum Pontifices summo supplicio sancire jubet. <sup>2</sup> Quæ jura imitanda magistratui in pœnis irrogandis proponit Cyprius, nesciens, quo pacto paulatim fenescere & in pejus vergente mundo, hæc & similia rigidiora jura in desuetudinem abierint; atque ultimum supplicium olim criminibus impositum in multam pecuniariam, seu bonorum amissionem conversum sit. <sup>3</sup> Quæ fuerit jure Digestorum incestus pœna, sub distinctione personarum, ipse incestus, & status committentium, explicandum est. Gravior pœna, deportatio fuit; l. 5. D. de *question.* mitior, adulterii. l. 11. §. 1. D. ad leg. *Jul. de adulter.* Mulier committens incestum jure gentium, æque graviter ac mas plectitur: nec distinguitur, palam an clam nupserit, quia erroris obtentus vix ullus esse potest inter ascendentes & descendentes. Committens mulier incestum jure civili, vel per stuprum, aut adulterium, vel per matrimonium, id facit: Si prius; adulterii vel stupri pœna punitur; Si posterius; error & ignorantia juris civilis (quæ in muliere tolerabilis est, l. 9. D. de *jur. & fact. ignorant.*) eam à severiori pœna excusat. l. 57. §. 1. D. de *nupt.* l. 38. §. 4. D. de *adulter.* & habet tum illud Pauli locum, *Palam delinquentes, ut errantes majori pœna excusantur: clami committentes, ut contumaces plectuntur.* l. ult. D. de *rit. nupt.* & hoc totum est, quod Papinianus perplexe satis atque obscure dicit in l. 38. §. 2. D. ad leg. *Jul. de adulter.* Mas modo commiserit jure civili incestum per stuprum, vel adulterium, jure veteri in insulam deportatur l. 5. D. de *question.* si vero contractis nuptiis, sufficit simplex adulterii pœna. l. 38. D. ad leg. *Jul. de adulter.* Arcadius & Honorius Imperatores, recensentes pœnas incestus, deportationis non meminerunt, nec quoque distinctionis inter incestum jure gentium & civili, & tantum de incestis nuptiis loquuntur, non etiam de incesto coitu, cum adulterio, vel stupro conjuncto. Pœnæ incestus illorum constitutione relatæ, hæc sunt. Nuptiæ pro infectis, liberi nati, spurii, & vulgo conceptorum loco habentur, quibus ne quidem per interpositam personam donare quid superstes, vel moriturus relinquere potest: dos data, vel promissa, & donatio propter nuptias (non tantum lucrum dotis vel donationis <sup>4</sup>) tanquam indignis auferruntur per fiscum. <sup>5</sup> Cui insuper addicuntur cætera post mortem incestuosorum bona, adempta illis testamenti faciendi potestate; nisi liberos habeant legitimos usque ad tertium, vel parentes ad secundum gradum, vel cognatos collaterales, fratrem, sororem, patrum, amitam; quibus solis volunt Imperatores bona servari, data tamen licentia reo inter hos disponendi, nisi & illi ipsi incestæ conjunctionis conciliatores fuerint. l. 6. C. de *incest. nupt.* Quod de successione collateralium dictum est, mutatum non est à Justiniano, nisi cum incestui adulterium jungitur; hoc enim casu collateralium non meminit. *Novell.* 134. c. 10. His postea adjecit idem Imperator, cinguli, si quo potiti sint, spoliationem; fustigationem cum exilio, si humiliores, si honestiores, exilium. *Novell.* 12. cap. 1. *Auth. incestas. C. de incest. nupt.* (exilii nomine non relegatio, ut vulgo existimatum est, sed certæ Provinciæ interdictio, aut de-

<sup>1</sup> *Livius.*  
libr. 2. 8.  
22. *Plutarch.*  
in *Numa.*  
<sup>2</sup> *Libr. 2. de*  
*Legib.*

<sup>3</sup> *Libr. 2. cap.*  
6. §. 1. n. 10.  
de *jur. con-*  
*nub.*

<sup>4</sup> *Pr. Barr.*  
voluit in *l.*  
*final D. de*  
*condict. sine*  
*caus.*

<sup>5</sup> *Sichard.*  
in *T. C. l. 4.*  
de *incest.*  
*nupt. n. 2.*

portatio accipi debet, l. 5. D. de interdict. & relegat. ut videatur Imperator respexisse ad jus vetus. l. 5. D. de quaest. Idque ex eo colligi potest, quod voluerit insuper liberos, si quos rei habuerint legitimos, sui juris fieri, quod non fit relegatione l. 4. D. de interdict. & relegat. Voluit præterea Imperator omnia parentum bona liberis reservanda, ita tamen ut patrem alant: at iis non extantibus, mox ipso jure confiscanda fisco; incestuosum infantem, quem naturalem nominari noluit, ne quidem alendum esse à parentibus voluit. Novell. 89. cap. ult. Auth. ex complexu. C. de incest. Quod ultimum æquitatis canonicæ norma emendavit. C. 5. x. de eo qui dux. in matrim. quam poll. adulter. Hic autem mihi quis non absurdus videretur, si statueret, Arcadium & Honorium de incestis nuptiis promiscue locutos fuisse; Justinianum vero auxisse pœnas in nuptiis jure gentium incestis, non jure civili, cum dicat, cum quis illicitas contraxerit nuptias, & contrarias natura (per naturam proculdubio intelligens jus naturæ, vel gentium) addatque, & talia concupiverit, qualia plurima etiam irrationabilia amovent animalia. Novell. 12. cap. 1. quales nuptias jure gentium & moribus prohibitas dixit cum Pomponio Paulus. l. 8. l. 39. §. 1. l. ult. D. de rit. nuptiar. Notanda hic est Romani juris æquitas & justitia, quod quamvis patrem incestuosum omnibus bonis, & potestate in liberos indignum judicet, ali tamen eum à liberis voluerit; licet enim legum contemptor & impurus sit, tamen pater est. d. Novell. 12. cap. 2. & jura naturæ, quibus parentibus reverentiam, opem, ac victum debemus, cum se sustentare nequeunt, immutabilia sunt, nec per delictum tolluntur. Durum autem nimis videtur, non esse incestuosos liberos à parentibus alendos. Cujus juris ratio hæc datur; ut parentes tanto magis in officio contineantur, & castitati studeant, cum soleant pro affectu, magis in liberis terri, quam in propria persona. Et hæc quidem communis interpretum sententia est, quæ mihi tamen semper displicuit. Nusquam enim in toto jure nostro repperi, infantes exponendos, multo minus interficiendos esse: at alimenta negare, necare est, & crudelissima in infantes, qui se movere non possunt, sævitia; quæ nec præcipi potest, nisi refragante jure naturæ, quo parentes ad alendos liberos adstringuntur. Deinde non convenit justitiæ Romanarum legum, sceleratos parentes præmio quasi affici, & ab onere alendi incestuosos liberari; infantes vero, qui nihil commiserunt, necessariis alimentis privari, cum peccata suos debeant tenere auctores l. 26. D. l. 22. C. de pan. l. 38. D. de regul. jur. neq; patris delictum innocenti filio pœnæ esse l. 2. §. 2. & 7. D. de decurion. alibi quoque dicit Papi- nianus, spurius dignos æstimari, qui admittantur ad honores, quod nihil admiserint. l. 6. D. de decurion. Quapropter existimaverim Justinianum velle, non esse à parentibus alendos incestuosos in familia, ne alicui offendiculo sint; eumque intelligendum comparate loqui: scilicet, non ita alendos esse, & tam liberaliter uti naturales, qui cum aliqua relatione ad dignitatem paren- tum educandi sunt, quorum ne quidem nomine incestuosi digni censentur. Novell. 89. cap. 11. §. 6. & cap. ult. Nec admodum adversatur nostræ senten- tiz

<sup>1</sup> Bartol. in l. 6. & Auth. C. de nupt.

<sup>45</sup> Sichard. in T. Cod. de incest. nupt. in l. 6. n. 3.

<sup>2</sup> Sichard. d. l. Bartol. in d. Auth. ex complex.

tia, quod propter commissum incestum bona rei fisco addicantur, non existentibus ex iustis nuptiis natis liberis. Variis enim modis fieri potest, ne id accidat; & si acciderit, alia bona acquirere, vel manibus sibi & liberis victum querere damnatus poterit. <sup>1</sup> Mirari magis subit, qua ratione <sup>2</sup> *Perez. In C. Tit. de incest. nupt. n. 13.* mortis poenam incestis nuptiis non indixerit Justinianus, cum eam infligit adulterio, ex Constantini constitutione. l. 30. C. de Adulter. Novell. 154. c. 10. Num levius flagitium, incestus adulterio? Si minus sit, extraneum occidere, quam fratrem, T. T. D. ad l. Pomp. de Parric. quia hic homicida perdit proprium sanguinem; major quoque contumelia est, quæ infertur per incestum proprio sanguini, quam per adulterium alterius nuptiis. Id ut statuamus, Augustini auctoritas nos movere debet; *Adulterii malum vincit fornicationem; vincitur ab incestu: pejus enim est, cum matre, quam cum alterius uxore concumbere.* C. 11. caus. 32. q. 7. Atque hoc magis intolerandum videtur in legislatore Christiano, qui scivit, vel scire debuit, jure divino incestum æque ac adulterium morte punitum fuisse. *Levit. 18. & 20. Deuter. 27.* Deumque excidisse Canaanos, ob non vindicatas incestuosas libidines. Debuisset certe Imperator extremum supplicium imposuisse incestui, à quocunque patrato, sicut id irrogavit Provinciarum Mesopotamiæ & Osdranæ incolis incestuosis, ut per omnia imperii loca parili modo poenæ responderent delictis. *Novell. 154.* Et hæc quidem in Justiniani Novellam de incestu per matrimonium commisso, dicta sunt. Cæterum, si per adulterium committatur incestus, non dubium, quin jure Codicis incestuosum mors maneat, poena simplicis adulterii ex Constantini lege à Justiniano probata, l. 30. C. de Adulter. Novell. 134. cap. 10. Si per stuprum: distinguunt Interpretes, utrum jure gentium, utrum jure civili commissus fuerit incestus; ut illo casu mors; hoc deportatio irrogetur. <sup>3</sup> Quod ultimum facile concesserim, cum l. 5. D. de quæstion. abrogata <sup>4</sup> *Anton. Matth. d. l.* non sit: at incestui jure gentium cum stupro conjuncto poenam mortis infligi fuisse jure Digestorum vel Codicis, non reperio. Non me movet, quod Papinianus incestum per stuprum illatum, adulterii poena plectendum doceat: l. 11. §. 1. l. 38. §. 1. D. ad leg. Jul. de Adulter. Ille enim? quamvis & de incestu jure civili loquatur, adulterii poenam intelligit, quæ suo tempore obtinuit; quæ ad mortem extendenda non est ex Constantini constitutione, de adulterio, non stupro loquente. <sup>5</sup> Itaque ex Doctorum interpretatione statuitur, ultimum supplicium imponi commissio stupro jure gentium incestuosis. Idque recte, <sup>6</sup> *Bojard. ad l. Clarum. §. incestus n. 10.* tum quia minus crimen non est violento stupro, quod morte plectitur. arg. l. 10. C. de rapt. Virgin. tum quia propter stuprum extra ordinem ad mortem agi aliquando potest. l. 1. §. 2. C. de extraordin. Crimi. tum quod ubicunque duplex admissum est crimen, ibi quoque gravior poena infligi debet l. 38. D. ad l. Jul. de Adulter. l. 5. D. de quæst. & denique quod severissime vindicanda sit libido deprehensa, quæ propter proximitatis argumentum, & necessitudinis commemorationem, cum intentatur, facile repellitur. l. 34. C. de adulter. Et hæc quidem de maribus dicta functo. Quod ad foeminas, hæsuare, quis posset,



<sup>1</sup> *Ad libr.*  
*Digest* 48.  
*tit. 3. cap. 6.*  
*de criminib.*

<sup>2</sup> *Tul. Clarus*  
*§. incestus n.*  
*§.*

<sup>3</sup> *In T. C. de*  
*incest. & in-*  
*util. nupt. l.*  
*4 n. 5.*  
<sup>4</sup> *Christ. vol.*  
*2. in libr. 5.*  
*cod. Tit. 5. de-*  
*cif. 129.*

fer, num jure novo ob incestum in monasterium detrudenda sint, quam pœnam iis adulteris indixit Justinianus. *Novell. 134. cap. 10.* Et placet hic mihi Antonius Matthæus, eximius nostri temporis jurisconsultus, cum dicit, allegata jam Papiniani distinctione, hoc dubium expediendum esse: nempe, capite puniendam mulierem, quæ jure gentium, incestum per adulterium vel stuprum commisit; quia hoc casu eandem cum maribus pœnam sustinere debet. *l. 38. D. de Adulter.* Cum autem juris civilis sola observatio intervenit, adulterii vel stupri simplici pœna. <sup>1</sup> ut tum concurrente cum incestu adulterio in monasterium ableganda incestuosa mulier sit. Ajunt Imperatores, à pœnis injustarum nuptiarum immunes esse, qui aut errore æcerimo, non affectato, insimulatōve, neque ex vili causa decepti, aut ætatis lubrico lapsi, contra legum præcepta, vel contra mandata, constitutionesque Principum, matrimonia confecerint. modo errore comperto, aut ubi pervenerint ad legitimos annos, sine ulla procrastinatione, hujusmodi conjunctionem diremerint. *l. 4. C. de incest. & inutil. nupt. Novell. 12. cap. 1. in fin.* Quod ut incestuosus applicemus, sciendum est, aliam esse ignorantiam facti, aliam juris. Ignorantia facti excusat conjuges, nullo sexus habito discrimine, cum nescivere, eos sese invicem propinquo sanguine vel affinitate contingere, modo palam, non elanculum (alias dolus præsumeretur) contraxerint nuptias. *l. ult. D. de rit. nuptiar.* easque statim errore comperto, vel postquam legitimam ætatem adepti fuerint, diremerint. *d. l. 4. C. de incest. nupt. l. 38. §. 4. D. de adulter.* nec tum distinguendum est, quocumque incestu polluantur, eruntque eorum liberi legitimi, tanquam ex justis nuptiis nati. *argum. l. 6. D. de iis que sunt sui vel alien. jur.* Sicuti enim justus error pro vero titulo est. *l. Cels. 37. & ib. gloss. D. de Vsu cap.* ita facti ignorantia facit, ut justum habeatur hætenus putativum matrimonium. Ea enim prudentissimos sæpe homines fallit. *l. 2. D. de jur. & fact. ignorant.* Quid si unus conjugum sciverit impedimentum sanguinis, alter ignoraverit? Vnius justa ignorantia liberos efficiet quidem legitimos, quod ad omnia quæ sunt fori spiritualis, & in terris Ecclesiæ, ex Alexandri Papæ rescripto, *C. 2. C. 14. C. 15. x. qui filii sunt legit.* non vero in terris Imperii, quod ad omnia legitimorum liberorum jura, lege civili, uti Cynus & post eum Sichardus docent: volunt enim hos liberos succedere duntaxat ignoranti incestum, non scienti. *arg. l. 30. D. de liberal. caus. l. final. D. quib. ad libertat. proclam. lic.* <sup>3</sup> Christineus tamen contrarium ex veriori Baldi sententia sæpius judicatum, & admissos ad utriusque parentis bona liberos fuisse refert. <sup>4</sup> Circa juris autem ignorantiam distinguere debet tum sexus conjugum, tum incestus. Incestus jure gentium ab utrovis sexu commissus, nullam excusationem admittit, ob quamcunque juris ignorantiam. *l. 38. D. ad l. Jul. de Adul.* cum natura ipsa satis doceat, hujusmodi conjunctiones fugiendas esse; & si qua mulier adeo obtuso sit ingenio, ut id ignoret, consulere peritiorum debet. *arg. l. 3. C. de ingen. manum. l. 10. D. de bonor. possess.* Incestum jure civili remiserunt aliquando Imperatores scæminis *l. 3. §. 4. D. de Adulter.*

*Adulter.* statumque liberorum in putativo matrimonio quæditorum confirmarunt l. 57. §. 1. *D. de rit. nupt.* Mares vero non ita excusantur. l. 11. §. 1. l. 38. §. 1. *D. ad leg. Jul. de Adulter. junct. l. 5. D. de question.* Ratio est, quod in mulieribus, non item in maribus, juris civilis ignorantia propter sexus infirmitatem aliquando excusabilis est. l. 9. *D. de juris & fact. ignorant.*

- 15 Jus canonicum, ipso Deo magis misericors, mitius agit cum incestuosis: ejus enim non est gladium stringere in quoscunque facinorosos, sed indicta pœnitentia peccatores ad salutis viam revocare. gladium non habet, nisi spiritualem, non occidit, sed vivificat. *C. 6. caus. 33. q. 2.* quia non vult Deus mortem peccatorum, sed ut convertantur ad pœnitentiam, & vivant. *C. 8.*
- 16 *caus. 33. q. 2.* Agnoscit quidem duplicem mortem, temporalem unam, qua anima separatur à corpore; spiritualem alteram, qua anima segregatur à Dei gratia: at quoties pœnam capitis infligit, dignitatis amissionem, & depositio-  
nem intelligit.<sup>1</sup> quoties mortis meminit, non ultimum supplicium, sed exco-  
municationem, mortem spirituales cogitat *C. 13. circ. fin. verb. mori præcipitur. x. de homicid.*  
*qui fil. sunt legit.* mortem autem naturalem ne quidem gravissimis delictis infligit. *gloss. in C. 5. caus. 5. q. 6. C. 5. C. 9. x. ne cleric. vel monach. 2. Godefr. Severissimis tamen Ec-  
clesiæ pœnis vindicat incestum; excommunicantur enim, & à liminibus san-  
ctæ Ecclesiæ separantur incestuosi, atque inter catechumenos usque ad legiti-  
timam satisfactionem manere jubentur. 3. Sacerdotes incestus accusari, & con-  
victi deponuntur & privantur beneficiis: laici fiunt infames. C. 17. caus. 6. q. 1. 189.  
Sacerdotes, vel legitime conjunctos accusare nequeunt *C. 4. caus. 3. q. 4. 3. Basil. Pont. Liberi ex incestuosis complexibus nati, non habentur legitimi, nec succe-  
dunt parentibus. C. un. caus. 35. q. 7. & incestuosis matrimonia cum aliis contra-  
trahenda negantur. C. final. caus. 35. q. 8. C. 19. C. 20. C. 21. & seqq. caus. 32. masrim. 13. n. 2. de Sacrament. 17. 18. pag. (mibi) 189.*  
*q. 7. C. 1. 2. x. de eo qui cogn. consang. uxor. C. 32. caus. 27. q. 2. & quidem per-  
petuo, in æternum, usque ad mortem. C. 6. & seqq. caus. 34. q. 1. 2. C. 23. caus. 32. q. 7. C. 4. x. de eo qui cogn. cons. uxor.* Sed hoc ipsum suam latitudinem  
habet, uti ex iis, quæ de incestuosa affinitate diximus, perspicuum est, ad  
quæ lectorem brevitatis causa remitto. <sup>4</sup> Est incestus, impedimentum im-  
pediens cum aliis matrimonium, non dirimens: ut firmum quidem sit con-  
tractum, at minus legitimum, seu ut illicite contrahatur. Notandum est, ad  
meliorem intellectum eorum, quæ capite decimo quarto de incestuosa affi-  
nitate diximus; si incestus antecesserit matrimonium, id est, si ante du-  
ctam uxorem domum, quis se cum uxoris sorore vel matre polluerit, matri-  
monium dissolvi, & statim uxorem, criminis insciam ad novas nuptias ad-  
mitteri. *C. 32. caus. 27. q. 2. C. 6. caus. 35. quest. 2. & 3. C. 8. x. de eo qui cognov. consang. uxor.* si vero quis post contractas nuptias stupraverit  
uxoris matrem, separari quidem conjuges posse; at propter indelebi-  
lem matrimonii characterem non licere innoxia parti aliud inire con-  
jugium, vivo incestuoso. *gloss. in C. 19. in C. 22. C. 23. caus. 32. quest. 7. men.**
- Notandum quoque est, quod dicit Canon, neutram, nec uxorem,

R r r

nec

nec sororem ejus habiturum, qui cum uxoris sorore concubuit. C. 30. *caus.* 27. q. 2. C. 23. *caus.* 32. q. 7. intelligendum esse, ex glossæ interpretatione, quod ipse reputabitur, quasi non haberet uxorem, sed haberetur ab uxore: Scilicet, non poterit petere conjugale debitum ab uxore, quam sibi reddidit indignā, ejus sororem dūctando, sed exigenti reddere tenetur; at *non sine gravi cordis dolore ad eam accedere debet.* C. 4. C. *de eo qui cognov. cons.* Nisi mavelis has decretales per posteriores Pontifices correctas esse, qui suadent quidem mulieri innoxia continentiam, at consilio parere recusanti non injungunt: ne jure suo, sine sua propria culpa fraudetur, quæ carnis stimulis resistere nequit C. *pen. & ult. x. de eo qui cognov. consang. uxor. su.* Sed hæc, ut & alia plura (quæ magis irritant incestuorum libidines, non petente amplexus frigida conjuge) quibus medentur lapsis conscientis, perstrinximus jam sæpius; docuimusq; etiam ob simplex adulterium, vinculum matrimonii solvi posse ex Christi doctrina, petente id innoxia parte. Cæterum hoc impedimentum incestus tam viris quam fœminis commune est, & non tantum interdicitur matrimonium viro cum uxoris consanguinea polluto, sed & fœminæ à mariti cognato pollutæ. C. 20. *caus.* 32. q. 7. Oriturque id tantum inter eos, qui primo vel secundo gradu lineæ transversæ vel rectæ conjuncti sunt: neque hac in re correctum jus vetus est per concilium Tridentinum, ut putat Sanchez. An Incestum cum consanguineis propriis commissum inducat impedimentum matrimonii, negat Sanchez, affirmat Pontius. ad quos lectorem remitto. Quæ autem violenter opprimitur, C. 6. x. *de eo qui cognov. consang. uxor.* vel qui ignarus cum uxoris consanguinea copulatur, incestus rei non sunt C. 1. x. *cod.* C. 6. *caus.* 34. q. 1. 2. Cæterum hoc impedimentum canonicum leges civiles ignorarunt, & dirempta incestuosa conjunctione libidinosos ad legitima matrimonia admiserunt: quod melius est, quam in perpetuo cœlibatu retinere, qui libidinosi vel ante vel post matrimonium contra mores gentium amaverint. Sed jus Pontificum dispensationis lucrosa retia respexit.

Politica Hollandiæ constitutio puniendum incestum pœnis Cæsarei & scripti juris aperte jubet. *art.* 18. *Polit. Holl. tit. & const. art.* 22. *Polit. Zel. const. art.* 65. & seqq. *Eglt Regl. vand. Stat. genex.* Quod ipsum cum temperamento intelligendum putem, ut multum relinquatur judicium arbitrio. Nam cum Romanæ dotes & donationes propter nuptias apud nos in usu non sint, nulla earum potest fieri propter incestum confiscatio. Durius quoque est, quam ut lenitas & commiseratio nostrorum hominum ferat, quod nec naturales appellandos, nec alendos à patre liberos ex complexu nefario natos voluerit (si id voluerit, contrarium enim verum esse puto) Justinianus: necare, videtur non tantum qui partum præfocat, sed & qui alimenta denegat. l. 4. *D. de agnosc. & alend. liber.* Et sequimur hac in parte jus Canonicum, C. 5. x. *de eo qui duxit in matrimon.* Distinguenda sunt incesta, an jure gentium, an jure civili, ut & an per adulterium, an per stuprum committantur. tum an per matrimonium, clam, an palam. Jure gentium inter ascendentes & descendentes com-

<sup>1</sup> *Basil. Pont. Libr. 6. cap. 13. n. 6. de sacram. matrimon. Sanchez. lib. 7. dispus. 15. n. 2. de matrimon.*  
<sup>2</sup> *Pont. d. l. n. 8.*  
<sup>3</sup> *Sanchez. d. l. n. 4.*  
<sup>4</sup> *D. l. n. 16.*  
<sup>5</sup> *D. l. n. 10.*

\* *Conf. 2. part. 1. & conf. 173. part. 3. IC. Basar. Grovius lib. 2. part. 16. n. 7. 8. Isag. Neost. supr. cur. decis. 2. Groenew. ad auth. ex complex. C. de incest. nups.*

**CAP. 17. DE INCESTAR. CONIUNCT. POENIS.** 501  
 commissus incestus, si cum eo concurrat adulterium, propter duplex crimen, juxta jus Civile, ad quod nostri Ordines nos remittunt *d. art. 18. junct. l. 30. C. ad leg. Jul. de Adulter.* gladium ultorem sentiet, cum lex quoque divina huic criminini mortem indixerit. *Levit. 20. vers. 14.* Nec adversatur nobis, quod lege Romana capitis in adulteros constitutam pœnam, in pecuniariam cum relegatione mutarint iidem Ordines *art. 15. & 16. Polit. Holl. constit.* ex quo arguit Groenevyege, civilis juris incestus pœnam moribus nostris in desuetudinem abiisse. <sup>1</sup> Nam expressim reservarunt incestuosæ conjunctioni Romanam pœnam, eamque multis adulterii exceperunt. Quid si per stuprum jure gentium commissus fuerit incestus? refert Clarus, quendam Johannem de Corfis, qui violaverat filiam suam, annorum sedecim puellam, furcis suspensum, <sup>2</sup> & Paponius quendam Notarium, qui cognoverat matrem & filiam, Tholosa ultimo supplicio affectum fuisse. <sup>3</sup> Hollandiæ Curia incestum matris cum filio perpetratum fustigatione & relegatione cum bonorum confiscatione punivit. <sup>4</sup> Refert Clarus quendam Cominam de Ragnerio, quæ genero suo assueverat, fuisse fustigatam. <sup>5</sup> Qui incestum jure civili committit, si vilis, virgis cæditur; si honestior sit, ex arbitrio judicis pecuniaria multa plectitur: gravius, si sanguini contumeliam intulerit; levius, si affinitati. <sup>6</sup> Refert Paponius ad triremes in perpetuum condemnatum quendam, qui uxorem duxerat mulierem, cujus antea neptem stupraverat. <sup>7</sup> Clarus vidisse se scribit, fustigatam quendam Margaritam Cellam, ob commissum cum sororio suo incestum. <sup>8</sup> Gravius puniuntur, qui clam, levius qui palam incestuosa conjugia contrahunt *l. ult. D. de rit. nupt.* Me Scabino Nicolaus Stellingwerff & Cornelia Wilhelmi filia, defunctæ Nicolai uxoris soror uterina, quod impositis nuptiis-Præfectis, & verbi divini Ministro, incestuosas nuptias contraxerant, condemnati sunt; ille in multam pecuniariam 1500. flor. illa 100 flor. indicta ambobus relegatione decennali: declaratumque fuit contra matrimonium nullum, interdicta cohabitatio, & conjugale consortium, ipsique rei infames judicati. <sup>9</sup> Omnes autem incestuosi, qui capitalem evasere pœnam legitima inire conjugia non prohibentur, nisi alia præter patratum incestum causa obsit eorum nuptiis. Ut hac in parte jus Pontificium respuentes, civilia jura sequamur. Hæc dixisse sufficiat, de iis, qui *amaverint ultra terminum nobis à natura traditum: confuderint quidem sobolem, nocuerint autem generi: egerint, quæ impia sunt & scelestæ, & talia concupierint, qualia plurima etiam & irrationabilia amorent animalia.* *Novell. 12. cap. 1.*

<sup>1</sup> In L. 6. & Auth. incest. C. de incest. Nupt.

<sup>2</sup> 24. Jun. 1554. libr. sentent. 5. §. Incestus. n. 2.

<sup>3</sup> Libr. 22. tit. 9. arrest.

<sup>4</sup> 7. quem vid. quoque d. libr. Tit. 7.

<sup>5</sup> arrest. 3.

<sup>6</sup> 19. Novemb. 1612.

<sup>7</sup> Libr. 5. sentent. §. Incestus.

<sup>8</sup> Conf. 322. part. 1. KG. Batav.

<sup>9</sup> D. l. arrest. 8.

<sup>10</sup> D. l. n. 2.

<sup>11</sup> 2 Septemb. 1658.

## CAPUT DECIMUM OCTAVUM

*An dirempto ob adulterium matrimonio ad novas nuptias admitti adulter possit.*

## SUMMARI A.

- |   |   |
|---|---|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Continuationis ratio datur.</li> <li>2. Adulterium solvit matrimonii vinculum.</li> <li>3. Christi de lege repudii responsum explicatur.</li> <li>4. Carpitur jus canonicum, quod ob adulterium noluit dissolvi matrimonii vinculum.</li> <li>5. Inter indulgentiam &amp; abolitionem, qua fit differentia?</li> <li>6. Ut in gratiam redeant conjuges propter adulterium separati, honeste suaderi potest, precipi non debet.</li> <li>7. Quo tempore inceperit Ecclesia propter adulterium negare divortium?</li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>8. Post mortem lesa partis aliud conjugium concedit adultero jus pontificium.</li> <li>9. Post mortem vel nuptias lesa partis, non ante, aliud matrimonium contrahere adultero licet jure Batavo.</li> <li>10. An quis in matrimonio habere possit, quam polluit adulterio?</li> <li>11. Facto divortio, si reconciliati fuerint conjuges, non nisi repetitis nuptiarum solennitatibus justum eorum matrimonium reviviscit.</li> <li>12. Malitiosa desertio solvit conjugii vinculum.</li> </ol> |
|---|---|

**P**ostquam recensuimus vetitas nuptias propter incestus crimen, vicinitas materix exigat, ut hoc loco agamus de iis nuptiis, quas adulterii crimen in priori matrimonio perpetratum, vel ad tempus differre duntaxat, vel prorsus & in perpetuum prohibere dicitur. Scio equidem, nos hactenus de iis egisse conjunctionibus, quarum perpetua prohibitio est; ut, quæ ob diversitatem religionis inter quosdam perpetuo prohibentur, cum similis cum prioribus sint conditionis, hunc locum explicandi sibi vindicare videantur, sed crimina criminibus conjungere lubuit &, quia hactenus egimus de nuptiis ob priores nuptias prohibitis, melius visum fuit hanc telam continuare, quam interiecto de disparis cultus nuptiis capite, tum rursus de novo matrimonio contrahendo, priori ob adulterium vel malitiosam desertionem dirempto, agere.

Plura hic nobis explicanda sunt, an innoxia conjux, & quando & an adulter, vel malitiosus desertor, quando, & cum quibus alteras nuptias contrahere possint? At vero cum de singulis horum ridicula sit disputatio, nisi antea nobis constiterit, adulterio vel malitiosa desertione solvi ipsum matrimonii vinculum, hæc quæstio præmittenda & definienda prius erit. Certum est, Christum docere, ob adulterium perpetratum jus esse lesæ parti adulterum seu adulteram à se dimittendi. *Matth. cap. 5. vers. 32. & cap. 19. vers. 9. Marc. 10. vers. 11. 12.* At vero an Christus intelligendus sit, ut hæc dimissio solvat ipsum conjugii vinculum, vel disjungat duntaxat thorum & cohabitationem conjugalem, magna contentione inter Pontificios & cæteros disputatur

disputatur Christianos. Pontifices tam arctum esse volunt inter fideles conjugii contracti vinculum, ut nullo, ne quidem ob adulterium, solvi possit divortio. C. 1. C. 2. *caus. 32. q. 7. C. 9. x. de sponsal. & matrim.* feriuntque anathematis fulmine diversum sentientes. *Sess. 24. C. 7. de matrim. reform. Concil. Trident.* Rationes interdicti has dant. Christus mœchum vocat, qui dimissam ab alio uxorem ducit, *Matth. cap. 5. vers. 32. & cap. 19. vers. 2. Marc. 10. vers. 11. 12.* & Paulus mœcham, quæ vivente marito alteri nubit. *ad Roman. 7. vers. 2, 3.* Docetque pior, non esse separandum ab homine, quod conjunxit Deus. *Matth. 19. vers. 6. Marc. 10. vers. 9.* Posterior, obstrictam, seu devinctam esse viventi viro mulierem per legem. *ad Roman. 7. vers. 2. 1 Corinth. 7. vers. 39.* præcipiens ideo, ne discedat à marito uxor; & si secesserit, ut maneat innupta, aut viro reconcilietur *1 Corinth. 7. vers. 10. 11.* Quibus adjungunt, hoc ut, putant, achilleum argumentum: matrimonium novi fœderis sacramentum est; ideoque inter fideles contractum, ejus character, propter significationem indissolubilis unionis verbi cum humanitate, non nisi morte alterius conjugis deletur. Ita Pontificii argumentantur, ut evincant Christum loqui de lectuli & mensæ separatione, non de ipsius matrimonii vinculi ob adulterium solutione. Hisce omnibus refutandis inhærere animus non est, ne actum agam, & quod dici solet, post Homerum Iliada, pro applausu cachinnum, cum id erudite simul & mascule egerint Beza, Chemnitius, Spanhemius, & plurimi reformatæ religionis tum Theologi, tum jurisconsulti. Nos modo ipsum Christi responsum, de cujus mente præcipua quaestio est (nam si ille docuerit rumpi ob adulterium, ipsum matrimonii vinculum, vana & elumbia sunt cætera, quæ in contrarium undique conquiruntur argumenta) planius perscrutabimur. Quod ut recte faciamus, præmittendum est, duas, cum inter homines versaretur Christus, apud Judæos fuisse celebres scholas, Domum Schammai & Domum Hillelis. Quarum prior asseribat, divortia tantum esse licita, propter rem turpitudinis, seu rem turpem; Posterior, etiam propter aliam qualemcunque causam. Quæ Hilleliana receptissima fuit inter Judæos sententia: quam quoque amplexus fuit Phariseus ille Rabbi Aquiba, qui sub ipsis natalibus Christi natus, longævitate & Mosis, & Hillelis, & r̄ Rabbi Jochanan attigisse dicitur, id est, vixisse annos centum & viginti; habuisse autem discipulos viginti quatuor mille: nisi quod adhuc facilior Hillele, plane pro lubitu mariti, & etiam si pulchriorem duntaxat uxore sua desideraret quis fœminam, permitteret divortium. Quem errorem, inter cæteras Judæorum, perversas legis interpretationes in monte erudiens discipulos suos, notaverat Christus, atque docuerat, non esse dimittendam uxorem, nisi ob scortationem, & dimittentem ob aliam rationem facere, ut dimissa mœchetur, itidemque mœchari, qui dimissam ducit: nec contrarium argui, quod dictum apud Moysen sit, quicumque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudii. *Matth. 5. v. 31.* Notat Beza, simpliciter in allegato Matthæi loco dicere Christum, dictum esse: in cæteris vero, cum de adul-

<sup>1</sup> Petr. Lombard. libr. 4. sentent. dist. 31. Co-  
uarr. part. 2. de matrim.  
cap. 7. §. 6. n. 23.

<sup>2</sup> Sancti. lib. 2. disput. 13. & libr. 10. disput. 2. & seq. de sacram. matrim. Basil. Pont. libr. 9. cap. 16. de sacram. matrim.

<sup>3</sup> De divort. & repud.

<sup>4</sup> Exam. ci. concil. Trident.

<sup>5</sup> Libr. 3. euang. dubi. 150.

<sup>6</sup> Carpz. libr. 2. tit. 11. de fin. 19.

<sup>7</sup> In not. ad d. c. Matth.

<sup>8</sup> Jurispr. cons. s. s. Amis. cap. 5. sect. 7. de jur. con. n.

rio, homicidio, & jurejurando loquitur; cum dicere, *dictum est antiquis*; & rationem diverſi ſermonis eſſe putat, quod quæ de divortio dicuntur, non ſic expreſſim in ipſa ſacra lege habeantur, quemadmodum quidem cætera. Sed hæc obſervatio magni theologi non magni facienda eſt. Nam cum de lege rationis loquitur Dominus, eodem modo ſimpliciter dicit, *audiviſtis dictum fuiſſe*, nec adjungit, *veteribus*, cum tamen lex rationis verbotenus in veteri teſtamento contineatur. Imo hæc quoque lex divortii, quamvis non iſdem verbis, ſatis tamen aperte à Moſe refertur. Cæterum hæc doctrina Chriſti, cum forſan ad aures Phariſæorum perveniſſet, (conſuſe præculdubio, uti fieri aſſolet, cum quid à vulgo refertur, & per multorum manus traditur) rati illi vel novam & peculiarem ſententiam circa divortia docere Dominum, vel ſaltem à communi & recepta Hilleliana recedere, ut ei apud populum invidiam crearent, qualiſeſe Moſi, vel ad minimum ſtatutis & receptis Majorum traditionibus opponeret, tentantes eum, quærunť: *Licetne homini dimittere uxorem ſuam, quavis ex cauſa?* Matth. 19. verſ. 3. In qua interrogatione plura conſideranda ſunt. Per verbum *licere*, quærunť Phariſæi, an non ex præcepto Moſis, vel ſaltem ex ore & ſtatuto Scribarum lĩitum ſit devortium: per *hominem*, virum quemlibet intelligunt, maritum, vel etiam deſponſatum duntaxat: uti & per *uxorem*, vel nuptam, vel deſponſatam modo. Volebant enim tam ſponſam, quam ductam, niſi libello repudii dato, rejici non poſſe. Per *dimittere*, modum divertendi denotant; ſcilicet, diſmiſſionem arbitrariam, privatam ex privato mariti arbitrio, ſine cauſæ cognitione publica, & deciſione judiciaria, tradito tamen repudii libello, uti mos erat tum temporis divertendi apud Judæos. Per *quamlibet cauſam*, ex ſententia Hillelis, vel leviffimam, & nullius momenti, etiam fictam, excogitatam, nullam intelligunt, cum nullus ad cauſæ expreſſionem invitus cogeretur. Summa itaque interrogationis Phariſæorum hæc eſt: *an liceat homini dimittere uxorem ob quamcunque cauſam?* uti Hilleliani ſentiunt; vel tantum *ob rem turpitudinis*? uti Schammæani. Neque enim exiſtimaverim, ſimpliciter quæſiſſe Phariſæos, an liceat homini dimittere uxorem? licentia enim divortii indubitata habebatur & divinæ Inſtitutionis: diſputabatur modo de cauſis. Et licet ſimpliciter à Marco proponatur quæſtio, omnino non adjecta cauſæ mentione. Marc. 10. v. 2. eadem tamen de re apud Marcum, quam apud Matthæum Phariſæos interrogaviſſe Chriſtum, & Matthæum propositam quæſtionem plenius referre, verbis modo, non ſenſu, crediderim. Chriſtus autem ad quæſitum & non quæſitum reſpondit: & primum quidem ad modum divortii. *Non legiſtis, opificem ab initio feciſſe masculum & feminam? & dixiſſe, propterea derelinquet homo patrem & matrem, & agglutinabitur uxori ſuæ, & qui duo fuerant, erunt una caro. Itaque non amplius ſunt duo, ſed una caro.* Matth. 19. v. 4. 5. 6. Quo reſponſo revocavit Chriſtus Phariſæos ad primam conjugii inſtitutionem; tum argumento petito à creatione unius viri & unius foeminae, tum à prima conjugii lege, relinquendum eſſe homini patrem & matrem, & agglutinandum uxori, foreque unam car-

car-

carnem, qui duo fuerant; docens succedaneam etiam polygamiâ vivente conjugē illicitam esse, neque rumpendam unitatem carnis. Concludit deinde; *Quod Deus conjunxit*, nempe eo quo jam diximus modo, *homo non separet*, id est, maritus privatim, sua auctoritate, proprio arbitrio non disjungat; ne tum propositum Dei in creatione unius viri & foeminae prævertat, tum dictam matrimonio primam legem transgrediatur. Sic intelligo verba illa; *homo non separet* cum Buxtorfio, ut respondeant moribus Ebræorum tum temporis usitatis, quibus licuit viro ex privato arbitrio dimittere uxorem. Non itaque voluit Christus omnem divortiorum licentiam tollere; sed docere, arbitrariam illam Judæorum in repudiis mittendis consuetudinem matrimonii institutioni, & divinæ sanctioni minime esse convenientem. Itaque uti mala est illatio, *quod Deus conjunxit, homo separet*. Ita recta est *quod Deus conjunxit, Deus separet*: ejus enim est solvere, cujus est ligare. Non ergo privatim & ex temerario mariti arbitrio, sed ex voluntate Dei, conjugii auctoris & conjuges jungentis, dimittendam uxorem voluit Christus, Judæorum perverfos mores redarguens. Ex quibus primum error Pontificum patet, qui absolute sumunt hæc Christi verba, *quod Deus conjunxit, homo non separet*: quasi quoque Magistratui interdictum esset matrimonium quodad vinculum solvere, etiamsi alter conjugum se adulterio polluat. Rectius Isidorus: *Quos Deus conjunxit, homo non separet. quare quomodo? subaudi violenter, sine lege, absque ratione. Non enim homo separat, quos poena condemnat, reatus accusat, maleficium coarctat*, (addo) Magistratus sejungit, sed Deus. C. 18. *caus.* 3. q. 2. Deinde notandum est, flexum magis eludere, quam illidere contrariam regulam, nec in hisce Christi verbis præsidium ullum illos habere, qui inauspicatis conjugii & adulterio pollutis mederi conantur thori & mentis separatione. Divortii hoc genus novum, divortii veri naturæ repugnans, quo utraque pars innupta manere cogitur, Judæis ignotum, docere Christum voluisse, dici nequit, cum hæc duo conjungat *uxorem dimittere, & post divortium aliam ducere. Matth. 19. Marc. 10. Luc. 16. vers. 18.* Sed de hisce planius infra. Cæterum Pharisei, cum audirent, Christum neque Schammæanam, neque Hillelianam sententiam amplecti, sed prorsus Judæorum in divertendo mores carpere, atque damnare: regerunt ei, quasi legem Moysi damnaasset, *Cur ergo Moses mandavit dare libellum discessionis, & eam dimittere?* Matth. 19. v. 7. Ecce prætendunt moribus suis mandatum Moysi. Ad quod Christus cum videret, & quæstionem de divortio, sibi infidiose propositam, & hoc mandatum objectum, ut videretur Moysi adversari, respondit, ut vicissim ipsos tentaret. *Quid vobis mandavit Moses Marc. 10. v. 3. 4.* quasi diceret; quid tentatis me, quasi me Moysi opponerem, proferte præceptum, si quid in eo ejusmodi est, si non, quid quæritis, quid dubitatis? cujus responsionis aculeum sentientes Pharisei, cum in Mose præceptum de divortio non invenirent, quod tamen populum docebant, hæsitantes respondent, *Mosis permisit libellum abscessionis scribere, & dimittere uxorem. Marc. 10. v. 4.* Confidentes satis, expressum ac apertum mandatum hac de re à Mose tradi-

tum.

Part. 2. n.  
4. de sponsal.  
& divort.



tum non fuisse. Ad quod, simulque ad principalem quæstionem de divortii causis, respondens Christus, dicit: *Pro duritia cordis vestri scripsit vobis mandatum istud. v. 5.* Egregium, (quasi diceret) quod adfertis, quod jactatis mandatum, quod revera nullum est, dicendum potius vestræ usurpatæ licentiæ, & duritiei cordis vestri testimonium, quam legis seu voluntatis divinæ præceptum; & si secundum Dei justitiam, vel ejus rigorem loqui voluisset, aut debuisset Moses, longe aliam vobis præscripsisset divortii legem. *Permisisit vobis dimittere uxores vestras;* at in principio non fuit ita. Permisit itaque, non præcepit; nec fuit ita in principio, uti ostensum est ex hominis creatione & matrimonii prima lege; cum Deus ad ipsam æqui bonique naturam, non ad depravata hominum ingenia, instituta sua accommodaret: cum locum nondum haberet illud; mores leges perduxerunt in potestatem suam: ut eleganter ad hunc Matthæi locum, Batavorum decus, Grotius scribit. <sup>1</sup> Credebant Judæi jure Noachidarum seu naturali, sine ullo divortii libello, sine causa ulla, pro lubitu alterutrius conjugis, omnino licuisse divortia; <sup>2</sup> cui quoque errori occurrit Christus. Quo dicto ad causas progreditur. *Dico autem vobis, quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimissam duxerit, mœchatur.* Matth. 19. v. 9. quo responso innuit, non omnino jus divortii in principio fuisse illicitum; nec omnino, ut Pharisei volebant, Hillelianæ sententiæ additi, licitum: verum licitum ob perpetratum adulterium, quia adulter rumpit unitatem carnis, nec soli adhæret uxori, ut præcipit divina matrimonii lex; non vero propter quamcunque turpitudinem, & futiles alias causas. Hinc concludit Christus, qui repudii libello, ob aliam quam adulterii causam dimissa uxore, aliam ducit, cum inter illos juxta divinam sententiam maneat adhuc matrimonii vinculum, mœcharii: facere quoque, ut dimissa mœchetur, quæ jam nacta libertatem nubendi à viro suo, ex ejus quasi voluntate alii nubit: huncque dimissæ secundum matritum mœcharii, quia uxorem ducit, non ex voluntate Dei repudiatam, & per consequens, prioris matrimonii vinculo revera adhuc ex divina institutione ligatam. Ex quibus certe, à contrario ducto argumento, luce meridiana clarius est, Christum velle, dimittentem propter adulterium uxorem, & aliam ducentem ex auctoritate magistratus, non mœcharii; quod ruptum hoc casu censeri debeat ex Dei voluntate matrimonii vinculum, adeoque licitum divortium inter eos, quos separat, non homo, sed Deus, qui eos prius conjunxerat. Et quamvis hujus propter adulterium exceptionis non meminerint neque Marcus, neque Lucas: idem illos intellexisse & referre voluisse credendum est; eosque forsan hanc exceptionem omisisse, quod non dubitaretur de divortii licentia ob adulterium, publicata jam satis Christi doctrina per Matthæum: hujus enim evangelium editum fuit, anno Christi 41, ante Marcii trionio, ante Lucæ evangelii editionem quatuordecim annis, teste Seldeno. <sup>3</sup> Ex quo collige, futile esse Pontificiorum argumentum, indissolubile esse prorsus matrimonium, neque ejus vinculum ob adulterium quidem solvi posse, quia

Marcus

<sup>1</sup> Not. in c.  
<sup>2</sup> 19. vers. 4.  
 Matth.  
<sup>3</sup> Selden lib.  
 3. cap. 22. &  
 pr. & fin.

<sup>3</sup> Libr. 3 c.  
 26. Vxor.  
 Ebræ.

Marcus & Lucas hanc exceptionem silentio prætereunt. Eodem modo concludi posset, homicidium sub moderamine inculpatae tutelæ, cum alias mortem evadere ob alterius malitiam nequeas, illicitum esse, quia in decalogo sine exceptione dicitur, si verba attendantur, non occides. Melius illi docent, qui, cum omnia singuli Evangelistæ complexi non sint, verum alii aliis res quasdam latius, brevius, obscurius deduxerint, conferenda inter se diversa loca esse volunt, si accurate scire velis, quid fecerit, docueritque Christus. Febriculosum quoque est, quod Pontificii fingunt, Christum duntaxat voluisse ob adulterium separandum esse matrimonium, quod ad lectuli & mensæ consortium, non ut dissolvatur matrimonii vinculum. Etenim si verum sit, quod dicunt, dicant mihi, qua fronte plurimas ob rationes concedant hanc mensæ & thori separationem (hoc canonicum scilicet manente matrimonii vinculo divortium) cum Christus duntaxat adulterium exceperit. Sed ut & hic eorum error inter cætera transeat, nullo colore dici potest Christus, de alio divortio respondisse, quam de quo eum rogabant Judæi, & quod lex Moysis agnoscebat, hoc est, de tali, quo factio, divortens aliis se sociare nuptiis poterat: at autem id nulli licitum fuit ex Christi doctrina, damnantis polygamiam, nisi qui nulli mulieri conjugii lege astrictus esset. de tali itaque divortio respondit Christus, quod ipsum matrimonii vinculum solvit. Deinde cogitatu absurdum & ridiculum est, Dominum voluisse divortium, & non divortium: voluisse divortium, quod auferret conjugii usum, non tamen solveret matrimonii vinculum, & ita nomine tenus duntaxat divortiū: jussisse ob adulterium fieri divortium, quo factio neque vir adhæreret uxori suæ, neque esset mulier adjutorium coram viro, essetque inter conjuges thori & mensæ separatio perpetua, neque cogi posset offensa pars admittere reconciliationem adulteri, etiam si ille poenitentia ductus, correctus, & castus id officiose peteret; & tamen interruptum non esset inter conjuges matrimonii vinculum. Quis denique hanc Pontificum juris scientiam ferre potest? Quæ conversa ad Christum, gentilissimum abjuravit, deserta ab infideli marito, libera judicatur à matrimonii lege, qua prius devincta fuit, & ex sententia Innocentii tertii, potest alteri nubere marito. C. 7. x. de divort. At innocens conjux, dirempto ob alterius adulterium ex Christi doctrina matrimonio, libera non est à subjectione viventis adulteri. Quid si continentia donum non habeat? Vel impuræ reconciliari cogatur adulteræ, vel concupiscentiæ flammis ustulari miser. At stultum ac insipidum vocat Salomon, qui adulteram retinet uxorem Proverb. 18. v. 23. Chrysostomus, *Patronum turpitudinis, qui crimen celat adultera*, C. 1. caus. 32. q. 1. Hieronymus maritum libentius uxorem interfectam quam pollutam audire dicit. Hujus lenocinium coercet lex Julia: voluit enim maritum genialis thori vindicem esse, & uxori irasci, quæ matrimonium violat, l. 29. D. l. 2. l. 30. C. ad leg. Jul. de adulter. imo ne simulare quidem ignorantiam delicti, nec adulterii damnatam, vel postulatam modo, reducere. l. 9. C. ad leg. Jul. de adulter. l. 26. l. 34. §. 1. D. de nupt. nisi post abolitionem,

nem marito permittit: ea enim jure impetrata prioris accusationis & memoriam & injuriam extinguit, salva & accusatoris & reæ existimatione. l. 8. & seqq. D. ad SC. Turpill. l. ult. C. de abolit. Abolitio eo prætextu fit, quasi per errorem, temeritatem, aut calore iracundiæ potius quam ratione aliqua alia, accusator profiluerit ad accusandum. l. 2. l. 3. D. de abolition. In quo differt abolitio ab indulgentia, quæ quos liberat notat, nec infamiam criminis tollit, sed pœnæ gratiam facit. l. ult. C. de gener. abol. Sed hæc obiter. Dura itaque nimis lex Canonica, & inhumana ejus est asperitas, cogens quodam vinculum habere uxorem, quam honeste in matrimonio retinere non possum, atque prohibens injuriam genialis lecti vindicare; nam si id fecero, ustulandus sum concupiscentiæ flammis, vel in scortatione vivendum, cum continentia donum non habeam; quorum primum turbat invocationem divini nominis: alterum à regno Dei excludit. Videntur quoque in gratiam adulteri, & in pœnam innocentis conjugis conscripti Canones, cum conjugii usum auferunt innocenti, & nocenti spem reconciliationis semper ostendunt; cum reus solus ob privum peccatum esset plectendus. Etenim cum continentia donum omnibus non sit datum, præsumendum facile est, tandem oboriturum innocenti reconciliationis desiderium, ne semper & diutius cupidine usus conjugalis torqueatur. Certe separatio conjugum, manente vinculo, non tantum ansam præbet adulterii vel stupri committendi, sed pene imponit necessitatem iis, qui se continere nequeunt; ut tanti non debeat hic valere incerta spes reconciliationis, quam metus criminis. 6. Laudo quidem reconciliationis studium, nec dirimendum existimo matrimonium, quin prius omni ope laboratum fuerit, ut sub promissione castæ in futurum vitæ, offensæ parti reconcilietur adulter, (uti quoque jam olim censuit Dordracena Synodus ann. 1578. in Act. art. 90.)<sup>1</sup> imo diremto etiam matrimonio consultum judico, ut persuadeatur pars læsa, vel in cœlibatu manere, si continentia donum habeat, vel potius admittere reconciliationem viri, quam ex secundo marito, conjugii usum quærere: & multo minus eum inhibendum judico, qui jus suum remittere, atque post naufragium, idem mare iterum cum recepta adultera tentare velit. Sed hoc totum volo consilium esse, non præceptum; juxta illud, quod in canone decimo Synodi Arelatensis sub annum Christi 314. habitæ, decretum reperio. *De his qui conjuges suas in adulterio deprehendunt, & iidem sunt adolescentes fideles, & prohibentur nubere, ut in quantum possit, consilium iis detur, ne viventibus uxoribus suis, licet adulteris, alias accipiant.* Probamus enim illud Augustini, durum non esse, neque turpe, modo adsit fides, reconciliari adulteræ, quam pœnitentia peracta à crimine purgavit, C. 7. C. 8. caus. 3. 2. q. 1. Atque jure optimo à Justiniano & Pontificibus abrogatum censemus illud de non reducenda adultera legis Juliæ caput. *Novell. 134. c. 10. C. 3. x. de adult.* quamvis sint, qui hoc probant, ducuntq; Reipublicæ utilius, ne cui liceat adulterā reducere.<sup>2</sup> Sed ut diximus, persuasionem & consilium probamus, non coactionem, non præceptum. Nec aliud decreverunt omnia in Oriente 7

Con-

<sup>1</sup> Bar. libr. 12. fol. 50. *Nederlant. Hist.*

<sup>2</sup> Catz. is Dialog. ad exempl. *truvee ver-craght, en getrouwt.*

Concilia, habita usque dum ibi constitit Christianorum Imperium. In Occidente quidem plurimi Theologi docuerunt, ut animos maritorum efficacius ad reconciliationem flecterent, præstantius atque perfectius esse, ut, qui adulteram repudiavit, & se conciliari ei non patitur, in cœlibatu vivat, secundas etiam post divortium nuptias aliqua reprehensione publica notandas voluerunt, ut hoc reconciliationis studium facilius urgerent: attamen non adeo duri, immanes, & horridi fuerunt, ut maluerint, interdicto penitus matrimonio, ob justam causam divertentes, laqueis unctionis & scortationis, in æternum exitium præcipitare, quã qui se reconciliari noxiæ parti non patiebantur, aliud concedere matrimonium. Durius suo seculo hanc rem Augustinus tractavit, <sup>1</sup> Floruit sub Theodosio. circa annum Christi. 388. & seqq.

voluitque adulterina esse conjugia, post justum divortium, sive à viris sive à fœminis contracta: & quamvis hac in quæstione adversarium habuerit Pollentium, aliosque; ejus tamen auctoritate effectum fuit, ut in Concilio Milevitano canon hujusmodi decerneretur. *Placuit, ut secundum evangelicam & Apostolicam disciplinam, ne dimissa à marito alteri conjugatur: sed ita maneant, ut sibi met reconcilientur. Quod si contempserint, ad pœnam redigantur.* (omitto, quod verba hæc commodè accipì possint, ut non loquantur de offensa parte, quæ justum impetravit divortium, sed de dimissa & rea; quam tamen utramq; arcent hodie matrimonio Pontificii.) Illud notandum est, quod addit canon, *petendam esse legem Imperatoriam in illa causa*; Ex eo enim patet, usque ad ea tempora, etiam sub Christianis Imperatoribus, non fuisse lege interdictum juste divertenti matrimonio. Patres autem illos non potuisse ab Imperatoribus impetrare hujusmodi legem, ex Codice repetitæ prælectionis Justiniani palam est. l. 8. C. de repud. Nec aliud in ullo concilio constitutum fuit, usque ad annum 870. In Synodo apud Wermeriam (ita legendum, non Wormaciam) sub idem tempus coacta, decretum fuit: *si qua mulier in mortem mariti sui, cum aliis consiliata est, & ipse vir aliquem illorum se defendendo occiderit: si probare potest eam ream esse consilii, potest, ut nobis videtur, ipsam uxorem dimittere, & si voluerit, aliam ducere.* Ita in Gratiano rectè legitur, C. 6. caus. 31. q. 1. quod alibi adjicitur, *post mortem uxoris, C. 1. x. de divortiis.* glossæ seculorum insequentium est, uti Seldenus rectè notat. <sup>2</sup> Libr. 3. 6. 33. Vxor. Ebraea.

At non diu post illud tempus in Ecclesia Romana per Occidentem universum inolevit doctrina, ne quidem ob adulterii causam solvendum esse matrimonii vinculum: atque tum maxime, postquam inter sacramenta novi fœderis matrimonium politum fuit. Quod jus tandem à Patribus in Synodo Tridentina firmatum est, & anathematis pœna indicta iis, non qui rupto per adulterium matrimonio nuptias contrahunt secundas, aut qui profitentur, eas illicitas non esse, verum iis duntaxat, qui dicere audent, *ecclesiam errare, cum docet propter adulterium, matrimonii vinculum non posse dissolvi.* Concil. Trident. sess. 24. Tit. de sacram. matrim. cap. 7. Quod certe captiosum dicendi genus non accusabunt ii, qui sciunt, postulasse Oratores Venetos à Patribus, cum de divortiis decernendum esset, ne vellent Regna Cypri, Cretæ, Corcyræ, Zacynthi, Cephaloniæ à Græcis habitata, & Reipublicæ subjecta, inaudita, nec ad hanc

Synodum vocata, anathematis damnare: iis enim ab antiquissimo tempore in more positum fuisse, uxorem adulteram repudiare, & aliam ducere; nec eorum ritum, quamvis toti ecclesie notissimum, ullum hactenus concilium damnasse: horum autem Oratorum precibus motos fuisse Patres, atque ita temperasse hunc de divortiis canonem, ne quid præjudicii præfatorum regnorum incolis adferre posset. Subtile sane temperamentum, & quod decet hujusmodi circa fidei articulos veteratores. <sup>1</sup> Ob adulterium matrimo-

nii vinculum solvi, Christi doctrinæ congruam, veteris ecclesie, & omni-  
bus religionis reformatæ theologis probatam sententiam. *Synod. Dordrac. habi-  
ta ann. 1574 art. 89. <sup>2</sup> Middelburg. hab. ann. 1581. art. 57. <sup>3</sup> variis præjudiciis  
firmavit Hollandiæ Curia. <sup>4</sup>*

Concedimus itaque innoxie parti, si reconciliari se adultero non patriatur, & dirempto per judicem matrimonio, aliud conjugium. Verum, major difficultas est, an idem concedi debeat adultero. Si tum divina, tum Cæsarea lex, morte ferientes adulteros, in viridi essent observatione, his quibus casibus, cū per negligentiam judicum capitis pœnam evasit adulter; intra lege præfinitum tempus accusator non extitit, ut præscriptum sit crimen; vel pœnæ gratiam ex speciali ratione fecit Princeps; utilis, in cæteris vero inutilis esset hæc disputatio. Sed hodie huic quæstioni nimia temporum nostrorum lenitas in plectendis pecuniaria duntaxat pœna cum relegatione adulteris, *art. 15. & 16. Polit. Holl. constit. & juris canonici præpostera pietas, gladium non stringentis, sed ad salutis viam revocantis indicta pœnitentia facinorosos C. 6. caus. 33. q. 2. locum fecerunt C. 4. & 5. caus. 32. q. 7. Scilicet, seculo nostro, pecuniæ magis quam morum & pudicitie habetur ratio, fures laqueo strangulantur, adulteri plectuntur pecunia, exemplo Republicæ pernicioso, uti Alcibiades ait, cum certissimum sit, Deum deteriori loco adulterium, quam furtum habuisse. Et certe, an non dolendum est, Christianos hic non imitari profanas gentes, quarum pleræque ex communi quasi gentium jure mortis pœnam infligere adulterio? Nonne pudendum Alexandri tertii, Christi, si diis placeret, vicarii rescriptum, inter leviora flagitia, alterius thori violationem collocantis? Sed hæc in transcurso, pergamus nos, & ad jura, uti ea nobis præscripta sunt, commentemur. Jus pontificium circa propositam quæstionem fluctuare videtur, tum cavens, ne vivente duntaxat læsa uxore, alteras contrahat nuptias adulter. *C. 4. verb. vivo viro caus. 32. q. 7. tum rursus decernens, ut post mortem quoque innocentis conjugis, sine spe conjugii in perpetuum maneat alter. C. 12. x. de præsumpt. C. 22. caus. 32. q. 7. tum denique aliud cum quocunque concedens matrimonium, si de continentia adulteræ timeatur. gloss. in C. 12. verb. sine spe x. de præsumpt. Quod certe ridiculum est: quæ enim continentia speranda est à vacante muliere, quæ casto in conjugio pudice vivere non potuit? Sed hi discrepantes prima fronte canones facili negotio ita sibi invicem conciliantur. Propter criminis enormitatem imponitur perpetuus cœlibatus incestuoso adultero, C. 12. x. de præsumpt. C. 19. C. 20. C. 22.**

<sup>1</sup> Petr. Suar.  
Hisor. concil.  
Trident. libr.  
8. pag. (mibi)  
879. & 921.  
<sup>2</sup> Bor lib. 7.  
som. 1. fol.  
52. Nederl.  
Hisor.  
<sup>3</sup> Tom. 2.  
libr. 16. fol.  
26. Bor.  
Nederl. hi-  
stor.  
<sup>4</sup> Inde saac-  
ke tussen  
Willem de  
Gardijn ey-  
scher. contr.  
Anna van  
Hobenlo ge-  
daagbde.  
Inde saacke  
van Iohanna  
Lexys ey-  
scher. contr.  
Niclaas Eggers  
gedaagbde.  
den 4. Junij.  
1617.  
Inde saacke  
van Alida  
van Waver-  
ren eyfcher-  
sche. contr.  
Lodovryck  
van Alteren  
gedaagbde.  
den 9. May.  
1659.  
<sup>5</sup> In l. 24. D.  
de verbor.  
signif. n. 4.

C. 21. C. 22. C. 23. *caus.* 32. q. 7. nisi in eo lapsus carnis timeatur. C. 8. x. de eo qui cognov. *consang. uxor. su. gloss.* in C. 16. *caus.* 33. q. 2. & in C. 12. x. de praesumpt. Qui vero duntaxat simplex adulterium commisit, post mortem uxoris novas ambire nuptias potest, *gloss.* in C. 22. *caus.* 33. q. 7. Et fallitur Groenewegen, cum docet jus canonicum sine distinctione, cuicumque adultero post mortem conjugis negare aliud connubium; <sup>1</sup> contrarium aperte Sanchez, <sup>2</sup> Basilius Pontius, <sup>3</sup> Magister sententiarum, <sup>4</sup> pontificii juris interpretes docent, nequidem inter impedientia, multo minus dirimentia impedimenta simplex adulterium reponentes. Ita jus Canonicum de hisce constituit. Incestuosa adulteria, quarum virium hodie sint in prohibendis nuptiis: tum quoque, an innoxiae parti confestim, dirempto matrimonio, aliud concedendum sit conjugium, excussimus hactenus satis. Nec quoque haesitandum est, quin moribus nostris, post mortem conjugis, adultero licitae sint novae nuptiae, cum id, uti diximus, ne quidem jus Pontificium neget. Sola ergo nobis superest haec disputatio, tum an ante vel post nuptias innoxiae conjugis, adulter cum alia muliere matrimonium conficere; tum an eam uxorem ducere possit, quam polluit adulterio. Posterius sub distinctione explicant Pontificii, de quo nos postea: prius ne quidem in controversiam trahunt, nec trahere possunt, cum, adultero superstite, ne quidem laesa parti concedant aliud conjugium. Nos videamus quid circa haec moribus nostris observetur. Donec novas nondum contraxerit nuptias laesa conjux, non esse adultero cum alia muliere jus connubii, affirmandum censeo. Scio equidem in contrarium subtilius disputari posse, rupto ob adulterium ex magistratus sententia matrimonii vinculo, non esse amplius subjectam legi mariti adulteram, ideoque, si se continere non possit, ob prius matrimonium, quod jam aeque finitum est, quam si morte conjugis diremptum esset, non recte eam cogi permanere in coelibatu, & ustulari libidinis flammis. Verum magis utilis Reipublicae, & aequior sententia est, ne quis sua culpa tantum jus acquirat, ut se prorsus ab omni nexu, quo conjugum devinctus fuit, confestim, dum illa petat divortium, commisso adulterio liberare, & omnem reconciliationis spem abruptere possit, contracto matrimonio. Divortium ob alterius adulterium factum, ejus esse conditionis credi debet, ut confestim abruptum vinculum matrimonii quodadum, qui thorum inviolatum servavit, eique concedat jus novas sectandi nuptias, non vero ut adulterum absolvat ab omnimoda conjugalis vinculi obligatione; nisi contracto à casto conjugē novo matrimonio, adultero omnis spes se ei reconciliandi praecisa sit. Alias certe magna daretur ansa sceleratis hominibus adulteria committendi, ut rupto ad postulationem casti conjugis matrimonii vinculo, confestim novas vel cum adultera, vel alia muliere nuptias conglutinare possent. Nec nos in contrarium movere debet, si queratur adulter, se continentiae donum non habere; ideoque interdicto ei cum alio matrimonio periculum incurrere vulgivagae veneris, vel adulterii. Imputet enim sibi, quod se in hanc necessitatem conjecit, & contrito corde defleat peccata

<sup>1</sup> Bez. de  
repud. &  
divort. Ha-  
vemmann. libr.  
3. tit. 6. post.  
1. n. 8. Ga-  
mol. syn.

sua, depreceturque à Deo castos mores, ut possit aliquando reconciliari castæ conjugii, quæ eo ipso quod non sectatur alteras nuptias, reconciliationis spem præbet. <sup>1</sup> Sed videamus, quod jam quasi indubitatum aliquoties præmisimus, num possit adulter post mortem, vel nuptias castæ uxoris, aliud contrahere conjugium? Non est sentiendum, in casto solvi conjugium, non in adultero; utrumque conjugem, vel neutrum ligat hoc vinculum. Sit in eo adulter minor casto, quod non possit, cœlibe manente conjuge, ob spem reconciliationis, nova vota amplecti: at hac per matrimonium sublata, non video, quin in adultero, qui se continere nequit, valere quoque debeat illud Pauli, melius est nubere quam uri. Cœlibes incontinentes ad matrimonium vocat Apostolus; nec distinguit, quomodo quis cœlebs sit, an nunquam conjugatus fuerit, an per mortem conjugis, an rupto ob adulterium matrimonio cœlebs factus. Nec adversatur nobis lex divina, declarans adulterum, filium mortis. *Deuter. 22. vers. 22. Levit. 20. vers. 10.* Si enim juxta eam exigeret hodie magistratus adulterii crimen, hæc nobis disputatio supervacanea foret; at, ut diximus, Majorum nostrorum lenitas, pecuniaria duntaxat multa adulteros feriens, huic quæstioni locum fecit. Minus negotii facessit, quod alii objiciunt, pollutam esse adulteram, ideoque sine pollutione misceri alii non posse: & contra rationem esse, ut ei denuo committantur conjugii sacra, qui ea vel semel adulterio polluit, cum ab eo sperari non possit inviolatus thor, casta & individua vitæ consuetudo. Polluta enim adultera ex priore adulterio, non polluitur ex novo, eoque honesto conjugio: neque volumus, statim ac temere concedendas esse adultero novas nuptias, sed demum postquam palam constiterit, ante-actæ vitæ pœnitentia acta, ad meliorem frugem eum ita redactum esse, ut certissimam spem præbeat, castam ejus futuram vitam & impollutum thor. Non amplius vocandus adulter est, qui contrito corde & demisso spiritu peccata deflevit sua, vitamque correxit. C. 4. C. 8. *tract. de leg. caus. 32. q. 1.* & quem baptisinate, vel pœnitentia credimus esse sanatum. C. 7. *abrog. cons. caus. 32. q. 1.* Verum quidem est, neminem commisso adulterio, pœnitentia sua nocentem esse desinere. *arg. l. 65. D. de furt.* neque contrarium nos asserimus. Sed non desinat esse pœnitentia sua nocens, plectatur tamen alia in foro exteriori, quam cœlibatus pœna, ne contra concupiscentiam legitimo orbatus remedio, cum se continere non possit, stupra, & nova meditetur adulteria, & ad perditionis perducatur chaos. *arg. C. 16. caus. 33. q. 2.* Concedimus ergo, post castæ conjugis nuptias, aliud matrimonium adultero. <sup>2</sup> Arbitramur tamen, recte Bezam, <sup>3</sup> Carpzovium, <sup>4</sup> aliosque tum theologos, tum jurisconsultos sentire, hæc sequentia à Christiano magistratu pie observari posse, & in bene constituta Republica esse observanda in concedendis adultero novis nuptiis. Primum, ne confestim, sed post temporis aliquod interval- lum hæc gratia à magistratu concedatur: tum ut constet, justam pœnitentiam abolevisse patratum crimen, atque spem certam effulgere castæ in futurum vitæ; æquum quoque est, eum aliquo tempore carere nuptiis, qui se iis mon- stra-

<sup>2</sup> Groene-  
vveeg. in. l. 8.  
C. de adulter.  
*tract. de leg. caus. 32. q. 1.*  
*abrog. cons. caus. 32. q. 1.*  
307. IC. Ba-  
tav. part. 1.  
Bez. *tract. de*  
*divort. &*  
*repud. Amef.*  
*de casib. con-*  
*scient. libr. 5.*  
*cap. 38. sect.*  
14.  
<sup>3</sup> *Tract. de*  
*repud. & di-*  
*vort.*  
<sup>4</sup> *Libr. 2. Tit.*  
*1. definit. 15.*  
*& Tit. 11.*  
*defn. 191.*  
*jurispr. con-*  
*sist.*

stravit indignum (Jus civile mulierem, quæ contempta lege repudium misisset, intra quinquenium novis nuptiis interdixit. *l. 8. §. 4. C. de repud.*) tum ut hæc difficilior gratiæ impetratio adultero pœna sit, aliosque ab adulterio committendo avertat. Deinde, ut in alio quam commissi adulterii loco novas contrahat nuptias adulter, simulque domicilium mutet, ne sit aliis offendiculo in patria urbe. Denique, ut sine pompa, sine festivitate, omissis nuptiarum solennibus matrimonio coëat, nec ei is honor exhibeatur, qui castis exhiberi solet. Addunt insuper, ut coram tribunali politico contrahat; ne Dei minister sacram nuptiarum benedictionem solenniter cogatur apprecari illi, qui se tam turpiter in priori matrimonio gessit.

61 Haecenus an liceat adultero uxorem ducere; videamus jam, an ei liceat in matrimonio habere, quam polluit adulterio. Hujusmodi nuptias jure civili permixtas fuisse, ex *l. 27. C. de adulter.* recte colligi asserit Groenewegen.<sup>2</sup> Sed mihi videtur hic humani quid contigisse viro, alioqui in jure nostro versatissimo. Sive enim jus vetus Digestorum, sive novum Justiniani spectes, hanc conjunctionem vel fieri non potuisse, vel prohibitam fuisse, aperte patet. Voluit Justinianus, si intra biennium marito reconciliari adultera nequit, eam tonsam & monacharum habitu vestitam per omne vitæ tempus monasterio includi; adulterum ultimo supplicio puniri. *Novell. 134. c. 10. junct. l. 30. C. de adult.* ut inter illos matrimonium contrahi non potuerit. Imo si defacto, cum adhuc nesciretur commissum fuisse adulterium, se sociaverit adultero adultera, velamento matrimonii non extinguere crimen allegata lex vigesima septima docet, tantum abest, ut hæc nuptias ferat. In libris Digestorum Papinianus docet, tum temporis quoque, cum morte nondum plectebatur adulterium, etiam si duntaxat vir, non mulier, adulterii damnatus fuisset, inter adulterum & adulteram matrimonium non constituisse. *l. 13. D. de his qua ut indig.* Jure Codicis lenocinii tenetur, qui adulterii damnatam sciens duxit uxorem. *l. 9. C. de adulter.* Imo Theodosius, Arcadius, & Honorius. Imperatores voluerunt, si quis adulterii accusatus, obtentu proximitatis, per commemorationem necessitudinis, intentata depulerit, criminis fidem derogando, & mulierem postea, cum qua accusabatur, duxerit uxorem, eum manifesta fide & indiciis evidentibus, facinus illud, cujus accusatus fuit, publicare, & veluti convictum, confessumque, severissime puniendum esse. *l. 34. C. de adult.* Si qui adulterii accusati, per prodicionem judicum, aut alio aliquo modo legum pœnas effugerint, & deinde nuptiis contractis coierint, matrimonium eorum irritum esse; adulterum, *post tormenta, ultimus supplicii subiiciendum, adulteram castigatam monasterio immittendam* voluit Justinianus, *Novell. 134. cap. 12.* tantum abest, ut adultero adulteram ducere licuerit. Animadvertendum tamen in transcurso est, allegatam novellam & legem 34. de adultero & adultera accusatis loqui. Aliud est, si duntaxat in suspicionem adulterii incidit mulier, nec accusata à viro, vel alio quopiam, nupserit ei, quem destinaverat maritus adulterum. Hoc enim casu respondet Paulus, *nihil impedire, quo mi-*

<sup>1</sup> *Harvemann.*  
*libr. 3. tit. 6.*  
*post. 1. ga-*  
*mol. synopt.*  
<sup>2</sup> *In l. 27. C.*  
*de adult.*  
*tract. de le-*  
*gib. abrogat.*

*mus.*



nus ei, quem suspectum maritus habuit, ea de qua queritur, nubere possit. l. 40. D. ad leg. Jul. de adulter. Et Papinianus judicat, non esse turbandum ex levi suspitione matrimonium, & concordans, & liberis forsan subnixum: alioquin male feriati homines, ut conjuges concordantes turbent, ad hoc maxime confugient, ut dicant, cum adultero mulierem nuptias contraxisse. l. 11. §. 11. D. ad leg. Jul. de adulter. Et hæc quidem de jure civili. Jure pontificio hac in re ita constitutum fuit. Si quis cum uxorem habeat, aliam hujus conjugii insciam ducat, mortua prima uxore, distrahendum non est secundum conjugium, nisi decepta mulier petat divortium. C. 1. C. 7. x. de eo qui dux. in matr. qua. poll. Si vero hujus flagitii non ignaram secundam ducat, post mortem etiam prioris uxoris dissolvendum est posterius connubium, etiam si liberis subnixum sit. C. 4. x. eod. datur tamen marito licentia, post expiatum poenitentia crimen, alteri se jungendi mulieri, nisi vivente conjugē adulterii damnatus, abjuratam adulteram, contempta jurisjurandi religione, & uxorem duxerit, & ei diu cohabitare sustinuerit. C. 5. x. eod. Si autem adulter non contraxerit cum adultera matrimonium, vivente uxore, videndum est, an non pollutæ sponsalia dederit, an non ambo insidias vitæ prioris conjugis struxerint. Si utrumvis fecerint, distrahendum est contractum matrimonium. C. 1. C. 3. C. 6. x. de eo qui dux. in matrim. quam poll. Verum circa ultimum hoc diversæ sunt interpretum sententiæ. Aliqui volunt, nullum esse posterius matrimonium, etiam si structæ nullum effectum habuerint insidiarum. arg. C. 3. x. de convers. infidel. <sup>1</sup> Aliqui vero volunt, & structas insidias effectum sortitas, & eo consilio interemptum fuisse conjugem, ut post ejus mortem inter adulteros perficiatur matrimonium. Simplex enim homicidium impedire quidē contrahendas, secundum jus vetus (quod in desuetudinem abiisse Pontius <sup>2</sup> dicit) non autem contractas dirimere (quod in desuetudinem abiisse Pontius <sup>2</sup> dicit) non autem contractas dirimere nuptias statuunt gloss. in C. 3. x. de eo qui in matrim. dux. quam poll. & in C. 5. caus. 31. q. 1. <sup>3</sup> Cæterum, si quis viva uxore stupravit virginē, nulla futurarum nuptiarum fide interposita, impediri possunt contrahendæ, non distrahi contractæ cum adultero nuptiæ. C. 2. caus. 31. q. 1. C. 6. x. de eo qui in matr. dux. quam poll. Vti nec dirimi debet conjugium, quod quis promissit ei, quam vivente uxore non polluit. C. 8. x. eod. Et ita de hisce jus Pontificium constituit, quod majori ex parte, præsentī in negotio jus nostrum Batavum sequitur. Non enim duntaxat adulterium esse statuit, cum cœlebs nuptæ miscetur, uti jus civile, (quo propterea maritus non prohibetur, post mortem uxoris, à se stupratam virginem ducere) sed etiam quotiens maritus cœlibi se jungit mulieri art. 15. art. 16. art. 17. Polit. Holl. constit. art. 30. & 31. Zeland. permittit tamen inter adulteros conjugium, etiam si quoque conjugatus adulterium cum nupta muliere commiserit. <sup>4</sup> Vti ex eo colligi potest, quod politica Hollandiæ constitutio inter prohibitas nuptias, adulteri cum adultera conjugium non recenset: quod autem mutatum non est, quare ex juris canonici auctoritate consistere non posset? arg. l. 27. C. de testament. Deinde cum raptus, incestus, & hujusmodi enormium scortationum crimina, Cæsarei juris pœnis subjecta velit, adul-

<sup>1</sup> Rituel. c. 3.

Theor. 19.

Synops. ma-

trimon. Car-

præv. libr. 2.

Tit. 1. de fin.

5. Jurispr.

consist. Petr.

Lombard. libr.

4. sentent.

distinç. 35.

<sup>2</sup> Libr. 6. c.

ult. de Sa-

crum. ma-

trim. per C.

5. 6. caus.

31. q. 1.

& libr. 7.

cap. 45.

<sup>3</sup> Canis. in

Tit. 7. libr. 4.

decret. n. 11.

& in C. 1. x.

de divorc.

n. 3.

<sup>4</sup> Groenew.

in l. 27. C. de

adult. tract.

de legib.

abrog. Chri-

sten. differt.

3. quest. 17.

de caus. ma-

trimon.

adulterio tamen specialem pœnam scripsit, ut videatur juris civilis pœnis id crimen exemptis: at autem pœnæ speciem habet, non posse adulterio pollutam ducere uxorem. Hanc sententiam olim probarunt nostræ civitatis iudices, & interjectis appellationibus, Hollandiæ Provincialis, & suprema Curia; <sup>1</sup> itidemque Concilium Ordinum fœderatarum Provinciarum, <sup>2</sup> postquam eam responso suo Curia suprema probasset. <sup>3</sup> Interim tamen in Republica nostra desiderandam legem putem, ne liceat hujusmodi matrimonium contrahere, nisi ex speciali magistratus auctoritate & consensu: tum ut ostensa de commissio adulterio pœnitentia, publice promittat adulter, impollutum fore secundum hoc matrimonium; tum ut impetrandi difficultas deterreat homines ab hujusmodi conjunctionibus, quæ populo offendiculo esse solent: tum quoque ut cum postulatur hæc gratia, oportuna nascatur occasio magistratui, accuratius inquirendi, <sup>4</sup> aut in demortuum quid machinati fuerint adulteri, vel num fidem de futuro inter illos matrimonio, adulterio adjecerint, ut matrimonium concedi non posset. Imo si cui melius videatur, & ex honestate Reipublicæ magis decorum, ut lex feratur, non duntaxat, ne liceat adultero adulteram ducere, sed etiam, ut contractum hujusmodi matrimonium dirimatur, etiam si quoque simplex adulterium commissum fuerit, nec sponsalia data sint, nec vitæ prioris conjugis insidiæ structæ dicantur, me non adversum habebit. Mali enim res exempli, & suspicionis plenæ sunt hujusmodi nuptiæ; scandalum scandalo augetur; continuatur quodammodo adulterium, & ex delicto fructus capere videntur adulteri, cum forsitan tædio spretæ formæ, ex zelotypia, & mœrore ex flagitio mariti concepto, contabuit, & mortua est uxor: occidit, qui causam mortis præbet. *l. 15. D. ad leg. Cornel. de sicar.* ut adulterio ad novas nuptias viam sterneret: at vero non ferenda sunt in Republica hujusmodi pessima exempla, si caveri possint, ne aliis imitationi sint *arg. l. 7. C. de probation.* <sup>4</sup> Ordines certè Generales honestissima lege, & imitando exemplo, adultero cum adultera nuptias in perpetuum interdixerunt. *art. 83. Egh-*

<sup>1</sup> Inde Saacke van Reynoud van Oude Cbrisma Ians *vid. conf. 71. part. 3. K. Batav.*  
<sup>2</sup> Raat van Staten.  
<sup>3</sup> Inde Saacke van Iaquis Kinsay capiteyn van en Schoofse compagn. en Isabella Mambraili. *vid. diff. com. fil. 71. & 72.*

<sup>4</sup> Beza. de repud. & de vert.

- II** Dirempto penitus ex iudicium sententia matrimonio, si reconcilientur sibi invicem conjuges, atque interruptam repetant conjunctionem, quæcunque circa dotem in priore matrimonio pacta & conventa inter conjuges fuere, ex tacito quasi illorum consensu, in secundo repetita & redintegrata intelliguntur. *arg. l. 13. l. 40. D. de jur. dotium.* Censetur enim repetitum matrimonium sed iisdem conditionibus, sub quibus primo contractum fuit; & hoc agi semper interpretatur, nisi probetur aliud convenisse. *l. 30. D. de jur. dotium.* Nec aliud jus est, etiam si inter divortium & reconciliationem alii viro nupta fuerit mulier; *l. 40. l. 64. D. de jur. dot.* Et hæc quidem expediti, juris sunt. Major difficultas est, an novo parentum consensu opus sit, & an novæ adhibendæ solennitates cum diremptum divortio redintegratur matrimonium? De jure canonum nobis sermo non est, cum id propter adulterium non solvat matrimonii vinculum, nec in contrahendis liberorum nuptiis, paren-

T t t

tum

tum consensum necessarium esse statuat, atque absque ulla solennitate, intra privatos parietes matrimonium contrahi posse, sinat. Sed quærimus, quid hac in re jure Romano, & Batavo nostro statutum sit; quorum utrumque parentum consensum in liberorum nuptiis necessarium exigit; & postremum quoque, nuptias contrahi non posse, nisi publice, & adhibitis quibusdam solennitatibus, voluit. Verba Juliani sunt, *nuptia inter easdem personas, nisi volentibus parentibus renovata, justa non habentur*. l. 18. D. de rit. nupt. cui convenienter Gordianus loquitur, cum ait, minus legitimam esse conjunctionem, cum cessante patris voluntate, in cujus est potestate, post solutum divortio matrimonium, ad maritum regressa filia est. l. 7. C. de nupt. Nec caret horum sententia ratione. Vt enim patris consilio in re tam gravi regatur foemina, semel tam turpiter delusa, justum æquumque est; ne facile resuscitato priori amore, decipiatur à viro; cum & alias muliebri consilium sapius adversus propria commoda laboret. l. 4. C. de sponsal. Generalis quoque juris regula, sine distinctione primi vel secundi matrimonii, vetat cives Romanos, absque parentum jussu, in quorum familia & potestate sunt, nuptias contrahere. *princ. Institut. de nupt.* Et ne quis putet jurisconsultum Julianum de filiarum familias duntaxat loqui, animadvertendum est, ejus verba in plurali numero concepta esse, *volentibus parentibus*: quasi diceret, non renovantur divortio solutæ nuptiæ, nisi utriusque conjugis parentes, quorum sub potestate sunt, consentiant. Expressus quoque requiritur patris consensus; nec ulla ratio est, ut filia ad maritum redeunte, patris absentis conjiciatur consentiens voluntas ex eo solo, quod primis nuptiis, quæ cum eodem viro renovantur, consensit: multa enim in causa esse possunt, ut pater renovandis nolit consentire, etiamsi consensit primis; & divortium, quod maritum ex amico inimicum, non tantum uxoris l. 78. §. 2. D. de jur. dot. l. 39. D. de pat. sed etiam soceri sui fecit, flagitat, ut ei reconcilietur ante matrimonii repetitionem. Deinde, perpetuum in jure nostro est, ut ex consensu antea præstito nihil inferri possit, quotiens ita mutatus est rerum status, ut jure dubitari possit, an qui aliquando consensit, nunc denuo sit consensurus. Et hæc quidem ex juris civilis scientia ita observantur, quæ an moribus nostris convenient, examinandum est. Notum est, apud Romanos, nuptias non solvisse patriam potestatem, l. 5. C. de condit. insert. l. 12. C. de collat. l. 1. §. fin. D. de liber. exhibend. Hinc ratio, non majus esse filiarum familias arbitrium in renovandis nuptiis, quam contrahendis; easque esse irritas, si absque parentum voluntate sint renovatæ. Moribus vero nostris liberi per nuptias emancipantur, sui que juris constituuntur, nec soluto matrimonio patriæ potestati remittuntur. Vt nulla juris ratio dari possit, ne liceat filiarum sui juris constitutæ, ingratis parentum renovare prius matrimonium, cum & aliud contrahere possit. Imo cum filia hodie possit invito patre suo, stante matrimonio, remittere culpam adultero marito, & admissio coitu penitus perimere suam ad divortium actionem, *gloss. in C. fin. x. de adult.* cur non etiam posset, dissentiente licet patre, post divortium remittere culpam, &

1. Sand. libr.  
2. rit. 6. de-  
fin. 2. Cur.  
Eris. decis.

1-1 & renovare cum marito suo conjugium? Difficilior postremæ, quam proposuimus, quæstionis definitio est; nempe, an cum redintegratur solum divor-  
 tio matrimonium, repetendæ sint solennitates, quas contrahendis nuptiis  
 necessarias Ordines voluerunt? Marcellus iis assentitur, qui opinantur, cum  
 eadem mulier, ad eundem virum revertitur, id matrimonium idem esse: sub hisce ta-  
 men conditionibus; si non multo tempore interposito reconciliati fuerint; nec inter  
 moras aut illa alii nupsarit, aut hic alium duxerit; maxime si nec dotem viæ reddiderit.  
 l. 33. D. de rit. nupt. At, unum idemque matrimonium semel contrahitur, non  
 bis, non ter, & ad sui perfectionem simplici eget solennitate, non diverso  
 tempore, duplici. Verum, sciendum est, jure Romano, solo contrahentium  
 consensu. l. 30. D. de regul. jur. absque omni solennitate & pompa nuptias  
 contrahi potuisse. l. 22. C. de nupt. & ad redintegrandum matrimonium, nil  
 nisi voluntate conjugum sui juris existentium, opus fuisset: ut eo jure idem  
 numero matrimonium videri potuerit, quod eadem numero personarum nullis  
 solennitatibus adhibitis renovassent. Idem quoque eodem jure habetur ma-  
 trimonium, nudo consensu conjugum renovatum, quantum ad stipulationem  
 & constitutionem dotis, in qua renovatus expressim mulieris consensus non  
 exigitur, cum indotata redire in matrimonium voluisse non præsumatur. l. 40.  
 l. 63. l. 64. D. de jur. dot. Idem numero etiam tum censetur matrimonium, ex  
 novo conjugum consensu restitutum, cum non multo tempore interjecto reconci-  
 liati fuerint conjuges: nempe, cum propter breve hoc temporis spacium, non  
 verum divorcium, quod animo perpetuam constituendi dissensionem fit. l. 3.  
 D. de divort. & repud. sed vel simulatum intervenisse (quod non magis divor-  
 tium dici potest, quam nuptiæ, quæ simulatæ sunt, veræ. l. 26. D. de pact. dotal.  
 junct. l. 30. D. de rit. nupt.) vel ob fribusculum, vel jurgium l. 32. §. 12. D. de  
 donat. inter vir. & uxor. vel ex calore iracundiæ, momentanea duntaxat, & bre-  
 vis discessio facta videtur. l. 3. D. de divort. & repud. l. 48. D. de regul. jur. Tum  
 enim durare censetur pristinus consensus, qui nuptias fecerat. l. 27. D. de pact.  
 dotal. l. 31. D. de jur. dotium. cum ea, quæ fiunt in continenti, inesse videantur.  
 l. 7. §. 5. D. de pact. l. 40. D. de reb. credit. At si non quieverit fribusculum, & per-  
 seuerantiâ apparuerit iudicium animi fuisse, verum habetur divorcium. d. l. 48.  
 & reducta muliere, redintegrata, renovata, revocata, non continuatæ dicuntur  
 nuptiæ. l. 63. D. de jur. dot. l. 26. §. ult. D. de pact. dotal. l. 18. D. de rit. nupt. at-  
 que sponsalia contrahere dicitur, quæ repudiato marito matrimonium pro-  
 mittit. l. 38. D. solut. matrim. quia novum est, quod oritur matrimonium, prio-  
 re penitus per divorcium finito. Ideoque si filia, post querelam de marito ad  
 patrem delatam, & solum matrimonium, absque patris consensu ad virum  
 regrediatur, minus legitima hæc conjunctio est. l. 7. C. de nupt. utpote quæ se-  
 cundum præcepta legum, parentum voluntatem flagitantium, non contra-  
 hitur. Renovatæ autem dicuntur nuptiæ, non quasi eadem sint cum priori-  
 bus, sed quasi bis novæ: sic Ulpianus dicit, novationem à novo nomen acci-  
 pere, & à nova obligatione. l. 1. D. de novat. & delegat. Potuit tamen repudia-

ta, & in domum parentum suorum remissa, ex arbitrio conjugum, & eorū quorum interest, vel quasi novo matrimonio contracto, vel quasi eodem durante reduci: sed si postremum fiat, fingitur continuari matrimonium, quod revera novum est: & ex Ulpiano patet, multum differentiē fuisse, an reducta sit mulier, quasi eodem matrimonio durante, vel novo contracto, cum dicit, *si repudiata mox reducta sit, non quasi eodem matrimonio durante, sed quasi alio interposito: videndum est, an ex delicto, quod in priore matrimonio admisit, accusari possit. & puto non posse: aboletur enim prioris matrimonii delicta, reducendo eam. l. 3. §. 9. D. ad leg. Jul. de adulter.* Sed hæc quidem ita jure civili obtinent. Verum, privati res arbitrii, uti jure Romano, neque matrimonii celebratio, neque divortium hodie est, sed ex auctoritate magistratus contrahitur, & non nisi ejusdem auctoritate interposita dissolvitur: & cum adulterium quidem præbeat divortio causam, attamen divortium ratum non habeatur, nisi post sententiam Judicis, dum judiciaria de commisso adulterio cognitio interponitur, expecteturque sententia; aliquod tempus necessario eluit, ejus moram quæ patitur mulier, à viro separata, ex levi jurgio, vel ob fribusculum discessisse dici nequit; nec ex iracundia factum divortium vel simulatum intelligi, quod post longiores litis moras justum esse judex declaravit. Ut jam recta hæc institui possit argumentatio, quod auctoritate magistratus, & post cognitionem judicis solutum est matrimonium, vero divortio finitum dici debet, nec revocari potest, nisi iis solennitatibus interpositis, quæ in omni matrimonio contrahendo interponuntur. Adire itaque nuptiarum Præfectos reconciliati conjuges debent, & ab iis petere, ut possint matrimonio copulari, & (cum læsa parti inter moras jus fuerit, alias sibi conciliare nuptias, & se sponsalibus astringere) flagitare, ut tres nuptiarum futurarum denunciationes coram populo fiant, ut constet eos, de futuro matrimonio interim nulli fidem dedisse, & tandem (quasi nunquam conjuges fuissent) in facie ecclesiæ vel coram tribunali politico celebrare matrimonium. Vti Delphis judicatum refert Groenewegen, & me judice præsentem aliquando Leidæ observatum memini.\*

\* In l. 7. C. de  
nupt. tract.  
de legib.  
abrogat.  
\* Jacques Ca-  
rteau, en Ju-  
lienue Cu-  
velier den  
11 Februar.  
1662.

Ab adultero ad malitiosum desertorem transgredimur. Malitiosus deser-  
tor est, qui nulla justa aut necessaria causa coactus, ex animi quadam levita-  
te & malitia, vel impatientia freni conjugalis, uxoris & liberorum curam ab-  
jicit, eos deserit, & oberrat, sine animo redeundi. Malitiosa desertio adversa  
magis matrimonio quam adulterium est. Rediit enim ad uxorem adulter, &  
reconciliatur ei, nec penitus curam familiæ & liberorum abjicit, abreptus ali-  
quando lascivæ meretricis blanditiis, antequam cogitaret: verum desertor  
non humana, neque non prævisa labitur fragilitate, ut facile ejus resipiscen-  
tia speranda sit, sed præmeditato animo, uxoris liberorumque pertæsus, le-  
ctuli & mensæ, confortium abrumpit, oberrat, & non sine fœdi in aliam mu-  
lierem amoris suspitione, conjugium funestat. Itaque cum gravius crimen ad-  
ulterio desertio malitiosa sit, cum id divortio justam præbeat causam, & hæc  
præbebit. Testimonium hujus juris Paulus nobis exhibet, divini ille juris-  
peri-

peritus, cum ait: *si infidelis sese separet, separatus esto: non est servituti subjectus frater aut soror in huiusmodi rebus: sed ad pacem vocavit vos Dominus.* 1 Corinth. 7. vers. 15. Et certe, Pauli hoc dictum summa nititur ratione & æquitate. Conjugium enim ejus naturæ est, ut eodem vinculo utrumque liget conjugem, quod ab altero dirimi non potest, nisi & ex alterius parte ruptum esse intelligatur. Parē habere potestatem conjuges in alterius corpus, ideoque non posse jure eos denegare lascivienti debitam benevolentiam idem Paulus docet: at qui malevolo animo arctam vitæ consuetudinem abruptit, privat conjugem usu corporis sui, in quod potestatem habet, eique adimit spem prolis videndæ, cujus causa matrimonium institutum est: ut nulla ratio sit, quo minus dicatur sui juris constitui, quæ deferitur; & quin soluta à lege ejus viri, qui procul à freno conjugii, forte luxuria cum aliis mulieribus diffluit, possit alteri potestatem in suum corpus per novas nuptias concedere, rupto per desertionem alterius, prioris matrimonii vinculo. Huic sententiæ duo adversari videntur; tum quod idem Paulus præcipiat, *uxor à viro ne se ipsa separato: quod si se separavit, maneat cœlebs, aut viro reconciliator.* 1 Corinth. 7. vers. 10. 11. tum quod Christus inter causas divortii malitiosam desertionem non recenscat. Matth. 5. vers. 31. & 32. & cap. 19. vers. 9. Marc. 10. vers. 11. 12. Verum, ad hæc argumenta facilis responsio est. Paulus loquitur de separatione non jure facta, ex calore scilicet iracundiæ, & levissimas ob causas, vultque, ut huiusmodi mulier cœlebs maneat, id est, ut non admittatur ad nuptias; & si cœlibatum ferre nequeat, ut reconcilietur viro. Deinde (etiamsi de vero divortio loqui Paulus intelligatur) desertrici negat nuptias, non deserto; neque nos dicimus parti deserenti connubii jus esse, usque dum deserta innupta manet, spemque reconciliationis præbet. Ad alterum, quod adversari nobis videtur argumentum, respondent aliqui, Christum de desertione malitiosa non interrogatum, non respondisse. <sup>1</sup> Quæ responsio quamvis satisfaciatur uni Matthæi loco, non satisfacit alteri, quo Christus in monte erudiens discipulos suos, non specialiter interrogatus, legem de divortii explicat. Matth. 5. vers. 31. 32. Dixerim itaque Christum duntaxat de causis voluntarii divortii egisse; scilicet, vel cum bona gratia sit repudium, vel cum maritus ab uxore sua divertere vult; non vero de divortio invito, cum quis divertit, quia deseritur, de quo Paulus. Hujus rei ratio potuit esse, quod tum temporis, ob levissimam, imo nullam causam frequentata divortia, malitiosæ desertioni non relinquebant locum; quid enim opus desertione, cum patet divortium? At hinc non sequitur improbasse Christum, ob malitiosam desertionem divortium, & contrarium esse Paulo, qui id probat. Animadvertendum porro est, ex communium Theologorum, tum Jurisconsultorum interpretatione; in hoc Pauli loco genus ex specie colligi, & omnem malitiosum desertorem, quæcunque etiam eum causa moveat, intelligi, neque rationem divortii in infidelitate esse, sed in discessu: scilicet, ne persona injuste deserta; & ex alterius malitia, ope conjugali destituta, libidinis flammis sine sua culpa forte consumatur, &

<sup>1</sup> Buxtorf.  
part. 2. n. 9.  
tract. de  
sponsal. &  
divort.  
Ebr. Christi-  
sten. dissert.  
5. quæst. 4.  
de caus. ma-  
trim. post.  
Bezani.

520 AN DIREMPTO OB ADULTER. MATRIM. LIB. 2.  
 spe videndæ prolis privetur, maneatque sub illius jugo, qui vitæ consortium diripit. Iuno cum idem Apostolus pronunciat, fidem abnegare, & infideli deteriorem esse, qui suorum, & maxime domesticorum curam abjicit. *1 Timoth. 5. vers. 8.* facile colligi potest, non esse inter fideles computandum, qui uxorem malo animo deserit: ex animo æstimatur, operibus & factis colligitur fides, non ex verbis, professione externa. Themate autem infidelis conjugis deserentis, ex occasione usus fuit Apostolus, quia illo seculo sæpius ob disparem religionem ab infideli & pagano deserebatur ad Christum conversa mulier. Minus negotii facessit, si quis dicat, velle quidem Paulum, ne invitus in matrimonio detineatur infidelis; at non concedere fideli deserto novum matrimonium: verum duntaxat docere, in eo non esse servituti subiectum fratrem vel sororem, ut cogatur desertorem sequi. Servitus enim Apostolo obligationem conjugii denotat, qua uterque potestatem habet in alterius corpus, & ad perpetuam vitæ societatem obligatur; quam respiciens idem Paulus, alibi docet, mulierem viventi marito *per legem* devinctam esse, at eo mortuo liberatam à lege viri. *ad Roman. 7. vers. 2.* ut, quæ servituti subiecta non est, marito per legem devincta non sit, & ex mente Apostoli, novas possit sectari nuptias, quia corporis sui potestatem recepit. Non refert præsentem in negotio, ob quam causam desertio fiat; sive ob odium religionis (seu ad fidem conversum conjugem deserat, seu ipse à vera fide in hæresin prolapsus sit desertor: licet id ultimum Innocentius tertius neget, de quo nos postea. *C. 3. C. 7. x. de divort.*) sive tædio conjugii, quod dissolutiorem vitam amet, & ærumnas matrimonii in educandis liberis, iisque comparando vitam ægre ferat: sive odio conjugis, quod malos obstipæ mentis, morosæ, rixosæ uxoris mores, ipse lenis animi maritus, ferre non possit. Etenim, Apostolus præcipit, non esse deserendum infidelem, qui consortium alterius non odit, cum infidelis sanctificetur in conjugio fideli. *1 Corin. 7. vers. 13. & seqq.* Infideli deterior est, & fidem abnegat, qui propter ærumnas matrimonii, quas ei conjunctas voluit Deus, uxorem deserit, & liberorum curam abjicit; ipsis feris peior, quibus inest erga pullos innata & naturalis pietas: si ob amorem dissolutioris vitæ, frenum conjugii non patiat, satis ostendit, animo ejus adulteria & vagam venerem adlubescere. Ne sub immoderata morosi viri tyrannide contabescat uxor, vel continuis rixosæ furis jurgiis enecetur maritus, magistratus est providere per lectuli & mensæ separationem, non mariti vel uxoris per malitiosam desertionem; cum ut sibi quis jus dicat, vel propria auctoritate rumpat vinculum conjugii, quod ligavit Dominus, nec divina, nec humana jura patiantur. Observandum porro est, nullum hodie divortium justum esse, nisi quod post judiciariam causæ cognitionem, auctoritate magistratus interponitur. Publice aliquoties citari, ut se defendat, desertor debet; admoneri, si compelli possit, ut redeat ad conjugem: inquirere iudex, an non consentiens desertioni deserta cum deserente colludat, ut utroque volente dissolvatur matrimonium: an non sine ulla animorum scissione, ut

expe-

expediat negotia sua, domo discesserit maritus: necessaria enim potest ejus esse absentia; & quamvis paulo diuturnior, quam par est, esse videatur, non tamen inde colligi potest deferendi malus animus, cum multa in causa esse possint, ne reverti, qui peregrinatur, brevi possit. Morbus, captivitas, locus ab hostibus obsessus, per quem transeundum est, & ejus commatis incommoda plura, efficere etiam possunt, ut ne nuncium quidem sospitatis suæ mittere possit maritus; qui tamen deferendi animum non habet, verum uxoris præsentiam animo suspirat. Tempus quoque secessionis examinandum est, ut ex ejus longiore intervallo colligatur desertoris animus: sunt enim, qui comparis sui in visum morum pertæsi, ad breve tempus secedunt; non ut eam deserant, sed corrigant. Et denique divortio factò, consulendum desertor est, ut velit potius, vel in cœlibatu vivere, vel si continentia donum non habeat, admittere sub culpæ deprecatione reconciliationem reversi desertoris, quam novas sectari nuptias. Sed his omnibus observatis, si malitiosa desertoris latitatio, vel obstinata ejus in desertionem voluntas omnem revertendi spem præcidat, neganda deserto non est licentia novas nuptias ambire. Hanc sententiam, tum Theologis summis, tum eximiis reformatæ religionis jurisconsultis probatam, uti juri divino congruam, Scabini Lugduno-Batavi, & Amstelædamenses in judicando secuti sunt, & præjudicii Hollandiæ Curia sæpius firmavit, atque expresso articulo probarunt Ordines Generales. art. 91. *Eght Reglement vande Staten Generaal*. Transylvulani. part. 2. Tit. 1. art. 19. *Lantteghen van Overyssel*. & Daventrienses, vicini nobis populi. part. 3. Tit. 1. art. 29. & 30. *Reghten en gewoont. tot Devent*. Re non amplius integra, si reversus desertor nitatur turbare secundas nuptias, non tantum non audiendus est, sed & ob datum ecclesiæ scandalum, suam adversus magistratum contumaciam, & sanctæ conjugii legis violationem, vel perpetuo exilio art. 91. *Eght Reglem. vande stat. generaal*. vel severe virgis cædendus, vel insuper alia graviore poena, si constiterit, eum adulterio quoque (quod malitiosæ desertioni sæpius conjungi solet) fœnestasse conjugium, plectendus est.

de legib. abrogat.

<sup>3</sup> *Inde Saacke tussen Cornelis van Outhoorn eyscher in cas van desertie, jegens Catharina Schaack gedaagde, den 2 Octob. 1662.*

<sup>4</sup> *Inde Saacke tussn Matth. van Gervoen eyscher in cas van desertie, jegens Arnolda van Eck gedaagde, den 20 Junij. 1650.*

<sup>5</sup> *Inde Saacke van Andries Dois eyscher in cas van desertie, jegens Catharina del Beek gedaagde, den 26 Februar. 1658.*

<sup>6</sup> *Zep. per. lib. 4. cap. 20. de legib. Mosait.*

*Beza. de repud. & divort. Spanhem. lib. 3. dubior. euan. gel Chemnis.*

*Exam. concil. Trident. can. 6. de matrimon.*

*Basil. Monner. part. 4. cap. 7 n. 1. de matrim.*

*Schneid. in Tit. de nupt. part. 4. de divort. n. 44.*

*Arnis. cap. 6. sect. 6 de jur. connub.*

*Carpz. lib. 2. tit. 11. de fin. 192. Jurispr. confist. Cy.*

*præ. cap. 13. n. 9. §. 77 de jur. connub.*

*Havemann. lib. 3. tit. 5. & 6. Gamol. Synopt Chri-*

*sten. d. l. Confist. 151. & 229. lib. 4. JC. Batav.*

*Groenevv. in l. 7. C. de repud. stral.*



## CAPUT DECIMUM NONUM

## De secundis nuptiis.

## S U M M A R I A.

1. Jus civile non improbat, neque placit secundas nuptias.
2. Lex Julia Miscella, qua fuerit, & quid continueris, explicatur.
3. Quomodo intelligi debeat, quod dicitur vidua, nuptias repetens, Deum offendere, defuncti animam contristare, & amittere charitatem erga liberos suos?
4. An l. 2. & ult. C. de indict. viduit. sollemn. recte immutaverit Justinianus, Novell. 22. cap. 43. & 44?
5. Valet hodie legatio adjecta conditio, ut hereditate fruatur superstes, usque dum innupta manet; sed non, ne unquam nubat.
6. Secunda nuptia multis difficultatibus premuntur. Noverca liberis prioris matrimonii sapius injusta est.
7. Secunda nuptia jure canonico non damnantur.
8. Secunda repetentes matrimonia jure canonico non benedicuntur, utique hodie.
9. Jure canonico ad Sacerdotium aspirare nequit digamus: moribus nostris ad ministerium promoveri potest etiam trigamus.
10. Carpitur Innocentius tertius, quod severius digamiam, quam scortationem exigat.
11. Refertur, quomodo liberis prioris matrimonii prospexerit jus civile.
12. Poena secundarum nuptiarum jure Canonico sublata non sunt.
13. Lex, hac edictali, consuetudine apud nos recepta est.
14. Lex, hac edictali, non moratur communionem bonorum, cum nulla dotalia pacta comscripta sint.
15. Lex, hac edictali, locum habet, etiam cum pactis dotalibus probaverunt communionem bonorum futuri conjuges.
16. Filialis portio, qua dicatur? & legari potest secundo coniugi, bonorum communionem, jure matrimonii, inducitur.
17. Digama mater quando donationem revocare possit, propter ingratitudinem liberorum?
18. Secundarum nuptiarum civiles, ut dicuntur, poena, moribus nostris locum habere nequeunt, nisi cum indigno familia nubit vidua.
19. Jus civile mulieribus annum luctus praescripsit, non viris, & quare?
20. Tempus luctus olim decem mensibus terminabatur, jure novo duodecim.
21. Intra tempus luctus nupta facinora infamia notatur, &c.
22. Aliud est lugere, aliud elugere.
23. Jure Pontificio, confestim ab excessu conjugis, absque metu poena, & viduus & vidua novas seclari nuptias potest.
24. Moribus nostris, & vicinarum nobis Provinciae statuta, intra certum tempus à morte conjugis aliud contrahere matrimonium superstitii interdictum est.
25. Delphensium, Amsteladamsium, Leidensium statuta, circa tempus luctus, referuntur, & explicantur.
26. Neque sponsa ex alio gravida ante editum partum, neque mulier, factio divortio, confestim novas contrahere nuptias debet.
27. Poena festinatorum nuptiarum, praeter infamiam, arbitraria hodie est.
28. An & quando civiles festinatorum nuptiarum poena hodie instigantur.

Secundis suum asserere honorem nuptiis, easque neque divino neque naturali juri adversas ostendere, animus non est, cum id fuisse satis fecerit Bezaz, Catharos Montanistas, & illorum hoc in negotio facile principem, Tertullianum, iniquos secundae tædæ censores, masculis, & solidis refutans argumentum-

gumentis. ne post Homerum Iliada, pro applausu cachinnum. Lubet tantum demonstrare, secunda vota, neque improbari legibus civilibus; neque odiosa, pœnis subijci, uti vulgo claustrare Interpretes solent: modo eas excipias conjunctiones, quæ citius quam par est, involantur potius, quam honeste ineuntur. Ex historiis patet, & in jure Justiniano non unus locus evincit. T. T. C. de infirmam. pœn. cœlibat. pœnam legibus indictam fuisse, qui non solum à primis, sed & à secundis nuptiis abstinerent (ut notat Mæstertius); præmiis vero honoratos, qui Rem-publicam multa prole bearent. T. T. C. de jur. liber. In eam rem lex Julia de maritandis ordinibus ab Augusto lata fuit, quam posterior ætas, cœlibatus pœnas improbens, infirmavit. l. 1. & 2. C. de infirmam. pœn. cœlibat. At autem non inhonestum, nec odiosum fuisse debet, quod lex exigebat, ut prole effloresceret civitas. Castas vocat secundas nuptias Justinianus, nec interdicendas vult communes leges, nec successione suorum liberorum fraudari, quæ juvenis vidua cœlibatum non patitur, nec potest fervori naturæ resistere. Novell. 2. cap. 3. At quod lege permitte fit, imo præcipiente, cum quis donum continentæ non habet, neque delictum, neque pœnis subiectum dici potest, l. 4. C. ad leg. Jul. de Adult. ne iniquæ dicantur leges, punientes quod probant, & propter infirmitatem naturæ humanæ, etiam præcipiunt. Divortiorum quoque licentia Romanis frequentata id docere potest; quod si enim divortio facto, inhonestum visum non fuit, nec ulla vindicatum pœna, vivente priori conjuge, cum alio cubilia fociare; quid nî & sine pœnæ metu licitum & honestum æstimatum fuit, mortuo marito alteras conficere nuptias? Cum divortio matrimonium solvat vel amborum mutua voluntas, vel alterius culpa; dirempto vero morte conjugio, nihil sit, quod superstitioni imputari possit. Ex ipsis denique legibus, quas completi pœnas secundarum nuptiarum Interpretes opinantur, patet, non plecti, qui secundos, juxta leges, amplectitur amores, cum dicant Imperatores, viduam alteri nuptam pleno proprietatis jure obtinere omne quod ex liberalitate prioris conjugis, quovis modo perceperit, si nullam habuerit ex defuncto successionem, vel natus natus decesserint l. 3. §. 1. & Authent. sed & si quis. C. de secund. nupt. Imo tantum abest, quod jus civile pœnis subiectas voluerit secundas nuptias, ut hanc conditionem legato adjectam, si non nupserit, si vidua permanserit, rejiciendam responderint jurisconsulti, ut libertati matrimonii adversam, & contra legem, utilem Reipublicæ, sobolis procreandæ causa latam l. 64. l. 72. §. 4. l. 79. §. ult. D. de condit. & demonstrat. & è contra voluerint non remittendam esse hanc conditionem, ut Mariam uxorem, quæ vidua est, Titius ducat. 2 l. 71. §. 1. D. de condit. & demonstrat. Lex autem, cujus meminit Clemens in l. 64. D. de condit. & dem. Julia Miscella est; quæ constituit, ut liberum esset mulieri, & nubere, & legatum sub conditione ne nuberet, relictum, consequi, si intra annum juraret, se liberorum quærendorum duntaxat causa nuptias appetere. post annum vero, non, nisi præstita Muciana cautione, se non nupturam; quod si nupserit, legatum cum fructibus medii temporis reddituram. Ita de ea

Justinianus in *novell.* 22. *cap.* 43. Verum antequam pergamus, pauca de vera mente Miscellæ legis hic nobis dicenda sunt, ab Hotmanno observata. <sup>1</sup> *De Nupt. cap. 22.* quæ vel ignorasse vel neglexisse sua duntaxat tempora respiciens, Tribonianus videtur. Miscellæ legis non ea mens fuit, quod vellet mulieres, quibus sub viduitatis conditione relictum legatum esset, ab omnibus nuptiis abstinere: sed ne eas contraherent, quæ farre, vel coemptione coibant; ne se in alterius mariti potestatem, familiamque transferrent: verum, ut uxores usu ducerentur, sui que juris permanerent, voluit, & ut in matrimonio, liberorum quærendorum causa aliorum essent, permisit. Hoc enim modo minus videbatur defunctus lædi: quia bona, quæ uxor tanquam sua hæres à primo marito susceperat, in secundum non transferret maritum, nec liberis suis spem succedendi auferret. Liberorum quærendorum causa nubere, omni matrimonio commune erat, & hujus rei testatio omnibus nuptiis adjicebatur; at *tantum* liberorum quærendorum causa nubere, singulare quid erat nuptiis, quando mulier usu *tantum* ducebatur. Quapropter cum emphasi hæc particula, *tantum*, adjicitur, ut designaret, viduam non nubere, ut esset secundo marito filiarum loco: ne videretur domum primi mariti in partes distrahere; quod Agrippinam in Liviarum secundo matrimonio metuuisse scribit Tacitus. <sup>2</sup> nam usu quæ nupserrat, non tam firmo vinculo haberi dicebatur. Et ita puto primum conceptam fuisse legem Juliam Miscellam: postea vero & ad mares, quibus viduitas ab uxoribus testamento indicta esset, transductam, & ita observatam, uti de ea Justinianus scribit. Dicta autem fuit hæc lex, Miscella, seu ab Auctore Julio Miscello *Novell.* 22. *cap.* 43. seu quod verius crediderim, ex eo, quod *varia diversi* argumenti capita & miscellanea contineret; ut eadem esse videatur, quæ alio nomine lex Julia & Papia dicitur, uti ex inscriptione. *l.* 64. *D. de condit. & demonstr.* colligi potest. Verum, quæ ad alia excurrit, jam jam revocetur oratio. Hanc Miscellam legem tum in maribus, tum in fœminis sustulit postea Imperator, vetuitque jusjurandum interponi, cautionem præstari; atque sprete conditione adjecta, secundo nubentem ad legatum consequendum, hereditatemve adeundam admisit. *D. l.* 2. *& l.* ult. *C. de indict. viduit. tollend. Novell.* 22. *cap.* 43. Respiciens tum publicum bonum, cum inter sit Reipublicæ, augeri & inultis hominibus legitime genitis frequentari; *l.* 1. *D. solut. matrim. l.* 1. §. 15. *D. de ventr. inspiciend. l.* 64. *D. de condit. & demonstr.* tum mulierum conditionem, quas ad hoc genuit natura, ut partus ederent, juxta illud Claudiani.

*Nascitur ad fructum mulier, prolemque futuram.*

tum salutem ipsarum viduarum; cum enim maxima mulieribus cupiditas matrimonii sit, præstato jurejurando se non nupturas, facile perjuria committerent. *Novell.* 22. *cap.* 43. 44. at satis inhumanum videtur, per leges quæ perjuria puniunt, viam perjuriis aperiri. Hanc tamen suam constitutionem revocavit postea idem Imperator, & sancivit: *Si quis prohibuerit uxorem, ad aliud venire matrimonium, sive etiam uxor maritum, (idem namque est utrumque) & pro*  
hoc

hoc aliquid reliquerit: unam ex duabus conditionem habere continentium alterum: aut ad nuptias venire, & abrenunciare preceptioni: aut si hoc noluerit, & honorat defunctum, omnino abstinere de cetero nuptiis. Novell. 22. cap. 43. & 44. In qua novella Justinianeæ tria eliciuntur, quæ damnare secundas nuptias videntur. offendere Deum; defuncti animam contristare, & charitatem amittere circa prioris matrimonii liberos reitterantem vota. d. Novell. 22. cap. 43. & 48. junct. l. 22. C. de admistr. tutor. Sed hæc tria sine distinctione accepta, & male applicata in vitio cubant: non enim dicit Imperator, Deum offendere, quæ tædas iterat, sed quæ præstito jurejurando de non nubendo, id facit. arg. Novel. 22. cap. 40. ideoque Juliam Miscellam legem, quatenus de jurejurando cavet, improbat. gloss. in d. Novell. 22. cap. 43. v. Deum simul. Contristare animam defuncti dicitur digamma itidem propter jusjurandum, cujus præstandi occasionem dedit mortuus, adjecta conditione legato, ne nuberet: non quia secundas amplectitur nuptias: ita Accursius in d. Novell. 22. c. 43. Sed responderem potius, contristari animam defuncti, figurato sermone dici; nempe, quia vilipendio afficitur mortuus, cujus extrema negligitur voluntas. Adeoque, non quia superstes nubet, contristat defunctum, sed quia, sprete mariti de non nubendo conditione, legatum consequi nititur, quod ei relictum hoc casu noluit defunctus. Sic è contrario honorare dicimur defunctum, cujus obsequimur ultimæ voluntati; contristamus ergo eum, cujus ultimo non paremus arbitrio, quod nobis sanctum esse deberet, cum non redeat. l. 1. C. de sac. sanct. Eccles. Quæ similitudo sermonis à viventibus desumpta est, qui honorantur, cum quæ jubent, fiunt; contristantur, cum vilipenduntur. Certe si alio accipiantur hæc verba sensu, ab ignorantia doctrinæ Christianæ excusari Imperator non potest. Requiescit ab operibus suis defunctus, æterna gloria & beatitudine fruens, neque negotiis hujus mundi movetur, neque aliorum peccatis contristatur. Mortui nihil noverrunt, nec habent partem in hoc seculo & in opere quod sub sole est. si augeantur filii sui, ignorant: si diminuuntur, non animadvertunt ad eos; tantummodo caro illorum de se ipsa dolet, & animus illorum de se ipso luget. Alias beata non esset beatorum vita, si curis hujus mundi contristarentur, & continuo per peccata superstitum distraherentur à sempiterna, qua ex Dei Opt. Max. præsentis aspectu perfruuntur, gloria ac jucunditate. Cælo abest tristitia, & dolor, seculi mala, terræ propria.

4 Cæterum mirandum est, quod priores suas constitutiones, quibus sprete viduitatis conditione adjecta, concesserat viduis & secundas contrahere nuptias & liberalitate defunctorum maritorum frui, revocaverit Justinianus; atque nova hac constitutione optionem dederit superstiti, vel nubere & preceptioni renunciare; vel relictum consequi, & à nuptiis abstinere. Rationes certe mutati juris admodum infirmæ sunt. Quod de medendo animæ defuncti dicitur, si vere accipias, ad Christianos non pertinet: si figurate, rejicienda potius à legato, quam probanda conditio est, ne nubat superstes, ut ex iniquo testatoris judicio profecta. Summa invidia est, si suaviter vixeris cum conjugē tua, nolle ut ab alio quam optime tractetur: si casta & pulchra placuerit tibi

in conjugio, invidere alii eam voluptatem, qua ipse frui mortuus nequeas. Stultitia vero, putare, viduæ libidinem hoc freno cohiberi posse, quæ casto in conjugio honeste forte non vixit. Viduitas, sicut virginitas, suaderi potest, imperari non potest, res voti magis quam præcepti; ut inhonestum videatur, eam injungere velle, sub damno amittendi legati vel hereditatis, mulieribus, præsertim iis, quæ juvenes, corporis & fortunæ dotibus cumulata, fervori humanæ fragilitatis resistere nequeunt. Si ea sit infirma foeminarum natura, ut pleræque non tam liberorum quærendorum causa, quam propter libidinis necessitatem appetant secundas nuptias (quæ altera Justiniani ratio est,) potius invitandæ, quam metu damni à conjugio arcendæ sunt, & arguendus defunctus, quod cœlibatum imponere nifus fuerit, quem sine uestione ferre vidua nequit. Christianius & melius Paulus consulit huic sexui: *velim juniores (viduas) nubere, liberos gignere, domum administrare, nullam occasionem dare adversario ad conviciandum.* 1. ad Timoth. 5. v. 14. Et rectius alibi memoratus Imperator. *Neque mulieres deducimus ad necessitatem amaræ, & nostrorum temporum indignam, ut metu castarum nuptiarum (licet secunda sint) ab his quidem abstineant, & descendant ad quasdam interdiktas permixtiones, & forsitan etiam ad servorum corruptiones; & quoniam non licet legaliter caste vivere, contra leges luxurientur.* Et paulo post: *Optimum itaque est, atque laudabile, & dignum oratione, ut mulieres ita se honeste tractent, quatenus semel ad virum venerunt, servent inviolatum morientium thorum: & hujusmodi mulierem, & miramur pariter, & laudamus, & non procul à virginitate ponimus. Sin autem non valuerit (cum forsitan & juvenis hoc non patiat, nec possit contra fervorem naturæ resistere) non est torquenda propter hoc: nec interdicienda sunt ei communes leges: Sed ad viri alterius veniat nuptias honeste, & omni luxuria abstineat, & fruatur successionem filiorum.* Novell. 2. cap. 3. In qua Constitutione, cum amaræ vocat Imperator necessitatem, metu damni à secundis nuptiis arceri, atque apertis verbis alibi testetur, *naturam genuisse mulieres, ut partus ederent, & maximam iis cupiditatem in hoc constitutam esse* l. 2. C. de indikt. viduit. & admodum sibi hic contrarius est, cum dicit, *defuncti voluntatem sub amissione legati indicentis viduitatem, illiciti nihil, nihil amarulenti in se continere.* Illicitus enim cœlibatus est ei, qui se continere nequit, secundum Apostoli doctrinam: 1 Corinth. 7. *Amarum est, metu damni à nuptiis arceri, ad quas necessitas impellit.* Absurdum est, scopum naturæ, ut propagetur genus humanum, inhiberi. Absurdum est, scopum naturæ, ut propagetur genus humanum, inhiberi. *Novell. 22. cap. 43. Quæ omnia perpendenti mihi placent illi jurisconsulti, qui hanc Novellam usu, idque jure sublatam esse contendunt, & secundum priorem Justiniani legem.* l. 2. C. de indikt. viduit. sæpius judicatum à Belgii Curia referunt: *affirmantque, valere quidem hodie conditionem, ut fruatur legato vel hereditate superstes ad tempus secundarum nuptiarum:* arg. l. 17. l. 22. D. de annuis legatis. non autem, ne nubat unquam. <sup>2</sup> Sed pergamus ad tertium contra secundas nuptias argumentum, ab extincta charitate erga prioris matrimonii liberos deductum. Fateor quidem multa incommoda digamos premere, existentibus ex priori conjugio liberis. Cum enim ita sumus, ut

<sup>1</sup> Zype. Notit. iur. Belg. Tit. de secund. Nupt. in fine. Christiani. vol. 4. decis. 39. n. 8. <sup>2</sup> alii, quos refert Groenew. in d. l. 2. C. de indikt. viduit. & leg. Jul. dist. <sup>3</sup> Peck. de testament. jug. libr. 1. cap. 24.

magis faveamus iis, qui ex nobis, quam qui ex alio geniti sunt; facilis inter conjuges oritur contentio, ex eo quod videatur hic vel illa magis indulgere suis, quam conjugis sui liberis. Et etiam si diversi thori duntaxat existunt liberi, ex secundo & ex priori matrimonio; alterutrum sæpius contingit; vel ex æmulatione, & naturali quadam inter hosce liberos animorum alienatione, ipsi conjuges inquietantur (difficile enim hic est, ita se temperare, ut & tibi, & conjugi, & liberis satisfacias) vel mater, secundi conjugis sui delinimentis devicta, injuriosa & austerior nimis sit prioris matrimonii liberis. Quæ accurate perpendens Imperator Constantinus, dixit, *immoderatas atque intemperantes mulieres novis maritis non solum res filiorum, sed etiam vitam addicere* l. 22. C. de administr. tutor. Et Gajus, parentes plerumque maligne circa sanguinem suum inferre judicium, novercalibus delinimentis, instigationibusque corruptos. l. 4. D. de inoff. testam. Solent enim novercæ & vitrici persequi liberos prioris matrimonii, ut faveant suis. Hinc odium novercale, jam olim quasi in proverbium abiit; & novercalibus in Agrippinam stimulis accensam Liviam Tacitus scribit. Hinc novis nuptiis injuriam facere liberis suis dicitur mater, exhonorare eos, & se funestare. Novell. 2. cap. 1. Novell. 22. cap. 25. junct. l. 3. §. 1. C. de secund. nuptiis, atque apud omnes fere nationes secundæ nuptiæ exosæ sunt, & patrum Christianorum auctoritate minus probatæ. Scite Seneca, nulli non magno consistit & bona noverca. Verum hæc incommoda & mala ex accidenti & ex corruptis hominum moribus, non per se obveniunt nuptiis; nec propterea secundas damnat Justinianus, sed laudat primas, quæ hujusmodi incommoditatibus non premuntur. Novell. 2. cap. 3. Neutram autem conjunctionem pœnis subjicit. Non adversatur nobis, si quis alleget, eas Imperatoris constitutiones, quæ iterantibus nuptias adimunt proprietatem eorum, quæ ex liberalitate defuncti conjugis profluxerunt l. 3. C. de secund. nuptiis. & cohibent omnimodam disponendi de propriis bonis licentiam in favorem secundi conjugis. l. 6. C. de secund. nuptiis. Nam cum locum non habeant, cum nulla ex priori conjugē extat soboles, certissimo argumento sunt, in secundas nuptias, scriptas non esse. Deinde si quæ extet ex superstite soboles, prospectū duntaxat voluit Imperator liberis adversus injurias parentum, non ipsas nuptias pœnis subjecit, dummodo legitime contrahantur. In festinatis nimium nuptiis aliud est, de quibus postea. Minus adversatur, quod novella 22. c. 37. secundas nuptias invito priore marito contractas, non matrimonium, sed scortationē & corruptionem esse dicat; loquitur enim textus de ancilla manumissa & ducta, quæ ingrata patrono, eidemque marito injurias non decentes, divortio facto, intulit. l. 11. D. de divort. Cæterum, secundas nuptias damnavit Imperator Leo, argumento à quibusdam animalibus desumpto, quæ conjugē mortuo perpetuam viduitatem amplectuntur, aliisque nuptiis, priores, quasi congesta terra, obtegere nolunt: vocavitque hanc naturæ humanæ imbecillitatem, turpissimam, & ad tertium convolare matrimonium prohibuit. Novell. Leon. 90. Constantinus Porphyrogeneta tertias nuptias utcunque, sub certo modo, concessit.

<sup>1</sup> Libr. 1. cap. 33. *Annal.*

<sup>2</sup> Videat le-  
Etor Rit.  
terbus. libr.  
2. cap. 1. de  
de different.  
juris Greg.  
Tholos. sym-  
tagm. jur.  
libr. 9. c. 26.  
n. 4. & seqq.

<sup>3</sup> Mastert.  
tract. de se-  
cund. Nupa.  
quæst. 6. n. 2.

*Lib. 7. di-  
spus. § 3. n. 3.  
de sacram.  
matrimon.*

nis hanc videtur Sanchez tradere: quia conjunctio concubinaria, cum ei desit affectus ad matrimonium contrahendum, nil habet cum conjunctione Christi & ecclesia, nec insti-  
tuta est ad illam significandam. <sup>1</sup> Sed ô cæcos animarum duces, ô libidini Deo

damnatæ magis, quam casto matrimonio Deo probato faventes theologos! Nonne potius oportuit, impuros scortatores, & qui se concubinis miscent, à ministerio, quod casto corde & animo mundo peragendum est, arcere, quam digamum, trigamumve, modo honesto in conjugio caste vixerint? Apostoli verba sunt: oportet episcopum irreprehensum esse, unius uxoris virum, vigilantem, temperantem, compositum, aptum ad docendum, vita domi & foris probata, ne in probrum incidat, & laqueum diaboli. <sup>1</sup> Timoth. 3. vers. 2. & seqq. talis homo castus digamus est; scortator, vel qui se concubinis polluit, non est. An ignoratis Pontificii, qui agglutinator scorto, unum corpus esse cum scorto, nec amplius esse membrum Christi? nec possessurum hereditatem regni Dei? <sup>1</sup> Corinth. 6. vers. 9. & 16. Rectius igitur nos juxta Pauli doctrinam, digamos, dummodo probatæ sunt vitæ, ad ministerium promovemus, qui scortantur, vel concubinas alunt, à ministerio removemus, nec iis delicti gratiam facimus. Sed hæc missa faciamus, & ad jus civile revertentes, dicamus, quomodo liberis prioris matrimonii prospectum voluerit Justinianus.

Jure Codicis, superstes, seu viduus, seu vidua, qui secundas non sectatur nup-  
tias, omnium quæ ex liberalitate defuncti conjugis accepit, pleno jure dominus est, ea administrare, & alienare pro lubitu potest: si quæ tamen non fuerint alienata, ea liberi, etiamsi non adeant paternam vel maternam hereditatem, vindicare possunt. <sup>l. 5, §. 2. l. 8. §. 1. C. de secund. nupt.</sup> Jure novo superstiti conjugis, etiamsi non transeat ad secunda vota, usufructus lucri nuptialis duntaxat cedit, proprietates liberis reservatur. *Novell. 98. cap. 1.* Jure vero novissimo, superstes cœlibatû honorans defunctum, eoque testans, ne morte quidem solum esse eorum matrimonium, neque extinctum mutuum amorem, præter usumfructum, proprietatis tantum, quantum filiorum quantitas facit, consequitur. *Novell. 127. cap. 3. auth. sitamen. C. de secund. nupt.* Harum vero, ut hoc in transitu dicam, Justiniani constitutionum nulla hodie observatur, sed quicquid seu pacto antenuptiali, seu testamento, seu alio modo superstiti defunctus concessit, non nubenti integrum cedit. Si secundas elegerit nuptias alter conjux, jure Codicis & Novellarum, quatuor modis, liberis primis matrimonii, seu morte alterius, seu divortio soluti, prospectum est. Primum, tam vir quam fœmina, omnium rerum proprietatem amittit, quas quocunque titulo ex liberalitate prioris conjugis accepit, & earum duntaxat usumfructum in diem vitæ retinet <sup>l. 3, l. 5. l. 9. §. 1. C. de secund. nupt. Novell. 22. cap. 23. & cap. 30.</sup> Ipsæ autem res, quæ donatæ aut relictæ sunt, liberis prioris matrimonii integræ servari debent, idque omnibus ex æquo in solidum, exclusis liberis secundi conjugii, jure novellarum, *Novell. 2. cap. 1. Novell. 22. cap. 25.* quo mutatum fuit jus Codicis, quod superstiti non denegavit licentiam dividendi eas res pro suo arbitrio inter liberos, vel uni eorum relinquendi.

di. l. 5. l. 7. C. de secund. nupt. Deinde quæ convolavit ad secundas nuptias, ex testamento succedit mater liberis suis, sicuti institutus quilibet: ab intestato quoque vocatur, sive ante mortem, filii, sive postea, alias contraxerit nuptias: sed ab intestato eorum solum usumfructum percipit, quæ ex paterna substantia ad filium pervenerunt: antenuptiali vero donatione, neque secundum quantum heres existit filii, fruitur. *auth. ex testamento. C. de secund. nupt. Novell. 2. cap. 3. Novell. 22. cap. 46.* nisi nulla amplius proles ex priori matrimonio superfit. l. 3. §. 1. C. de secund. nupt. Denique, jus non est binubæ revocandi res à se donatas ob ingratum liberorum, nisi aperte constiterit, filium vitæ matris insidias struxisse, aut molitum fuisse omnes matris evertere facultates & conturbare rationes, aut ei impias intulisse manus. l. 7. C. de revocand. donat. Novell. 22. c. 35. Tandem, binubo marito vel mulieri jus non est, testamento, pacto antenuptiali, aliove titulo, plus relinquendi secundo conjugii, quam uni liberorum prioris matrimonii, & quidem minimum habenti, modo ille propter meritum suum non fuerit exheredatus, vel minus legitima portione habeat. l. 6. C. de secund. nupt. Novell. 22. cap. 27. Omne quod plus datum, relictum, donatum est, tanquam non scriptum neque relictum, vel donatum, aut datum, liberis prioris conjugis ex æquo defertur, nulla portione secundi matrimonii liberis, vitrico vel novercæ concessa. d. Novell. 22. cap. 27. qua abrogatur l. 9. C. de secund. nupt. Ita Jus civile, contrahente novus nuptias superstitite conjugē, non odio secundarum nuptiarum constituit, sed liberis prioris matrimonii favens prospexit, ne ille vel illa secundi conjugis blanditiis deliniti, injuriam adversus eos facile inducant, prætextumque ingrati commissi, ut eos exheredent, noceantve, quærant. Deinde etiam, ne possit superstes contra defuncti (quæ facile colligi & præsumi potest) voluntatem, ea secundo marito relinquere, quæ ille conjugii suæ potius quam liberis suis præcipua esse voluit, eo tamen proculdubio animo, ut ea ipsa post mortem superstitis deferrentur communibus liberis. Plus quidem propria sobole uxorem suam amavit defunctus, non autem secundum ejus maritum, vel ex eo liberos, quos ne novit quidem. Hæc omnia civilia jura latius exequuntur Sichardus, Peckius. <sup>1</sup> Hodierna, <sup>2</sup> Mæstertius, <sup>3</sup> ad quos lectorem brevitas causa remitto. <sup>4</sup>

- <sup>12</sup> Disputant Interpretes, sintne hæc jura, quæ continere pœnas secundarum nuptiarum dicuntur, jure pontificio sublata? Verior & maxime frequens negans sententia est. Sustulit quidem jus canonicum festinatarum nuptiarum pœnas, sed de cæteris non disposuit, ut eas abrogasse dici non possit: præcipue non in terris imperii, in quibus nullam potestatem circa terrena disponendi habent Pontifices. <sup>6</sup> Quid circa hæc omnia in Republica nostra observetur, si quis quærat, cum non unico, sed diversis modis cautum voluerit jus civile liberis prioris matrimonii, de singulis singulatim ei respondendum est. Constat satis, legem hac editam l. 6. C. de secund. nupt. Majoribus nostris multis seculis incognitam, primum in lite, quam liberi Egidii



in conjugio, invidere alii eam voluptatem, qua ipse frui mortuus nequeas. Stultitia vero, putare, viduæ libidinem hoc freno cohiberi posse, quæ casto in conjugio honeste forte non vixit. Viduitas, sicut virginitas, suaderi potest, imperari non potest, res voti magis quam præcepti; ut inhonestum videatur, eam injungere velle, sub damno amittendi legati vel hereditatis, mulieribus, præsertim iis, quæ juvenes, corporis & fortunæ dotibus cumulata, fervori humanæ fragilitatis resistere nequeunt. Si ea sit infirma scæminarum natura, ut pleræque non tam liberorum quærendorum causa, quam propter libidinis necessitatem appetant secundas nuptias (quæ altera Justiniani ratio est,) potius invitandæ, quam metu damni à conjugio arcendæ sunt, & arguendus defunctus, quod cœlibatum imponere nifus fuerit, quem sine unctione ferre vidua nequit. Christianius & melius Paulus consulit huic sexui: *velim juniores (viduas) nubere, liberos gignere, domum administrare, nullam occasionem dare adversario ad conviciandum.* 1. ad Timoth. 5. v. 14. Et rectius alibi memoratus Imperator. *Neque mulieres deducimus ad necessitatem amaræ, & nostrorum temporum indignam, ut metu castarum nuptiarum (licet secundæ sint) ab his quidem abstineant, & descendant ad quasdam interdictas permixtiones, & forsitan etiam ad servorum corruptiones; & quoniam non licet legaliter caste vivere, contra leges luxurientur.* Et paulo post: *Optimum itaque est, atque laudabile, & dignum oratione, ut mulieres ita se honeste tractent, quatenus semel ad virum venerunt, servent inviolatum morientium thorum: & hujusmodi mulierem, & miramur pariter, & laudamus, & non procul à virginitate ponimus. Sin autem non valuerit (cum forsitan & juvenis hoc non patiat, nec possit contra fervorem naturæ resistere) non est torquenda propter hoc: nec interdicienda sunt ei communes leges: Sed ad viri alterius veniat nuptias honeste, & omni luxuria abstineat, & fruatur successione filiorum.* Novell. 2. cap. 3. In qua Constitutione, cum amaræ vocat Imperator necessitatem, metu damni à secundis nuptiis arceri, atque apertis verbis alibi testetur, *naturam genuisse mulieres, ut partus ederent, & maximam iis cupiditatem in hoc constitutam esse* l. 2. C. de indict. viduit. & admodum sibi hic contrarius est, cum dicit, *defuncti voluntatem sub amissione legati indigentis viduitatem, illiciti nihil, nihil amarulenti in se continere.* Illicitus enim cœlibatus est ei, qui se continere nequit, secundum Apostoli doctrinam: 1 Corinth. 7. *Amarum est, metu damni à nuptiis arceri, ad quas necessitas impellit.* Absurdum est, scopum naturæ, ut propagetur genus humanum, inhiberi. Novell. 22. cap. 43. *Quæ omnia perpendenti mihi placent illi jurisconsulti, qui hanc Novellam ulu, idque jure sublatam esse contendunt, & secundum priorem Justiniani legem.* l. 2. C. de indict. viduit. sæpius judicatum à Belgii Curia referunt: <sup>1</sup> *affirmantque, valere quidem hodie conditionem, ut fruatur legato vel hereditate superstes ad tempus secundarum nuptiarum:* arg. l. 17. l. 22. D. de annuis legatis. non autem, ne nubat unquam. <sup>2</sup> Sed pergamus ad tertium contra secundas nuptias argumentum, ab extincta charitate erga prioris matrimonii liberos deductum. Fateor quidem multa incommoda digamos premere, existentibus ex priori conjugio liberis. Cum enim ita nati sumus, ut

magis

<sup>1</sup> Zype. Notit. Jur. Belg. Tit. de secund. Nupt. in fine. Christiani. vol. 4. decis. 39. n. 8. & alii, quos refert Groenew. in d. l. 2. C. de indict. viduit. & leg. Jul. Misic.  
<sup>2</sup> Peck. de testam. conjug. libr. 1. cap. 24.

magis saveamus iis, qui ex nobis, quam qui ex alio geniti sunt; facilis inter conjuges oritur contentio, ex eo quod videatur hic vel illa magis indulgere suis, quam conjugis sui liberis. Et etiam si diversi thori duntaxat existunt liberi, ex secundo & ex priori matrimonio; alterutrum sæpius contingit; vel ex æmulatione, & naturali quadam inter hosce liberos animorum alienatione, ipsi conjuges inquietantur (difficile enim hic est, ita se temperare, ut & tibi, & conjugi, & liberis satisfacias) vel mater, secundi conjugis sui delinimentis devicta, injuriosa & austerior nimis fit prioris matrimonii liberis. Quæ accurate perpendens Imperator Constantinus, dixit, *immoderatas atque intemperantes mulieres novis maritis non solum res filiorum, sed etiam vitam addicere* l. 22. C. de administr. tutor. Et Gajus, parentes plerumque maligne circa sanguinem suum inferre judicium, *novercalibus delinimentis, instigationibusque corruptos* l. 4. D. de inoff. testam. Solent enim novercæ & vitrici persequi liberos prioris matrimonii, ut faveant suis. Hinc odium novercale, jam olim quasi in proverbium abiit; & novercalibus in Agrippinam stimulis accensam Liviam Tacitus scribit. <sup>1</sup> Lib. 1. cap. 33. Annal. Hinc novis nuptiis injuriam facere liberis suis dicitur mater, *exbonorare eos, & se funestare*. Novell. 2. cap. 1. Novell. 22. cap. 25. junct. l. 3. §. 1. C. de secund. nuptiis, atque apud omnes fere nationes secundæ nuptiæ exosæ sunt, & patrum Christianorum auctoritate minus probatæ. <sup>2</sup> Scite Seneca, *nulli non magno consistit & bona noverca*. Verum hæc incommoda & mala ex accidenti & ex corruptis hominum moribus, non per se obveniunt nuptiis; nec propterea secundas damnat Justinianus, sed laudat primas, quæ hujusmodi incommoditatibus non premuntur. Novell. 2. cap. 3. Neutram autem conjunctionem pœnis subjecit. Non adversatur nobis, si quis alleget, eas Imperatoris constitutiones, quæ iterantibus nuptias adimunt proprietatem eorum, quæ ex liberalitate defuncti conjugis profluxerunt l. 3. C. de secund. nuptiis. & cohibent omnimodam disponendi de propriis bonis licentiam in favorem secundi conjugis. l. 6. C. de secund. nuptiis. Nam cum locum non habeant, cum nulla ex priori conjugē extat soboles, certissimo argumento sunt, in secundas nuptias, scriptas non esse. Deinde si quæ extet ex superstite soboles, prospectū duntaxat voluit Imperator liberis adversus injurias parentum, non ipsas nuptias pœnis subjecit, dummodo legitime contrahantur. <sup>3</sup> In festinatis nimium nuptiis aliud est, de quibus postea. Minus adversatur, quod novella 22. c. 37. secundas nuptias invito priore marito contractas, non matrimonium, sed scortationē & corruptionem esse dicat; loquitur enim textus de ancilla manumissa & ducta, quæ ingrata patrono, eidemque marito injurias non decentes, divortio facto, intulit. l. 11. D. de divort. Cæterum, secundas nuptias damnavit Imperator Leo, argumento à quibusdam animalibus desumpto, quæ conjugē mortuo perpetuam viduitatem amplectuntur, aliisque nuptiis, priores, quasi congesta terra, obtegere nolunt: vocavitque hanc naturæ humanæ imbecillitatem, *turpissimam*, & ad tertium convolare matrimonium prohibuit. Novell. Leon. 90. Constantinus Porphyrogeneta tertias nuptias utcunque, sub certo modo, concessit.

<sup>2</sup> *Trañ. de  
secund. Nupt.  
quest. 4. §. 5.  
6. 7.*

quartas vero nemini, *Novell. 1. cap. 2. v. ut autem.* Vtriusque constitutiones hæreticas dicit Mæstertius. <sup>1</sup> Hactenus de jure civili.

<sup>3</sup> *Canis. in  
rubr. Tit. x.  
de secund.  
Nupt. Bel-  
larm. de ma-  
trim. sacra-  
ment. libr. 1.  
cap. 9.  
Sanct. lib.  
7. disput. 81.  
n. 4. de ma-  
trimon.*

<sup>4</sup> *D. libr. 7.  
disput. 82.  
n. 16.*

<sup>5</sup> *Sanct. d. l.  
n. 15. & 16.*

<sup>6</sup> *Sanct. d. l.  
DD. in C. 3.  
de secund.  
Nuptiis.*

<sup>7</sup> *In Manl.  
cap. 22. n.  
83. Sanct.  
libr. 7. disput.  
82. n. 18. &  
seqq. de Ma-  
trimon.*

Jus canonicum, ut de hoc quoque aliquid dicamus, tantum abest à con-  
demnatione secundarum nuptiarum, ut etiam festinatorum civilis juris pœ-  
nas sustulerit. *C. penult. & ult. x. de secund. nupt.* & si alibi parum honeste, de  
digamia, seu trigamia loquatur, id facit in exhortationem vidualis continen-  
tiæ, non in condemnationem digamiæ. *C. x. caus. 31. q. 1.* Canon autem, quid dicit,  
secundam accipere uxorem, esse quidem secundum præceptum Apostoli lici-  
tum, at secundum veritatis rationem, veram scortationem; quæ, cum permit-  
tente Deo & licenter committitur, honesta habetur. *C. 9. caus. 31. q. 1.* desum-  
tus à Gratiano ex cujusdam hæretici opere imperfecto, vel ab hæreticis cor-  
ruptus est, & falso Chrysostomo inscribitur. <sup>2</sup> Quis enim dixerit, Apo-  
stolum quid præcepisse contra veritatis rationem: aut eum secundas nuptias  
scortationem dicere, quæ in utroque testamento permittuntur. *C. 12. & 13.  
caus. 31. q. 1.* Alter canon, qui pœnitentiam iterantibus nuptias injungit, *C. 8.  
caus. 31. q. 1.* de iis loquitur, qui frequenter & sæpius nubunt; & non tam nu-  
ptias, quam nubentium nimiam intemperantiam reprehendit. Ita Sanchez. <sup>3</sup>  
At melius Beza hunc canonem Synodi Neocæsariæ loqui intelligit de  
iis, qui post baptismum uxori adhuc superstiti, & aliam quam adulteri ob  
causam injuste repudiatæ, novam superinducebant; eumque errore postea de  
successiva digamia intellectum esse dicit. Cæterum, sacerdotalem benedi-  
ctionem negant Pontifices iterantibus matrimonium. *C. 1. 3. x. de se-  
cund. nupt.* non in contemptum, vel pœnam secundarum nuptiarum; sed quod  
cum alia vice benedicti sint, eorum benedictio iterari non debeat. *d. C. 3.*  
Rationis rationem dat Sanchez: *dedecere videtur, ut solennes rerum aut personarum  
benedictiones, quales sunt consecratio ecclesie, altarium, virginum, nuptiarum, in eadem  
persona iterentur; ne vilipendantur.* <sup>4</sup> Idque locum habere volunt Pontificii, modo  
alter conjugum duntaxat repetit nuptias; quia in eo benedictio facta manet,  
& neuter conjux absque altero benedici potest: <sup>5</sup> aliud esse dicunt, si neuter in  
prioris matrimonii celebratione benedictus fuerit. <sup>6</sup> quam recte hoc utrum  
que, jam non disputo. Statuit Navarrus, consuetudine induci posse, ut secundæ  
nuptiæ benedicantur: <sup>7</sup> idque moribus nostris, ut maxime Evangelio con-  
veniens, receptum est. Negat Lucius tertius, illi fas esse ad sacerdotii dignita-  
tem aspirare, qui secundo nupsit, aut unius sed viduæ conjugium fuit exper-  
tus; vultque jam promotum, exuendum esse omnibus Clericorum privile-  
giis; nec polygamie gratiam facere, licitum esse Pontifici, statuit. *C. 2. x.  
de digamis non ordin. C. un. x. de digam. in 6.* Id quoque observandum esse In-  
nocentius tertius in iis matrimoniis decrevit, quæ jure non subsistunt, licet  
tum revera hi simulati conjuges, digami dici non possint: in ea namque re  
non juris effectum, quo quædam matrimonia contrahi prohibentur; sed ani-  
mi destinationem inspiciendam esse voluit, ut dispensatio denegetur: vel, ut  
ille loquitur, ut non inhæreat Romani juris rationi, sed falso Romanæ Se-  
dis

dis dogmati, quo matrimonium novi foederis sacramentum dicitur, *non propter sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis cum opere subsequendo* C. ult. x. cod. Opus autem quod hic exigit Pontifex, carnalis copula est: nam digamus non dicitur, nec divisisse carnem suam in plures, qui solo consensu cum secunda, vel cum vidua matrimonio contracto non adjecit concubitum C. 5. x. cod. Hujus juris ratio ex hoc Apostoli dicto hauritur: *Oportet Episcopum esse unius uxoris virum. ad Timoth. 3. vers. 2.* Hinc hoc modo ex Innocentio tertio ejus nominis Papa in C. 5. x. cod. argumentatur Sanchez: *decet Ministros sacramentorum, qui ad Ordines promovendi sunt, nullam circa sacramenti significationem defectum pati. Bigamus autem defectum in matrimonii sacramento patitur: Eo quod matrimonium ideo rationem sacramenti induit, quod significet conjunctionem Christi cum ecclesia, quae conjunctio est unius cum una: quam unitatem tollit digamus, carnem suam in plures dividens. addit & hanc rationem: signum est nimia incontinentia, quæ admodum dedecet Ministros Ecclesie, duplici matrimonio copulati.* At, ut huic homini respondeam, Paulus non interdicet Episcopo digamiam, sed uxorum multitudinem, uti Chrysostomus hunc locum interpretatur. Sed verius respondendum puto, Paulum quidem loqui de succedanea polygamia, laudare autem in Episcopo monogamiam: non damnare digamiam: Et cum loquatur de solo Episcopo sacrorum Antistite, non de quolibet sacrificulo, aut Curione, quæ ratio est, ut hisce omnibus digamiam obesse voluerint Pontifices? Matrimonium sacramentum novi foederis non est, ut id sumunt Pontificii: conjunctionem autem Christi cum Ecclesia tam digamia, tam trigamia, modo castæ sint, quam primæ nuptiæ significant. Recte Beza: *cum uxor esse desierit, cujus maritus mortuus est, & nemo vicissim mortuæ uxoris sit maritus, & illa unius etiam (si voles) centesimi unica, & ille unius, quamvis tenebrina, unus est. Quin etiam si spirituale conjugium ex Apostoli sententia potius quam ex Pontificum vanissima commemora æstimemus: in repetitis potius quam in primis nuptiis hæc analogia invenietur, quandoquidem Christus, non, nisi ut secundus maritus, mortuo priori marito (peccato videlicet) succedit. Huc usque ille.* Pergamus hos. Incontinentia dedecet Ministros Ecclesiæ; verum est, sed non remedium contra intemperantiam à Deo largitum, ab Apostolo præceptum. Hic certe satis mirari non possum Innocentium tertium, docentem, quantum ad executionem sacerdotalis officii, libidinis commissæ gratiam iis fieri posse, qui presbyteri plurimum concubinarum consuetudine usi fuerunt. C. 6. x. *de digam. non ordin.* ad sacerdotium vero promoveri non posse, imo promotum à sacris arcendum esse, & ei culpam remitti non posse, seu, ut cum pontificiis loquar, cum eo dispensare non licere, qui ipse digamus fuit, vel castæ viduæ casto in conjugio castus adhæsit. C. 5. & ult. x. eodem. Rationem prodigiosi hujus juris hanc dat Pontifex: irregularitatem digamiæ non incurrunt Presbyteri, qui se concubinis miscent, seu, si puriore latino sermone loqui velis, contra regulas vivendi, quibus matrimonium interdicitur presbyteris, non committunt concubini, ideoque duntaxat simplici scortatione notantur. d. C. 6. Rationem ratio-

Coman. libr. 8. cap. 7.

n. 7. comment. iur. civil.

Libr. 7. de spons. 83 n. 1. de matrimonio.

De polygam. pag. (mibi) 252.

<sup>1</sup> Libr. 7. di-  
spus. § 3. n. 3.  
de sacram.  
matrimon.

nis hanc videtur Sanchez tradere: quia conjunctio concubinaria, cum ei desit affectus ad matrimonium contrahendum, nil habet cum conjunctione Christi & ecclesiae, nec instituta est ad illam significandam. <sup>1</sup> Sed ô cæcos animarum duces, ô libidini Deo damnatæ magis, quam casto matrimonio Deo probato faventes theologos! Nonne potius oportuit, impuros scortatores, & qui se concubinis miscant, à ministerio, quod casto corde & animo mundo peragendum est, arcere, quam digamum, trigamumve, modo honesto in conjugio caste vixerint? Apostoli verba sunt: oportet episcopum irreprehensum esse, unius uxoris virum, vigilantem, temperantem, compositum, aptum ad docendum, vita domi & foris probata, ne in probrum incidat, & laqueum diaboli. 1. Timoth. 3. vers. 2. & seqq. talis homo castus digamus est; scortator, vel qui se concubinis polluit, non est. An ignoratis Pontificii, qui agglutinantur scorto, unum corpus esse cum scorto, nec amplius esse membrum Christi? nec possessurum hereditatem regni Dei? 1. Corinth. 6. vers. 9. & 16. Rectius igitur nos juxta Pauli doctrinam, digamos, dummodo probatæ sunt vitæ, ad ministerium promovemus, qui scortantur, vel concubinas alunt, à ministerio removemus, nec iis delicti gratiam facimus. Sed hæc missa faciamus, & ad jus civile revertentes, dicamus, quomodo liberis prioris matrimonii prospectum voluerit Justinianus.

Jure Codicis, superstes, seu viduus, seu vidua, qui secundas non sectatur nup- 11  
tias, omnium quæ ex liberalitate defuncti conjugis accepit, pleno jure dominus est; ea administrare, & alienare pro lubitu potest: si quæ tamen non fuerint alienata, ea liberi, etiam si non adeant paternam vel maternam hereditatem, vindicare possunt. l. 5. §. 2. l. 8. §. 1. C. de secund. nupt. Jure novo superstiti conjugis, etiam si non transeat ad secunda vota, usufructus lucris nuptialis duntaxat cedit, proprietatis liberis reservatur. Novell. 98. cap. 1. Jure vero novissimo, superstes cœlibatu honorans defunctum, eoque testans, ne morte quidem solutum esse eorum matrimonium, neque extinctum mutuum amorem, præter usumfructum, proprietatis tantum, quantum filiorum quantitas facit, consequitur. Novell. 127. cap. 3. auth. fitamen. C. de secund. nupt. Harum vero, ut hoc in transitu dicam, Justiniani constitutionum nulla hodie observatur, sed quicquid seu pacto antenuptiali, seu testamento, seu alio modo superstiti defunctus concessit, non nubenti integrum cedit. Si secundas elegerit nuptias alter conjux, jure Codicis & Novellarum, quatuor modis, liberis primis matrimonii, seu morte alterius, seu divortio soluti, prospectum est. Primum, tam vir quam foemina, omnium rerum proprietatem amittit, quas quocunque titulo ex liberalitate prioris conjugis accepit, & earum duntaxat usufructum in diem vitæ retinet l. 3. l. 5. l. 9. §. 1. C. de secund. nupt. Novell. 22. cap. 23. & cap. 30. Ipsæ autem res, quæ donatæ aut relictæ sunt, liberis prioris matrimonii integræ servari debent, idque omnibus ex æquo in solidum, exclusis liberis secundi conjugii, jure novellarum, Novell. 2. cap. 1. Novell. 22. cap. 25. quo mutatum fuit jus Codicis, quod superstiti non denegavit licentiam dividendi eas res pro suo arbitrio inter liberos, vel uni eorum relinquendi.

di. l. 5. l. 7. C. de secund nupt. Deinde quæ convolvit ad secundas nuptias, ex testamento succedit mater liberis suis, sicuti institutus quilibet: ab intestato quoque vocatur, sive ante mortem, filii, sive postea, alias contraxerit nuptias: sed ab intestato eorum solum usumfructum percipit, quæ ex paterna substantia ad filium pervenerunt: antenuptiali vero donatione, neque secundum quantum heres existit filii, fruitur. *auth. ex testamento. C. de secund. nupt. Novell. 2. cap. 3. Novell. 22. cap. 46.* nisi nulla amplius proles ex priori matrimonio superfit. l. 3. §. 1. C. de secund. nupt. Denique, jus non est binubæ revocandi res à se donatas ob ingratum liberorum, nisi aperte constiterit, filium vitæ matris insidias struxisse, aut molitum fuisse omnes matris evertere facultates & conturbare rationes, aut ei impias intulisse manus. l. 7. C. de revocand donat. Novell. 22. c. 35. Tandem, binubo marito vel mulieri jus non est, testamento, pacto antenuptiali, aliove titulo, plus relinquendi secundo conjugii, quam uni liberorum prioris matrimonii, & quidem minimum habenti, modo ille propter meritum suum non fuerit exheredatus, vel minus legitima portione habeat. l. 6. C. de secund. nupt. Novell. 22. cap. 27. Omne quod plus datum, relictum, donatum est, tanquam non scriptum neque relictum, vel donatum, aut datum, liberis prioris conjugis ex æquo defertur, nulla portione secundi matrimonii liberis, vitrico vel novercæ concessa. d. Novell. 22. cap. 27. qua abrogatur l. 9. C. de secund. nupt. Ita Jus civile, contrahente novæ nuptias superflite conjuge, non odio secundarum nuptiarum constituit, sed liberis prioris matrimonii favens prospexit, ne ille vel illa secundi conjugis blanditiis deliniti, injuriam adversus eos facile inducant, prætextumque ingrati commissi, ut eos exheredent, noceantve, quærant. Deinde etiam, ne possit superstes contra defuncti (quæ facile colligi & præsumi potest) voluntatem, ea secundo marito relinquere, quæ ille conjugii suæ potius quam liberis suis præcipua esse voluit, eo tamen proculdubio animo, ut ea ipsa post mortem superstitis deferrentur communibus liberis. Plus quidem propria sobole uxorem suam amavit defunctus, non autem secundum ejus maritum, vel ex eo liberos, quos ne novit quidem. Hæc omnia civilia jura latius exequuntur Sichardus, Peckius. <sup>2</sup> Hodierna, <sup>3</sup> Mæstertius, <sup>4</sup> ad quos lectorem brevitas causa remitto. <sup>5</sup>

- 12 Disputant Interpretes, sintne hæc jura, quæ continere pœnas secundarum nuptiarum dicuntur, jure pontificio sublata? Verior & maxime frequens negans sententia est. Sustulit quidem jus canonicum festinarum nuptiarum pœnas, sed de cæteris non disposuit, ut eas abrogasse dici non possit: præcipue non in terris imperii, in quibus nullam potestatem circa terrena disponendi habent Pontifices. <sup>6</sup> Quid circa hæc omnia in Republica nostra observetur, si quis quærat, cum non unico, sed diversis modis cautum voluerit jus civile liberis prioris matrimonii, de singulis singulatim ei respondendum est. Constat satis, legem hac editam l. 6. C. de secund. nupt. Majoribus nostris multis seculis incognitam, primum in lite, quam liberi Egidii

Soutelandi Curia Hollandia advocati, contra ejus tabulas noverca movebant, in usum deductam fuisse, ante annos plus minus sexaginta, quam observationes suas scripsit Neostadius, Curia Hollandia quondam dignus senator: postea vero adeo percrebuisse, ut hodie ejus observatio lippis & tonforibus nota sit, præjudiciis Curia sæpius firmata. De eo dubitatum aliquando, neque satis inter jurisconsultos Batavos olim convenit, an protracta in lucem hæc lex [hac edictali] etiam locum habeat, cum nullis conscriptis dotalibus instrumentis, omnium bonorum communionem inter conjuges, jus matrimonii ex consuetudine inveterata inducit? Et tandem plurium sententia obtinuit, vetustiori consuetudini dictam legem, non adeo in Republica nostra veterem, cedere debere, nec posse dici conjugem ex liberalitate binubi conjugis consequi, quicquid ei jus matrimonii, inveterata consuetudine probatum, tribuit. Nulli itaque dubium est, si conscriptis dotalibus instrumentis derogaverint bonorum communioni coituri matrimonio conjuges, legi hac edictali locum esse. Quid si pactis dotalibus probaverint consuetudinem, & expressis verbis professi fuerint, sese communionem bonorum velle? Negat Antonius Matthæus hoc casu huic legi locum esse: affirmat Groenewegen, cujus sententia plurium calculis probatur: quia qui stipulatur bonorum communionem, pacto privato eam inducit, & sua liberalitate in conjugem conferre videtur, quod plus eo possidet: adeo ut tum habeat locum regula, *provisio hominis facit cessare provisionem legis seu consuetudinis*, & qui tam effuso sermone utitur, in certum incidat sui periculum. Itaque præter dimidiam omnium bonorum communium partem, si sine pactis dotalibus coierint conjuges, filialis portio (een kints-gedeelte) superstiti relinqui potest; si vero pacta dotalia conscripta fuerint, hanc itidem filialem portionem, non plus, stipulari sibi sponsus seu sponsa à viduo viduave potest; nec ea minuitur postea, etiamsi uni ex liberis prioris matrimonii minus testamento relinquat parens: Hæc portio, quamvis filialis dici consueverit, differt tamen à filiali quæ liberis filialis dicitur, eo quod ex contractu originem trahat, & tanquam pars seu quota bonorum absque onere debeat. *arg. l. 8. §. final. l. 9. D. de leg. 2. l. 72. D. de jur. dot.* cum illa quæ liberis debetur, hereditaria, & juris universalis sit, atque ad legitimam diminui possit. Cæterum quod de revocanda donatione dictum est, quin hodie obtineat, in dubium vocari non debet, cum hæc Novella 22. cap. 35. in officio liberos retineat, bonosque mores tueatur, cumque naturalis ratio jubeat, crimina liberorum adversus parentes perpetrata plecti. Ne autem sit matri binubæ ob quemcunque ingratum animū jus revocandi donata, ut recte constitutum, moribus nostris probatur; ne illa vi-

<sup>1</sup> Observat.

<sup>4</sup> in not.

tract. de pact. antenupt.

<sup>2</sup> Inde Saacke

van Pieter

Ferinx ey-

scher. contra

Adriana de

Ruysschere

gedaaghd.

den 5 Maart

1618. gecon-

firmeert by

den Hoge Ra-

de den 31

Jul. 1620. En

inde Saacke

van Philip-

pus de Bac-

kere gegysfel-

de en Requir-

rant, contra

Antoni

Thysz. gere-

quireerde.

den 3 Junii

1634. by den

seiven Raad.

vid. consl.

47. libr. 1.

conf. 206.

207. libr. 4.

IC. Batav.

<sup>3</sup> Vid. consl.

31. 32. 47.

48. lib. 1. IC.

Batav.

<sup>4</sup> Coren ob-

servat. 30. n.

29. Groe-

newv in l. 6.

C. de secund.

nupt. d. conf.

32. 48. 59.

Libr. 1. IC.

Batav. Neo-

stad. observat.

4. tract. de pact. antenupt.

Et ita decisum à Curia suprem.

inde Saacke van Gerrit Laurensz. cum

lociis impetrans. in cas. d. appel. contra Elisabeth Corn. Gysbertz. Wed. v. v. Laurens Gerrits gedaaghd. den 22.

May 1586.

<sup>5</sup> Ad libr. 48. Digest. Tit. de adulter. cap. 7. n. 24. tract. de criminib.

<sup>6</sup> In d. l. 6.

C. de secund. nupt.

<sup>7</sup> Neostad observ. 4. in not. de pact. antenupt. Crotius libr. 2. pars. 12. n. 4. In-

leyd. tot de Hollands Rechtsgeleert. verb. geen Huwvel. voorv. aard. conf. 32. conf. 40. 41. libr. 1. conf. 242. 303.

libr. 2. conf. IC. Batav. Stef. Coren. obser. 30. post. n. 29. & 54.

<sup>8</sup> Groenew. Neost. dd. ll.

<sup>9</sup> Groenew. Neost. dd. ll.

<sup>10</sup> Groenew. Neost. dd. ll.

<sup>11</sup> Groenew. Neost. dd. ll.

<sup>12</sup> Groenew. Neost. dd. ll.

<sup>13</sup> Groenew. Neost. dd. ll.

trici

18 trici blanditiis delinita injuriam adversus liberos primi matrimonii inducat, prætextum ingrati commissi quærat, ut iis obfit, noceatque. Cæteras porro civiles constitutiones, quæ tum successione liberorum, tum ea, quæ binubus ex liberalitate defuncti conjugis consecutus est, spectant, in viridi esse observantia, & secundarum nuptiarum pœnas, ut loquuntur, à moribus nostris alienas non esse, testantur Christineus, <sup>1</sup> Busius, <sup>2</sup> Gudelinus, <sup>3</sup> Zypæus, <sup>4</sup> Sande, <sup>5</sup> & post alios multos Groenewegen. <sup>6</sup> Quæ sententia quondam Curia Hollandiæ senatoribus quoque videtur placuisse. <sup>7</sup> Sed cum inter varias legum civilium de pœnis secundo nubentium restrictiones ac limitationes, quas recenset Groenewegen, <sup>8</sup> hanc quoque reponant interpretes, si vel expressim, vel tacite secundis nuptiis parentis consenserint liberi, eorumve tutores: cumque velint tacitum consensum interpositum videri, cum publicis nuptiarum denunciationibus non intercedant, neque injuriam sibi secundum matrimonium inferre, querantur liberi; quilibet facile animadvertere potest, hæc civilia de secundis nuptiis jura, vel raro apud nos in usum deducta fuisse, vel deduci potuisse. Etenim quis adeo apud nos afflictam putabit honestiorum morum disciplinam, ut liceat liberis, sine justa ratione, duntaxat ut avari & invidi, privent binubum eorum omnium proprietate, quæ ille ex liberalitate defunctæ uxoris accepit, nuptiarum à patre contrahendarum denunciationibus intercedere? Res honesta secundum matrimonium est, necessaria iis, qui se continere nequeunt, ex Pauli præcepto: at censura, non legis alicujus beneficio digni liberi sunt, qui se honestis parentum desideriis, sola avara quadam spurcicia moti, opponunt. Imo, potestne dissensus liberorum secunda vota parentum impedire? Jus naturæ, divinumque parentum consensum exigunt in nuptias liberorum; voluntne etiam, ut nuptiis parentum consentiant liberi? Quid ergo ad rem facit, etiamsi taceant, etiam assensum præbeant liberi secundis parentum nuptiis, quas eorum dissensus impedire non potest. Vulgata juris regula est, non contradicentem actui, qui eo invito celebrari potest, nullum sibi creare præjudicium. *arg. l. 39. D. de pignorat. action.* Itaque puto, hæc civiles constitutiones raro apud nos, nisi unico casu in usum deduci posse: tum scilicet, cum superstes parens tam turpi & indigno matrimonio se jungit, ut tum ipsi, tum liberis suis, tum familiæ dedecori sit talem affinitatem contrahi: existimaverim enim tum duntaxat intercessionem liberorum justam esse, non ut morari possint secundas nuptias; sed ut ostendant, indignum esse parentem liberalitate integra defuncti conjugis, qui honestum primum matrimonium, honestis liberis beatum, secunda turpi & indigna conjunctione funestat. *arg. l. 3. §. 5. D. de honor. possess. contr. tabul.* atque hoc ipso filiis suis injuriam facit.

19 Hactenus egimus de secundis nuptiis, easque nullis revera pœnis jure Romano coercitas fuisse ostendimus: excepimus tamen illas, quas effrenis libido magis, quam honestum liberorum quærendorum desiderium, intra tempus legibus constitutum, conciliat: hæc enim veris pœnis coerceri, confessi fuimus

X x x 2

imus

*Volum. 2. decif. 223. decif. 271. n. 21 22. decif. 336. & vol. 3. decif. 131. n. 9. Adl. 9. n. 4. D. de his qui notantur infam. Libr. 1. cap. 12. de Jur. novissim. Notit. Jur. Belg. Tit. de secund. nupt. Libr. 2. Tit. 3. definit. 1. decif. Fris. In l. 3. §. 1. C. de secund. nupt. post. Corem. conf. 11. n. 11. conf. 47. libr. 1. IC. Batav. Christen. dis. sert. 3. q. 27. 28. de caus. matrim. &c. Inde Jaacks van Vromm Anna van Charu ey-scherse in re-conventie. contra Mr. Otto van Arkel haat dochters man. den 24 Februar. 1586. in Append. libr. 3. part. 2. IC. Batav. pag. 8 D. l.*



mus. Jam videamus quodnam tempus secundis nuptiis contrahendis præscriptum sit, & quibusnam pœnis plectatur intra illud intervallum contractum matrimonium. Jus civile viduos confectum post obitum uxoris, viduas demum post annum ex morte mariti ad novas admisit nuptias. Ratio diversi juris in pietate & reverentia est, quam marito debet mulier, non vir uxori, & propter quam uxores maritos elugere debent, mariti vero uxores lugere non compelluntur, sed secundum pietatis rationem, & animi sui patientiam, prout voluerint, lugent. *l. 9. junct. l. 23. D. de his qui notantur infam. Annum feminis ad lugendum constituere Majores, non ut tamdiu lugerent, inquit Seneca, sed ne diutius; viris nullum tempus legitimum est, quia nullum honestum.* Quid? nonne honestum flere mortem uxoris? ita certe; sed virilis animi constantia & fortitudo, nulla lege cogente, affectus suos, luctumque moderari debet. Immodicum (ut Seneca vult) fœminarum luctum coarctare non voluerunt legum conditores, cum per anni spacium elugendos maritos voluere: *quam enim mihi, ut ejusdem auctoris verbis utar, ex illis mulierculis dabis, vix retractis à rogo, vix à cadavere revulsis, cui lacrima in totum mensem duraverint?* Sed hoc tempus tum honori mariti, & memoriæ prioris matrimonii datum voluere; ne, ut Apulcius loquitur, per immaturitatem nuptiarum, manes acerbi mariti justa indignatione suscitentur (quod ethnici dictum sua non caret ratione, si figurato sermone loqui intelligatur.) Tum præscripserunt, ne ipsius mulieris pudicitia laboret ex nünium fœstinatis nuptiis, quasi jam vivente marito thorum conjugalem violasset, vel de violando eo cogitasset. *Novell. 39. cap. ult.* Et denique per anni spacium elugendum maritum, & nuptiis abstinendum voluere, ne, muliere ex defuncto gravida, sanguinis turbatio fiat, atque incerta reddatur proles. *l. 11. §. 1. D. de his qui notantur infam. l. 53. §. 2. in fin. C. de episc. & cleric.* Quam rationem respexerunt Pontifices, qui per ludibrium, uti Tacitus refert, ab Augusto consulti, an concepto, necdum edito partu, Livia Drusilla, abducta Neroni, rite nubere, responderunt, id ita licere, si partus, cujus esset, non dubitaretur. Primam vero & postremam rationem maxime respexere legum conditores, nec si duntaxat altera earum deficeret, permiserunt matrimonium. Et si enim talis sit maritus, quem more Majorum lugeri non oportet, non potest tamen ejus vidua, si uterum gerat, ante editam partum, intra legitimum tempus nuptum collocari; quia Prætor se ad id tempus retulit, quo vir elugeretur: qui solet elugeri propter turbationem sanguinis *l. 11. §. 1. §. 2. D. de his qui notantur infam.* Et etiam si intra annum luctus jam ediderit partum mulier, in honorem prioris matrimonii expectare nihilominus debet, cum & uxor, relicta virgo, lugere virum debeat. *l. 6. D. de rit. nupt.* quamvis hoc casu à Principe facile impetrari soleat, ut intra legitimum tempus mulieri nubere liceat. *l. 10. D. de his qui notantur infam.* Tempus luctus olim annus Romuli fuit, qui 20 decem mensibus terminabatur, uti ex hoc Plutarchi patet: *mulieres à morte maritorum decem menses vidua permanebant; quod si qua intra decimum mensem nupisset, eam leges Numa yaccam prægnantem immolare jubebant.* Hujus intervalli  
præ-

- præfinitio ratio est, seu quod tantum tempus impendi voluere veteres in elu-  
gendo marito, quantum natura flagitat ad partum hominis (ut scilicet mari-  
ti mors & filii partus matri & uxori æquo tempore videatur lugubris) seu  
quod decimo post obitum mariti mense parere possit honesta fœmina. *l. 29. D. de liber. & postum.* Huic tempori adjecere postea Gratianus, Valentinia-  
nus, & Theodosius Imperatores duos menses. *l. 2. C. de secund. nupt.* Cujus  
augmenti non ea ratio est, ut putat Connanus, quod sub finem undecimi <sup>Libr. 8. c. 7.</sup>  
post obitum mariti mensis parere possit non ambigua pudicitia mulier, quæ <sup>comment. ad</sup>  
nimia tristitia & corporis ægritudine afflicta, contabuit, sed nuda Imperato- <sup>jus. Civil.</sup>  
rum voluntas. Nam sub fine undecimi mensis natus infans ex defuncto vix  
creditur esse. *arg. l. 29. D. de liber. & postum. Novell. 39. cap. ult.* & si sit, raro  
contingit, fidemque superat, quod refert Gothofredus, viduam decimo  
quarto post obitum mariti mense legitimum partum edidisse, hocque credi-  
turi fuisse doctissimorum Jurisconsultorum judicio. at autem de iis, quæ <sup>In not. ad</sup>  
21 raro fiunt, non solent Imperatores leges condere. *l. 3. l. 4. D. de legib. Cæte-* <sup>Novell. 39.</sup>  
*rum; intra legitimum hoc tempus nupta vidua, probrosis iniusta notis, hone-* <sup>cap. 2.</sup>  
*stioris nobilisque personæ decore & jure privatur; omnia, quæ de prior-*  
*is mariti bonis, vel jure sponsalium, vel judicio defuncti conjugis consecuta*  
*fuit, amittit. l. 2. C. de secund. nupt. secundo viro ultra tertiam partem bo-*  
*norum in dotem dare non potest, neque ei ex testamento plus quam tertiam*  
*partem relinquere; omnium præterea hereditatum, legatorum, fideicommis-*  
*forum suprema voluntate relictorum, mortis causa donationum est expers;*  
*neque ab intestato hereditates, vel honorarias, ultra gradum tertium vindicare*  
*ei conceditur. l. 1. C. eod. Notatur infamia pater, qui filiam familias in*  
*matrimonium collocavit, isque qui sui juris sciens eam duxit, l. 1. D. de*  
*bis qui notantur infam. non autem qui iussui patris sui, in cujus sacris est, in du-*  
*cendo obsequutus fuit: sed pater ejus, qui passus fuit: utrumque recte: nam &*  
*qui obtemperavit, venia dignus est, & qui passus est ducere, notari ignominia.*  
22 *l. 11. §. final. D. eod. Cæterum in transcurso quasi notandum est, aliud esse*  
*lugere, aliud elugere. Post Cannensem cladem ob frequentiam lugentium, ne*  
*publica Cereris & alia sacra intermitterentur, senatusconsulto triginta diebus*  
*luctus finitus est, elugetur autem anni spatio: lugentur parentes, liberi utrius-*  
*que sexus, nec non & cæteri adgnati vel cognati, at qui eos non elugit, non*  
*notatur infamia. l. 23. D. de his qui notantur infam. elugetur maritus sub infamiae*  
*pœna: lugetur lugubribus. l. 8. D. eod. elugetur abstinendo à nuptiis. l. 11.*  
*D. eodem. Hæc de jure civili.*
- 23 Pontificum jus, non solum, uti Romanum, confestim ab excessu uxoris,  
novam nuptiarum licentiam dat marito, sed etiam post elatum maritum  
statim uxori, eamque intra tempus luctus nuptam hodie infamiae eximit. *C. penult. & ult. x. de secund. nupt.* quamvis olim infamiae pœnam probaverit *C. 2. caus. 3. q. 7.* Scilicet, habet hoc jus Canonicum, ut veteres canones magis  
semper honestatem observent, quam novi: habetque hoc singulare, contra

Romanarum legum morem, ut jus antiquum, ratione nostri, abroget posterius, magisque nos liget. Ratio autem mutati juris civilis, auctoritas Apostoli est, docentis, mulierem solutam esse à lege defuncti mariti, ut pro arbitrio suo nubere possit, cui velit. Scilicet, propter hæc verba corrigi debuit jus Romanum, licet Apostolus alibi dicat illud omne observandum esse, quod honestum, utile, decorum est. Deinde nubendi licentiam dat Apostolus viduæ, sed in domino: at vero, nubitne in domino mulier, quæ vel prægnans, statim ab excessu primi mariti, uteri secretum turbari, & incestari patitur à secundo? quæ memoria viri, cum funere elata, libidinofam venerem magis quam nuptias appetit? Hocine jus poliest, confestim post compositum conjugis funus, viduam posse levitatem, procacitatem, atque libidinis intemperantiam impune ostendere? *Nubat*, dicit Paulus, *cui vult*: at non, *quando vult*. Non corrigit de tempore luctus jus publicum, sed honestatem secundarum astringit nuptiarum. Verum est, mortuo viro solutam esse uxorem à lege ejus, (quod alterum Pontificum argumentum est) Sed non minus quoque verum est, eam solutam non esse, vel à lege pudoris tantillo tempore circumscripti, vel à lege sanguinis, quem turbari naturalis honestas, jusque civile vetant. Libertatem nubendi nanciscitur vidua à Paulo, non libidinofam licentiam. Nec credendum est, Apostolum, quum pietatem inculcat, recte & honeste à majoribus constitutam nubendi rationem, hujusmodi verbis, *nubat cui vult*, everfam voluisse. Vult ille, ut sequamur, quæ decora, quæ vera, quæ veneranda, quæ pura, quæ boni nominis sunt: si qua laus, si qua virtus, ut hæc reputemus, *Philipp. cap. 4. vers. 8.* non autem, ut subvertamus ea, quæ à majoribus bene constituta sunt. In transcurso notanda Innocentiana phrasis est, non minus absurda quam ejus sententia: ait ille *non debet mulier binuba legalis infamia sustinere jacturam. C. ult. x. de secund. nupt.* at mulier festinans nuptias, non sustinet infamiæ legalis jacturam, sed famæ suæ atque pudoris.

Improbato jure canonico, magis pie, secundum Christianam modestiam, censuerunt Synodi Dordracena *ann. 1578. art. 89.* & Middelburgensis, *ann. 1581. habit. art. 36.* abstinendum viduis esse à secundis nuptiis aliquot tempus, propter honestatem: & rectus quarundam Civitatum nostrarum, Frisiz & Transylvanianæ, vicinarum nobis Provinciarum leges, non duntaxat elugendum ab uxore maritum, sed & à marito uxorem volunt, inhihentque utriusque nuptias, dum tempus luctus effluxerit. Et certe, hoc ipsum est sequi Apostoli præceptum, cum dicit, viduarum nuptias in Domino esse contrahendas. Non enim placet Deo, oblivisci statim, & cum corpore memoriam conjugis efferre: sed sentire castigationem divinam, cum altera conjugii pars abripitur: fletu & moderato luctu ostendere animi dolorem; & temperando se à secundis nuptiis aliquot tempus, deprecari ejus iram. Argumentum animi impudici & sævi est, effusissime cum fleas, vix mariti meminisse: in conjugalem thorum tepentem adhuc calore defuncti, alium adsciscere: & recte, hoc

hoc casu, accipi potest, quod Justinianus dicit, Deum offendere, memoriam defuncti, ejusque animam contristare mulierem nuptias festinantem. *Novell. 22. cap. 43.* Non quoque secundo grata potest esse mulier, quæ prioris mariti memoriam confestim delet, ejusque amorem negligit. Scandalum præbet ecclesiæ maritus, qui humanitatem exuens, quibusdam suspiriis non prosequitur memoriam amatæ conjugis, vitæ dimidium suæ: qui cum funere ex domo, nomen conjugis delens ex corde, quasi obduratus contra castigationem divinam, à tumulto ad novum thalamum volat. Plenum opus suspicionis stupri, adulterii & impudicorum affectuum: verisimile enim est, eum qui adeo festinavit, vel vivente primo viro aliquid delibasse. Lugere uxores honestum judicarunt Romani, pullati incedentes, quamvis id cujusque voluntati reliquerint, nec eorum luctui certum tempus præfinierint: *l. 9. l. 23. D. de his qui notantur infam. cum aliud suaderet ratio in viduarum nuptiis; in quibus Prætor quoque sanguinis turbationem respexit. l. 11. §. 1. D. eod.* Mortem Saræ deflevit Abrahamus, & aliquod temporis intervallum luctui datum refert Moses, antequam secundas contraheret nuptias. Fœdum est, & non sine periculo fœtus conjunctum, ut recipiat semen alterius viri, ex priore marito uterum gerens fœmina: & si superfœtatio acciderit, quod aliquibus mulieribus aliquando contigit, ut duas soboles diverforum patrum, uno eodemque tempore foveat idem uterus. Obest proli luxuriosus hujusmodi coitus ob agitationem matricis nimiam, & abortum concitat. Deinde legitimus habetur, qui decimo post obitum patris nascitur mense. *l. 29. D. de liber. & postum. l. quidam cum 4. C. de postum. heredib. instituen.* itemque legitimus, qui septimo. *l. 12. D. de stat. homin. l. 3. §. 12. D. de suis & legitim.* Cujus erit filius qui ex contracto matrimonio, primo mense post obitum mariti, intra octavum nascitur? neutrius erit, ex Alciati sententia, cum possit utriusvis esse; argute. Quas omnes rationes neglexerunt Pontifices, jus civile in pejus corrigentes. Et tamen vult Innocentius tertius, hac quoque in re, non dedignari seculares leges, sacros Canones sequi. *C. ult. x. de secund. nuptis.* Scilicet, ut quod in viduorum nuptiis neglexit jus civile, exuto naturali pudore, id quoque in viduarum nuptiis non amplius obtineat. Cæterum luctus tempus ex singularum Hollandiæ Civitatum statutis diversum est. Delphorum Optimates, (ut de quibusdam loquar) coarctatum illud spatium usque ad septimum mensem voluerunt. *art. 9. Ordin. van Huwe. saack, tot Delft. Vt & Amstelædamenses, art. 14. Ordin. van Huwelick, tot Amsterd. Anno. 1588.* nulla adhibita distinctione, feratne uterus vidua vel non, nisi quinquagenaria nuptias expetat. Quid ergo, nonne quoque pudor naturalis minimum hoc tempus expectandum anui, præcipit? nonne & in anu detestanda nimium festinans luxuria est? Si id florentis ætatis & succi plenæ viduæ non permittatur, licet constet eam prægnantem non esse, quare non idem ab effæta anu exigit christiana modestia & naturalis honestas, quæ virum fletu prosequi, mulierem cogit. Forte hoc ita constitutum ab Amstelæ-

*Lib. 9.  
Parerg. 12.  
& 3. Præsumt. 37.*

damentibus, quia sæpius juniores fœminas latet conceptus fœtus; & effœta ætas non duntaxat per se satis fugere nuptias, sed & senectus ad concludendum tarda, longum sibi deliberandi tempus sæpissime sumere solet, ut hic lege lata non fuerit opus. Lugduno-Batavi intra sextum mensem ab excessu defuncti conjugis prohibent nuptias, nisi intra id tempus partum ediderit mulier: si vero dies pariehdi sextum mensem excedat, ante editum partum. *art. 14. vande 101 Burgerlyck. Keur. tot Leyden.* Quid ergo si se prægnantem non esse doceat vidua? Expectandum nihilominus erit, cum id tempus honori etiam & memoriæ defuncti dandum sit. Quid si secundo die à viri morte puerpera fiat vidua, admittendane erit post unum vel alterum mensem ad secundum conjugium? Non videtur adversari statutum, confusionem sanguinis respiciens: at christiana modestia, naturalis pudor, & conjugalis mœstitia, qua virum lugere quamlibet honestam mulierem decet, differendas esse nihilominus novas nuptias, satis clamitant. Transylvulani quoque sex menses huic rei præscripserunt. *art. 22. Ordonn. van Huwel. saack. tot Overysel. part. 3. tit. 1. art. 11. Reghten en gewoont. tot Devent. part. 2. tit. 1. art. 9. Lantreght. van Overysel. Frisii novem. libr. 1. tit. 1. art. 13. statuten van Friesl. Illustriss. Ordines Generales Fœderati Belgii, si vidua minor quinquaginta annis sit, novem; si major, sex. art. 52. Eght Regl. vande Staten Generaal.* Maritis vero nulla lege ab Ordinibus nostris luctus tempus præscriptum est: forte ideo quod major à fœminis, quam à viris exigatur luctus. De veteribus Germanis Tacitus ait, *fœminis lugere honestum, viris meminisse*; vel quod sanguinis turbatio & ex ea incommoda mulieres respiciant solas; vel ut habeant pudor & honestas, in quo se ostendant. Quæ enim legibus interdicta sunt, dubium, an omittantur formidine pœnæ, vel virtutis amore. Existimaverim tamen Frisiorum, Transylvulanorum, Fœderati Belgii Ordinum *art. 52. Eght Reglement.* & quarundam civitatum hujus Provinciæ imitandas leges, quæ lasciviorum viduorum secundis votis etiam tempus præscribunt: ut legis fræno coercantur, quos virtutis amor coercere nequit. Vt & id imitandum est, quod de Genevensium legibus testatur Beza, non esse ducendam sponsam ex alio prægnantem, nisi à partu.<sup>1</sup> Quod quoque observandum est in muliere gravida, quæ propter adulterium à marito discessit. Quippe lugendus quidem adulter non est, nec ejus memoria chara, attamen protrahendum aliud matrimonium, ne turbatio sanguinis fiat. Quam ob rationem interdictum quoque intra anni spatium volvere matrimonium Imperatores ei mulieri, à qua, vel non jure *l. 8. §. 4. C. de divort.* vel bona gratia, dissoluto communi consensu matrimonio, maritus divertit. *l. 9. C. cod.* Imo etiam si ante diremptum ex judicis sententia conjugium, peperit fœmina, vel constet, eam prægnantem non esse; melius arbitror, ne sectetur novas nuptias, nisi post aliquod temporis à die soluti matrimonii intervallum; ne oriatur ex nimia festinatione suspicio, magis, mulierem diremptas voluisse nuptias, ut alterius vires & venerem in novo experiretur conjugio, quam odio adulteri. *arg. l. 8. §. 4. C. cod.*<sup>2</sup> Non quoque absque

<sup>1</sup> *Traët. de revuë & divorc. pag. (mibi) 102.*

<sup>2</sup> *Carpzov. libr. 2. Tit 9. definit. 165. jurispr. Consist.*

que levitatis nota fieri potest, ut mens quoque modo ex divortio contristata  
 confestim proruat in alienum amorem: quam spurcitiem Divus Hadrianus  
 triennii relegatione in quodam coercuit. *l. 8. D. divort.* Nec enim ea poena  
 in solo, non jure misso, repudio est, sed & in nuptiarum festinatione. Cate-  
 rum, vidua intra tempus luctus, quamvis duci nequeat, sponsa esse potest. *l. 10.*  
*§. 1. D. de his qui notantur infam.* In sponsa enim ex seminum confusione pro-  
 hibitionis ratio cessat. Attamen, quamvis hoc ita jure civile constitutum  
 sit, desiderandam legem putem, ne hoc viduæ liceat. Etenim in sponsalibus  
 quoque contrahendis nimia festinatio contra honestatem mihi esse videtur,  
 vix libera à suspitione adulterii vel veneficii. Non ferenda certe levitas mi-  
 hi videtur, ut mulier novas paciscatur nuptias, antequam, vel confestim  
 postquam paraverit tumultum marito; & iisdem oculis, quibus deflet tumu-  
 landum, alliciat in thalamum noviter succenturiandum. Poena, ut & hanc at-  
 tingamus, festinatarum nuptiarum hodie arbitraria est. Leidæ intra luctus  
 tempus nuptia vidua, civitatem deserere jussa fuit, ante solis occasum;  
 concessa tamen potestate, hoc quodcumque exilium redimendi sexaginta  
 florenis. Civiles poenæ, quæ præter infamiam, nuptiis intra annum luctus  
 contractis indictæ sunt, an hodie locum habeant, si intra tempus statutis no-  
 strarum civitatum luctui præfinitum nupserit vidua, (post id tempus enim,  
 etiamsi intra annum, eas locum non habere Hollandiæ Curia judicavit.)  
 disputatum aliquando fuit. Ita sentio, illas Romanas poenas, etiam quæ libe-  
 rorum prioris matrimonii favorem & utilitatem respiciunt, vi legum nun-  
 quam apud nos receptas fuisse; attamen ut æquas aliquando arbitrium Cu-  
 riz in judicando secutum fuisse, quoties nimia moræ angustia, & ex ea timor  
 confusionis sanguinis, & incertæ prolis, aliave rerum circumstantia id flagi-  
 taret. Vti patet ex illa Curiaë Hollandiæ sententia, quæ condemnatus fuit  
 quidam Jacobus Adriani filius, restituere uxoris suæ primi mariti hereditibus  
 omnia ea, quæ vi pactorū antenuptialium ex facultatibus defuncti mariti uxor  
 perceperat. Hic Jacobus habuerat uxorem secundæ uxoris ex sorore filiam,  
 duxerat eam intra quartum mensem à morte prioris mariti; Imo tempore nu-  
 ptiarum, ne hæc, nec ille, certi erant priorem maritum fato concessisse.  
 Quando & propter quas rationes hujus temporis luctui præfinito gratiam fa-  
 cere possit Magistratus Carpozvius docet, ad quem lectorem remitto, eas  
 enim referre animus non est, cum omnes pendeant ex mero Judicis arbitrio.

Cap. 12.

<sup>1</sup> Inde Saacks tassen Jan Pourwylse de Vos cum sociis Impetrant. in R. A. contra Jacob Adriaans  
 Browver als Man en vooght van Maertje Bruynen, den 15 Decemb. 1574. libr. 1. decis. 11. vande sentent. van  
 de hoghe Rade ende den Hove van Hollans. Vide Coren. d. l. <sup>2</sup> Libr. 2. Tit. 9. definit. 162. 163. & 164.  
 Iurispr. Confessor.

<sup>2</sup> 28 Ja-  
 nuar. 1656.  
<sup>3</sup> Inde Saac-  
 ke tassen Jan  
 van Alcema-  
 de als man  
 en vooght  
 vande nage-  
 laten vroe-  
 durus van  
 Dirck Simon  
 Claes Corse,  
 Impetrant  
 ter eerre, en  
 de erfgena-  
 men vande  
 voors. Dirck  
 Simons ge-  
 daagde. in  
 Julio 1517.  
 Libr. 1. decis.  
 x. vande sen-  
 tentie van  
 den hoghe  
 en Provin-  
 cial. Rad. in  
 Holl.  
<sup>3</sup> Groene-  
 vug. in l. 1.  
 C. de secund.  
 Nupt. Coren.  
 consil. 11.  
 Christen. dif-  
 fert. 3. quest.  
 27. de matri-  
 mon. Peck. de  
 testam. con-  
 jug. libr. 1. c.  
 47. n. 3. Bu-  
 sius in l. 8. n.  
 4. D. de his  
 qui notantur  
 infam. Gu-  
 del de iur.  
 Noviss. lib. 1.

## CAPUT VIGESIMUM

## De nuptiis Senatusconsulto, &amp; Principum constitutionibus prohibitis.

S U M M A R I U M

1. *Quæ inutiles, quæ incestæ proprie dicantur nuptiæ?*
2. *Quare aliquando oratione, aliquando Senatusconsulto, interdicitur dicantur tutoris & pupillæ nuptiæ?*
3. *Auctor Senatusconsulti de prohibitis inter tutorem & pupillam nuptiis, Marcus Antoninus fuit.*
4. *Pupilla dicitur in Senatusconsulto, quæ quondam pupilla fuit, jam matrona nuptiis virgo.*
5. *Ratio hujus Senatusconsulti est, ne pupillæ in re familiari à tutoribus circumscribantur.*
6. *Reconsentur persone, quantum nuptiæ cum pupilla prohibentur.*
7. *Irritæ & nullæ sunt, paterque subjacent cum pupilla tutoris nuptiæ.*
8. *Tutor pupillæ suæ matrem, vel filiam in matrimonio habere potest.*
9. *Tutor pupillam à patre sibi desponsatam, vel testamento desponsatam, uxorem ducere potest.*
10. *Pupilla & ejus, qui pro tutore res pupillæ administravit, matrimonium interdictum non est.*
11. *Jura Cæsarico, tutoris & pupillæ nuptiæ prohibentur.*
12. *Jura Bazaræ tutor pupillam uxorem ducere potest.*
13. *Restor Provincia provincielem; durante minore, ducere prohibetur, jure civili, non Bazaræ.*
14. *Modis interdicta non sunt nobilium vel Senatorum cum plebeiis matrimonia, nisi jure civili.*

**Q**uæ Justinianus uno titulo complexus est, incestas & inutiles nuptias, T. T. de incest. & inutil. nupt. nobis videtur fuit distinctis capitibus perfectæ, qui, ne in unum congestæ tanta materia mole, in pensum præsumptum efficiat. Incestæ, nuptiæ inutiles sunt, & initium nomine comprehenduntur, sed non omnes inutiles incestæ sunt. Incestas esse nuptias sanguinis & affinitatis jura demonstrant, adeoque prohibitionis ratione, ut jura datur naturalis pudor & honestas, habent iniquos, vero, mandata, constitutiones Principum, Senatusconsulta, Pontificum decreta, & cujusque populi, penes quem sit in maius imperium & legis ferendæ, jus est, placita reddens, l. 4. C. de incest. & inutil. nupt. adeoque earum prohibitionis ratio est, vel publicæ populi, vel privatis Principis utilitas, vel alia quædam incommodum quorundam politica causa. Ideoque cum ex prohibitiones, quæ naturali innotant pudori, perpetuæ sint, vel esse debeant, majorisque sint ponderis, quam quæ solo populi vel Principis placito consistunt, incestas nuptias præmissimus; inutiles vero post illas in hunc locum excutiendas, distinctis capitibus, rejecimus.

Inter inutiles primo loco occurrunt tutoris & pupillæ nuptiæ: eas Paulus, l. 59. D. de rit. nupt. Callistratus. l. 64. §. 1. D. eod. Tryphoninus. l. 67. §. 1. D. eod. Marcianus. l. ult. D. de legat. 1. Senatusconsulto interdicitas scribunt: Contrarius autem nec sibi nec cæteris idem Paulus est, cum dicit oratione hanc con-

conjunctionem prohiberi. l. 60. *prin. & §. 4. D. de rit. nupt.* modo diversae rationes, cur diversa haec scripserint jurisconfulti, inspiciantur. Senatus auctoritas, etsi post invasionem à Julio Caesare Principatum, imminuta admodum, & fracta, vix spiraret; ab optimis tamen Principibus interdum servata, atque hoc modo aliquoties honorata fuit, ut, cum quid constituendum esset, oratione suavis in senatu habita, legis ferendae auctores ipsi essent, censendi autem arbitrium Senatui relinquere. Hinc evenit, ut unum idemque aliquando oratione, aut orationis sententia, aliquando Senatusconsulto, senatus decreto, amplissima ordinis consulto inductum, constitutum, vel prohibitum dicatur, l. 32. *pr. & §. 1. junct. §. 24. D. de donat. inter vir. & uxor. l. 11. §. 3. D. de dot. praelog. l. 60. pr. D. de rit. nupt. junct. l. 4. C. de excusat. tunc d. 1. id. D. de sponsal. junct. l. 16. D. de rit. nupt. l. 8. D. de transact. junct. l. 2. D. de condit. indebit. scilicet, volens quodens Principis orationem senatusconsultum secutum fore, ut faciem referre Paulus in interdicto, ne senatoris filia liberti nonobere liceat, l. 10. *D. de rit. nupt.* Tacitus scribit, *Orationem Principis secuto parum consulto, primi Hedus senatorem citare jus adepti sunt.* Sic Ulpianus Claudiano Senatusconsulto, minor sexagenario si minorem quinquagenaria duxerit, perinde haberi, ac si minor sexaginta annorum duxisset uxorem, dixit, quod orationem ea de re habuerat Claudius, quam Senatusconsultum secutum fuit. Recte tamen à Principe in senatu orationum mentionem facimus. Ulpianus in l. 81. *D. de transact. l. 4. D. de legat. l. 32. D. de donat. int. vir. & uxor. l. 1. 10. D. de sponsal. in l. 20. §. 6. D. de petit. heredit. Paulus in l. 16. D. de nup. l. 40. D. de heredit. petit. Papinianus in l. 4. D. si libert. ingend. eff. 3 dicat. Pomponius in l. 9. *D. ad SC. Terent.* Oratio autem, quam hoc de interdictis pupillae & tutoris nuptiis senatusconsultum secutum est, in senatu recepta ab Antonino & Commodo fuit, ut ex epigrapha legis 60. *D. de nup. patet.* A. Tryphonius consultus Marco l. 67. §. 3. *D. eodem.* Ac Marcus, Antoninus appellatus fuit, ab Antonino Pio adoptatus, teste Capitolino. In inscriptione tamen legis 20. *D. de ritu nuptiar.* inendum esse puto, & pro Severi legendum Veri, non enim Commodus Severi filius fuit, sed Marci Antonini, qui 4 de Verus appellatus fuit, à patre. Annio Vero. Sed jam ad ipsum interdictum traasgrediamur. Dicit Paulus, senatusconsulto cautum fuisse, ne tutor pupillae nuptias faciat, vel si nuptias collocet. l. 59. *D. de rit. nup.* in qua lege primum notandum est, non eam pupillam intelligi, quae contracti vel contrahendi matrimonio tempore, adhuc pupilla, id est, minor est annis duodecim (nam certum est, ea aetate non magis cum aliquo quoffbet, quam cum tutore nuptias licitas esse) sed quae aequa aetate impubes, & sub tutoris potestate fuit. l. 7. *C. de interdict. matrim.* Sic Papinianus, cui diserte & apposite loqui prope modum familiare fuit, tutorem vocat, qui jam curatori rationes reddidit, & puellam, seu pupillam ejus, quae quondam sub ejus tutela fuit, etiamsi interim ex consuetudine cum ipso matrimonio mater facta fuerit. l. 62. §. ult. *D. de rit. nupt.* Verba vero jurisconfulti in eadem lege, ante constitutum aetatis tempus in-**

Libr. 11.



terdictas esse nuptias, non ad statum nuptiis naturam, sed completam, id est, ad annum ætatis vigesimum quintum completum, & vigesimum sextum inceptum, quo cura finitur, referenda sunt. l. 66. D. de rit. nupt. l. 7. D. ad leg. Jul. de adulter.

Hujus interdicti ratio, non naturalis pudor, non publica honestas, non civilis aliqua, multo minus naturalis cognatio, sed publica utilitas est: ne qua fraus à tutore fiat pupillæ circa rationes reddenda tutela. l. 64. §. 1. l. 67. §. 1. D. de rit. nupt. Quod ut planius intelligatur, sciendum est, cum (obliterato & per desuetudinem sublato per confarreationem vel coemptionem nubendi ritu, quo nupta uxor in manum viri conveniebat) jam diu percrebuisse in Republica, ut quasi usu ducta mulier, sub patris sui, avive potestate, vel emancipata sui juris maneret: cumque (cessante hoc modo inter conjuges bonorum communione) pro facultatibus sponsæ, & dignitate futuri mariti quidem, at duntaxat dos constitui cepisset cujus fructus, cederent marito, usque dum constaret matrimonium, l. 64. l. 69. §. 5. D. de jur. dot. tum experientia compertum fuit, plurimos tutores pupillas suas uxores duxisse, vel filius suis matrimonio collocasse, ut fraudem administrationis in re familiari pupillorum factam occultarent, l. 7. C. de interd. matrim. cum contracto matrimonio iis facile esset, vel minis & verberibus ab exigenda tutela ratione quondam pupillas, jam eorum uxores amovere, vel etiam, ut eas in re familiari circumscriberent (quod facile maritis est) blanditiis & perflatoria oratione permovere uxores suas, ut in rationum redditione cum proprio damno nimium indulgeant. At vero, cum expediat Republicæ, palam professi fraudem, si quæ in administratione rerum pupillæ à tutore facta fuerit; cumque utile sit, ne uxor à blandiente marito in re sua circumscribi possit, huic malo obviam iri posse, credidere Romani, si inter tutorem & pupillam nuptiæ interdicerentur. Et hæc quidem princeps, atque principum hujus senatusconsulti ratio fuit, quam etiam continuisse orationem Divi Marci, Tryphoninus testatur. nempe, ne velamento domesticæ matrimonii, ratio tutela reddenda colibeatur, l. 67. §. 3. D. de rit. nupt. vel ut Callistratus, ne pupille in re familiari circumscribantur ab his, qui rationes gesta tutela reddere compelluntur, l. 64. §. 1. D. de rit. nupt. Cui ratio & hæc ab interpretibus adjungi solent, magis ab his excogitata, quam à veteribus jurisconsultis expressa, atque non quæ momento suo non carent: primum, ne in constituenda dote, quam pro arbitrio moderabatur tutor, arg. l. 69. §. 5. D. de jur. dot. circumscriberentur pupillæ, cum quisque sibi nimis amicus & indulgens esse soleat. Deinde ne persuasionem & auctoritatem tutoris, vel ex nimia erga eum reverentia, liberum matrimonii electio pupillæ impediretur; cum factu facile videtur tutori seu curator, juvençulas, suæque curæ concreditas puellas ad matrimonium, vel secum, vel cum liberis suis ineundum pellicere: quod nudo consensu intra privatos parietes, sine ullis solennitatibus tum temporis contrahi poterat.

Prohibitæ autem hoc senatusconsulto sunt nuptiæ inter pupillam & tutorem. l. 64. §. 1. l. 66. D. de rit. nupt. etiam honorarium. l. 60. §. 2. D. eod. patrem ejus in cujus sacris est, fratremque ejusdem patris potestati subiectum l. 67. §. 2. D. eod. (Nam quamvis Tryphoninus non aperte respondeat, cum tamen quæstionem negantibus verbis proponat, negative respondere æstimandus est.) Inter pupillam porro & tutoris filium, etiam si ille emancipatus, vel pater ejus mortuus sit; nec interest, an patri suo heres extiterit, an abstineris paterna hereditate, an nec heres fuit, forte exheredatus aut prateritus: nam & fieri potest, ut per fraudem in eum collocata bona patris propter tutelam revocari oporteat. l. 67. D. eod. Inter pupillam denique & tutoris extraneum heredem. l. 64. §. 1. D. eod. libertum ejus, qui in obsequio patroni sui est, res pupillæ administrantis l. 66. §. 1. D. eodem. Inter pupillam & curatorem ejus, etiam ventri bonisque datum. l. 67. §. 4. D. eodem. & ut uno verbo concludam, inter pupillam & omnes eos, ad quos tutelæ periculum quæcunque ratione pertinere potest. l. 60. D. de rit. nupt.

- 7 Quod si contra senatusconsultum, contractæ inter has personas nuptiæ fuerint, irritæ & nullæ habentur. l. 6. C. de interdikt. matrim. l. 4. C. de excusat. tutor. l. 7. D. ad leg. Jul. de adulter. junct. l. 4. C. de incest. nupt. dos data per conditionem reperi potest. l. 7. C. de interdikt. matrim. nec datur de dote actio, quia dos non dicitur esse, quotiens matrimonium nullum est. l. 58. D. de rit. nupt. donata fisco vindicantur quasi ab indignis; sponsalia improbantur. l. 321 §. ult. D. de donat. inter vir. & uxor. ex testamento pupillæ nihil capere tutor potest. l. ult. D. de legat. 1. l. 2. §. 1. D. de his quæ ut indign. stupri ille insuper tenetur. l. 7. D. ad leg. Jul. de adulter. & veluti confessus de tutela, quia hujusmodi conjunctione fraudem administrationis tegere laboravit, infamia notatur. l. 7. C. de interdikt. matrim. l. 4. C. de excusat. tutor. & pro dignitate pupillæ extra ordinem coercetur. Relegandum censuit Senatus libertum tutorem & maritum pupillæ. l. 64. D. de ritu nuptiar. Imo adeo nullæ & irritæ ab initio sunt hujusmodi nuptiæ, ut nunquam convalescant; non quoque, etiamsi mulier post annum vigesimum ætatis suæ sextum, aut vigesimum nonum, ut (læsa restitui non amplius possit) cum quondam tutore vel curatore suo, in ejusdem matrimonii figura persistere ac senescere velit: licet alias perseverantia conjugum, post dissemientis patris mortem. arg. l. 111. D. de stat. homin. post finitam provinciarum administrationem l. 65. §. 1. D. l. 6. C. de nupt. postquam minor annis nupta, duodecim apud virum expleverit annos l. 4. D. eod. matrimonium, contra leges & constitutiones Principum contractum, reddat legitimum. Ratio diversi juris hæc est, quod mortuo patre, sui juris constitutus filius, nullius alterius, quam sui ipsius consensu ad contrahendas nuptias indigeat: quod ratio potentatus, quæ matrimonium Rectoris Provinciarum inde oriunda prohibet, ne coacta didatur nupsisse puella, deposito officio cesset: quod jam maturam nuptiis ætatem nacta mulier, nihil sit, quod ejus conjunctionem impediatur. At ducta in uxorem à tutore pupilla, semper

suspicio est, aut eum nunquam constante matrimonio ad rationes reddendas urgeri potuisse, aut si ultro reddiderit, non ex bona fide reddidisse, mulierem autem, tum propter naturalem erga maritum reverentiam, tum propter individuam illam vitæ societatem, quæ inter conjuges matrimonio contrahitur, fraudulentæ ejus rationum redditioni consensisse, quam forte si alii nupta fuisset, minime probasset. Propter eandem hanc rationem constitutum fuit, ne maritus, ejusve pater, uxoris mente capte l. 14. D. de curator. furios. vel tutor suæ curator sit; & si constitutus fuerit, ut se ab onere curatellæ excuset, ne nuptiæ incommodentur l. 3. C. de interd. matrimon. l. 4. C. de excessu tutor. Constant tamen nuptiæ inter matrem pupillæ, & tutorem, filiumque tutorem l. 2. C. de interd. matrimon. inter tutoris filiam & pupillum. l. 5. C. eod. l. 64. §. 2. D. de ritu nupt. Ratio hujus juris est, quod pupillus quondam, jam adultus & maritus factus, non credatur deterreri posse, ne à vitrico vel socero suo rationes tutelæ administratæ exigat, cum non tam facile maleculæ incertæ metus, quam tenellæ virgini, nec soleat tanta esse reverentia, & ex ea tantus metus generi adversus socerum, quam uxoris adversus maritum, & propter eum adversus mariti patrem.

Cessat quoque Senatusconsultum, si pupilla, desponsata à patre, vel restamento uxor destinata tutori, ejusve filio sit. l. 36. l. 66. D. de ritu nuptiar. l. 6. C. de interd. matrimon. l. 7. D. de adulter. l. 69. §. 5. D. de jure dot. vel Imperatoriæ clementia hujusmodi nuptias indulget. l. 7. C. de interd. matrim. Et cum par affectionis causa suspicionem fraudis amovet, neptem ex filio emancipato collocare matrimonio nepoti ex altero filio avus tutor potest. l. 67. §. 1. D. de ritu nuptiar. Non prohibentur etiam nuptiæ inter tutorem & pupillam, si illa, reddita ab eo tutelæ administratæ ratione, annum ætatis vigesimum quintum, & insuper annum utilem, hodie quadriennium, excesserit l. 6. C. de interd. matrimon. l. 66. Exibi Gothofred. D. de ritu nuptiar. Cessat enim tum ratio interdicti, ne fraus administrationis occultetur; & major facta pupilla restitui in integrum amplius nequit, etiam si in redditione tutelæ se la fam queratur. Antè vero eam ætatem, etiam si rationes tutelæ reddiderit tutor, pupillam, licet quoque ex alio marito jam matrem factam, uxorem ducere prohibetur l. 62. §. 2. D. de ritu nuptiar. l. 7. D. de adulter. propter restitutionis beneficium, quod minoribus qui se laesos queruntur competit. Absurdum videtur, quod Tryphoninus, & Leo cum Anthemio tradunt, nihil obesse nuptiis pupillæ, cum eo, qui pro tutore vel curatore res pupillæ administravit, l. ult. C. de interd. matrimon. filiz, heredisque pupillæ, cum filio ejus, qui tutelam administravit, vel curator negotia gessit. l. 67. §. 5. D. de ritu nuptiar. cum tamen ad quos periculum tutelæ perinet, prohibeantur pupillæ uxores ducere; cumque vetentur nuptiæ cum tutoris filio. l. 6. l. 7. C. de interd. matrimon. l. 66. D. de ritu nupt. ejusque herede extraneod. 64. §. 1. D. eod. Ratio diffidentiz est, quod protutor tantam potestatem in pupillam non habeat, quantum verus tutor. glossa d. l. ult. Hinc tanta non est suspicio seductam esse pupillam

pillam ad matrimonium, ut fraus administrationis occultetur. Deinde, administrator tutelæ seu actor (qui & procurator & adjutor dicitur) de quo I rypomimus loquitur, periculo tutoris administrat. l. 24. D. de administ. & pericul. tutor. d. l. 13. §. 1. D. de tutel. l. un. C. de actor. seu curat. dand. à quo exigere rationes tutelæ non impeditur cum administratore maritata pupilla: protutor quoque quandocunque velit, etiam ante pupilli pubertatem, rationes reddere, & protutelam deferere potest, non tutor. <sup>1</sup> Curator, qui negotia gessit, ut negotiorum gestor, gestorum negotiorum actione duntaxat tenetur, non judicio tutelæ. l. 1. §. 7. D. de eo qui pro tut. vel curator. negoti. gessit. Non autem simplex debitor prohibetur eam, cui obligatus ex aliqua ratione est, sibi, filioque suo conjungere. d. l. 67. §. 5. D. de rit. nupt. Est & ratio differentiarum in eo, quod Jurisconsultus de pupillæ filia loquatur; ideoque dicit rationem hereditariam esse, & simplex debitum, id est, sine eo privilegio, quod defunctæ matri competit gloss. in d. l. 67. §. 5. Nam filius quidem & heres extraneus tutoris, eodem modo, quo tutor rationes tutelæ reddere tenentur. l. 64. §. 1. D. de rit. nupt. at heres pupillæ eas non cum eodem privilegio, uti pupilla, exigere potest, gloss. in d. l. 67. §. 5. Cum privilegium quod in tutorem habent pupilli, non causæ sit datum, sed personæ, quæ meruit præcipuum favorem l. 42. D. de administ. & pericul. tutor. Hinc licet prohibeatur pupillæ matrimonium, non tamen heredis ejus. Tandem prohibitorium hoc de tutorum nuptiis Senatusconsultum est, ideoque duntaxat veros tutores, eorumque filios, & heredes eo contineri voluerunt dicti Imperatores: ne ex nimium subtili & lata ejus interpretatione, matrimonia nimis inhiherentur. l. ult. C. de Interdict. matrimon. & ibi Gothofred. Alioquin omnis debitor, qui rationibus reddendis esset obnoxius, paulatim prohiberetur pupillam sibi vel filio suo matrimonio jungere. Eadem ratione, & quia ex alterius persona hoc incommodi eis accidit, Senatusconsulto non tenentur fidejussores, nominatoresque tutorum, aut, qui eos dedere, Magistratus, quamvis deficientibus tutoribus in tutelæ periculum incident.

II Laudandum hoc jus Romanum, publicæ utilitati, ne circumferibantur tenellæ virgines, innixum, improbasse & correxisse Pontifices, interpretes tradunt; hoc moti argumento, quod nusquam hujus interdicti mentionem faciunt canones. Scilicet, cum ad hoc non sit comparatum jus civile, ut quid de matrimonio, re spiritali, & sacramento, statuere possit; obtinuit, ea omnia pro abrogatis & correctis haberi, quæ Pontifices expressis decretis non approbarunt, vel silentio præterierunt. <sup>3</sup> At vero, cum ipse Pontifex alibi dicat, credendum non esse, Romanum Pontificem, qui jura tætuisset, quod alias multis vigiliis excogitatum est, uno verbo evertere voluisse: nulla ratio nos movet, credere mutatum esse hoc jus Cæsareum, sola Pontificum taciturnitate; & non etiam admittendam hic quoque esse communem hanc regulam, quod non reperitur mutatum, cur stare prohibetur? l. 27. C. de testament. Certe ego quidem mihi imaginari non possum, cum non vereantur canones.

vene-

<sup>1</sup> Sichard. in l. 1. C. de interdict. inter tutor. & pupill. matrim. n. 8.

<sup>2</sup> Canonist. in C. 2. x. de sponsal. quos citat Bechblad. de collation. jur. connub. part. 1. cap. 5. <sup>3</sup> Vide Costatum Adversar. part. 3. in l. 36. D. de rit. nupt. Sichard. in l. unic. C. de interdict. inter tutor. & pupill. matrim. n. 9.

venerandas leges Romanas sequi, etiam in matrimonii negotio C. 1. *caus.* 30, q. 3. correctum voluisse Pontifices id, ex quo latius se diffundit dispensandi, ut loquuntur, lucrosa potestas: cui promovendæ satis diligenter alias invigilant purpurati foeneratores. Nusquam autem in jure canonico hujus prohibitionis fit mentio, forsan, quia Pontifices, cœlestes scilicet Jurisconsulti, duntaxat circa ea se occupatos tenent, quibus conscientia fidelium Deo tutæ redduntur, atque æterna animarum promovetur salus: relicta Principibus cura, latis legibus providere, ut terrestria bona suis dominis ab insidiis vafro-  
 12  
 rum hominum tuta & integra relinquantur. Cæterum Majores nostri non receperunt hoc Senatusconsultum Romanum: tum quod ex auctoritate consanguineorum, post trinas nuptiales denunciationes, adeoque tanta cum solennitate hodie celebrentur nuptiæ, ut imponendi pupillæ vix relinquatur tutori  
 1  
 locus: tum quod à simplicitate nostrorum morum alienum sit, prohibere nuptias, quæ sanguinis jus & naturalem pudorem non lædunt: tum quod jus divinum (à quo nec in his, nec aliis rebus vix nos abduci patimur) non jussit interdictum tutoris cum pupilla matrimonium. \* Tollit quoque Senatusconsulti rationem omnium bonorum inter conjuges hodie ex consuetudine inducta atque observata communio; nulla enim fraus in reddenda ratione à curatore metui, nec circumscribi in constituenda dote minor puella potest, cum omnia utriusque bona contracto matrimonio communia confundantur, & omnium æque uterque dominus fiat. Deinde, tanti fiducia amoris conjugal-  
 13  
 is, fideique maritalis æstimata fuit à Majoribus nostris, ut uxorem tutelæ mariti subjecerint, eumque bonis uxoris, societati conjugali exemptis, præfecerint. Rati scilicet, æquum justumque esse, ut patiatur mulier, absque ullo fraudis metu, bona sua administrari ab eo, cui se, suumque corpus & vitam ipsa committit, creditque. *arg. l. 8. C. de pactis convent. tam super dot. l. 2. C. ne fidejussor vel mandat. dot. dentur.* fidem magis habere alieno homini, quam conjugali amicitia, fideique communi, probrosum esse, existimantes.

Sunt & aliæ nuptiæ ratione publicæ utilitatis interdictæ, quas hic recensere animus est, ne quid omis-  
 1  
 sum reperiat in tractatu nostro ad hanc materiam spectans. Qui officium in aliqua provincia administrat, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem, uxorem ducere non potest durante munere, quamvis sponfare non prohibeatur. *l. 38. D. de rit. nupt.* quamvis concubinam habere possit. *l. ult. D. de concubin.* Quod si contra interdictum contractæ nuptiæ sint, irritæ sunt, *l. 63. D. de rit. nupt. l. 3. §. 1. D. de donat. int. vir. & uxor.* & mulieribus provincialibus, recedere, atque à societate conjugali abire, etiam cum arrharum lucro, Gratian. Valent. & Theod. Imperatores permittunt. *l. un. C. si relict. Provinc. vel ad eum pertin.* At si tantum sponsalia in provincia contracta sint, nec velit sponsa post depositum officium nuptias contrahere, hoc ei licet, arrhis duntaxat redditis, quas accepit. *l. 38. D. de rit. nupt.* Quia cum sponsam in provincia habere possim, nihil contra mandata peccatum à me est, ut cum meo damno, puellæ, conditioni renunciare sine  
 causa

\* Ita Groeneweg in Tit. Cod. de interd. matrim. de ll. abrogat.  
 2 Zepper. de legib. Mosais lib. 4. cap. 19.

causa licere non debeat. Hoc interdictum & ad Præfectos cohortis vel equitum, ad tribunos, & ad omnes eos, qui aliquod officium in provincia administrant, spectat. l. 38. l. 57. l. 63. D. de rit. nupt. mandatis Principum introductum. l. 65. D. l. 6. C. de nupt. extensum postea à memoratis Imperatoribus ad administrantium liberos, propinquos, comites, consiliarios, domesticos, quibus administratores operam dedisse probantur. l. un. C. si rect. provinc. vel ad eum pert. Ratio juris hæc est; ne sacra potestate abutens provincie ReCTOR, atque eo ipso terribilis, invitis parentibus, tutoribus, aut propinquis formosas & divites virgines extorqueat, trahatque magis quam ducat. Deinde, ne blanditiis uxoris seductus, pellectusque, cum damno Principis, nimis gratificetur adfinibus suis, vel etiam in odium converso ejus amore, calumniosus nimis apud uxoris suæ consanguineos esse videatur. Potuit & subesse hæc ratio; ne contractis adfinitatibus, & hisce vinculis, nimia ReCTORum potestas in provinciis firmata, metuenda existat Reipublicæ, si novum sibi forsan dominatum parare vellent. Qui metus, causa fuit, ne Romani sine speciali gratia crederent ulli viro, patriæ suæ administrationem; utque voluerint, annua, fiduciaria, momentanea provincialia munera. Hisce addi potest & hæc ratio; ne occasio daretur ReCTorem provincie uxoris causa peculatus arguendi. Nam ut apud Tacitum Severus Cinna ait; *quotiens repetundarum aliqui accusati fuere, plura uxoribus objecta sunt.* Quapropter in hunc modum de uxore in provinciam secum ducenda Ulpianus scribit: *proficisci autem proconsulem melius quidem est, sine uxore, sed & cum uxore potest: dummodo sciat, Senatum, Cotta & Messala consulibus, censuisse futurum, ut si quid uxores eorum, qui ad officia proficiscuntur, deliquerint, ab ipsis ratio, & vindicta exigatur.* l. 4. §. 2. D. de offic. proconsul. & legat. Et hæc quidem prohibitionis rationes excogitari possunt. Quæ postremæ licet politicæ sint, non tamen ab Imperatoribus præteguntur interdicto: verum hæc unica duntaxat, quam præmisimus, ab iis exprimitur, nempe, ne ReCTores provincie filias invitis parentibus extorqueant, eosque ad constituenda sponsalia metu potestatis adigant: quam, *potentatus rationem*, eleganter & breviter appellat Papinianus. l. 63. D. de rit. nupt. Hinc est, quod quis veterem sponsam in provincia, quam administrat, uxorem ducere possit, & dos data non fiat caduca. l. 38. §. 1. D. de rit. nupt. Scilicet, sponsalia ante susceptum munus constituta, metu potestatis extorta dici non possunt. Hinc quoque est, quod qui in provincia aliquid administrat, in ea provincia filias suas in matrimonium collocare, & dotem constituere non prohibeatur. l. 38. §. 2. D. eod. Scilicet, vir, ut invitus ducat, quam animo aspernatur, non tam facile metu potestatis induci potest, quam scemina. Quæ tamen duo æque prohiberi debuissent, si interdicti ratio fuisset, ne ReCTORum potentia, contractis adfinitatibus, in provinciis nimium firmaretur. Leo philosophus hoc interdictum etiam ad filias extendit; nec rationem putat ullam esse, quare non æque in filiabus probaverit, quod in filiis Præsidum constituerat jus civile. *Novell. Leon. 23.* quam tamen videat lector apud Brissonium in aureo illo libello de jure connubiorum.

Z z z

Et

Libr. 3.

Et hæc quidem ita jure civili constituta fuere. Sed cum Majores nostri libertatis maximopere avidi, & summi custodes, nullum nisi incolam & civem ad Reipublicæ clavum admitti voluerint; cumque hanc gratiam olim, summo studio à Comitibus impetraverint, ne Batavia nisi Batavis gubernanda concederetur: tota illa juris pars, ne *Rektor provincie provincialem* ducat, apud

<sup>1</sup> *Christin.*  
*vol. 3. decis.*  
*125. Cur. su-*  
*prem. Groe-*  
*neuv. in l.*  
*un. C. si qua-*  
*cunq. prædit.*  
*potest. vel ad*  
*eam.*

nos vel nunquam recepta fuit, vel penitus evanuit. <sup>1</sup> Fuit quoque quoddam legis Juliæ caput, quo inter senatores, eorumque li- 14

beros, & viles, abjectasque fœminas matrimonia prohiberentur. *l. 44. D. de rit. nupt. l. 7. C. de incest. & inut. nupt.* Ne scilicet excellentia senatoriæ dignitatis, (quæ non tantum senatoribus ipsis, sed etiam eorum liberis acquiritur *l. 9. C. de senator. l. 34. §. ult. C. de rit. nupt.*) per individuum vitæ consuetudinem, quæ ex justis nuptiis cum liberta vel vili fœmina contraheretur, sordesceret. Sed hoc ipsum caput, jam olim prius limitatum, tum in filia liberto nupta, antequam pater ejus ad senatoriam dignitatem efferretur; tum in marito post suas cum liberta nuptias inter senatores adscito (quorum matrimonia distrahebat legis juliæ asperitas. *l. 28. C. de nupt.*) postea penitus abrogatum à Justiniano fuit. *Novell. 78. cap. 3. Novell. 117. cap. 6.* Quem hodie sequimur. Non enim ulla apud nos lex, nobilium, senatorum, vel in illustri dignitate positorum cum plebeiis mulieribus nuptias inhibet. Imo non putogratum

<sup>2</sup> *Livius*  
*libr. 4. hist.*  
*Diomys. Ha-*  
*licarn. libr.*

<sup>11</sup> *antiquis.*

<sup>3</sup> *Libr. sen-*  
*gul. de jur.*  
*consub.*

<sup>4</sup> *Cap. 3. sect.*  
*6. de jur. con-*  
*nub.*

<sup>5</sup> *Libr. 1. c.*

<sup>3.</sup> *de nupt.*

<sup>6</sup> *Libr. 2.*

*Tit. 1. de fin.*

<sup>9.</sup> *& 10.*

*jurispr. con-*  
*sistit.*

futurum plurimis nobilibus, si quis postliminio quasi, & in usum revocare vellet illam hortatu Appii decemviri olim latam legem; ne patricii cum plebeiis *connubium haberent*. Non quod illis perniciosum Reipublicæ videretur, plebem à patribus secerni; propter quam rationem eadem lex quinquennio post, summa C. Canuleii tribuni plebis contentione, abrogata fuit: <sup>2</sup> sed quia jam sæpius nobiles (quæ occasio tum præcisa esset) non adeo re splendida & lauta domi, solo nobilitatis nomine & fiducia, ignobiles aucupantur & ducunt puellas nobilibus divitiis affluentes. Quod cum fit, dum nobilis redditur matrimonio, ruentem mariti familiam facultatibus suis perennem plebeia facit, atque ita unius nobilitas alterius divitiis compensatur. De Senatorum nuptiis juxta jus Romanum plura apud Brissonium. <sup>3</sup> Nobilium cum plebeiis conjunctiones an probandæ, an permittendæ hodie sint, videat lector Arnizæum, <sup>4</sup> Albericum Gentilem, <sup>5</sup> Carpzovium, <sup>6</sup> aliosque.

*De nuptiis ob religionem prohibitis.*

## S U M M A R I A.

- |   |  |
|---|--|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Religio vera quæ &amp; unica est, ceteræ erroneæ sunt.</li> <li>2. Inter disparis cultus conjuges, jure natura consistere matrimonium potest.</li> <li>3. Quid ab Ebraeis observatum fuerit circa disparis cultus matrimonia.</li> <li>4. Romani nondum ad Christum conversi non prohibuerunt propter religionem conjugia.</li> <li>5. Jure canonico cum Judæis interdictum matrimonium.</li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>6. Christiani Imperatores Christianorum cum Judæis, non cum Ethnicis, conjugia prohibuerunt.</li> <li>7. Cum Judæis, &amp; iis qui totum abnegant Christum, connubii jus hodie non est.</li> <li>8. Inter disparis cultus homines, modo Christiani sint, hodie connubii jus est.</li> <li>9. Capitur matrimonium, quod inter diversæ religionis homines contrahitur.</li> </ol> |
|---|--|

**R**eligio, quæ & ipsa quibusdam nuptiis impedimento est, definiri potest, vera de Deo, Patre & Filio, Dei que operibus, voluntate & cultu fides, efficax per Spiritum Sanctum in cordibus electorum ad tribuendam vitam æternam. Religio vera, unica duntaxat est, quæ doctrina legis & Evangelii, à Deo patefacta, & comprehensa libris Prophetarum & Apostolorum, atque miraculis, divinisque testimoniis confirmata, luculentis, atque omni exceptione majoribus documentis, divina esse demonstratur. Cæteræ religiones vel puraputa hominum figmenta sunt; vel, cum doctrinam legis & Evangelii traditionibus humanis offuscent, multumque recedant à cultu divino, quem Christus & Apostoli docuerunt, erroneæ sunt, nec veræ fidei nomen merentur. Prioris generis sunt Ethnica, Mahumedana, & Judaica; Quarum ultima licet à Deo primum instituta sit, humanum tamen commentum, post natum & mortuum Christum continuata, esse cepit. Legis enim veteris impletio fuit Christus; & qui in ea ante Christi adventum, Christum non spectarunt, neque in eum jam natum omnem, & unicam salutis spem collocant; fuerunt, suntque nomine duntaxat, & nativitate, utpote à Judæis oriundi, non revera, & quatenus fides spectatur, Judæi. Ethnica religio Christum non novit. Mahumedana Christum natum esse fatetur, at non agnoscit ut Deum, non ut redemptorem mundi, sed ut hominem duntaxat, & eximium Prophetam; atque fictis Mahumetis pseudoprophetæ, de Deo, cultuque divino præceptis fidens, eum negligit. Judaica Messiam expectat, cum jam venerit; & eum, qui venit, non novit, ideoque non colit: atque ita omnes pariter totum Christum, ut mediatorem inter hominem & Deum, abjurant; extra quem tamen nulla salus est. Posterioris generis sunt Pontificia, Soci-niana, Mennonistarum, & cæteræ, quæ veram fidem mentiuntur, sectæ. Harum omnium cultores Christiani dicuntur, quia Christum redemptorem humani generis profitentur: at ubi vel ipsa fidei dogmata subvertunt, vel traditionibus humanis deturpant, vel quædam legis & Evangelii præcepta, aut multa,



tila, aut detorta, aut corrupta tradunt, negliguntve; fidem catholicam labefactant, neque verā, neque integrā ecclesiā, quæ Christo colligitur, membra dici possunt. Inter hæc sectas, quarum catalogum Gratianus recenset, C. 39. *caus.* 24. q. 3. magna differentia est; aliæ enim minus, aliæ magis à vero Dei cultu recedunt, & doctrinam quam tradidit Christus, vel humanis traditionibus offuscant, vel fictis expositionibus deturpant. Sed nostri instituti non est tradere, quid doceant singulæ, & in quibus articulis, tum inter se, tum à vera differant fide. Hic labor Theologorum est, noster duntaxat quarundam sectarum nomina recensere, atque tradere, inter quos ob disparem Dei cultum nuptiæ prohibentur.

Matrimonium, cum juris naturæ sit (cujus omnes capaces sumus. *l. 1. §. 3. 2. D. de justit. & jur. princ. Instit. de jur. natur. gent. & civil.*) nec ad sui perfectionem aliud requirat, quam viri & mulieris consensum. *l. 30. D. de regul. jur.* inter cujuscunque religionis homines, seposita lege civili, consistere posse, nemo est, qui ambigere potest. Id ostendunt Moïsis cum Tzippora Midianitide, *Exod. cap. 2. vers. 21.* Josephi cum Asenatha Ægyptiæ. *Genes. 41. vers. 45.* Esavi cum Chitthæis mulieribus juxta conjugia. *Genes. 27. vers. 1.* Verum pietissimis viris semper improbatum fuit, ut quis se extra necessitatem matrimonio sociaret diversæ religionis scæminæ, uti id Ifacus & Rebecca demonstrarunt, ægre ferentes Esavi cum Chitthæis nuptias. *Genes. 27. vers. ult.* atque Jacobo præcipientes, ne se conjungeret filiabus Cananæorum. *Genes. 28. vers. 1.* Videtur quoque in more positum fuisse genti Ebrææ, post circumcisionis tempus, etiam ante latam in monte Sinai legem, ne filia Israëlitis traderetur viro non circumciso; uti patet ex responso filiorum Jacobi, Patri Principi, & filio ejus Sichemo Dinam in uxorem sibi petenti, dato. *Non possumus facere rem istam, ut demus sororem nostram viro incircumciso. id enim opprobrio esset nobis. Genes. 34. v. 14.* Post legem vero latam, interdicta fuisse Judæis cum gentilibus matrimonia, volunt Magistri. *Deuter. 7. v. 2. 3. Exod. 34. v. 11. 16.* excepto concubitu domini cum ancilla bello capta. Nec restringunt hanc prohibitionem ad septem populos internecioni damnatos; uti quidam statuunt, contra quos se ceteri tuentur, *Ezræ, cap. 9. & 10. & Nehemiæ loco, cap. 13. v. 25.* Imo non tantum à matrimonio exterarum, (quo nomine omnes promiscue gentes nondum in Judaïsmum cooptatas complectuntur) sed etiam ab omni concubitu abstinendum esse docuerunt. Et sunt, qui sentiunt illicitum fuisse æstimatum clandestinum cum ethnica coitum, etiam ante Hasmoniorum tempus. Hujus juris, seu moris Ebræorum Tacitus quoque non ignarus fuit, cum de iis in hunc modum scribit, *Projectissima* (Ebræa scilicet) *ad libidinem gens, alienarum concubitu abstinet.* <sup>1</sup> Inter profelytos diversarum gentium iidem Magistri distinguunt. Nolunt unquam nuptias contrahi potuisse inter Judæum seu Judæam, & profelytum utriusvis sexus illorum septem populorum, quos internecioni devoverat Deus, *Deuter. 7. v. 1.* quousque etiam eorum propagatio se extendisset: atque nigro calculo no-

tant

<sup>1</sup> *Lib. 5. Hist.*

tant Salomonem, quod Chittæas duxerit: 1 Reg. II. v. 1. Cum Ammonita & Moabita mulieri Ebrææ conjugium interdictum volunt; non viro Ebræo cum Ammonitide, & Moabitide; quibus Magistrorum aliqui adjungunt Ægyptiam: Sic licitas contendunt fuisse nuptias Mahalonis & Chilionis cum Rutha & Orpha, Salomonis cum filia Pharaonis, Samsonis cum Timnathæa & Dalila profelytis. Cum Idumæorum gente, ut & Ægyptiorum, uti aliqui volunt, vetita dicunt fuisse matrimonia usque in generationem tertiam; licita vero si in tertia generatione profelyti justitiæ fuerint. Hanc nationum in contrahendis nuptiis distinctionem, usque ad captivitatem Assyriacam & Babylonicam, non postea, obtinuisse contendunt Rabbini, ut hodie quilibet profelytus ducere possit Ebræam, & profelyta nubere Ebræo. Et hæc quidem Magistrorum sunt scita, quæ late exequitur Seldenus, rituum & juris Ebræorum peritissimus scriptor. Ex Christianis non pauci sunt, nec non clari nominis viri, qui dubitant, annon hoc de non sociandis cum exteris gentibus connubiis in Exod. 34. vers. 16. & Deuter. 7. vers. 1. 2. 3. 4. interdictum, magis fuerit consilium, quam præceptum: ne blanditiis & illecebris mulierum à Deo vero seduceretur Israël, & scortaretur post Deos alienos: uti illecti fuere Judæi à Moabiticis in deserto. Numer. 25. v. 1. 2. & dementatus Salomon, sapientissimus Rex, lenociniis Ethnicarum uxorum, excelsum ædificavit Cemoscho, abominationi Moabitarum, & Moleco, abominationi Hammonitarum. 1 Reg. 11. v. 7. & seqq. Nihemi. cap. 13. vers. 26. Facile enim mulieres, etiamsi profelytæ sint factæ, relabuntur ad avitam idololatriam. Quicquid sit, fueritne hoc consilium duntaxat, sive etiam præceptum, hoc certo constat, & ante & post legem, sanctissimos homines hæc conjugia aspernatos fuisse: documento nobis, ut fugiamus cum diversa religionis homine nuptias, quamvis hodie politicæ Judæorum leges nos non obligent. Romani Imperatores, qui eorum ethnici fuere, non prohibere conjugia propter religionis diversitatem. Nec ulla lege Digestorum nulla dicitur conjunctio ethnici cum Christiana vel Judæa, dummodo ingenui & cives Romani sint conjuges. Idem jus Pontificium definire non recte diceretur; licet enim in cap. Cave. 15. caus. 28. q. 1. consilium & dehortatio, non præceptum videatur esse; cum Judæo matrimonium interdicti sub pœna excommunicationis, & à Christiano cætu segregationis, ex postremo ejusdem causæ capite satis patet. Imo dicitur, non posse infidelem in ejus permanere conjunctione, quæ jam in Christianam translata fidem, ethnicismum abjuravit: & si admonitus ab Episcopo non convertatur, separandum esse à conjugē C. 10. caus. 28. q. 1. Christiani postea Imperatores, sub pœna in adulteros lata, Christianorum cum Judæis connubiis inhibuerunt; non autem cum ethnicis l. 6. C. de Juda. l. 2. C. Theod. de nupt. l. 5. C. Theod. de Adulter. Ratio diversi juris hæc est, quod à Judæis majus sit periculum seductionis, quam ab ethnicis, propter exercitatum Judæorum in veteri testamento scientiam, ac fidei veteris cognitionem, qua facile imponere possunt infirmis animis. Hoc Imperatorum jus

Libr. 5. c. 12. & 14. de luv. natur. Gent.

Basil. Pont. libr. 7. c. 46. 47. 48. de

Sacram. matrim. Lomb. libr. 4. sent. dist. 39. & ibid. Thom. q. 1. art. 1.

Briffon. libr. singul. ad l. lul. de Adult. Monoch. de arbit. Jud. caus. 290. Gothofr. in d. l. 6.

Cypria. cap. 13. §. 77. de jur. connub. Bachov. in Trantler. disput. de matrim. 6. vol. 2. Thes. 1.

Tit. E.

mores nostri sequantur, & non tantum jus connubii negant Christiano cum Judæa, sed & cum omnibus iis, qui totum abnegant Christum *art. 50. Egbr. Regl. vande Stat. Generaal.* Judicavit Beza, capitali poena afficiendum esse, qui jam satis manifesta Christi doctrina, cum aperto ejus hoste matrimonium contraxerit. Verum ille Dictator sine imperio est, & ut Theologus, quid ipse sentiat, loquitur. Censet Groeneweghen, (cum moribus nostris matrimonia non nisi post triundinam denunciationem in facie Ecclesiæ, aut eorum tribunali publicè conerantur) hanc adulterii poenam in Judæos, qui se Christianis jungunt, civili lege constitutam, hodie abolendam, aut saltem arbitrio judicis mitigandam esse: quia palam delinquentes, ut errantes, majore poena excusantur. *l. ult. D. de rit. nupt.* Verum licet facile consultissimo viro concesserim, non esse stringendum gladium, cum mores nostri adulterium non vindicent ferro; existimaverim tamen minime hoc casu mitigandam esse poenam, quam infixerunt Illustr. Ordines nostri adulterio, ne nimia poenæ remissio metuendum minus facinus faciat.

Cæterum, nullum & irritum est cum Judæo vel Mahumedano, quod intempestiva libido contra legum præcepta conciliavit, conjugium. *arg. l. 4. C. de incest. & iniril. nupt. l. 5. C. de legib.* Nec interest, etiam si Christiana, ante matrimonium, ut duci posset, amplexa feralem Judæorum sectam, Christianam ejuraverit fidem; quia periculosum est hujusmodi exemplum in Republica extare, ne stupratas prius mulieres spe postea matrimonii à vera fide seducant Judæi. Quod ipsum seductionis crimen, etiam extra nuptias, bonorum proscriptiōe & perpetuo exilio vindicarunt leges civiles. *l. 18. C. de Judæis.* Quodque adeo metuerunt Christiani Principes, ut noluerim Christiana mancipia Judæis servire. *l. 1. l. 2. C. ne Christian. mancip. heret. vel Jud. A quo jure cum mores nostri recesserint, atque patiantur, malo tamen consilio, Christianas mulieres Judæis famulari, eo magis cum iis omnis spes matrimonii præcidenda est: ne ab hero stuprata famula, spe, ut credit, legitimi matrimonii, seducatur à vera fide, Deoque anima, & Ecclesiæ membrum abripiatur; uti aliquando Amstelædami judicatum memini. Si ex duobus Judæis, alter, ejurata ferali secta, se convertat ad Christianam fidem, nec deferatur ab altero, non dirimendum est inter eos rite contractum matrimonium. Melius enim judico inhærere Pauli doctrinæ, quam Pontificum decreto *in C. 10. caus. 28. q. 1. cum nesciat credulus, annon incredulum servaturus sit. 1 Corinth. 7. vers. 13. & 15.* cumque disparem cultum inter divortii causas non reposuerit Christus. Plura de Judæorum cum Christianis nuptiis, stuprisve videat lector apud Covarruviam, Cypræum, Bechstadium, aliosque.*

Cum cæteris hominibus, qui Christum redemptorem generis humani profigitentur, eumque ut Deum cum Patre & Spiritu Sancto adorant, quamvis in multis errent, & à vera in quibusdam diffideant fide; uti fuit olim jure Justiniano, *arg. l. 16. C. de episcop. audient. l. 5. C. de sponsal.* ita & hodie connubii jus est. Nec sequimur canones, qui prohibent connubia miscere cum homine

<sup>1</sup> Traff. de repud. & divort.

<sup>2</sup> In l. 6. C. de lude. de leg. abrog.

<sup>3</sup> Tom. 1. part. 2. de matrim. c. 6. §. 11.

<sup>4</sup> Cap. 13. §. 77. de jur. connub.

<sup>5</sup> De collat. jur. connub.

<sup>6</sup> Bez. de repud. & divort. Sanchez.

<sup>7</sup> lib. 7. disp. 73. & seqq. de sacram. matrim. Ba.

<sup>8</sup> fil. Pons. in append. de sacram. matrim. l. 1.

<sup>9</sup> Clarus §. fornicatio. n. 27. Menoch. de arbit. judic. cas. 290.

<sup>10</sup> Carpz. Bb. 2. tit. 1. defin. 6. Jurispr. confist. Groenew. in l. 6. C. de ludeis.

<sup>11</sup> Groenew. in d. l. 6. C. de ludeis. Carpz. d. l.

mine, ut loquuntur, hæretico, C. 15. C. 16. *caus.* 28. q. 1. Hæreticus illis dicitur, qui vel levi argumento à iudicio catholice religionis & tramite de-  
 9 ctus fuerit deviare. l. 2. §. 1. C. de hæretic. & Manich. Verum, quamvis apud nos licitum sit huiusmodi conjugium, vituperio nihilominus digni sunt, qui al-  
 terius, quam propriæ religionis fœminis se copulant; tum propter seductionis periculum: perpendendum enim est, alienigenas uxores inclinasse cor Sa-  
 lomonis (cui ingentibus multis par Rex non fuit) post Deos alienos. 1 Reg. 11. *vers.* 3. 4. *Nehem.* 13. *vers.* 26. tum propter rixas & jurgia, quæ diversitas reli-  
 gionis inter conjuges parit, cum uterque suæ fidei fundamentis communes liberos imbueret, & ad se quasi trahere, summa contentione, studet. *arg.* 2. *Chronic.* 22. *vers.* 2. & 3. tum quia licet vir ob disparem cultum odio non ha-  
 beat uxorem, *error tamen odit veritatem*, uti Salvianus loquitur. Et certe, cum matrimonium sacramentum seu signum sit conjunctionis Christi & ecclesiæ; ut pie mysterium illud adumbret, nonne, quod Paulus præcipit, in Domino contrahendum est matrimonium? 1 *Corinth.* 7. Quid autem? illa ne in Domi-  
 no nubit, quæ se suamque fidem à recto tramite devianti sciens committit? Deinde cum conjunctis precibus à conjugibus adorandus sit Deus. C. 15. *caus.* 28. q. 1. oporteatque Christianam domum esse parvam Ecclesiam, in qua prælegitur verbum Dei, psalluntur psalmi, celebrantur laudes Jehovæ; quomodo hæc omnia à conjugibus fient, quorum alter Pontificius sanctos adorat, quem cultum Idololatriam dicit Orthodoxus? quomodo sociæ appel-  
 labitur divinæ & humanæ rei (ut uxorem appellat Gordianus, l. 3. C. de *crimin. expil. hered.*) quæ à marito, fide discrepat? Ambrosius quærit, *quomodo potest congruere charitas, si discrepet fides?* Vix sunt nuptiæ vera & individua societas, quæ sacris dividuntur, Testantur id nimium plures, ex disparis cul-  
 tus conjugii tristes exitus. *Pii hominis hic est, à malo declinare: Prudentis, pericula præcavendo antevertere: Sancti, à prophano abstinere: Cauti, alieno malo sapere: Insanien- tis, in ignem se sponte conjicere.* uti Carpzovius post Gerhardum ait, <sup>1</sup> Certe, non admodum stabili in religione proposito confirmatum esse eum apparet, qui amorem suum præfert timori Dei & pietati: at pium est, ut unius spei, unius voti, unius fidei, unius disciplinæ, unius servitutis conjuges, conjunctis precibus Deum adorent, observentque. Sciant igitur Christiani, licet lex positiva non inhibeat; attamen hæc conjunctiones rectam coram Deo con-  
 scientiam, & piam rationem inhibere. Cæterum quod dicit Schurmannus\* non esse compellendum orthodoxum, matrimonium perficere, quod spon-  
 salibus interpositis, heterodoxæ sponondit, quasi id tuta conscientia præstari non posset; atque huiusmodi sponsalia, auctoritate & nobili iudicis officio dirimenda esse: ut homo pius, & quid suo iudicio optimum sit, loquitur; verum moribus nostris foro receptis, & ex sententiâ Bezæ atque Carpzovii, causa ca-  
 deret; <sup>2</sup> præcipue si heterodoxus pertinax in errore non sit, sed se docilem præbeat, & spem conversionis certam ostendat. Synodus quoque Dordracena jam olim censuit, non præfracte resistendum esse eorum desideriis, neque dene-

<sup>1</sup> Lib. 2. Tit. 1. defm. 6. *Jurispr. confist.*

<sup>2</sup> Part. 3. c. 6. *Wegschaal des Heylig-doms.*

<sup>3</sup> Lib. 2. Tit. 1. defm. 7. *n. 11. Jurispr. confist.*

denegandam iis Ecclesiasticam benedictionem, qui se diversæ religionis mulieribus jungere gestiunt; addita ratione, quia matrimonii celebratio, politica res est. <sup>1</sup> Nos hic subsistimus: plura de Orthodoxorum cum hæreticis nuptiis disputant Sanchez, <sup>2</sup> Beza, <sup>3</sup> Havemannus, <sup>4</sup> Albericus Gentilis, <sup>5</sup> Bechitadius, <sup>6</sup> & alii tum Theologi, tum Jureconsulti, quos adeat lector. <sup>7</sup>

<sup>1</sup> Habitu. 1574

vide Bor  
libr. 7. tom.

1. pag. 52.

isidem Mid-  
delburg. ha-

bis. 1581. art. 57. Bor. libr. 16. tom. 2. fol. 28. Histor. Belg. <sup>2</sup> Libr. 7. disput. 71. & seqq. de sacram. matrim.

<sup>3</sup> Tract. de repud. & divorc. pag. (mibi) 113. & seqq.

<sup>4</sup> Libr. 2. Tit. 4. post. 1. de jure connub.

<sup>5</sup> Libr. 2. cap. 19. de nups.

<sup>6</sup> Part. 1. cap. 11. n. 2. de condit. sponsal.

<sup>7</sup> Erasmi de Chris-

tian. matrim. Cossan. tract. de sponsal. & matrim. pag. 122. & seqq. Arnis. cap. 6. sect. 5. de jur. Connub.

## CAPUT VICESIMUM SECUNDUM.

### De Sacro ordine, & perpetuæ castitatis voto.

#### SUMMARIA.

1. Sacer ordo, & perpetuæ castitatis votum ob-  
sunt nuptiis.
2. An Latina Ecclesia, non Orientalis, semper  
calibatum sacerdotio adjunxerit?
3. Non divino, sed Pontificio instituto inter-  
dicta Clero matrimonia sunt.
4. Quo tempore Clero obtrusus calibatus fue-  
rit?
5. Concilium Tridentinum anathematizante dam-  
nat, qui Sacerdotibus matrimonia con-  
cedunt.
6. Rationes examinantur, ob quas Sedes Ro-  
mana interdixit Sacerdotibus matri-  
monio.
7. Ratio vera datur, cum interdicatur Sacer-  
dotibus matrimonium.
8. Referuntur poena nuptiarum à promotis  
ad dignitates ecclesiasticas contrahen-  
tium.
9. Refertur, quid circa nuptias ecclesiastico-  
rum constituerit Justinianus.
10. Traditur, quid de ecclesiasticorum nuptiis  
senferint Ebraorum magistri.
11. Jura Batavo, & prima, & secunda, & ul-  
teriores nuptia verbi divini ministris  
conceduntur.
12. Locus Pauli. 1 ad Timoth. 3. v. 2. explica-  
tur.
13. Votum perpetuæ castitatis, quatenus nu-  
ptiis obest, examinatur, & rejicitur.
14. Ius Batavum omnia castitatis perpetua vo-  
ta rejicit.

Sunt & alia juris Pontificii nuptiarum impedimenta, sacer ordo, *distinct.* 31. & 32. C. 1. & 2. x. qui cleric. vel vovent. matrim. contrah. & perpetuæ casti-  
tatis votum. C. un. De voto in 6. C. 3. C. 4. C. 6. x. qui cler. vel vovent. Latina  
Ecclesia, uti Pontificii volunt, ad sacros ordines promotos semper ma-  
trimonio interdixit, C. 1. & penult. *distinct.* 27. C. 12. *distinct.* 31. Idem de  
Orientali asserit Covarruvias, <sup>1</sup> & Stephano Papæ contrarium affirmanti em-  
plastrum obducit, legens, *matrimonio copulato utuntur*, non ut ille scripsit,  
*matrimonio copulantur*. in C. 14. *distinct.* 31. Cum nondum omni clero inter-  
dicta essent matrimonia, in utraque Ecclesia quidem licuit conjugatis in mi-  
nori ordine constitutis, aspirare ad majores dignitates. C. 12. *distinct.* 32.  
sed inter promotos magna circa uxores differentiâ fuit. In Oriente enim  
con-

<sup>1</sup> Part. 2. de  
matrim. cap.  
6. §. 3. n. 2.  
post Thom. in  
Libr. 4. sen-  
tent. *distinct.*  
37. q. 1. art.  
1. 2. & in  
supplem.  
quest. 53.  
art. 3.

consuetudine suarum uxorum frui interdictum illis passim non fuit: obtinente in Nicæna Synodo Paphnutii nuptiarum inexperti laudata sententia, *honorabiles nuptias, & castitatem esse cum propria conjugē concubitum*. C. 12. *junct.* C. 13. 14. *distinct.* 31. C. 3. *distinct.* 32. At, uti Covarruvias loco citato exclamat, quod ad Majestatem, sinceramque fidem, & præclara morum instituta pertinet, atque miris est laudibus asserendum; Occidentalis ecclesia promoveri quidem conjugēs ad sacros ordines aliquando permisit; sed semper, idque divino beneficio, & peculiari affectu, promotis conjugii usum interdixit, & legitimas uxores abjicere jussit. Cætero autem clero in minoribus ordinibus constituto non obfuisse matrimonia volunt, modo virginem, non viduam, non vitiatam duxissent. C. 13. C. 14. *distinct.* 32. C. ult. *distinct.* 26. vel prima conjugē mortua, digami non fierent. T. T. x. *de digam. non ordinand.* nisi voluissent sibi spem ad subdiaconatum, vel majorem dignitatem præcisam. In majoribus dignitatibus constituti dicuntur, Episcopus, Presbyter, Diaconus, Subdiaconus: C. 9. x. *de atat. & qualit. & ord. præfic.* minorum ordinum sunt, ostiarius, lector, exorcista, & acolythus. C. 14. *dist.* 32.

- 3 Hoc nuptiarum impedimentum jure divino institutum fuisse, teste Covarruvia, Jod. Clithoveus, Johannes Major, & Franciscus Torrensis docuerunt: quorum piam quidem, & quæ forsan defendi posset, putat esse opinionem, sed communi theologorum applausu minime receptam. In quo mihi placet Covarruvias; nam certe frivolum est, quod cæteri faciunt in C. 3. *distinct.* 84. ex eo, quod Apostolus voluit, Episcopos & Diaconos, sobrios & temperantes esse. 1. *Timoth.* 3. *vers.* 2. 3. concludere, apostolica constitutione Episcopis & Diaconis matrimonia interdicti. Apostolorum enim aliqui uxores habuerunt. *Matth.* 8. *vers.* 14. *Marc.* 1. *vers.* 30. Et præcepit Apostolus Paulus, Episcopum unius sceminae virum, atque Diaconos venerandarum ac fidarum in omnibus uxorum maritos esse debere. 1. *Timoth.* 3. *vers.* 2. 11. 12. Melius ipse Covarruvias à Thoma edoctus, non jure divino, non naturali, sed <sup>2. 2. 2. Vol.</sup> humano ac Pontificio niti hanc prohibitionem docet. Quæ probat à sententia, <sup>2. quæst. 88.</sup> recte mihi hæc quatuor à Pontificiis quædere Chemnicus videtur. I. An <sup>art. 11.</sup> <sup>Part. 2. de</sup> servus ea de re possit legem ferre, de qua nihil præcipere voluit ipse Dominus? II. An <sup>Part. 2. de</sup> <sup>matrim. c. 6.</sup> conjugium, quod Deus illis, qui donum continentia, habent, liberum permittit, illis <sup>§. 3. n. 2.</sup> vero qui non continent, mandavit, Ecclesia possit, sub pœna anathematis, lege prohibere? III. An conjugium, quod Deus honorabile pronuntiavit esse in omnibus, Ecclesia sua lege possit abominandum & detestandum facere in sacerdotibus? IIII. An prohibitionem conjugii, quam pronuntiat esse Damonitorum doctrinam, Ecclesia possit sua lege canonizare? <sup>3. 3. Part. 3.</sup>
- 4 Respondeant illi. Quod ait Covarruvias, etiamsi non ab ipsis Apostolis, statim tamen à tempore Apostolorum, sacris ordinibus initiatis prohibitum fuisse matrimonium, verum non esse, probare mihi videntur quidam canones veterum Conciliorum; quos omnes explicare de iis, qui ante susceptas dignitates uxores duxerunt, absurdum est. Existimaverim facile, in majori æstimatione habitos fuisse, qui se castrabant propter regnum cœlorum, & cœlibes vivebant, ut periculosus istis temporibus, melius possent vacare Ecclesiæ Dei,

& Euangelio promovendo. At cum omnibus non expediat cœlibatus, nec datum sit continentię donum, non vitio datum fuit, si quis Episcopus vel Diaconus duxisset uxorem. Imo canon 50 Apostolicus, corrigendum, depouendum, & ex Ecclesia rejiciendum vult Episcopum, aut Presbyterum, aut quemvis omnino de sacerdotali consortio, qui nuptiis abstinerit, non propterea quo mens ad cultum pietatis reddatur exercitior, sed propter abominationem: oblitus quod omnia pulchra valde, & quod masculum & feminam Deus creavit hominem, sed diffamationibus laceffens creationem Dei, vocat ad calumniam. tantum abest, ut illis temporibus vitio datum fuerit uxorem habere. Quando autem cœlibatus obtrudi ceperit, & plane obtrusus fuerit Sacerdotibus, accuratius inquerere, mei instituti non est. Historiam hujus rei elegantem contexuit Chemnicus, quem consulat avidus lector. <sup>1</sup> Hoc tantum obiter quasi dicam, cum manifesta Tyrannide, & occulta persuasione urfisse Syricium, <sup>2</sup> Pelagium juniorem, <sup>3</sup> Gregorium magnum, <sup>4</sup> Calixtum secundum, <sup>5</sup> atque in eo plane desudasse Innocentium tertium, clero nimium nocentem. <sup>6</sup> Adeo unum seculum, uniusque & alterius Pontificis vita cœlibatui introducendo non suffecerunt. Hoc sane mirari satis non possum, cum ipsi Pontificii fateantur, non jure divino, non apostolica constitutione subnixam esse harum nuptiarum prohibitionem, neque sacro ordini essentialiter, ut loquitur Thomas, annexum continentię debitum; <sup>7</sup> cumque negare non possint, matrimonia non obstitisse olim ad dignitates aspiranti, atque conjugatis Græcis licitum semper fuisse thori usum, ad tantam nihilominus impudentiam erupisse Patres Tridentini congregatos, ut anathematis fulmine percutiendos dixerint, non duntaxat eos, qui Sacerdotes & Diaconi matrimonia contrahunt, sed etiam qui ea probant, & pie iniri posse affirmant. *cap. 4. Sess. 24. concil. Trident.* Sed nos felices, quod hodie brutum Papæ fulmen sit, & senescentibus per ætatem viribus, ejus manus tam invalida, ut hæreticos ferire non queat: miseris enim nobis pereundum esset modis, asserentibus, non duntaxat ignotam fuisse Christo, Apostolis, & primitivæ Ecclesiæ, sed & Christi & Apostolorum doctrinæ adversam esse hanc prohibitionem. Sed rationes hujus interdicti videamus. <sup>6</sup> Excellens est sacerdotum omnium electio; ideoque eam exornare debent probata vita, & incorrupta castitas. *C. 1. distinct. 32.* Et quamvis inviolatus laicorum thoros placeat Deo, tanta tamen requiritur perfectæ continentię puritas in Episcopo, Diacono, & Subdiacono, *ut qua in aliis ecclesiæ membris vacat a culpa, in illis tamen habeantur illicita. d. C. 1. distinct. 32.* at omnimodo casti non sunt, qui voluptate uxoria detinentur. *C. 3. distinct. 82.* Deinde ab omni mali specie abstinere, sancti esse, sicut Deus noster sanctus est, semper orare, & pro populo sacrificia offerre debent Sacerdotes *C. 3. distinct. 82.* at malum est uxorem tangere, cum ex doctrina Apostoli non tangere sit bonum. *C. 17. distinct. 32.* Et præcipit laicis Apostolus; ad tempus abstinendum esse ab officio conjugali, ut vacent orationi. Semper ergo uxoribus carere Sacerdotes debent, quibus pro populo semper orandum, semper offe-

<sup>1</sup> Part. 3.*Exam. concil.**Trident. can.**9. sess. 8.*<sup>2</sup> *Sedit ann.**Christ. 385.*<sup>3</sup> *Ann. Christ.**579.*<sup>4</sup> *Ann. 590.*<sup>5</sup> *Ann. 1119.*<sup>6</sup> *Ann. 1198.*<sup>7</sup> *2. 2. vol. 2.**quest. 88.**art. 11.*

offerenda sunt sacrificia. C. 2. C. 5. C. 7. *distinct.* 31. Quæ omnia breviter complexus his verbis Carerius est: *ad munus sacerdotis obeundum requiritur ex parte corporis, puritas actionis, ex parte animæ, libertas contemplationis: carnalis autem concubitus corpus maculat, & contemplationem impedit.* <sup>1</sup> Vt hisce aliquid regeramus, si hæ rationes recte evincant necessarium esse sacerdotum cœlibatum heterodoxus certe erit Apostolus Paulus, vel ad minimum illo acutiores, & castitatis multo studiosiores Romani Pontifices sunt, cum non advertens ille, iusto conjugio quicquam vitii inesse, non tantum universali sermone, & absque ulla inter Ecclesiasticos & laicos distinctione docuerit, inviolatum thorum placere Deo; sed quoque præceperit, Episcopum unius scæminæ virum, & Diaconos sobriarum, & in omnibus fidarum uxorum maritos, vigilantes, & temperantes esse: vocaveritque nuptiarum prohibitionem Dæmoniorum doctrinam. <sup>1</sup> *Timoth.* 3. v. 2. & *cap.* 4. v. 3. Qua ratione dicatur culpa non carere, Sacerdotum cum propriis uxoribus consuetudinem, non capio. Auctore etiam jure canonico, honorabiles sunt nuptiæ, & castitas dicitur cum propria conjuge concubitus. C. 12. *dist.* 31. atque anathema est, *qui matrimonium viuperas, & dormientem cum viro suo fidelem & religiosam detestatur.* C. 8. *dist.* 31. Thomas quoque, Angelicus ille doctor, asserit, *actum matrimonialem peccatum non esse.* Placuit Deo Enoch liberorum pater, cæterique Patriarchæ ac Prophetæ. Sancti fuere Apostoli, & eorum aliqui conjugati. Ipsique summo Ebræorum Pontifici matrimoniilegem præscripsit Jehova. *Levit.* 21. *vers.* 13. 14. At quosnam magis sanctos, sicuti Deus noster sanctus est, esse oportuisse, & pro populo Dei orasse, quam Patriarchas, Prophetas, summos Pontifices, & Apostolos putes? Quid? an non ex Pontificum judicio, sanctus fuit, & castus vixit Petrus? at eum uxorem habuisse palam est. *Matth.* 8. *vers.* 14. *Marc.* 1. *vers.* 30. Testatur Eusebius, eum uxori ad supplicium raptæ præsto fuisse, atque acclamasse, *memento Domini.* <sup>1</sup> atque ipsi Pontificii fabulantur Petro natam fuisse filiam Petronellam. Verum est, Paulum præcipere abstinendum esse ab uxore ad tempus, ut vacemus orationi & jejuniis: at hinc concludere, necessarium esse Sacerdotum cœlibatum, absurdum est. Habitu, non actu semper orandum est, & id conjuges facere possunt. Habet hic locum regula, præcepta affirmativa obligant semper, non ad semper; uti quidem faciunt, quæ negative concipiuntur. Bonum esse uxorem non tangere, docet idem Apostolus; sed intelligit iis, quibus continentiae donum dedit Deus. <sup>1</sup> *Corinth.* 7. *vers.* 7. 8. Alias, honorabiles dicit esse nuptias, & melius nubere, quam uri. *vers.* 9.

7 Hæc, aliaque argumenta, quæ pro harum nuptiarum interdicto Pontificii adferunt, & late refutat Chemnicus, & meri prætextus sunt, quibus, sub specie pietatis, adumbrantur rationes interdicti vere politicæ & humanæ. Aliquid dicit Carerius, sed non omne, cum ita scribit. *Ad dispensationem ecclesiasticarum rerum requiritur diligentia in dispensando, & cautela in conservando: matrimonium autem diligentiam impedit; quia occupati circa propria minus sunt diligentes*

Aaaa 2

circa

<sup>1</sup> Lib. 3. c. 3.  
de sponsal.  
& matrim.

<sup>2</sup> In Lib. 4.  
sentent. distin-  
ct. 26. q. 1.  
art. 3.

<sup>3</sup> Lib. 3.  
Hist. or. vid.  
Baron. ann.  
tom. 1. ann.  
69. n. 30.

<sup>4</sup> Part. 3.  
Exam. concil.  
Trident. can.  
9. sess. 8. c. 3.



<sup>a</sup> Libr. 3. c. 3.  
de sponsal.  
matrim.

*circa communia. Impedit etiam cautelam in conservando; quia in privatos uxoris & liberorum usus frequenter bona pauperum expenduntur. Ita ille. Quæ ratio fere incidit cum hac Justiniani, propter quam noluit liberorum patrem, Sacerdotem eligi. Etenim, inquit, fieri vix potest, ut vacans hujus quotidiana vite curis, quas liberi creant parentibus maximas, omne studium, omnemque cogitationem, circa divinam liturgiam, & res ecclesiasticas consumat. Nam cum quidam summa in Deum fide, & ut anima eorum salva fiant, ad sanctissimas adcurrant ecclesias, & iis omnes suas facultates adferant & relinquunt, ut in pauperes & indigentes, & alios pios usus consumantur; indecens est, Episcopos in suum illas auferre lucrum, aut in propriam sobolem & cognatos impendere. Oportet enim Episcopum minime impeditum affectionibus carnalium liberorum, omnium fidelium spiritualem esse patrem. l. 42. §. 1. C. de episcop. & Cleric. Et hæc quidem magna pietatis specie dicuntur, sed non probantur Leoni Philosopho, quem legat lector. Novell. 2. Nos vero putamus, tum avaritiam, tum ambitionem Pontificum interdicti rationem esse, eamque huc quidem collimare, ne Episcopi & Diaconi liberorum patres, in privatos subducant usus Ecclesiæ bona: sed non hac, ut prætegatur, mente, ut ea pauperibus erogentur; verum ne variis temporibus ex liberalitate parentum erga liberos, diminutis Ecclesiæ facultatibus, ex fulgore suo multum deperdat ecclesiastica Papæ, Cardinalium, Episcoporum, Sacerdotum, & Diaconorum pompa. Spectat quoque ad majestatem Ecclesiæ, ut Episcopus magno splendore dignitatem suam tueri possit: id autem melius exequi potest homo cœlebs, quam uxore & liberis gravatus. Deinde, cœlebres, uxori nec liberis metuentes, minus terrent instantia pericula: hinc cum magna ecclesiasticorum apud plebem sit auctoritas; cœlebs Clerus jurisjurandi religione, sub anathematis pœna, astrictus Sedi Romanæ, quid non molitur ad augendum papale fastigium? Hanc rationem, cum interdicti præcipuam esse animadvertent prudentiores ex Pontificiis, legatis Tridentum à Papa missis vitio verterunt, quod in controversiam deduci sivissent, an Sacerdotibus conjugia concedi possent. Dicebant enim, concessio presbyteris conjugio, omnes proculdubio affectum & amorem in uxorem & liberos, adeoque in familiam & patriam flexuros, & cessaturam arctam illam ordinis clericalis cum Sede Apostolica conjunctionem: adeoque matrimonium presbyteris concedere, nihil aliud esse, quam hierarchiam ecclesiasticam destruere, & Pontificem redigere ad Romæ solius Episcopatum.<sup>2</sup>*

<sup>2</sup> Hist. concil. Trident.  
libr. 7. pag.  
(michi) 793.

Hiscæ ita præmissis, videamus jam quid circa clericos uxores ducentes & singulatim constitutum sit. Si quis in sacris ordinibus, Presbyteratu, Diaconatu, & Subdiaconatu constitutus, contraxerit matrimonium, irritum id est; & nec tantum irregularis, ut loquuntur, fit hic homo, sed excommunicatur etiam, id est, à cœtu fidelium expellitur, atque aliis pœnis plectitur. C. 9. distinct. 28. C. 11. distinct. 31. C. 1. C. 2. x. qui clericis, vel vovent, C. un. Clement. de consanguin. & affinit. Quod si quis conjugio nexus ad majores dignitates promoveatur, ita habere uxorem debet, ut desinat inter eos carnale commercium.

cium, & incipiat spirituale conjugium. C. 10. *distinct.* 31. Scilicet, non quidem hoc casu solvit divortio conjugium Pontifex, quod conjunxit Deus: sed tollit conjugio finem, propter quem id in paradiso instituit Deus. Deferere uxorem debet promotus, & quidem ita, ut nunquam liberorum generationi cum ea operam det, quamvis is affectus in aliis non sit improbandus. C. 41. *caus.* 27. q. 1. non vero abigere, & ejus nullam curam gerere; verum quasi non habeat, habere; ut salva sit charitas & cessent opera nuptiarum. C. 10. C. 21. *distinct.* 31. Quid autem? cum fœmina flammigero igne percutiat conscientiam pariter habitantis, exuratque fundamenta mentium. C. 17. *distinct.* 32. quodnam spirituale conjugium expectandum ab illis, qui conjuges morantur in iisdem ædibus? Quid si accendatur Episcopus amore propriæ uxoris? eritne melius uri, quam nubere? Ita certe, quia cepit ad sacros ordines promotus non licere, quod antea licuit. *d.* C. 10. Cur ita? quia id voluit Papa, non quia mandavit Dominus. Alia mens Paulo fuit, qui voluit post breve spatium orationi & precibus datum convenire conjuges, ne eos tentet Satanas. 1. *Corinth.* 7. v. 5. Vxor promoti caste vivere debet, id est, in matrimonio cœlebs esse. Non itaque per omnia uxor erit: non erit uxor, quia conjungi viro suo non debet, etiamsi ustuletur libidinis flammis: non erit vidua, quia marito copulata nulli nubere potest. C. 14. *distinct.* 32. sed utrumque erit, uxor vidua, & vidua uxor in conjugio spirituali, quale nusquam reperies in novo vel veteri testamento. Imo ne quidem post mortem mariti huic mulieri permittitur alteri viro nubere. *d.* C. 14. etiamsi Paulus doceat viduam esse solutam lege defuncti mariti, ideoque si se continere nequeat, nubere in domino posse. Si ad majores dignitates promotus maritus [exemplo Speciosi] noluerit Papæ magis obsequi, quam Deo, nec deferere uxorem voluerit. C. 20. *caus.* 27. q. 2. (cum indignus æstimeretur aut Levitico munere, aut presbyteriali honore, aut episcopali excellentia, qui se à voluptate uxoria necdum refrænasse detegitur. C. 11. *distinct.* 32.) adempto Ecclesiæ beneficio, ab omni sacro ordine & officio removendus est. C. 1. C. 2. C. 3. C. x. *de cleric. conjug.* atque datur Principi licentia, ejus uxorem mancipare servituti, si admoniti ab Episcopo se non correxerint. C. 10. *distinct.* 32. Scilicet, matrimonium, quod ex Pontificum doctrina, laicis sacramentum est, ad dignitatem 9 evectis sacrilegium est. Hæc ex jure canonico, Justinianus mitius cum clero egit; voluit quidem cœlibatum annexum Episcopatu, & occlusam esse maritis viam ad hanc dignitatem, Presbyteros etiam, Diaconos, & Subdiaconos, post susceptam dignitatem, si uxores duxerint sacro confestim cadere ordine, & idiotas fieri: attamen eos, qui ante susceptos ordines, legitimo se copulassent matrimonio, non tantum ad sacerdotium admisit, sed nec promotis conjugii usum interdixit: imo non spernendas immunitates conjugii clericorum, eorumque liberis concessit. *Novell.* 6. *cap.* 1. §. 7. & *cap.* 5. *Novell.* 22. *cap.* 42. *Novell.* 123. *cap.* 12. & 14. l. 42. §. 1. l. 48. C. *de Episcop. & cleric.* addita hac ratione: *Castitatis affectio hortatur, illas mulieres non relinquere, quæ ante sacer-*

*dotium maritorum, legitimum inire conjugium: neque enim clericis incompetenter adjuncta sunt, qua dignos sacerdotio viros sua conversatione fecerunt. l. 19. C. de Episcop. & clerico. In eo solo culpandus Princeps, quod Episcopis, & ad ordines jam promotis, contra Dei legem, cœlibatum obtrudere studuerit.*

Cæterum, nuptias ecclesiasticorum placere Deo, luce meridiana ex eo clarius est, quod matrimonii legem præscripserit summo Pontifici, nec Sacerdotes & Levitas uxores habere prohibuerit. Nec valet effugium Syricii Papæ, quasi id sub veteri fœdere, successionis causa duntaxat indultum fuisset, quum divinum ministerium soli tribui Levi additum esset. *C. antep. dist. 82.* Etenim,

*1. Selden. lib.*

*1. cap. 8. &*

*9. Vxor.*

*Ebræ. & lib.*

*5. cap. 3. de*

*jur. natur.*

*& Gent.*

*juxt. discipl.*

*Ebræor. Bux-*

*torf. de spon-*

*sal. & di-*

*vort. part. 1.*

*n. 11.*

*2. Groenew.*

*in Authent.*

*multo magis.*

*C. de Episc.*

*& cleric.*

*Frider. Span-*

*hem. libr. 3.*

*dubior.*

*euangel. 1. 47.*

*Carpz. lib. 2.*

*tit. 1. de fin.*

*4. jurispr.*

*confessor. De-*

*Eliff. Chem-*

*nit. part. 3.*

*exam. concil.*

*Trident. Can.*

*9. sess. 8. de*

*cælib. sacer-*

*dot. Arnif.*

*cap. 1. de*

*effion. 7. de*

*jur. consu-*

*bior. Have-*

*mann libr. 3.*

*tit. 8. Gamol.*

*synopt. Kitz.*

*cap. 9. theor.*

*9. Synopf.*

*matrim. &*

*D. D. ab. iis*

*citati.*

si nequeat conjugatus conscientiæ integritate fulgere, & acceptum munus Deo offerre: fateri Papa debet, Deum imprudenti consilio, cultus sui ministerium injunxisse tribui Levi, ad successionem perpetuam matrimonio indigenti; Quod si impium dictum sit, credamus tum, post deservitionis tempus, Sacerdotibus uxorum legitimarum consortium relaxasse Deum, ne libidine abriperentur, ei- que acceptum fuisse munus, oblatum à Sacerdote, qui castus casto in conjugio viveret. Ebræorum certe Magistri, quibus olim lex contrèdita fuit, ab hoc generali præcepto, *crescite & multiplicamini*, nullum hominem, ne quidem sum- mum Pontificem exemptum volunt, nisi duntaxat hoc unico casu, ut quis le- gi explicandæ melius vacet: attamen ita, ut votum perpetuæ continentiæ non faciat, & ut confestim, cum hominem se, & carnis stimulis moveri sen- tiat, uxorem ducat. Præter hunc casum, cælibem hominem dixerunt mini- me esse hominem: cum Moses dicat, Deum masculum & fœminam creasse, & vocasse nomen eorum, hominem. Qui maturæ ætatis non contrahit nuptias, ideim facere ac si sanguinem effunderet, homicidium committeret, minuere similitudinem, qua creatus homo est, & in causa esse, ut Majestas divina, seu Spiritus sanctus ab Israël recedat, docuerunt.

Nos Batavi legi & testimonio inhærentes, non necessarium dicimus ma- trimonium iis, qui continentia donum à Deo adepti sunt, *1. Corinth. 7. v. 8. 9.* verum qui non sunt; & ne quidem ecclesiasticis personis id interdictum do- cemus. Non enim ei quid vitii inesse arbitramur, quod ante lapsum in paradi- so primis parentibus, post lapsum sub veteri fœdere Patriarchis, Prophetis, Levitis, sacerdotibus, imo summo Pontifici permisit Jehova: sub novo fœ- dere in Galilæa miraculo honoravit, in Apostolo suo Petro probavit Christus: à quo prima & secunda in Trinitate personæ, *Patri & Filii* appellativa nomina assumerunt: & cujus contrarium docere, esse dæmoniorum doctrinam tra- dere, dicit Paulus: *1. Timoth. 4. v. 1. & 3.* Imo nec secundas, nec posteriores Epi- scopi nuptias in vitio cubare putamus; quamvis cum eodem Paulo melius ju- dicemus, juxta illud quod honestius æstimatur inter homines, ne Episcopus, uxore seu defuncta, seu jure repudiata, aliam ducat. Non enim intelligo Apostolum de plenâ necessitate loqui, cum ait, *oportet Episcopum esse unius uxoris maritum. 1. Timoth. cap. 3. v. 2.* ne Christo, & sibi contrarius sit. Quippe, qua ratione posset Apostolus in Episcopo damnare secundum con-

conjugium, quod aliis ipse permittit in concupiscentiæ remedium. *ad Rom. 7. vers. 1. 1 Corinth. 7. v. 9. & 39.* Dominus discipulos suos in monte erudiens, docet, repudia propter adulterium licita esse. *Matth. 5. v. 32.* at repudium non alia lege sit licitum, quam ut dimittenti liceat aliam ducere uxorem, si continentia donum non habeat. Non equidem diffiteor, hoc Pauli de Episcopo præceptum intelligi posse, uti frequenter à Theologis accipitur, ne is sit digamus, & plures eodem tempore habeat uxores: vel insolenter divortens aliam ducat. At cum eodem sermonis genere præcipiat Apostolus, Diaconissam esse unius viri uxorem. *1 Timoth. 5. v. 9.* nunquam autem usu recepta fuerit apud Græcos scæminarum polygamia: cumque tum temporis Imperio Romano subiecta Græcia, lege Romana polygamiam prohibente regeretur, concludimus cum Doctissimo Salmasio, de succedanea, non eodem tempore polygamia locutum fuisse Apostolum; minime autem de Episcopi insolenter divortentis secundis nuptiis: cum insolens divortium ne quidem à cæteris hominibus, quiddicam ab Episcopo, quem irreprehensum vult Paulus, sine reprehensione fieri potuerit. <sup>1</sup>

- 13 Votum perpetuæ castitatis (quod alterum hujus capituli membrum, & juris pontificii nuptiarum impedimentum est) in simplex & solenne distingui solet. Simplex est, quod nullo ritu; Solenne, quod certo & solenni ritu in Ecclesia peragitur. *C. un. de vot. & vot. redempt. in 6.* Votum simplex obesse contrahendo, non autem dirimere contractum matrimonium Pontifices decreverunt. *C. 3. C. 4. C. 5. C. 6. x. qui cleric. vel. vovent.* Ratio juris est, non quod vota simplicia, vel non, vel difficilius probari possint, uti Magister sententiarum existimavit; <sup>2</sup> sed quod votum simplex, uti nuda promissio, non transferat dominium. Ideoque sicuti, quod duobus promissum est, ei cedit, cui primum traditur. *l. 15. C. de rei vindicat.* ita post simplex votum, si contractis nuptiis quis tradat corpus suum alteri, antequam se tradat Deo, obligatus quidem est pœnitentiam agere, at jus mulieri quæsitum per traditionem, auferri invitæ nequit. <sup>3</sup> Votum solenne, si præcedat sponsalia, non tantum impedire contrahendum, sed etiam dirimere contractum matrimonium, corporum quoque commistione, & jurejurando confirmatum voluerunt. *C. 3. C. 7. x. qui cleric. vel. vovent.* Si vero sequatur, dirimere quidem rite celebratas nuptias, at non coitu, consummatas nisi uxor consentiat. *C. 3. C. 6. x. de convers. conjug. C. 21. caus. 27. q. 2. & qui contrarium docere audet, anathematizat Concilium Tridentinum. Sess. 8. cap. 5.* Cum nuptias præcedit votum, ratio juris hæc est. Per votum solenne datur, & traditur Deo (Prælato, scilicet, Dei vicem supplente, in cujus manu sit promissio) corpus voventis ad perpetuam castitatem: ideoque nec conjugii usui, qui contrarius castitati est, nec ulli homini, quia jam Deo traditum est, tradi denuo potest. Cum nuptias sequitur votum, ratio juris hæc est. Sponsalia de præsentibus verbis tantum contracta spirituale duntaxat matrimonium constituunt: at id solvi potest, & recte solvitur per mortem spirituales, monasterii scilicet ingressum. *C. 5. x.*

<sup>1</sup> Salmas. de Trapez. sænor. pag. 151. & 310.

<sup>2</sup> Libr. 4. sentent. dist. 37.

<sup>3</sup> Barbof. in 2. part. D. solut. matrim. n. 91.

& seqq. Cærer. libr. 3. c. 4. de sponsal. & matrim.

<sup>6</sup> Petr. Lombard. libr. 4. sentent. dist. 27. q. 1. & ibi Thom. art. 3. & 4. q. 2.

<sup>1</sup> *Canis. in  
Tit. x. qui  
cleric. vel  
vovent. ma-  
trim.*

<sup>2</sup> *Carer. d.l.  
& libr. 5.  
cap. 11. Bar-  
bos. d.l. n. 76.  
& seqq. &  
DD. ab iis  
citati.*

*de digam. non ordin.* <sup>1</sup> At confectum coitu, carnale est; ideoque solvi duntaxat per mortem carnalem potest. Qui autem non obstantē voto simplici matrimonium contraxit, exigere debitum conjugale non debet, exigenti solvere debet. *arg. C. 3. x. de convers. conjug.* quia solvens potius patitur, quam agit. Quod si ambo simplici voto sese astrinxerint, neutri licet ab altero exigere debitum, & tamen neuter peccat morem gerendo exigenti. Ita de hisce Carerius, & cæteri pontificii. <sup>2</sup> Quæ omnia quam absurda, quam doctrinæ Christi & Apostolorum adversa sint, quis non cæcutiens non videt? Duarum harum vocum solennis & simplici voti discrimen satis exagitavit Erasmus, in aureo illo libello, quem de Christiano matrimonio conscripsit; docuitque cujuscunque voti vim & efficaciam tanti esse non debere, ut dirimat, quod Deus conjunxit, matrimonium. Sed ut & nos hic pauca opponamus Pontificibus, antequam ulterius progrediamur. An non insolubile matrimonii vinculum est, postquam Deus conjuges conjunxit? An non illa conjunctio oritur, cum mutuo consensu, sese in perpetuam vitæ societatem recipiunt conjuges? vel si fiat solennis nuptiarum celebratio, cum ad interrogationem Sacerdotis, complicatis manibus; Deum matrimonii Præsidem adorant, ut perpetuum velit conjugium? Quæ ergo hæc distinctio inter ratum & consummatum matrimonium? Omne matrimonium quodad vinculum consummatum est, cum à Deo ligatum est; ligatur autem, cum consensu contrahentium perficitur, non denique cum concubitus accedit. Qui ergo per monasterii ingressum invita uxore solvere nititur contractum matrimonium, etiamsi non accesserit amplexus conjugalis, separat, quod Deus conjunxit, & scædifragus societatem vitæ negat uxori, quam promiserat Deo audiente & teste; impius vovet & offert Deo, quod suum non amplius est, cum in id jam uxor jus per nuptias acquisiverit: & sub velamine voti monastici, quod vovere nusquam præcepit Deus, rumpit unitatem carnis, quam non nisi morte finiendam voluit Dominus. Excipit Christus, cum perpetuum docet matrimonii vinculum, unicam scortationis causam: Pontifex quoque monasticum votum. Paulus non vult voluntariam conjugum secessionem nisi brevem, ut vacent orationi, ne tentet eos Satanas: Pontifex quoque solvi matrimonium, cum uterque conjugum communi consensu se dicant monasterio. Deinde vinculum spirituale matrimonii non nisi morte corporali finire, nec nisi crimine abrupti posse sacra Scriptura docet. Mors spiritualis improprie mors dicitur, at ratum matrimonium, verum conjugium est; quomodo itaque per similitudinem mors solvet matrimonium, quod per similitudinem conjugium non est, sed vere & per se? Denique concedimus ultro monasticam vitam esse mortem spiritualement, sed mortē non peccati, sed in peccato. Etenim monasticam qui profitentur vitam, quamvis videantur mori mundo, mundum tamen non mori ipsis & in ipsis, res & experientia docet, & conscientia illorum, qui in hanc professionem se conjece- re. At talem mortem solvere posse matrimonii vinculum, nemo verus Christianus dixerit. Tandem, quænam hæc conjugii lex est? qui emisso voto simplici,

plici, contraxit matrimonium, exigere debitum conjugale non debet, exigenti solvere debet? Quid si morosa mulier exigere consuetudinem conjugalem noluerit à luxuriante marito; uſulandus ne erit ſitiens Tantalus, mediis in undis, nec concedendum ei aquam haurire, etiamſi inſtitutum ſit conjugium in concupiſcentiæ remedium? Quæ hæc nova matrimonii lex eſt, exigere uxor poteſt, maritus non poteſt? cum parem poteſtatem conjugibus in ſuum cuiuſque corpus dicat eſſe Apoſtolus. Sed pergamus nos Pontificiorum doctrinam excutere. Ait Papa Alexander tertius, qui jurejurando promiſit intra biennium contrahendum ſe matrimonium, & poſtea privata lege, id eſt, inſtituſ Spiritus Sancti C. final. cauſ. 19. q. 2. excutere. ad frugem melioris vitæ tranſire ſuſpirat, ne perjurus fiat, teneri intra pactum tempus ducere uxorem, & matrimonio contracto, ſi ita viſum fuerit, monaſticam ingredi vitam poſſe, invita etiam ſponſa, dummodo inter eos nulla fuerit corporum commixtio. C. 16. x. de ſponſal. Idque ex animo conſulit ſponſo Pontifex, ut quod ejus conſcientiæ tutiſſimum putat, non quod dicis cauſa, & ad ſpeciem, ſive ſimulate duntaxat contrahi velit matrimonium, ut hoc qualicumque modo propter juſjurandum Deo ſatiſſiat, ut in opere poſtumo Cujacius loquitur, in d. C. 16. x. de ſponſ. quem ideo contumelioſum in Summum Pontificem dicit Caniſius. Creditque poſtumum opus Cujacii in libros Decretalium, aut à malevolis in imprimendo corruptum, aut contra ejus voluntatem prælo commiſſum eſſe. At vero ſit Caniſio ſua interpretatio, ego ſane non video, cur non potius conſuluerit Pontifex, vel ſtatim profitendam religioſam vitam, vel ea neglecta contrahendum eſſe matrimonium; tum enim ſimplicis juſisjurandi tantum gratia fieret, cum minimo puellæ incommodo, quæ alias ſperare poſſet nuptias: at contracto matrimonio, ſi eligat maritus monaſterium, violatur fides conjugalis, quæ ad perpetuam vitæ conſuetudinem interponitur; & quamvis puellæ alia vota amplecti liceat C. 2. C. 7. x. de conſ. conjugat. cogitur tamen invita impræſentiarum, privata nuptiis, uſtulari, quæ continentiæ donum non habet, donec alium inveniatur maritum. Dein de, qui matrimonium promittit, ex ſua & puellæ ſponſæ mente non defungitur, ſi nudo verborum ſono duntaxat contrahat, & eodem tempore perpetuæ continentiæ interpoſito voto ſolvat matrimonium, & ingrediatur monaſterium; ideoque nullo colore hic mihi à perjurio excuſari poſſe videtur. Sed hæc & alia hujusmodi jura quam plurima, quibus ſe beatos prædicant, Pontificiis relinquamus; Nos Chriſti & Apoſtolorum præceptis melius eruditi, non ſolum votorum diſcrimen, ſed ipſa vota, monaſticamque vitam damnamus, uti quorum nullum in verbo divino reperitur præceptum. Quod ſi quis cœlibatu delectetur, maneat cœlebs, ſed votum non faciat, cum hodie neſciat qua flagraturus ſit libidine cras; quis enim voluntatem & affectus ſuos prorsus in poteſtate habet? Non peccat, qui non vovet. Deuter. 23. verſ. 22. Eccleſ. 5. verſ. 4. 5. Non ſunt omnia continentiæ vota, caſtatis; in ipſo matrimonio datur caſtitas, & perpetua virginitas eſt; caſtus tho-

Bbb b

rus:

*Consul.  
Chemnic.  
exam. concil.  
Trident. part.  
3. can. 9. &  
10. sess. 8.  
Carpz. l. 2.  
defin. 5. ju-  
ripr. confi-  
stor. Frider.  
Spanhem.  
libr. 3. du-  
bior. euangel.  
150. n. 5.  
Arnif. cap. 1.  
sect. 7. n. 66.  
de jur. con-  
nub. Cypra.  
libr. 1. cap.  
13. §. 73. &  
segg. de jur.  
connub.*

rus: casta non est, quæ corpore virgo, mente meretricia luxuriatur: suasit cælibatum Apostolus, non præcepit; & iis tantum suasit, qui continentia donum habent 1. *Corinth.* 7. Virginitas suaderi potest, imperari non potest, res voti magis quam præcepti. C. 13. *caus.* 32. q. 1. Non damnamus itaque cælibatum, sed perpetuæ continentia vota & promissiones: ea scilicet, quæ ex instituto humano sunt, & matrimonia impedire dicuntur. Votum cæteroquin castitatis omnes Deo in baptismo facimus, quod inviolatum præstare tenemur, siue in matrimonio casto conjuges, siue sine uxore cælibes vivamus. Itaque si quis votum castitatis fecerit, male fecit, quod se citra necessitatem in periculum coniecit, cum nesciat, an ei perpetuæ continentia donum largiturus sit dominus; & bene facit, si absteineat matrimonio, dummodo in cælibatu caste vivere possit. Si vero se hominem sentiat, & flammis libidinis ustuletur, melius est, ut contra peccatum concupiscentia remedio à Deo concessio utens, desistat ab illegitimo voto, & legitimum contrahat matrimonium, quam perpetuo uratur. Omnes itaque Justinianæ constitutiones, quibus vim aliquam in prohibendis sponsalibus & dirimendis nuptiis in gratiam Pontificum, voto adscriptis Princeps. l. 53. §. 3. l. 56. C. de *Episcop. & cleric.* Novell. 117. cap. 12. Novell. 123. cap. 39. & 40. apud nos hodie nullum locum habent, & nullarum sunt virium.

## CAPUT VICESIMUM SECUNDUM.

## De raptu.

## SUMMARI A.

1. Raptus poena mors est, jure divino.
2. Definitio raptus traditur, & explicatur.
3. Mas marem, sæmina marem seu facinoram abducentes, raptum committunt.
4. Cum abducitur quacunque mulier, modo casta sit, raptus est.
5. Rapiens meretricem Justinianea raptus poena non puniatur.
6. Raptus committitur, etiam si consentiat raptioni rapta.
7. Aliud violentum stuprum, aliud raptus est; in raptu, mulieris traditio de loco in locum requiritur.
8. Raptus à plagio distinguitur, quod semper libidinis causa committatur, non item plagium.
9. Raptor est, qui abduxit, etiam si non vitia- veris puellam.
10. Raptor non unius, sed variorum crimi- num reus fit.
11. Raptores, eorumque comites occidendi jus parentibus, consanguineis & tutoribus rapta concessum est.
12. An in l. un. C. de rapt. consanguineorum nomine omnes cognati comprehendantur?
13. Laxior Justinianea constitutionis de raptu, quam Julia legis de adulterio potestas est.
14. Raptus poena cum dispendio bonorum ultimi supplicium est.
15. Conscii, ministri, auxiliatores, qui vix opem, operamque raptori dederunt, morte ple- ctuntur.
16. Non remittitur raptori poena, etiam si in- juriam remittat rapta. Deportatione plectuntur parentes, qui raptioni pa- tientiam præbuerunt, vel accusatio- nem differunt.
17. Non datur facultas rapta raptorem sibi ma- ritum exposcendi.
18. Imperator Leo aliquantulum mutavit Jus- tinianæ raptus poenas.

19. Ra-

19. Ratio datur, cur Justinianus nullis penis subjeceris mulierem, qua consensus raptioni.
20. Jure Canonico raptus duplex est, alius virginis, alius virginis atis: & Isidori raptus definitio explicatur.
21. Quando, & cum qua raptus committatur, jure Canonico, refertur.
22. Sponsa raptus quando committatur jure Canonico?
23. Raptores virginum jure Canonico infames sunt, publica poenitentia plectuntur, & excommunicantur.
24. Raptoris & rapta matrimonium non prohibet, multo minus irritum reddit jus Canonicum.
25. Rapta raptori ingratis parentum nubere potest jure Canonico.
26. Jus Canonicum morte feriendam esse raptores non decernit.
27. Praefertur circa raptus poenas jus Civile Pontificio.
28. An raptori, qui duxit raptam, remitti mortis poena debeat?
29. Justinianus de raptu constitutio per omnia moribus nostris non obtinet.
30. Parentibus, vel consanguineis, vel tutoribus rapta jus occidendi raptores, eorumque comites hodie non est.
31. An, & quando, & qua poena hodie plectatur, qui sibi desponsatam puellam rapit?
32. Pater, qui consensit raptori, vel in raptione patientiam prebet, arbitraria hodie puniatur poena.
33. Nulla poena hodie plectuntur parentes, qui pactione, vel dissimulatione injuriam remittunt.
34. Qui per vim rapiunt virgines, quique raptoribus opem ferunt, eosque in ipsa raptione comitantur, ultimo supplicio hodie efficiuntur.
35. Qua poena hodie puniatur, qui malis artibus circumvenit puellam, & seductam volentem rapit?
36. Poena raptus hodie locum non habent, cum odiosis artibus non seducta puella, sua sponte cum juvene in alium locum secessit.
37. Quando, & quomodo plectatur, qui volentem virginem abducit, & stuprat.
38. Historiola raptus Flaga Comitibus nostro tempore commissi exhibetur.

**I**nter prohibitas nuptias, raptoris & raptae conjunctionem Justinianus collocavit. l. un. C. de rapt. virgin. Cujus interdicti rationes ut penitus intelligantur, paucis demonstrandum est, quid sit raptus, & quae ejus poena. In quo negotio, methodo in praecedentibus haecenus nobis familiari, primum referemus, quid jus Divinum, deinde quid Civile, denique quid Canonicum, & his omnibus excussis, tandem quid nostra jura Batava circa foeminarum raptus constituerint.

1. In lege Moſis nihil ſpeciatim de raptu virginis cautum reperitur; ejus tamen poenam ex divina ſententia mortem fuiſſe, ex eo colligunt Theologi, tum quod violentum deſponſatae virginis ſtupratorem. Deuter. 22. verſ. 23. tum quod plagiariorum ultimo ſupplicio affici juſſerit Deus. Exod. 21. verſ. 16. Deuter. 24. verſ. 7. At committendae libidinis cauſa raptus committi ſolet, & plagium committit, qui vi & clam parentibus filiam ſubducit, eripitque.
2. Jure civili raptus definiri poteſt, violenta maſculi, vel honeſtae mulieris, etiam ſeductae, invitis & clam parentibus neceſſariiſve, ſub quorum poteſtate & cuſtodia eſt, abductio, libidinis committendae cauſa, facta. Dicimus raptum eſſe *abductionem maſculi*, nec diſtinguimus, ſive iſ a viro, ſive a foemina rapiatur; cum utrumque committi poſſit, & a poedicatoro viro, portentosa libidinis cauſa, & ex furore nimii amoris a muliere viragine. Et quamvis utrumvis raro committatur, ſi tamen alterutrum acciderit, ſcleratum



raptorem, virum, vel foeminam severissimis raptus poenis afficiendos esse non dubito. Quid ? si raptus, libidinis non monstrosæ causa perpetratus, ultimo plectatur supplicio, nonne atrocioribus poenis ille afficiendus est, qui rapuit veneris monstrosæ gratia ? Stupri metus viris bonis major esse debet, quam mortis. l. 8. §. penult. D. quod met. caus. ut severiorem mortem effugere non debeat, qui hunc intulit. Nec commiserationem sexus meretur, cum sexum transgressa virago crimen commiserit non viris cogitandum. Angelus oculatus testis refert, meretricem Florentiæ ignibus absumtam fuisse, ob raptum adolescentem forma præstantem, & commendabilem. Dicimus, vel mulieris, non expressa quoque distinctione, an à muliere, an à viro rapiatur mulier, cum & à tribade seu frictrice nefariæ libidinis causa rapi virgo possit. Quod raptus crimen, quamvis raro contingat, si tamen contigerit, cum eo turpius atque improbius sit, quo turpior & foedior est ista venus, severissimis poenis vindicandum est. Dicimus, vel mulieris, usi hoc nomine, quia generali significatione, mulieres omnes dicuntur, quæcunque sexus foeminini sunt. l. 25. §. 9. D. de aur. argent. mund. l. 81. §. 1. D. de legat. 3. l. 13. D. de verbor. signif. Sive enim virgo, etiam nondum viripotens, seu vidua, l. 5. §. 2. D. ad leg. Jul. de vi publ. seu sponsa. l. 3. C. ad leg. Jul. de vi public. seu nupta rapiatur, raptus committitur. l. un. C. de rapt. Dicimus honesta mulieris, non eo sensu quo, quandoque honesti dicuntur, qui honestiore loco nati sunt, & iis, qui ex sæce vulgi sunt, vel quos vilissimæ vitæ conditio inquinat, opponi solent. l. 7. C. de incest. & inutil. nupt. sed quatenus honesti dicuntur, qui honestis moribus præditi castitatem servant. Adeoque raptum committit, qui mulierem, sive ditam, sive pauperem, sive nobilem, sive ignobilem, sive patriciam, sive plebejam, sive abjectam & vilissimam ex plebe libertinam, ancillam etiam abducit, modo pudica sit. Si quis vero meretricem rapit, publicum prostibulum, lege 5 Julia de vi, aut extra ordinem in eo vindicandum crimen est, non autem ordinaria raptus poena, juxta Justinianeam constitutionem, cujus scopus est tueri pudicas. Dicimus raptum violentam esse abductionem, non quod semper 6 verbera, cædæve inferantur, cum abducitur mulier, sed quod semper videatur paratus vim inferre, si resistatur, qui raptum perpetrat; tum etiam quod coactis & armatis hominibus sæpius hoc crimen committatur, & in ipsa raptione vis sit. Dicimus mulieris, etiam seducta, ut significemus, non excusare raptorem consensum conspirantis raptioni mulieris. Si enim nupta sit rapta, lege matrimonii astricta marito suo, consentiendi abductioni facultatem non habet, & se committens raptori adulterium committit, augetque ille crimen, quod alterius uxorem seduxerit. Si innupta sit & vacans mulier, modo in parentum suorum potestate constituta sit, cum sui corporis domina non sit, ipsa quasi sui ipsius furtum committit, quæ se invito patri subducit. Nec interest, etiamsi quoque ante raptionem raptori suo sponderit nuptias, vel ejus nomine à patre constituta sponsalia sint. Filia enim familias matrimonium contrahere invitis parentibus non potest, & parentum arbitrio per-

<sup>1</sup> Farinac. oper. crimin. part. 5. quest. 145. tit. 16. de rapt. n. 45.  
<sup>2</sup> Vide Farinac. d. l. n. 40. & D. D. ab eo alleg. c. Iul. clar. libr. 5. sentent. §. rapt. n. 6.  
<sup>3</sup> Farinac. d. l. n. 43. Anton. Matth. ad libr. 48. Digest. tit. 4. cap. 2. n. 2. 3. de criminib. dissent. Iul. Clar. libr. 5. sentent. §. raptus, n. 6.

<sup>4</sup> Ant. Matth. d. loc. Iul. Clar. d. loc. n. 5. Gomez. ad leg. Tauri 80. n. 45.

missum est, filiarum suarum sponsalia, quotiens consultum videtur; remissio nuntio dissolvere. l. 10. D. de sponsal. ut suam dicere sponsam sponsus nequeat, quamdiu renunciare conditioni pater potest, nec eam facultatem discessu suo eripere patri filia debeat. Imo adeo nihil interesse voluit Imperator, an consentiat rapta, raptioni, an non, ut noluerit aliquo modo, utrovis casu, remittendam raptus poenam: tum ut metu atrocioris poenae deterriti mares, non ipsi soli temperent ab hoc crimine committendo, sed etiam intercidant locum peccandi sequiori amore inconcesso furenti sexui, cui sollicitanti & instiganti in re illicita morem gestum non oportuit: tum quoque quia cogitatu facile est, hoc ipsum velle mulieris, ab insidiis nequissimi hominis, qui meditatur rapinam induci. Nulla enim, quæ Deum timet, quæ parentes veneratur, nisi sollicitata, nisi malis artibus circumventa, veteratoris, insidiosis verbis seducta tantum dedecus committeret, ut consentiat raptui. At ex Solonis sententia, non multum discriminis interest, persuadeaturne alicui secus quam expediat, an vero is vi cogatur; & ille severius punivit, qui persuasoris verbis pellexisset mulierem, quam qui vi usus fuisset; persuasio quoque secus quam decet in jure nostro, vi comparatur. l. 3. §. 5. D. de homin. liber. exhibend. l. penult. C. de Apostat. dicitque Ulpianus, persuadere plus esse quam compelli & cogi sibi parere. l. 1. §. 3. D. de servo corrupt. Dicimus, clam parentibus, necessariisve. His enim consentientibus, quæ non invita abducitur, non rapitur, sed in commodiorem locum exequendi, quæ proposuerat, secedit. At si invita abducatur, consensus parentum raptorem non excusat; C. 3. caus. 36. q. 1. cum illis jus non sit, vel invitam ad stuprum exponere filiam, vel matrimonio collocare, & tradere viro. Quæ parentibus orba, clam curatoribus, vel iis consentientibus etiam, invita & repugnans abducitur, rapitur: & severioribus poenis hoc crimen à curatoribus, quorum voluntatis adfensio detegitur adfuisse, exigendum est; non enim eorum curæ conceditur virgo, ut vel. matrimonio futuro causa invitam stuprari sonant. Quæ constitutis sponsalibus, volens & consentiens amanti, secedit in alium locum, ut invitae necessariis perficiat matrimonium, plecta dici potest, rapta non potest: cum sui juris virgo, invito curatore, ad cujus officium non pertinet, nubat puella vel non. l. 20. D. de vir. nupt. se tradere viro possit, nec ille invita ea, ad faciendâ sponsalia nuntium sponso mittere cum effectu possit. l. 6. D. de sponsal. Aliud est, si constet, calliditate circumventam, malis artibus, pravis persuasionibus, muneribus, promissionibus, importunis sollicitationibus, scelestissimo more solius libidinis causa, plectam ad raptum fuisse infirmi judicii & vix puberem puellam (hujusmodi enim persuasio, uti diximus, vi comparatur) vel si vi & coactis hominibus curatori, necessariisve volens licet eripiatur puella, arg. C. 3. caus. 36. q. 1. Sponsa etiam, quæ invita abducitur à sponso, rapitur, licet sui juris constituta, & parentibus orba sit; quamvis, uxor à marito suo violenter abduci quidem, non rapi dici possit. Ratio differentiae est, quod uxor viro tradita, mariti sit, quam qui violenter abducit, abuti quidem possessione sua dici potest, sed non

Plutarchi.  
in Solon.

rapere. Sponsa vero, ante nuptias nostra non est, & incertum est, an nostra futura sit, quoniam conditioni renunciare potest. l. 1. C. de sponsal. At prædo est, qui venditam sibi rem, & nondum traditam rapit. l. 7. C. und. vi. l. 5. D. de adquir. vel amitt. possess. l. 14. §. 1. D. de furt. & summum scelus est, per raptum & violentum stuprum mulieri eripere velle facultatem renunciandi spon- sioni, & hoc modo cogere ad contrahendas nuptias.

Dicimus raptum esse *abductionem*: quod verbum nobis significat traductio- 7 nem, seu translationem mulieris de loco in locum. Non enim raptum com- mittit, qui in loco solo deprehensam mulierem vi subigit, non tamen abducit: non qui ex uno in aliud cubiculum ductam vi comprimit: non qui deprehen- sam in loco aprico & plano, per passus aliquot in latebras & loca impedita abducit. Aliud enim violentum stuprum est, aliud raptus. Violentus stu- prator est, qui mulieri in eodem, quo deprehendit, loco vitium vi infert (sive fugientem insecutus fuerit, sive reluctanter per passus aliquot abduxerit, ne clamor ejus exaudiri possit) vitiatam statim dimittit, & abit. Sic apud Teren- tium Myrrhina vitium vi filiae oblatum ait:

<sup>1</sup> *Æt. 4. scen.*  
<sup>1</sup> *Æt. 4. scen.*

*Nam cum compressa est gnata, forma in tenebris nosci non quita est:*

*Noque detractum ei tum quicquam est, qui possit nosci, qui fiet:*

*Ipse eripuit vi, in digito quem habuit, virgini abiens annulum.*<sup>2</sup>

Raptor vero est, qui mulierem de loco in locum abducit, stuprandi, retinen- di, & suppressendi animo. Raro enim committitur raptus, ut statim cor- rupta mulier remittatur parentibus suis. Potest tamen committi, & nihilo- minus raptus erit, quia abducta mulier fuit. Sic Demea de filii Æschini rapto,

<sup>2</sup> *Æt. 1. scen.*  
<sup>2</sup> *Adelp. 1.*  
<sup>3</sup> *Æt. 2. scen.*  
<sup>1</sup> *Adelp. 1.*

*eripuit mulierem, quam amabat.*<sup>2</sup> Et Sannio leno, *me invito abduxit meam.*<sup>3</sup> Ita- que qui eodem loci invitam retinet, & vi comprimit, non tamen abducit, rap- tor dici non potest. arg. l. 4. D. ne quis eum qui in jus voc. l. 3. C. ad leg. Jul. de vi. Eodem modo bonorum raptor violentus non dicitur, nisi qui per vim res etipuit, & abduxit. l. 2. §. 20. & 21. D. de vi bonor. raptor. Hoc qui admittere nolunt, violentum stuprum à rapto non distinguunt, & in violento stupro rap- tionem atque abductionem esse volunt; raptionem, quatenus pudicitia in- vitæ eripitur; abductionem, quatenus reluctans atque fugiens ad stuprum re- trahitur. At vero cum vi puellæ pudicitia eripitur, rapina virginitatis com- mittitur, non raptus virginis: & quæ reluctans ad stuprum retrahitur, non abducitur, sed in eodem loco, ne effugiat, retinetur: abduxisse enim non di- citur, qui in eodem loco hominem retinuit. l. 4. D. ne quis eum, qui in jus voc. In libris etiam nostris inter eos distinguitur, qui vi stupravit l. 29. §. ult. D. ad leg. Jul. de adulter. & qui vi rapuit mulierem. §. 8. Inst. de public. Judic. Sic Martianus, in eodem licet libro 14 Institutionum, diversis tamen locis agit, de stupro violento, l. 3. §. 4. D. ad leg. Jul. de vi public. & de rapto. l. 5. §. 2. D. eod. diversasque hisce criminibus præscriptas esse pœnas docet; argumento ea inter se quoque differre. Raptus pœna, mors est ex Justinianeâ constitu- tione. l. un. C. de rapt. §. 8. Inst. de public. Indic. Stupri violenti, ex lege Julia de

- de vi publica, aquæ & ignis interdictio seu deportatio. d. §. 8. l. 10. §. ult. D. ad leg. Jul. de vi public. Latini quoque scriptores, quotiens raptam esse mulierem narrant, abductam scribunt; quotiens violentum passam stuprum referunt, vi compressam, per vim vitium oblatum dicunt, uti id Terentium, Ovidium & Livium legenti palam est. Itaque sentio violentum stuprum non esse raptum, neque esse raptum sine abductione. Sentio tamen violentum stupratorem, argumento constitutionis Justinianæ de raptu, ultimo supplicio affici quandoque posse. <sup>1</sup> Dicimus tandem *libidinis committenda causa*, ut distinguamus raptum à plagio, quod hominis furtum est, cum rapitur masculus vel foemina, ex eorum venditione nummos comparandi, vel alia, quam libidinis committendæ causa. Exod. 21. vers. 16. Deuter. 24. vers. 7. T. T. D. & C. de leg. Fab. de plagis. Præcipuus & unicus raptorum solet esse scopus, ut quas blanditiis expugnare non potuere, vel parentes matrimonio collocare non luere, vi raptas comprimant, atque hoc modo satisfaciant libidini suæ, vel cogant quasi parentes consentire nuptiis jam non integrarum filiarum. Quocunque autem animo abducatur quis mulierem, sive solius libidinis explendæ, sive matrimonii contrahendi causa, nihil interest, & utroque casu raptum committit. Nec hic excusatio locum habet, *non libidinis causa, sed ex abundantia amoris feci*, flagrante licet etiam eodem æstu, & consentiente abductioni virgine. Nemini enim licet in pacata Republica, hostili more & animo sibi matrimonium conciliare: verum decet illos, qui uxores ducere satagunt, adire parentes, ab iis petere filias, & ex eorum voluntate, secundum legum præcepta, legitimum perficere matrimonium. Quisquis cum puella non ex voluntate parentum & necessariorum congregitur, impotentem libidinem prodit, nec turpitudine stupri caret. Dicimus, *libidinis committenda causa*, ut indigemus, propositum, seu animum raptoris, non factum in raptu notari, atque esse crimen in ipsa abductione, quæ stupri causa sit, etiam si ipsum stuprum non committatur.
- 10 Pessima criminum perpetrare Justinianus dicit, qui raptum committit. l. un. C. de rapt. Idque recte. Non enim unum duntaxat facinus, sed plura committit raptor; primum, vim adhibet, quæ ipsa crimen est, & quidem publicum, graviter animadvertendum, cum nihil magis intersit bene constitutæ Reipublicæ, in qua libertas omnibus æqua est, quam ut nemini, qua publice qua privatim vis fiat. *Multa*, inquit constantinus, *facinora sub uno violentia nomine continentur, cum aliis vim inferre certantibus, aliis cum indignatione resistentibus, verbera cædeque crebro detegantur admisse.* l. 6. C. ad leg. Jul. de vi publ. Deinde, qui raptæ mulieri vitium infert (cujus turpitudinis committendæ gratia potissimum hoc crimen fieri solet) stuprum committit, & quidem violentum, si vi raptam vi comprimat. Nec excusat crimen, si dicat, se non stupri, sed matrimonii causa abduxisse consentientem virginem. Ille enim publicum & honestum Majorum morem prævertens, hostili animo & more comparare sibi uxorem studet, cum oporteat, virginem à parentibus traditam duntaxat matrimonio

rio

nio sociare: illa vero sub potestate parentum suorum constituta, sui domina non est, nec consentire raptui potest: & non desinit esse stuprum, cum quis prætextu matrimonii, clam & invitis parentibus, sine quorum consensu nuptiæ confici nequeunt, virginem non invitam viat. Nostra denique interest animos nostrorum liberorum non corrumpi, l. 14. §. 1. D. de servo corrupt. At animi mores magnam labem trahunt ex hoc crimine. Si enim consensit raptui virgo, jam tum à raptore corrupta, didicit abjicere timorem Dei, contemnere parentes, famam suam bonumque nomen susque deque habere, & se omnium indignationi exponere. Si vi rapta sit, quid non movent raptores, quas non adhibent artes, dolosque, quibus non utuntur blanditiis, amoris lenociniis, persuasoriis verbis, minis etiam, ut dicat puella se voluntate sua raptam, vel ad minimum ut videatur sponte secuta. Si nupta alteri mulier rapta sit & comprimatur, adulterium insuper; si alteri desponsata, quasi adulterium committitur; quod utrumque gravius crimen est simplici adulterio, quia præter libidinem, & abductionem, & vim adjunctam habet; vel si mulieri volupe fuerit rapi, abductionem nihilominus. Rapinam committit raptor, & quidem virginitatis, ejus scilicet rei, quæ nullo pretio restitui, nulla arte reparari potest. C. 3. caus. 36. q. 1. in fin. junct. l. un. C. de rapt. In raptu plagium est, id est, hominis suppressio, atrox crimen. Et tandem qui raptum committit, homicidium huic sceleri adjungit, vel eo loco ad minimum est, ut paratus sit hominem occidere. Cædes enim plerumque miscentur raptui, quotiens raptæ mulieris propinqui, criminis & injuriæ atrocitate commoti raptorem insequuntur, prædamque ei eripere conantur: ipsisque etiam raptarum parentibus tædio ac tæbe miserabilem consciscunt interitum sæpius raptores. Gloss. & DD. in l. un. C. de raptu. Raptor quoque armatus ipse, & coactis hominibus, uti latro plerumque vadit ad prædam, animo occidendi eos, qui vim atque injuriam defensuri sunt. l. un. C. de rapt. junct. Novell. Leon. 35. at lege Cornelia de sicariis tenetur, qui hominis occidendi causa cum telo ambulat, vel cujus familia, possessionis adipiscendæ gratia, arma sumit l. 1. §. 3. §. 4. D. ad leg. Cornel. de sicar. l. 6. C. ad leg. Jul. de vi publica.

Raptorem non tantum, sed & eos, qui raptori auxilium præbent, in ipsa rapina & adhuc flagranti crimine deprehensos, tum parentes raptæ mulieris, tum consanguinei, tum tutores, tum curatores, patronietiam & domini, si forte liberta vel ancilla rapta sit, impune interficere possunt. l. un. C. de rapt. virgin. Novell. 143. Quod jus non tantum criminis atrocitas, sed & quædam rei peragendæ necessitas videtur flagitasse. Nam etiamsi non facile debeant leges privatorum manus in vindictam armare, cum privata ultio aliquid videatur semper habere ex iniquo: attamen, cum rapta raptori armato & in fuga deprehenso, sine vi & armis, eripi non possit, parentibus injuriam repellentibus jus occidendi concedendum fuit, ne occasio inviolatæ recuperandæ puellæ periret. Cum permittit Imperator raptorem in fuga, & flagranti adhuc crimine deprehensum interfici, manifeste innuit, non esse expectandum,

dum, usque dum in rebus venereis deprehendatur: flagrat enim crimen, cum raptor prædam abducit, etiamsi nondum contingat ultimum scopum, ad quem collimat. In rapto quoque non consideratur, cujus conditionis aut vitæ sit, an honestiori loco natus, an vilis, an abjectus; non etiam à quo occidatur, an à parente, marito, tutore, curatore, vel consanguineo, dummodo adsumtis persecutoribus testibus ita in rapina deprehensum occiderint, ut negari crimen non possit. Scilicet, tam atrocem injuriam propulsautes, contra quoscunque & cujusvis conditionis homines armare oportuit; & iis omnibus hæc defensio concedenda fuit, ad quos vel ex publico muneris necessitate pertinet invigilare, ne rapiatur, & rapta corrumpatur virgo: præterquam quod tutores & curatores plerunque ex proximis personis constituentur, ut ad eorum peculiarem injuriam quoque pertineat, si pupilla, vel minor foemina, quæ cognata, & sub eorum speciali custodia est, clanculum abducatur.

12 tur. Consanguinei, licet in libris nostris frequentius dicantur fratres ex eodem patre nati, §. 1. *Instit. de legitim. agnator. success. l. 2. §. 19. D. ad SC. Tertyll. l. 2. §. 1. D. de suis & legitim. heredib.* designantur tamen eo nomine quandoque etiam omnes ii, qui ex eodem sanguine nati sunt, seu ut loquitur Ulpianus, qui sanguine inter se connexi sunt. l. 1. §. 10. *D. de suis & legitim. hered. l. ult. C. quorum honor. l. 1. C. de legitim. heredib. l. 4. D. und. cognat.* & consanguinitas non semper nomen speciei est, fraternam necessitatem designans, sed & quandoque generis, omnes complectens cognatos. l. un. *C. de impon. lucrat. descript.* Hinc jam dubium est, an solis consanguineis fratribus, an etiam omnibus cognatis tribuat Justinianus licentiam occidendi raptorem, ejusque comites. Accursius postremum probavit, motus hoc argumento, quod jus occidendi curatoribus & tutoribus quoque datum sit: absurdum autem esse putat, dare curator, homini sæpius extraneo, quod deneges agnato proximo. Verum Cujacius, & post eum Matthæus per consanguineos, fratres intelligere Imperatorem volunt: tum quod in *Eclog. Basil. libr. 60. tit. 58. c. 1.* fratrum duntaxat fiat mentio: tum quod, cum in libris nostris per consanguineos, sæpius fratres intelligantur, rarius omnes sanguine nexi, videatur in dubio frequentior ac usitatio significatio probanda: Imprimis cum jus illud occidendi, quod privatis datur, rigidius sit, & aliquid ex iniquo habeat, atque idcirco interpretatione prudentium virorum potius restringendum, quam dilatandum sit. Azo vero non solum cognatis, cum

13 raptorem, eumque resistentem, & vim parantem interfecerint. Ex dictis colligi potest, laxiorem esse Justinianæ constitutionis de raptu potestatem, quam legis Juliæ de adulteriis. Illa enim duntaxat permisit patri quemcunque,

Ccc c

que,

que, marito vilem & abjectum tantum adulterum, & in rebus venereis deprehensum occidere: non consanguineis, non tutori, non curatori; non adulteri ministros, non adulterum in ipsa turpitudine, non deprehensum. *l. 22. §. 4. l. 23. l. 24. D. ad leg. Jul. de adulter.* Marcianus scribit, etiam si raptae pater injuriam suam precibus exoratus remiserit, tamen extraneum, sine quinquennii praescriptione, raptorem reum postulare posse, *cum raptus crimen legis Juliae de adulteris potestatem excedat. l. 5. §. ult. D. ad leg. Jul. de vi publ. l. 29. §. fin. D. de adult.*

Raptus poena cum dispendio bonorum ultimum supplicium est. *l. un. C. de rapt. l. 54. C. de Episcop. & cleric. l. 5. §. 2. D. ad leg. Jul. de vi publ.* Nec distinguitur, utrum ascetria, vel Deo dicata, (quas sacratissimas virgines attentare tantum matrimonii jungendi causa capital est. *l. 5. C. de Episcop. & cleric.*) an alia; utrum solius libidinis committendae, an matrimonii contrahendi causa. *arg. d. l. 5. C. de episcop. & cleric.* utrum volens, an invita rapta; utrum vitiata, an non à raptore fuerit mulier: utrum annixus raptor vitare puellam, ad ultimum sceleris gradum impeditus pervenire non potuerit, an facili poenitentia vel alia ratione ductus, sponte abstinerit. In ipsa enim raptione crimen est, morte vindicandum. Quod ad bona tamen distinctio est, utrum ingenua, an ancilla, vel liberta rapta fuerit: ancillae enim vel libertae raptores ultimo quidem supplicio coercentur, at nullum bonorum dispendium patiuntur. *d. l. un.* Eadem puniuntur poena, raptorum comites, ministri, auxiliatores, qui in ipsa raptione opem tulerunt, consilio juverunt, comitati sunt. Quicumque vero duntaxat conscii & ministri hujus criminis reperti & convicti fuerint, opem tulerint, consilium dederint, suaserint facinus, vel fugientem susceperint raptorem, non tamen in ipsa raptione eum comitati, bona quidem, si quae habeant, suis consanguineis relinquunt, at ob redemptos discursus, pravas suasiones, detestandas opitulationes, ut puella custodiam parentum elabatur, capitali subjacent poenae. Nec distinguitur, cujus sexus, mares an foeminae, cujus conditionis, gradus vel dignitatis sint: nisi quod, si quis inter haec ministeria servilis conditionis fuerit comprehensus, ignibus absumatur. *d. l. un.* Bona raptoris, eorumque qui eum in raptione comitati sunt, pleno dominio applicantur raptae, seu illa collocetur postea matrimonio, seu in pudicitia sua maneat, dummodo ingenua & laica sit. Mulieri vero Deo dicatae ususfructus addicitur, monasterio, asceterio, vel Ecclesiae proprietas. *l. 54. §. bono C. de episc. & cleric. Novell. 123. cap. 43.* si monasteria, ascetria, vel diaconissa rapta sit. Nisi liberos habeat raptor; iis enim ex legitimo matrimonio natis ad minimum legitima portio conservari debet. *arg. Novell. 123. c. 30. l. 7. D. de bono damnat.* ne ob paternum delictum fame & egestate pereant. Non remittitur poena, etiam si ignominiam illatam remittat, vindictaeque gratiam faciat puella: laesa enim publica tranquillitas publicae justitiae vindicanda est, & bono Reipublicae expiandum crimen. Parentes vero, quorum in maxime interest vindicari crimen, si in ipsa raptione patientiam praebuerint, & dolorem compresserint, vel post perpetratum facinus, seu accepto pretio

\* Anton.  
Matth. d. l.  
n. 6. l. l.  
Clar lib. 5. §.  
rapt. n. 4.  
Sens.

\* Anton.  
Matth. d. loc.  
n. 15.

- pretio turpiter deliniti, seu precibus exorati remiserint injuriam, & accusationem distulerint, deportatione plectuntur. Quod si forte potentatu se defendere, vel fuga judicis manus evadere raptor potuerit, raptæ facultas non datur raptorem suum sibi maritum exposcendi: & si se ei conjunxerit, nuptiæ irritæ sunt, & nefarii coitus dicuntur: raptæ ex testamento raptoris nihil consequi potest: raptoris quoque & comitum ejus bona ei denegantur, atque ejus parentibus, si non consenserint conjunctioni, addicuntur; si consenserint, vel defecerint, fisco: ipsique parentes, quorum voluntatis adfensio in matrimonium detegitur, aut qui, citra consensum, distulerint accusare raptorem
- 17 doloremque remiserint, deportantur. Hæc ita, tum ut raptori gravissima pœna sit, eo ipso carere, quod tantopere malo affectavit more; tum ut præcisa per legem omnium conciliandarum nuptiarum spe, ab hujusmodi facinore prorsus temperent homines: tum quia indigni sunt matrimonio, qui in pacata Republica, more hostili sibi student matrimonia comparare: tum ut ipsi parentes inducantur potius vindictam meditari, quam perversis liberorum amoribus indulgendo, injuriam remittere, & cum damno publico, paternæ nimium lenitatis exemplar præbere. Ita de raptu, & in raptores Justinianus constituit. *l. un. C. de rapt. Novell. 143. l. 54. C. de Episc. & cleric. §. 8. Inst. de public. judic. Novell. 150.* cujus constitutionem in pluribus approbans, circa mortis pœnam, ex patris sui sententia, hoc modo immutavit postea Leo imperator. *Vt si cum armis, sive gladiis, aliisve nonnullis præter gladium lethalibus, raptus commissus sit, qui raptum fecit, gladio puniatur; utpote, qui eo quod cum armis ad id factum processerit, neque ab homicidio immunis sit: qui vero suppetias tulerint, factive pertratores susceperint, naso mutilentur, verberentur, & cure tenus tondeantur. Quando autem arma violentiæ adhibita non essent, ut mortem sententia non spectet, quod nempe tunc homicidium locum non habuerit: sed raptus auctor manus mutilatione periclitetur: qui vero ministerium præbuerint, alioquive se isti rei immiscuerint, verberibus, tonsura, & deportatione pœnas pendant. Novell. 35.* Hactenus Leo, qui vero an recte mutaverit Justinianeam constitutionem, judicium sit penes lectorem.
- 19 Cæterum, quærere quis merito posset, cum Justinianus tam severis pœnis exigendum voluerit à raptore raptus crimen, cur nulli subdendam pœnæ jussit mulierem, cujus voluntatis adfensio detegitur fuisse, imo quæ ipsa invitavit, sollicitavit, instigavit raptorem. Habuit certe ante se Constantini imperatoris antiquam constitutionem, quæ eadem cum raptore pœna raptam affici voluit, si consensisset raptioni. Imo, quod durum videtur, invitæ raptæ parentum successionem denegavit, addita rigoris hujus hac ratione. Domini se usque ad conjunctionis diem servare potuit: & si fores raptoris frangerentur audacia, vicinorum opem clamoribus petere, seque omnibus tueri conatibus. *l. 1. C. Theod. de rapt. virg. vel viduar.* Verum, existimavit Justinianus, parcendum mulierum naturæ, cum fragilis sit, impotens animi, infirma, & amoris facibus accensa facile in præceps ruat; in eum autem derivandam esse culpam, qui mulierem lenociniis suis amatricem fecit, & libidine furem-



tem, ut raptum voveret animo, adegit. Nulla enim tam profligati pudoris futura creditur, ut, nisi calliditate circumventa, vel odiosis artibus seducta, fuisset, voluerit tantum dedecus committere, ipsumque raptorem ad sui raptum instigare. Deinde, forte sat pœnarum putavit esse mulieri in ipso raptu, & quod raptum semper comitari solet, stupro. Quid enim salvi est mulieri amissa pudicitia? hac dote sola bonis commendabilis est. Tandem, credidit Imperator, exquisitis pœnis potius affligendos esse raptores, ut his à committendo crimine deterritis, nulli mulieri, sive volenti, sive nolenti peccandi locus reliquus esse possit, quam ipsas raptas, quæ malis artibus seductæ semper creduntur. *l. un. verb. si enim. C. de rapt.*

Magnum à jure Justiniano divortium hac in re jus canonicum fecit. Gratianus duplicem agnoscit raptum; unum virginis, alterum virginitatis. Virginis, cum puella violenter à domo patris abducitur, ut corrupta in uxorem habeatur. *C. 2. caus. 36. q. 1.* Virginitatis, cum deprehensæ in loco solo puellæ flos virginitatis per vim eripitur. *C. 3. caus. 36. q. 1. in fin.* Quam utramque speciem comprehendens dictus auctor ex Isidoro raptum definit, *illicitum coitum à corrumpeudo dictum*: adjungitque, unde qui raptu poritur, stupro fruitur. *C. 1. caus. 36. q. 1.* quali diceret, ideo quis rapit mulierem, ut corrumpat. In quo reprehendi potest, quod raptum cum violento stupro confuderit, cum tamen hæc duo maxime inter se distincta sint. Non enim raptum committit, qui in loco solo reluctantem virginem vi opprimit, sed violentum stuprum: uti in præcedentibus demonstravimus. Vim adhibitam requirit hic juris canonici compilator, ut virginis raptus committatur; nec interesse existimat, an in ipsa raptione, parentibus solis, consentiente raptui puella, an puellæ soli, consentientibus parentibus, an utrisque vis fiat. Idque recte; ut & quod negat, proprie raptum esse, cum sua voluntate mulier, non prohibentibus parentibus abducitur. *C. 3. caus. 36. q. 1.* modo intelligat hujusmodi parentes, qui non prohibent, quia consentiunt. At si sentiat, consentiente raptioni puella, parentibus vim non fieri, quibus infcisi abducitur, à jure civili diffidet, quo & cum infcisi, & quia absunt, non prohibentibus parentibus, virgo abducitur, raptus committitur. Non enim requiritur, ut vis de facto inferatur, sed ut hostili more & animo parato vim inferendi, si quis obstiterit, volens quoque abducatur puella. Verum ne quid hic de mente Gratiani disputemus, Innocentius tertius decernit, raptorem dici non debere, qui volentem rapuit mulierem, & prius eam desponsavit, quam cognovit, etiamsi reclament parentes, à quibus rapta dicitur. *C. 6. x. de rapt.* Ex quo capitulo observandum est; primum, quod ex mente Pontificis, raptus virginis non committitur, quæ voluit rapi, etiamsi invitis vel infcisi parentibus abducatur, modo de ejus nuptiis antea actum fuerit. Quod ipsum Gelasius Papa legem quandam præteritorum Principum constituisse dicit. *C. 2. caus. 56. q. 1.* Juris ratio videtur esse, quod quæ à parentibus negata, amanti se committit, secedere tantummodo, non rapi videtur, ut austeritate parentum non impedita liberrimam contrahendi

hendi matrimonii facultatem nanciscatur, quod solo coeuntium consensu jure canonico perficitur. Deinde, quod neque virginis raptor dici possit, qui volentem virginem abduxit, & postquam abduxerat, eam sibi desponsavit uxorem, antequam duceret: etiam si enim injuriam sibi illatam esse querantur parentes, cum tamen invitis iis filia se potuit collocare matrimonio, post pactas nuptias, uxorem suam amplexus fuit raptor, non stuprum commisit. Quid ergo? raptusne committitur, cum volens abducitur virgo, de cujus nuptiis antea actum non fuit? Distinguendum est, an in sacris parentum, an suæ potestatis sit puella: si posterius, raptus proprie non committitur, nisi dolo malo, & blandis verbis, promissionibus, muneribus, aliisque malis artibus persuasa se commiserit raptor: hoc enim casu, volenti mulieri injuria & vis fieri intelligitur, cum dolosa persuasio non minus malum sit, quam violenta coactio. *l. 3. §. 5. D. de liber. homin. exhib.* <sup>1</sup> Si prius, raptus committitur modo vis fiat parentibus; quæ semper fieri intelligitur, cum persuasoriis verbis illecta puella ignorantibus parentibus abducitur. <sup>2</sup> Quamvis Bernardus in *C. 6. x. de rapt.* generalioribus verbis dicat: *ubi consensit mulier, raptus non dicitur.* Intelligendus enim est ex mente Innocentii, casu, quo ante de ejus nuptiis actum fuit. Quippe animo contrahendi matrimonii, neque præsumi, neque rapta dici potest, sed libidinis tantum exercendæ causa, quæ parentes habens, non ante de nuptiis suis cum raptore egit. At se exponere raptui, ut stuprum patiat, ne volens quidem mulier potest, cum ut delicta committat, membrorum suorum domina non sit. *arg. l. 13. D. ad leg. Aquil.* <sup>3</sup> Animum autem contrahendi matrimonii adfuisse raptori & raptæ colligitur, quotiens ante abductionem de nuptiis inter eos actum fuit, id est, tractaverint modo & loquuti fuerint de futuris nuptiis, quibus assentiri noluit puellæ pater: uti ex eo colligi potest, quod Innocentius dicat non esse raptum, cum post abductionem sibi raptam desponsavit uxorem raptor, eamque cognovit. Ut probare illorum sententiam non possum, qui ante abductionem, constituta sponsalia requirunt. <sup>4</sup> De sponsa enim rapta non in hoc Innocentii capitulo, sed in aliis locis, & quidem hoc modo disponit jus Canonicum. Vel verbis in præsens, vel in futurum tempus conceptis desponsa puella est: si prius, cum sponsalia de præsentis sint veræ nuptiæ, atque contrahi possint ingratias parentum, qui consentientem abduxit mulierem, quod suum est, abduxisse dicitur, & quæ se rapi non invita patitur, matrimonii legi parens, sequi maritum intelligitur, etiam si invitis parentibus abductio fiat. *arg. C. penult. x. de rapt.* <sup>5</sup> Nec quoque raptum committit, qui sponsam suam invitam rapit, *C. 5. caus. 36. q. 2.* quia verbis de præsentis desponsa, vera uxor est; at potestatem in uxorem suam habet maritus, potestque eam reluctantem in domum suam transducere; <sup>6</sup> semperque præsumendum est, dominum audentem quod suum est, jure potius suo uti, nec re sua vitiose uti velle, quam furti consilium inire. *l. 51. D. pro socio.* Deinde sponsa, quam cito sponsalia constituta sunt, à sponso suo obligata intelligitur, ut raptor sponsus dici non possit,

<sup>1</sup> Mascard.  
de probat.  
lib. 3. conclus. 1253.

<sup>2</sup> n. 29. Thom.  
Sanch lib.  
7. disput. 12.

<sup>3</sup> n. 6. de matrimon.  
Farrinac. oper.  
criminal.

<sup>4</sup> part. 5. de delict.  
carn. q. 141. tit. 16.  
de rapt. §.

<sup>5</sup> vis. Ampl. 9.  
limit. 1. n. 131.

<sup>6</sup> Abb. in  
cum caus. x.  
de rapt. n. 4.  
Abb. d. loc.

<sup>7</sup> Farrinac.  
d. l. n. 136.

<sup>8</sup> Farrin d. l.  
n. 87. 88.

<sup>9</sup> Farrin d.  
l. n. 84.

possit, sua enim tum possessione utitur. *gloss. in C. 2. caus. 36. q. 1.* Raptus tamen committitur, cum quis invitam sponfam abducit, quæ intacta adhuc ab eo. & integra, pœnitentiâ ducta renunciavit sponsalibus, & confessa fuit se religiosam vitam amplecti. Hoc enim casu, invito sponso nuntium remitti, & resolvi sponsalia possunt. Si vero verbis in futurum tempus conceptis desponsata puella fuerit, quæ sua voluntate abducitur, non rapitur; quia commodiorem locum ad perficiendum, quod promissit, matrimonium, quæsisse videtur. Sed qui invitam abducit, raptum committit, cum possit illa quandoque pœnitentiâ ducta sponsioni renunciare, si integra & intacta à sponso sit; at quæ nuntium misit, sponsa non amplius est, nec quid juris in eam sponsus habet: excusandus tamen hic raptus est à severiori pœna, propter nuptiarum promissionem, quæ inter raptorem raptamque aliquando fuit.

*Farinac. d. loc. n. 91. 92. Bajard. aa. Clar. §. ra. pœna n. 13.*

Cæterum, dubium non est, raptum committere, qui sacram virginem abducit, sive illa invita abripiatur, sive consentiat raptioni, sive libidinis committendæ causâ, sive matrimonii contrahendi animo. Deo enim dicatam, & Christo nuptam virginem novo matrimonio consentiendi facultatem non habere aiunt. C. 2. & *ib. gloss. caus. 36. q. 2.*

Capite non plectit raptum Jus canonicum; non enim sanctorum Pontificum est, gladio sceleratos ferire, sed eos, indicta pœnitentia, & anathematis comminatione, peccatorum cœno immersos in viam virtutis & pietatis retrahere. Gratianus autem, cum dicit raptorem morte multari. *in C. 2. caus. 36. q. 1.* intelligendus est, hoc loco obiter referre jus civile, non canonicum: & duo canones, qui mortem raptori minantur. C. 6. *caus. 33. q. 3. & C. 3. caus. 36. q. 2.* ex Justiniano jure transcripti, non adducuntur ab eo, quatenus raptores capitis pœna feriunt, sed quatenus raptæ & raptoris nuptias conglutinari non posse, arguunt. Hæc nostra sententia manifestissima est ex Calixti Papæ ad Episcopos Galliæ epistola; raptores inquit ille, *leges seculi interficiunt, sed nos misericordia præunte, sub infamia nota eos ad pœnitentiam recipimus.* C. 4. *caus. 3. q. 4.* Sunt itaque infames raptores, *cap. 6. sess. 24. de reform. matrim. concil. Trident.* ad accusationem vel testimonium dicendum non admittuntur, quia vox eorum funesta est. C. 9. *caus. 3. q. 5.*

*Farinac. d. loc. n. 14.*

Si quis alterius sponfam rapuerit, publica pœnitentia multatur; nec raptam in matrimonio sub anathematis pœna habere potest. C. 33. C. 34. *caus. 27. q. 2.* Qui Deo dicatam virginem rapuerit, ob nefandissimi criminis atrocitatem à communione suspenditur. C. 2. *caus. 36. q. 2.* Qui invitam virginem, vel consentientem raptui, non tamen matrimonii contrahendi, sed libidinis explendæ causâ, rapuerit, si clericus sit, decedit à proprio gradu, si laicus, publica pœnitentia multatur; C. 33. *caus. 27. q. 2.* quam si agere nolit, anathematis gladio feritur. C. 1. & *ib. gloss. in verb. anathematizentur*, C. 4. C. 5. C. 6. *caus. 36. q. 2.* Eadem pœna feriuntur, qui raptoribus opem ferunt, seu opitulantur, connivent, favent, & tanti criminis conscii sunt. d. C. 1. c. 4. c. 5. *caus. 36. q. 2.* Anteriores quidem canones raptoris cum rapta matrimonium prohibere. C. 11.

*caus.*

*caus. 36. q. 2. decrevitque olim Concilium Cabilonenſe, ut juxta canonicam auctoritatem ad conjugia legitima raptas ſibi jure vindicare raptores nullatenus poſint. C. 4. cauſ. 36. q. 2. Sed juſ novum contrarium probavit, & raptori raptam legitimo copulari poſſe matrimonio conceſſit. C. penult. C. ult. x. de raptor. Idque, ut Farinaciuſ ſcribit,<sup>1</sup> ex auctoritate divi Hieronymi hoc matrimonium inter legitima reponentis. in C. 8. cauſ. 36. q. 2. Qui locum Moſis Deuter. 22. verſ. 28. de virgine aſtu & blanditiis inſidioſis in concubitum pelleſta loquentem, ad vi corruptam videtur tranſtuliffe.*

<sup>1</sup> Diff. loc. n. 26.

- 25 Quicquid ſit, ſive auctoritatem Heronymi ſecutus fuerit Innocentiuſ tertiuſ, ſive hoc juſ probaverit, quia ita conſtituendum cenſuit, voluit ille inter raptum & raptorem nuptias conglutinari ingratiis etiam parentum poſſe, nec expectandum vel neceſſarium cenſuit, ut rapta priuſ familiæ ſuæ reſtituta, ex arbitrio patris, raptori nubat. C. 6. x. de raptor.<sup>2</sup> Scilicet, conſideravit tantum voluntatem virginis, quæ rapitur, non parentum, à quibus abripi tur, cum tamen Deus in ditione parentum voluerit eſſe liberos, atque in eorum arbitrio poſuerit, pelleſtam & devirginatam puellam matrimonio collocare, vel ſtupratori negare. Exod. 22. verſ. 16. 17. Imo conſtituit idem Pontifex, etiamſi non deſponſa puella vi & invita rapta fuerit, ut raptuſ crimen nullo colore excuſari poſſit, ratum nihilominuſ eſſe inter illoſ matrimonium, ſi prior puella diſſenſio tranſeat poſtmodum in conſenſum. & quod ante diſplicuit, tandem incipiat complacere: C. ult. x. de raptor. etiam, priuſquam raptam reſtituat raptor, iis à quibus eam rapuit.<sup>3</sup> Nempe, ſoluſ coeuntium conſenſuſ ſufficit ad contrahendas nuptias, nec reſpicitur vel raptoris perpetratum ſceluſ, vel parentum diſſenſuſ: raptor enim & rapta, nomina ſunt vitiorum, non perſonarum: vitia autem cum per poenitentiam purgata ſunt, nomina eorum abolentur. Gratian. in C. 6. cauſ. 36. q. 2. Parentum vero arbitriuſ ut honeſtuſ, non ut neceſſarium in liberorum nuptiis requirunt canoneſ. Ita Innocentiuſ tertiuſ. Sed ipſiuſ rei turpitudine victa Synoduſ Tridentina, aliquantuluſ huic juri derogans, decrevit, nulluſ eſſe, nec conſiſtere matrimoniuſ inter raptam & raptorem eo tempore contractuſ, cum illa ſub poteſtate raptoris adhuc eſſet: quia ſub truculenti hominiſ manu poſita puellæ conſenſuſ, liber, ut eſſe oportet, videri non poteſt, ſine quo tamen nulluſ ratuſ contrahitur matrimoniuſ. At ſi reſtituta penatibus ſuiſ, vel eo loco poſita, ut potuerit contra quancunque vim, juſ publicuſ invocare, elegerit raptoris nuptias, eaſ licitaſ & legitimaſ voluit eadem Synoduſ. C. 6. ſeſſ. 24. de reform. matrim. Scilicet, ut conſulatur criminis innoxia mulieri, cui niſi matrimonio contracto, virginitatiſ honor reſtitui, & pudicitiaſ damnuſ reſarciri nequit. Raptores nihilominuſ, eoſque, qui illiſ conſiliuſ, auxilium, opemve præſtiterunt, infameſ, omniumque dignitatuſ incapaceſ declaravit, excommunicationiſ fulmine feriit, atque à raptore raptam, ſive ducta ab eo in uxorem, ſive non ducta fuerit, arbitrio judiciſ dotandam voluit C. 6. ſeſſion. 24. de reform. ma-
- 26 trim. Dignuſ autem violentuſ licet raptorem, ut moſ ei inſigatur, non dixit,

<sup>2</sup> Covarruv. part. 2. de matrim. c. 3. §. 9. n. 1.

<sup>3</sup> Covarr. d. l.

dixit; quia eorum, à quibus Domini sacramenta tractantur, non est, vel iudicium sanguinis tractare, aut quod morte plectendum est, propria sententia judicare. *C. 30. caus. 23. q. 8.* vel cruentas constitutiones emittere; ne nocentissimi licet cujusquam sanguinis eorum purpura maculetur. Verum Papalis sanctitatis est, anathematis, & excommunicationis fulmine ferire sceleratos, & hoc metu, errantes ab erroris sui semita in viam pietatis retrahere. Hæc de jure Canonico.

Vtrumque jus suis consistere rationibus, ex dictis palam est. Sed utilior Reipublicæ legum civilium severitas, quam canonum misericordia est. Laudandum quidem in Pontificibus est, quod consulentes animabus peccatorum, excommunicationis comminatione eo adigant sceleratos raptos, ut detestentur crimina sua, & pœnitentia acta, deprecantur culpam à Deo. Sed non minus laudandum in Justiniano est, quod ultore gladio raptus crimen vindicandum velit; tum ut tollatur malum è medio populi, ne exemplo alios inficiat, tum ut sentiant scelerati etiam hujus seculi vindictam. Tolerandum in Pontificibus est, uti ex charitate & commiseratione profectum, quod raptæ & raptoris nuptias ferant, ut hoc modo abstergatur pudicitiae labes, puellæ stupro inflicta. Verum summopere laudandum in Justiniano harum nuptiarum interdictum, ut raptori pœna sit, eo ipso carere, quod per scelus totis viribus petiit: utque deterreantur homines à nefando rapto mulierum, quas nunquam iis iusto matrimonio copulari posse sciunt. Cætera in jure Canonico circa raptum decreta, Christiano legum latori indigna sunt. Contra naturalem rationem est, ne rapta dicatur, quæ colludens cum raptore suo, patet sponsalibus, ingratis parentum, se rapi patitur. Nonne natura in ditione parentum liberos esse voluit? Contra divinam legem est, ut nudo suo consensu, ignorantibus, imo reclamantibus etiam parentibus, rapta possit cum raptore suo ratum contrahere matrimonium. Nonne Deus parentum arbitrio commisit filiam, etiam stupratæ, nuptias? Tandem contra civilem prudentiam est, ratas habere nuptias ex prolato mulieris consensu sub potestate raptoris constitutæ: Quæ tum libera dissentendi facultas puellæ est? quis tum liber consensus, cum libertatem dissentendi auferunt truculenti raptoris minæ? Sed hoc vetus Innocentii jus correctum à Concilio Tridentino diximus.

Cæterum, cum jus Canonicum expressis verbis non deroget juri civili, circa mortis pœnam raptori infligendam; permittat tamen raptæ & raptoris matrimonium: disputant interpretes, an remitti raptori ultimum supplicium debeat, cui se matrimonio sociavit rapta? Plurimi, in terris ecclesiæ admittendam affirmantem, in terris Imperii, negantem sententiam esse volunt: cum jus canonicum probaverit quidem raptoris nuptias, at non sustulerit raptus pœnas jure civili statutas: matrimonii vero probatio commune nihil habeat cum vindicta vindicandi sceleris. Alii è contra sine distinctione, raptoris vitæ parcendum esse contendunt; præcipue si matrimonio consentiant raptæ

ptæ parentes; quia jus canonicum, cujus est circa sacramentum matrimonii disponere, cum concesserit matrimonium, remisisse mortis pœnas dici debet: Eadem argumentatione, qua legis civilis stupri pœnam evitat, qui stupratam ducit, quia hoc matrimonium ratum habet jus canonicum. C. 1. & 2. x. de adult. Parum quoque prodesset raptæ puellæ matrimonii iusti concessio & firmitas, nisi ea eximeret morti raptorem. Existimaverim autem, etiamsi quæque constitutio quædam Pontificum in contrarium esset, libero à Papatu populo affirmantium sententiam, ut civili prudentiæ magis congruam, amplectendam esse. Publicæ tranquillitatis interest, ne tanta scelera atrocioribus non plectantur suppliciis: ea enim tuta esse non potest, nisi exquisitarum pœnarum formidine, præcisa omni impunitatis spe, ab atrocioribus committendis criminibus deterreantur homines. Publicâ justitiam & Rempublicam lædit, qui raptum committit: at invita juris scientia, privatorum commiserationi committeretur, sceleratum hominem, læsæ tranquillitatis publicæ reum, legitimis pœnis subducere, atque ita juri publico derogari privatorum pactis posse. l. 38. D. de pact. Magis considerandum est raptus odium, quam raptæ puellæ & vitiatæ infortunium; nec tanti æstimari debet ejus pudicitæ per stuprum ereptæ per matrimonium qualiscunque restitutio, ut propterea intermittere publica vindicta debeat; ne impunitatis spes alios alliciat, & ad delinquendum invitet. Si vi rapta, & compressa fuit fœmina, cum ejus in stupro nil nisi nolle fuerit, pudica habetur, nec eget matrimonio raptoris, ut ei pudicitæ honos restituatur. Etenim, pudicitia, virtus in animo constituta, à violento stupratore eripi non potest. C. 6. caus. 32. q. 5. Si consentiens facinori, neque invita rapta, neque stuprum passa fuit; indigna est, ut contractam animæ, famæ, & corporis labem cum publicæ vindictæ intermissione ei auferat matrimonium. Et certe quis unquam raptor ad supplicium rapietur, si huic præposteræ clementiæ daretur locus? Nonne scimus faciles esse puellarum motus? easque facile amantis blanditiis, persuasoriis verbis, obtestationibus, obsecrationibus ad commiserationem flecti? præcipue, cum agitur de conservanda ab infami morte illius vita, qui, licet inconsiderate, ex abundantia tamen amoris (uti semper hic prætextus capitur) ut virgine amata potiretur, se in tantum periculum conjecit. Clementiæ, licet præposteræ, laudem semper magis affectat sequior sexus, quam severioris vindictæ. His accedit ex interfecta virginitate famæ tantilla labes, quam detergeri duntaxat matrimonio cum raptore contracto posse, præfloratis persuaderi solet. Deinde quod devirginata non facile virum invenerit. Sed hæc omnia superat publica ex morte raptoris utilitas.

- 29 Politica Hollandiæ constitutio in plectendo raptus crimine nos remittit ad Cæsareas, & scriptas, id est, civiles leges. art. 18. Holl. art. 33. Zeland. polit. constit. art. 85. Eghr Reglem. vand Stat. gener. Quod tamen non ita intelligendum est, quasi Justinianeæ de raptu constitutio secundum omnes partes suas in viridi hodie esset observantia; sed quod velint Ordines, id quod præcipue

D d d d

circa

Vid. DD.  
citas. à Far-  
nac. oper.  
crimin. part.  
5. de delict.  
carnis q.  
145. Tit. 16.  
§. raptus. n.  
97. & seqq.

circa raptorem in ea constituitur, & hodie locum habere. Necesse itaque erit, juxta seriem Justinianæ constitutionis, pœnas raptus, quæ, quando, & quomodo ex judicantium consuetudine apud nos receptæ sunt, breviter demonstrare.

Parentes, consanguinei, tutores, vel curatores virginis per vim raptæ, jus 30 occidendi raptorem, ejusque comites, sive auxiliares non habent. Ratio est, quod non omnis raptus hodie capite plectatur, ut causæ cognitio necessaria, & ex judicis sententia raptori pœna infligenda sit; ne etiam sub prætextu violenti raptus, à privato vindictæ nimium cupido aliquis interficiatur, quæ post causæ cognitionem judex mortis reum non judicaret. Deinde, non solum ordinem publicum turbat, reum inauditum, recenti crimine inadentem, morti non præparatum à privato occidi posse: sed & contra omnem rationem videtur, ut in bene constituta Republica, publica vindicta committatur privata iræ; præterquam quod à Christiana mansuetudine aliena sit privata vindicta. Matth. 5. vers. 21. & seqq. ad Roman. 12. vers. 17. & jure canonico interdicta C. 6. caus. 33. q. 2. Hoc tamen ita intelligendum velim, ut non liceat hodie raptorem sine necessitate occidere. Nam si insequentibus consanguineis, raptam virginem postulantibus, resistat raptor, vimque inferat, paratus interfici, vel interficere potius, quam deferere prædam, existimo remittendam esse homicidii pœnam in hanc necessitatem conjectis, vel occidere vi resistentem raptorem, vel pati, ut abductam ille virginem vim comprimatur. Et hoc casu loqui Grotium intelligo, cum dicit, citra ullius pœnæ metum licere patri filiz suæ raptorem interficere.<sup>2</sup>

Si quis sponsam suam per vim rapuerit, distinguunt aliqui inter sponsalia; at- 31 que mitius cum eo agendum putant, qui sponsam de præsentī rapuit, quoniam renunciare illa conditioni nequit, C. penult. x. de sponsal. c. 1. x. de spons. duor. Gravius qui sponsam de futuro, quia illa nuntium ad finienda sponsalia mittere potest.<sup>3</sup> Verum hæc distinctio jure canonico quidem, at moribus nostris probari non potest. Omnia enim nostra sponsalia, quibuscunque verbis concepta, futurarum nuptiarum sponsiones sunt, præsentēs nuptias nulla constituunt: neque conditioni renunciare sponsa potest, nisi justam repudiū rationem habeat, & tum duntaxat post causæ cognitionem, ex judicis sententia, non privato arbitrio. Itaque hoc modo distinguendum puto. Vel sub patris potestate constituta filia, clam eo nuptias amanti promittit: vel pater ipse filiam consentientem despondit. Si prior per vim adducta sit, cum, actâ pœnitentiâ renunciāns sponsalibus, quæ clam patre contracta per se irrita sunt, voluerit potius parenti, quam amorī obsequi, sponsa dici nequit, & raptori nullo modo raptus pœna remittenda est. arg. l. unic. C. de rapt. Si vero à patre desponsata per vim adducta sit, cum mutato consilio, neque ille dare filiam, neque illa nubere vellet, mitius raptorem plectendum puto, quoniam pater neque ex consensu filiz à se more recepto desponsatæ, nuntium remittere sine iusta causa sponso potuit; ille autem jus quoddam ad puellam con-

<sup>2</sup> Grotius. in l. 59. C. de episcop. & cleric. & in l. un. C. de rapt. post Ritterhus. Covarruv. Gros. & c. ab eo alleg. Zy. p. de nois. jur. Belg. libr. 9. tit. de raptor. virgin. <sup>3</sup> Libr. 3. c. 33. in fin. Inleyde. tot d' Hollands. Reghs. gel. <sup>3</sup> Anton. Matth. d. l. n. 12. post Farinac. d. loc. n. 68.

- consequendam ex sponsalibus habuit. *arg. C. ult. x. de rapt.* ut illius amor ali-  
quantulum concedi debeat : plectendum tamen , quia non vi rapere , sibi jus  
dicere , & hostili more matrimonium comparare , sed per judicem exposcere  
32 puellam uxorem debuit. *arg. l. 7. C. und. vi. l. 5. D. de acquir. vel amitt. possess. l. 14.*  
*§. 1. D. de furt.* Si pater à se desponsatam filiam invitam , & per vim , nec con-  
sentientem sponsioni rapi patiatur , patientiamque præbeat , utrumque seve-  
riori pœna plectendum puto ; patrem , quod tanto sceleri consenserit , *arg. l. un.*  
*C. de rapt.* atque , contra mores , filiam invitam collocare matrimonio studue-  
rit , juvenique stuprandam commiserit : raptorem , quod tantum scelus , licet  
patre consentiente , contra leges ausus fuerit. *d. l. un. C. de rapt.* Sic nostro  
ævo , ex curiæ Hollandiæ sententia , vitricus quidam virgis cæsus , & mater ra-  
ptæ publico ludibrio expositi fuere , quod raptioni duodecim annorum filia  
& vix puberis puellæ patientiam præbuerant : raptor autem ipse seve-  
33 riores judicum pœnas fuga evasit. Cæterum hodie exilio , vel alia quavis  
pœna non plectuntur parentes , vel consanguinei , qui accusationem disse-  
runt , dolorem dissimulant , injuriam pactione remittunt ; quia hodie ad publi-  
cum fisci patroni munus spectat , aliquem criminali actione persequi ; & Chri-  
stianæ mansuetudinis est , remittere injuriam , nec vindictæ cupidum esse. At-  
tamen cum nostra aliquando interfit , injuriam nobis illatam non negligi , si  
pater , cujus persona vilis forte & abjecta est , filia vero honesta , remittat in-  
juriam , nec persequatur raptorem , puto nihilominus filia raptæ , vel ejus no-  
mine consanguineis dandam actionem : non enim debet pater vilissimus filia  
34 suæ contumeliam ad suam utilitatem metiri. *arg. l. 17. §. 13. D. de injur. & famos. libell.* Raptores , eorumque comites , qui iis in ipsa raptione opem præ-  
buerunt , suppetias tulerunt , comitati sunt , ultimo hodie plectuntur suppli-  
cio , atque eorum bona addicuntur fisco , non autem raptæ virgini. Nec re-  
mittitur pœna , etiamsi injuriam remittat puella , raptoremque maritum velit.  
Vis publica , turbata Reipublicæ tranquillitas , criminis atrocitas publicam vin-  
dictam exposcunt , non intermittendam ob privatorum commiserationem  
vel utilitatem. Qua de re in annalibus nostris illustre exemplum Caro-  
li Audacis , Burgundiæ & nostri ducis , extare dicit Groëneweghen , idque ci-  
tat Catzius , ut probet violento raptori , etiam post contractas cum rapta  
nuptias , mortis pœnam non remitti. At mihi videtur hoc exemplum non  
quadrare nostro negotio. Non enim rapuerat mulierem oppido cuidam in Ze-  
landia Præfectus , de quo loquuntur memorati auctores , sed si illa annueret  
votis , pactus vitam mariti , quem in carcerem conjecerat , conturbatam in stu-  
prum pellexerat , & nihilominus per insidias condemnatum maritum securi  
percusserat , abutens tum publico munere , tum per oppressionem mulieri pu-  
dictiam eripiens , & deceptis per falsas probationes iudicibus , adulterio ho-  
micidium adjungens ; quod certe detestandum facinus fuit. Melius ex sen-  
tentia à Curia Hollandiæ in causa Gerhardi van Raaphorst lata , concludi  
potest , etiam post nuptias cum rapta contractas , ultimo supplicio exegisse  
viam.



raptus criinen Majores nostros. Ille enim Gerhardus van Raaphorst, postquam raptam duxisset uxorem, corporis poenae gratiam à Principe impetrare debuit (certissimo argumento, eam non remitti propter contractum cum rapta matrimonium) quam, etiam si pro eo intercederet legatus Galliae, ægre tamen concessit Princeps, idque non nisi sub conditione, ut se submitteret parentibus raptæ, ab iis culpam deprecaretur, seque iis reconciliaret, si fieri posset, atque civili multa ex arbitrio Curiae pro atrocitate criminis definienda lueret, expiaretque crimen. <sup>1</sup> Cæterum ait Groeneweghen, si rapta velit raptori nubere, vel jam nuperit, ob favorem matrimonii, facilius tum à Principe delicti gratiam impetrari; <sup>2</sup> & scribit Zypæus, se vidisse aliquando fiscali actione pulsatos conjuges, ut raptus reos, & pecunia crimen abolitum fuisset. <sup>3</sup> Haecenus de violento rapto. Videamus jam, quid statui oporteat, cum non invita, sed voluntate sua rapta fuit mulier. Nobilis Poëta, & quondam Illustr. Ordinum Hollandiae Syndicorum Primicerius Catzius scribit, suo tempore, in carcerem conjectos fuisse raptam raptoremque; & quamvis testaretur puella se ipsam conduxisse currum, invitasse juvenem, ut se comitaretur, adeoque sollicitasse eum ad committendū raptum, nihilominus cum puellæ pater expeteret publicam justitiam, postularetq; vindictam, Curiae Senatores ultimo supplicio plectendum raptorem censuisse; atque illum procul dubio in infami pegmate vitam amissurum fuisse, nisi intercessione amicorum delinitus puellæ pater, intermiseret actionem suam, delictique gratiam à Principe impetrasset raptor. <sup>4</sup> Groeneweghen vero dicit, moribus nostris pecuniariam, aliamque arbitrariam poenam incurrere, qui volentem virginem rapit. <sup>5</sup> Sane quoque secundum leges Frisiae, vi raptam mulierem requirit, ut poena capitis infligatur raptori, cui alias poenam arbitrariam, secundum qualitatem personarum abducentis & abductæ, ac utriusque familiae, infligendam esse duntaxat, statuit. <sup>6</sup> Ego vero hic multum circumstantiis & personarum conditionibus tribuendum puto. Si nobilis puella, vel patricia, juvenula, infirmi per ætatem adhuc judicii, in sacris parentum constituta, aut curatorum custodiæ concredita, dives, malis artibus seducta, calliditate circumventa, insidiis nequissimi hominis, pauperis, plebei, provectioris ætatis, profligata vitæ, & cum quo contractum matrimonium, tum ipsi, tum parentibus, tum familiae dedecori esset, seducta consensit raptioni, severioribus nihilominus poenis subjiciendum raptorem judico, neque hoc casu moribus nostris quid derogatum esse rigori Justinianæ constitutionis. in l. un. C. de rapt. vid. art. 85. Egit Regl. vand Staten Generaal. Attamen existimo, si remittant parentes injuriam, consentiantque raptæ & raptoris matrimonio; facile delicti gratiam à Principe impetrari, modo vis publica illata nemini fuerit. Hoc ut sentiam, inducit me exemplum modo ex Catzio allatum. Si vero nullis persuasionibus, sollicitationibus, malis artibus, seducta fuerit puella; verum amore atque ipsa sollicita verit juvenem, vel pro eo conspirans consensit raptioni, atque in alium locum abducta, se ab eo stuprari passa fuerit, scribit Groeneweghen, neque

<sup>1</sup> Siet. de Sentent. inde sancke van Gerrit van Raaphorst en complices, gegeven den 15. July. 1515. libr. 1. Sentent. van den Hoghe en Provincial. Rad. in Holl. n. 65. pag. 227.  
<sup>2</sup> Groeneweghen. in d. l. un. n. 3. C. de rapt.  
<sup>3</sup> Libr. 9. tit. de raptor. virgin.  
<sup>4</sup> Trouwv. ringh. in Dialog. ad exempl. Maaghd. Rooff. der Benjamit.  
<sup>5</sup> In l. un. §. panas. 2. C. de rapt.  
<sup>6</sup> Libr. 5. Tit. 9. definit. 10. de rapt. Cur. Frisæ.

que pœnas raptus hoc casu locum habere, neque ullam actionem; eo nomine fisco hodie competere. Quasi, scilicet, amoris impatientia juventutem, conditione, fortuna, genere, & tamilia parem ad secessum verius quam ad raptum impulerit, ut inducantur parentes consentire desideratæ conjunctioni. Quod prius verum esse existimo, cum nunquam audiverim à Procureto-  
tore fisci, juxta *L. un. de raptu*, actionem ei motam esse, qui auctoritatem parentum, tutorum, curatorumve, nuptiis obnitentium fugientem puellam in extranea loca comitatus fuit, atque facile, & sponte cedentem amoris stupravit.

37

At vero, nullam actionem eo nomine fisco competere, non ausim affirmare, cum sciam Hollandiæ Curiam, ex officio nobili injunxisse Procuratori fisci, jus Principis tueri, contra omnes eos, qui ope vel consilio juvissent, vel domo recepissent virginem, quæ prætegens nimiam parentum auctoritatem, è paternis ædibus fugerat, & Delphis se Hagam-Comitis contulerat, ut litem de suis nuptiis patri intentatam, & per appellationem ad Curiam cognitionem devolutam, extra potestatem & minas parentum posita, facilius prosequi posset. Deinde, etiam si fisci procurator non instituat actionem suam, non tamen clandestinum juventutis secessum extra omnem pœnam esse, ex eo mihi, perpendenti sententiam contra Jacobum van Overheul pridem latam, liquere videtur, quod Hollandiæ Curia judicandum censuit, si res ad judicem deferatur, irritum esse cum ea, quæ se paternæ potestati subducens, cum proco. secessit, initum matrimonium, utpote sine consensu eorum quorum interest, factum quidem, non jure contractum; & si ve seduxerit mulierem, si ve amore furenti & instiganti morem juvenis gesserit, si ve etiam illa sponte sua se subduxerit parentibus suis, à nullo persuasa, vel seducta; omni dignitate, si qua decoratus est, solutum, infamem eum prociū esse, atque indignum aliqua dignitate, munereve publico in Hollandia & West-Frisia obeundo: ei porro potestatem de propriis facultatibus testamento disponendi jus non esse, sed eas proximis cognatis ab intestato obventuras: ei jus non esse, quid capiendi ex hereditate parentum, imò ne quidem legitimam: eum nullo tempore quicquam (ne quidem usufructum cujusvis rei) percipere posse ex bonis uxoris abductæ (sine distinctione unde ea bona profecta fuerint) si ve id ei alias vi communionis bonorum, quæ consuetudine inter conjuges obtinet, cederet, si ve id ei pactis antenuptialibus promissum, si ve testamento relictum, si ve alio quocunque titulo in eum à muliere abducta translatum reperitur: neque eum administratorem bonorum uxoris, neque liberorum suorum heredem futurum, si qui ex eo matrimonio nascantur, & turbato mortalitatis ordine, ante patrem moriantur; etiam si quoque postea ex consensu parentum præcipuis exoratorum ei more solenni nupserit puella. Hæc omnes fere pœnas expressa constitutione voluit Ultrajectum, vicina nobis Provincia, ei infligendas, qui quæve adolescentem, puellamve viginti quinque annis minorem seduxerit, ut se subduceret parentibus vel tutoribus, eorumque desereret, ut hac ratione inducantur & cogantur illi consentire in viso libe-

D d d d 3

rorum

*In d.l. unio.  
vid. conf.  
191. libr. 2.  
IC. Batav.*

*Inde Saas-  
ke van de  
Heer G....  
W.... rege-  
rende Bur-  
ghem. der  
stads Delft  
gedaegbde in  
reformatie,  
dienende  
precijse en  
requirans.  
contra: Iuffr.  
A.... W....  
impetrante  
en gerequi-  
reerde. den  
14 Februar  
1662. in  
reauditie  
geapprobeert  
by den vollem  
Raads, en  
gepromun-  
cieert den 6  
Maars 1662.  
3 Provisio-  
neel inter-  
dictie en  
Reglement  
by den Hoor  
van Holland  
tot laste van  
Jacob Over-  
heul geeman-  
neert, den  
30 May  
1664.*

rorum furorum matrimonio. *Placcaet vande Ede Mog. Heer, Stat. des Lants van Vtrecht. teghens het vervoeren. &c. vande 30. May. 1650.* Earum aliquas jam olim iis infligendas voluit Carolus quintus, nostræ provinciæ Comes, qui vel quæ cum ætate minoribus adolescentibus vel virginibus, insciis vel invitis parentibus nuptiæ contrahunt. *Placcaet. vand. jaar. 1540. nopens. t contract. van Houwel. &c.*

Hæc cum scriberem, Hagæ-Comitis violentus raptus perpetratus fuit, cujus historiæ huic capiti annexere, necessitate quadam cogi videor, ne me quisquam accuset, cum in recensendis omnibus, quæ ad raptus materiam spectare videntur, diligens videri velim, silentio præterisse recensuriæ, imo Illustr. Ordinum Hollandiæ judicium, quam dirum & execrandum apud nos æstimetur raptus crimen, quam maxime demonstrans. Sed quamvis sciam omnibus notissimum esse, perpetratum delictum, cum tamen lapsu temporis, demortuis his, qui jam vivunt, iis, qui nascituri sunt, non adeo notum erit, familiæ autem quorundam nova sobole continuo efflorescentes, perenniores esse soleant: ne quis credat hæc in aliquorum contumeliam vel injuriam literis mandata magis esse, quam ut ostendatur criminis atrocitas, suppressis & Raptæ, & Raptoris, & eorum omnium nominibus, qui illustriores, vel nobili familia oriundi, vel dignitate aliqua decorati præteriri non potuerunt, rem duntaxat, ut gesta est, narrabo.

Juvenis quidam, cum comitate, humanitate, & honestiorum amantium 38 blanditiis in sui amorem pellicere nequiret quandam honestis parentibus natam, moribus eximiis ornatam, & bene dotatam virginem; vi rapere, in animum induxit. Arma sibi comparavit, conduxit currum, equos, homines, ad raptionem, ad fugam, ad occisionem, si quis injuriam defensorus esset, promptos, & hoc modo facinus aggressus fuit. Circa decimam noctis horam, tempore quo vel cœnatur, vel cubitum itur, circa ædes spectatæ auctoritatis matronæ, apud quam diversabatur puella; disponit satellites suos, & si qui resistere conarentur eorum molimini, quid singulis faciendum sit, præscribit, Unus illorum tabellarii vel nautæ habitu pulsat ædium fores; aperiantur, fingit se literas habere tradendas puellæ, quærît, an conveniendi detur facultas: famula postulat, ut vicaria sua opera uti velit; negat ille, nisi ipsi puellæ se daturum epistolam, nolle fines mandati excedere, abiturum potius, & scribenti restitutum. Sicuti ergo erat in privato cultu, progreditur, & adest nihil mali suspicans puella; tum ille nequam porrigens epistolam, manu prehendit virginem, eamque reluctantem mediam amplectitur, & vi extrahit, protruditque domo. Comitum alter ædium fores occludit, occlusasque summis viribus retinet, ne quis domesticorum exire, & auxilio venire raptæ possit; cæteri eam in destinatum fugæ currum vi conjiciunt, quem duo ex conjuratis una conscendunt, custodes, ne præda elabi possit; reliqui criminis commissi socii cum] Duce raptore dispositos non procul ab ædibus puellæ summa celeritate insiliunt equos, ante & post currum obequitant, omni armorum genere armati. Nec mora, dat equis habenas auriga,

17. Mart.  
1664.

auriga, qui verberibus incitati vix sufficiunt in cursum effusis raptoribus, avehitur virgo, tam alta & lamentabili civium opem inclamans voce, ut mireris hæc Hagæ Comitibus, ubi ad quemcumque strepitum numerosissima plebs concurrere solet, fieri potuisse: sed ut dixi, primæ vigiliæ erant, & festinatum scelus. Nocte concubia paulum moræ factum prope Alphenum, juxta ripam Rheni, descendit è curru virgo, intrat tabernam cauponiam, & petit à raptore (qui jam tum relicto equo, in curru se puellæ junxerat, & personam deposuerat) ut sibi soli parumper esse liceret; annuit ille, secedit in cubiculum sola cum hospita, jubet, ut obseret fores; audit hoc raptor, minatur si id faciat; ipsa rapta pessulum ostio obdit, & manu prehensens mulierem, ita infit. Non esse se ex fece plebis, non vilem, non abjectam, non profligatæ vitæ scēminam, sed honestis parentibus, honesto loco, in re splendida natam, errare, si fortunam ejus ex præsentī vestium habitu colligat, vi raptam esse, hinc crines per humeros & latera fœde dissipatos, vestimēta lacera, faciem lachrymis turbatam, unicum hoc obnixē petere, ut crastino die quam ocyssime certiores faciat cognatos suos, (quos nominabat) se hic divertisse: non defuturum itineris suscepti præmium, fore illos indicii facti memores. Vix hæc dixerat rapta, cum longioris paululum moræ impatiens raptor, pulsat januam, & ni ocyus aperiatur, se illico fores toto dejecturum cardine minatur. cedendum fuit imbellibus mulieribus truculento viro. reseat fores animo conturbata caupona, intrat ille solus, & hoc fere modo alloquitur virginem. Excusret, si quid præter ejus opinionem accidisset, se non potuisse amplius cohibere amoris, quo illam deperibat furorem, non hoc iniisse consilium, ut raperet, sed ut illam eriperet consanguineis suis, quos sciebat suis nuptiis adversos. Cum huc usque deventum sit, scire se salutem suam in ejus misericordia sitam esse; ni exoretur, capto in infami pegmate sub manibus carnificis moriendum, non capto patria extorri exulandum esse: hæc se omnia animo præcogitasse, non tamen cum ab hoc facinore vel mortem, vel exilium deterruisse, cum sine ea vivere, utroque gravius ei esset. flecteret illa animum in amorem ejus, fidum & obsequentem se maritum futurum. remitteret culpam ex abundantia amoris commissam, & clementiæ laudem captans, exorata amantem reciperet in thalamum suum potius, quam inexorabilis & dura, causam præberet vel exilio vel tumulto ejus. Ad quæ cum aspide sordidiorē reperisset puellam, eundem esse clamat, neque amplius cunctandum in loco, in quo illis tutis esse non liceret. Fit manuum injectio, neque reluctanti profuit dicere, *hanc quidem vim esse, nolle se instar bestia protrudi, malle si cogatur, sponte ire.* Imponitur ergo denuo bigæ, seu curriculo duobus equis vecto, quod fugæ parat. <sup>8. *Monna.*</sup> <sup>18.</sup> tum eo loci ut esset, curaverat raptor. qui abiens minatur cauponæ, ni taceat, quod ei dixerat rapta, se totam domum flammis eversum, eamque maritumque ejus interfectorum. Prope Ultrajectum ad Rhenum trajecto flumine, quod vulgo *de vaart* appellatur, rapta & raptor cum duobus comitibus nefandi criminis, destinatam naviculam conscendunt, & datis vento leniter spiranti ve-

ti velis, interim prandium apparantes, circa horam die secundam prope locum fugæ destinatum appulerunt, quo quoque eodem tempore devenere cæteri raptus comites cum equis. Extra urbem in telonio paululum morati, impetrato interim à loci Domino asyli jure ( cum prætexissent desponsatam esse raptori puellam, sponte sua secessisse, & consensisse raptioni) Raptor & comitum unus effedo vecti intrant cum præda civitatem; cæteri, relictis custodiæ equorum duobus in telonio, pedites secuti sunt. Post cœnam, cum tempus esset eundi cubitum, Rapta hospitæ filiam invitat, ut secum cubet, annuit illa, neque oblectatur utriusque voluntati præsens Raptor. descendit, ut matri consilium indicet; sed revertens obseratas repperit cubiculi fores, quieta omnia offendit, nullo excitato strepitu aut clamore. itaque ad matrem reversa dicit, se consueto loco cubituram. An blanditiis delinira, an minis deterrita tacuerit Rapta, incertum. Postera die, cum se non satis tutos promisso verbis duntaxat asylo crederent raptores, supplicem libellum obtulerunt asyli Domino à Rapta & Raptoře subscriptum: & cum nollit ille, nisi de consensu puellæ certior factus, annuere petitioni; illa non solum coram urbano Prætoře, & A&uario, voluntatem suam verbis testata fuit, sed & Raptor, ut dictis puellæ fidem faceret, exhibuit epistolam puellæ manu undecimo die Martii (retrosignato fraudulenter die, ut creditur) scriptam, & sibi missam, in qua non obscure, ut dicebat, consensus ejus in secessum exprimebatur; exhibuit quoq; sponsalia literis exarata, & à Rapta subscripta, sed sine anni mense, & mensis die. Quibus omnibus relatis, ne tum quidē fidem publicam iis concessit, <sup>1</sup> sed se posse pati eorum moram in urbe sua rescipsit. Cognati & amici raptæ tanto malo commoti, Curia opem implorant, literasque solennes, quæ vulgo acta

<sup>1</sup> *Sauf conduit, salvus conductus*

<sup>2</sup> *Patente, seu acte ad omnes populos*

ad omnes populos vocari solent, <sup>2</sup> petunt, ut rogentur omnes Reges, Principes, Respublicæ, &c. Raptořem, ejusque comites, si forte in eorum manus inciderent, publicæ custodiæ mancipatos transmittere, & raptam suæ libertati restitutam remittere ad suos. At rata Curia ejusmodi literas concedendi facultatem, non penes se, sed penes illos esse, penes quos summum est imperium, rem ad Ordines, tum temporis Hagæ-Comitis comitia celebrantes, deferunt. Qui perpenſa tum atrocitate, & quod hujusmodi facinus in illorum quasi conspectu quis tentare ausus fuisset, tum criminis novitate ( non enim intra quinquaginta quinque supra centum annos violentus raptus contigerat in Hollandia, ultimo perpetrato à Gerharđo van Raaphorst, qui rapuit Catharinam Petri de Grebber tredecim annorum filiam) confestim non tantum desideratas literas concedunt, emittuntque; sed ut idem faciant Ordines Generales, curant. Compellunt quoque nomine publico, quotquot Hagæ-Comitis aderant, Regum, Principum, Rerum publicarum legati, nuncii, ministri, ut dominis suis scribant, quam indigne ferant hunc raptum Ordines, quantumque agant, ut raptor ejusque comites meritis afficiantur suppliciis. Seliguntur ocys aliqui, qui ubique investigent sceleratos, & si fieri possit, captivos adducant. Statuitur decem millium florenorum præmium

mium ei, qui manibus raptorum eripere puellam, eamque tutoribus ejus sistere; duo millium & viginti quinque, qui ipsum raptorem; mille ducentorum & quinquaginta, qui aliquem ex comitibus ejus deprehensum & captum tradere Curiae possit. Nobilis quidam juvenis, qui dicebatur ambire puellam, eadem ipsa nocte equum insiliens, raptorem insecutus, in loco asyli deprehendit, rem aperit asyli Domino, vi raptam puellam asserit, ut reddatur suis, vel ad minimum, ut custodiatur, ne longius a vehi possit, postulat. Sed illi, utpote homini privato, penitus fidem non habuit asyli Dominus, affirmante puella, se voluntate sua raptam esse, & sua manu exaratam epistolam mittente huic juveni, qua petitum ab eo denegabat colloquium. Attamen incertū & hæsitantem eum, quid credendum esset, aliquo modo hic nuncius reddidit, ut voluerit raptam seungi à raptore, quod tamen non nisi sequenti die factum fuit; cum quidam Nicolaus, qui quondam inservierat materteræ puellæ, idem quod memoratus juvenis testaretur. Circa ejusdem diei horam decimam literæ Dominorum Ordinum ad omnes populos à tabellario publico traduntur asyli Domino. Tum ille per Prætorem suum quæsitivit raptorem, sed non invenit, affirmante canpona & filiabus ejus, eum jam tum cum famulis suis abiisse. Eadem die, cum per famulum memorati juvenis certior facta esset Curia, ubi laterent raptores, eo fisci advocatum, duodecim militibus comitatū ablegavit, eique in mandatis dedit, raptam puellam reducere suis, & postulare à loci Domino, ut publicæ custodiæ traderentur raptores. Eò quoque profectus fuit N. Curiae supremæ senator, qui tutor seu curator erat raptæ. Sed neque præsentia horum virorum, neque literæ Dominorum Ordinum eodem die receptæ inducere potuerunt asyli Dominum, jam de violento rapto omnibus modis certum, ut compelleret invitam puellam reverti domum: etiamsi alii existimarent, in hujusmodi re nullam esse spectandam raptæ puellæ, ætate minoris, & custodiæ curatorum concreditæ voluntatem. Quæsitus denuo ab urbano Prætore raptor fuit, at non inventus. Quæ omnia indigne ferentes tum Generales, tum Hollandiæ Ordines, minaces literas ad asyli Dominum miserunt, nisi ablegatis à Curia viris & cognatis reluctantem etiam & invitam committat puellam, tradatque publicæ custodiæ, & remittat raptorem, justam eorum indignationem eum non effugiturum. Ablegati eo fuere duo Curiae senatores, qui nomine Ordinum, verbis cum asyli Domino expostularent, accusarent imprudentiæ circa hanc rem commissæ, eique objicerent molimina sua, quibus evadendi occasionem præbuisset raptori. Tum demum tradita suis rapta fuit; & asyli Dominus prohibuit subditos suos, occidere vel recipere ædibus raptorem, indicta pœna mille florenorum iis, qui mandata sprevisissent; omniumque suspectorum civium ædes, an alicubi lateret, Prætorem urbanum perscrutari frustra jussit. Ille enim nocte præcedente, ope & consilio nobilis cujusdam juvenis Præfecti turmæ (qui vasallus, subditus, & recentem favorem Ordinum Hollandiæ expertus, huic negotio se imprudenter immiscuerat) & duorum nobilium ipsius asyli Domini domo-

16.  
26. *Maart.*

15.  
25. *Maart.*

18.  
28. *Maart.*

sticorum, inter hasce moras, per posticum Palatii emissus in spatiosis hortis latebat, unde post viginti quatuor horarum curriculum aufugit. Hoc ignorato, relatum fuit Ordinibus, memoratum Præfectum turmæ aliquoties raptori collocutum fuisse, eique non esse ignotum, quo loci lateret. Scriptum ei illico, ut raptorem deferret; ni fecerit, silentium non inultum futurum. Missa denuo epistola ipsi asyli Domino, ni victum tradat, transmittatque raptorem, raptorisq; auxiliares, eum Ordinibus Hollandiæ ejusmodi pœnas daturum, ex quibus judicaret orbis, quam grave crimen sit occulere raptores, & fusque deque habere publicam summi Imperii auctoritatem. Vti prioribus literis, ita hisce respondit asyli Dominus, sed nullis satisfacit Ordinibus. Obsessus postea equitibus & militibus asyli locus fuit, obsessæque publicæ viæ, ne clam elabi raptor posset: sed ut diximus, aufugerat jam cum focis suis. Memorati Senatores, uti ab Ordinibus clam jussu erat, Præfectum turmæ custodiæ traditum Hagam Comitum transmiserunt. Transmissi quoque fuere duo raptoris famuli, qui delicti focii, custodiæ equorum in telonio relictæ, captierant. Curia Hollandiæ, cum jam noscerentur criminis auctores, publico programme eos vivis coloribus depinxit, constituitque præmium quinque millium florenorum, si quis Raptorem, mille florenorum, si quis aliquem sociorum deferret, ut victus Curia tradi posset. Injunxitque serio omnibus subditis & incolis Hollandiæ, ut confestim & sine mora, quodcunque indicium ad illorum aures de rapto, ejusque comitibus perveniret, ex quo sciri, quo loco laterent, posset, id sine fuco Prætoribus singularum civitatum deferrent: atque interdixit omnibus subditis, incolis, nautis, cæterisque cujuscunque conditionis hominibus, raptorem ejusque comites, recipere domo, occulere, ulla ope, vel consilio juvare, ne evadere possint. Raptor tanto periculo impræsentiarum liberatus, mentitus habitum, ne agnosceretur, celeri fuga in Sueciam contendit: sed dum Bremam transire cogitat, agnitus, carceri mancipatus fuit. Scriptum à civitatis Magistratu Hollandiæ Ordinibus, si raptorem vellent, mitterent, qui abducerent. Ablegato Optioni cohortis prætorianæ Hollandiæ, cum duobus Curia apparitoribus & tredecim militibus, per Præfectum vigilum, nomine publico civitatis, pleno jam die, & præsentē numerosissimā plebe, traditus fuit raptor è carcere ad locum diurnarum excubiarum petorito ductus. Memoratus Optio sive militum suorum vigilantia satis fidens, sive ut ille prætexuit, admonitus ab urbis Syndico, Actuario, & vigilum Præfecto, ne hominem nobilem compedibus, instar furis, vinciret, non enim eos hoc in territorio Bremensi esse passuros; neque manus, neque pedes raptoris colligavit. Ille dum omnia viæ præparantur, spe evadendi, in proximam se confert domum, fingens se ad exonerandam alvum secedere; sed cum hic dolus non procederet, & retractus à militibus cingeretur; tum, ut erat homo alacer, & membris validus, conscendens currum, militi ejus brachium amplexo ait, liberum sineret, esse se captivum & in eorum potestate, neque evadendi ullam spem esse, cur ascensum difficile redde-

redderet? Dimisso brachio, pallium ejus apprehendit miles; ille jam in medio curru solus (non enim ullus adhuc ascenderat) fibulam pallii resolvit, & celeris saltu, ab altera parte profiliens, se præceps in medium populi conjecit, ita librato corpore, ut in terram delatus, pedibus suis rectus consisteret. Tum nihil moratus se in fugam conjecit, & populo ei cedente, insequentibus vero militibus se objiciente, evadendi viam facilem habuit. Vnus tamen militum eum insecutus fuit, sed cum in domo cujusdam futoris manus ei iniiceret tentat; & ædium dominus, & uxor, & famuli se opposuere, atque interjecta hoc modo mora, per posticum aufugiendi occasionem raptori dedere. Magistratus Bremenſis audito tumultu, & quid accidisset, continuo portas civitatis clauſit; edixit civibus, ut latentem alicubi raptorem indicarent: sed abiit, erupit, evasit ille. Reversus domum Optio male curati mandati accusatus, in carcerem conjectus fuit. Comprehensus quoque interea auriga, qui puellam Haga Comitum avexerat. Horum omnium hic fuit finis. Auriga bonis fisco addictis, publice virgis cæsus in exilium missus est. Auxiliatorum alter in infami pegmate, laqueo suspensus vitam finiit. Rejæctæ sunt duarum puellarum supplices preces; quarum altera prætexebat fidem sibi futuri conjugii à reo datam, utraque eum maritum deposcebat, ut publicæ vindictæ eximeretur: sed à moribus nostris alienum est, crimen remittere, vel pœnæ gratiam facere, ob petitas rei à muliere nuptias. Alter comitum malæ conscientie prorsus in exitialem rabiem incidit, quæ eum publicæ furiis correvidictæ exemit. Præfectus turmæ militari dignitate exutus in quinquennium relegatus fuit. Optio itidem exauſtoratus, infamia notatus, & indignus judicatus est omni militari munere. Deliberatum porro, num propter neglecti totiens ab asyli Domino imperii, vel in totum, vel pro parte demolienda civitatis mœnia, & subvertendæ portæ essent, denegandum jus asyli, constringendusque præterea asyli Dominus vel Satrapam suam dignitate privare, vel ad minimum ei litem malæ administratæ provinciæ movere; cæterosque, qui ope, consilio juverant, domove receperant raptorem, juxta civiles de rapto leges punire. Sed hæc omnia varias ob rationes interimissa fuere. Et cum offerret asyli Dominus, vassallus Hollandiæ ratione quorundam pagorum in ditione sua sitorum, metuens ne feloniam accusaretur & convinceretur, se in posterum nulli atrociorum criminum reo, & furandi animo, foro cedenti homini publicam fidem daturum; verum, omnes facinorosos in civitatem suam confugientes, quos postularent vel Ordines, vel Hollandiæ Curia, vel singularum civitatum Magistratus, se continuo remissurum; cumque promitteret, se debito modo litem moturum iis, qui raptorem, ope, consilio juvissent, domove recepissent, exorari Ordines fuerunt, atque confectis de hisce publicis instrumentis, iisque libris feudorum Hollandiæ insertis, juxta eorum indignationi satisfactum fuit. Bona raptoris fisco addicta sunt, dictaque porro sententia, si unquam deprehendatur, captum capitali pœna afficiendum, ejusque caput palo suffigendum esse. Hanc catastrophem habuit hæc fabula.

Eccc 2

CAP.

*Sententia  
van Raelof  
Goldenſtede  
gepronunc. en  
geexecut. by  
de Hove van  
Hollant, den  
13 May.*

1664.

21 May.

1664.

*2.  
12.  
May.*

*Sentent.  
by 's Hoff.  
van Hollant  
inde Jaacks  
van... gepro-  
nunciert den  
1 Auguſt.  
1664.*



## CAPUT VIGESIMUM QUARTUM.

*De dilatione nuptiarum ob dissensum parentum.*

## S U M M A R I A .

1. Nuptiis praefecti constituti sunt, ut temperarent parentum nimiam morositatem: utque coercerent liberorum nimiam negligentiam in contrahendis nuptiis.
2. Liberi non admittuntur ad nuptias contrahendas, nisi coram nuptiis - praefectis consentiant parentes.
3. Liberi aetate minores, non exhibito parentum consensu, inauditi arcentur matrimonio.
4. Puella aetate minor, etiam si utero gerat, admitti ad nuptias nequit, nisi exhibeat parentum consensum.
5. Non audiri filia minor annis contra patrem pontificium potest, qua orthodoxo nubere conatur.
6. Si annueris pater filia, & postea tergiversetur, an filia contra eum audiri possit?
7. Aetate minoribus nuptiales denunciations concedi non debent, antequam audiantur eorum curatores, & avus paternus, maternusve.
8. Adulti liberi contra morositatem parentum audiuntur.
9. Facilius debet esse iudex in admittendis patris, quam filii rationibus.
10. An contra patres audiantur adulti, qui in minori aetate sponsalia constituerunt?
11. Difficile est rationes tradere, ob quas iusta dicatur parentum intercessio.
12. Iusta parentibus intercedendi ratio est, sponse sponseve, filii filiaeve vita turpitudine.
13. Iusta patris intercessio est, cum vult filius ab alio vitiatam uxorem ducere.
14. Quis turpis moribus, & indignus dicatur sponsus?
15. An iusta sit patris intercessio, si stuprum commiserit sponsus?
16. An vita humilitas, an paupertas iusta sit patri intercedendi ratio?
17. An iusta sit patri intercessionis ratio, religionis diversitas?
18. Propter quoslibet proci malos mores, intercedere filia nuptiis pater jure non potest.
19. Iusta dissenfus ratio non est, quod filiam honestiori matrimonio collocare sperat pater, vel quod liberi clam patre amaverint.
20. Facilius patris dissenfus admittendus est, cum obicitur filia nuptiis, quam filii.
21. In examine, an iusta sit patris intercessio, multum arbitrio iudicis committendum est.
22. Assentientia Curiae, magistratus politici, vel iudicum civitatum Hollandiae, iustam esse parentum intercessionem declarantium, appellare, seu provocare liberis non permittitur.
23. Injuriarum tenetur jure Romano, qui appellat, ad sociatur virginem, vel ei comitem abducit.
24. Dimidia pars rerum donatarum, moriente ante nuptas sponso, qui osculum dedit, cedit sponse, jure Romano.
25. Quare jure Romano, voti, officii, & pietatis casuslibet patri dicatur, conditionem filii habere querere, & dotare?
26. Sensus legis 19. D. de rit. nuptiar. explicatur.
27. Dotem exigere nequit filia, qua non adito Proconsule vel Praefide Provinciae, invito patre nupsit.
28. Filia intra vigesimum quintum aetatis annum, clam patre se iungens viro, exheredari potest. & quid sit luxuriosam vitam agere Justiniano in Novell. 115. cap. 3. §. 11.
29. Filia maior viginti quinque annis ingratis parentum se iungens viro, exheredari nequit.
30. Exheredari nequit filius, qui invito patrem duxit uxorem.
31. Quando donatio ante nuptias filiosfamiliae à patre assignari jure Romano debuerit?
32. Jure Canonico dotari debet, exheredari nequit filius invito patre nupta.

33. *Honesta oratione appellare virginem hodie licet, nec suspecta habetur pudicitia, quæ osculum sibi figi ab amante patitur.*
34. *Qua turpiter vivit filiafamilias, sem atate major, seu minor sit, hodie exheredari potest.*
35. *Quomodo, & quando hodie Carolina constitutio in nuptiis liberorum atate minorum locum habere possit, ostenditur.*
36. *Exheredare potest, dotare non tenetur pater filiam, quæ minor annis eo invito nupsit.*
37. *An hodie teneatur pater dotare filias, quæ annis majores eo invito ex auctoritate magistratus nubunt, quaritur, & sub distinctione respondetur.*
38. *Pendente lite, quæ parentum nimiam asperitatem queritur, apud aliquam notam auctoritatis feminam deponenda filia est.*
39. *Qua clam à paterna fugit domo, contra patrem audiri non potest, nisi prius revocata.*
40. *Carolina constitutio placet eos, qui atate minores ad nuptias contrahendas seducunt, in fuga juvant, comites sunt, adibus recipiunt.*
41. *Iusta sunt liberorum nuptia, si citatim comparuerint parentes, ex auctoritate nuptiis-præfectorum contracta.*
42. *Qui non comparuit citatus coram nuptiis-præfectis pater, intercedere nihilominus publicis nuptiarum denunciationibus potest.*
43. *Iusta sunt liberorum nuptia, quibus cognitio futuris, non citatus à nuptiis-præfectis, non contradixit pater.*
44. *Irritum est liberorum matrimonium, contra præcepta legum, & politicam Hollandiæ constitutionem, clam parentibus contractum.*
45. *Nisi dolum & fraudem adhibuerint minores, irritum non est eorum clam curatore contractum matrimonium, sed Carolinis pænis placitur.*

**H**actenus de nuptiis egimus, quarum prohibitio vel perpetua, vel temporaria est. Agendum nobis hoc capite est, de nuptiarum quarundam denunciationibus, quæ ob defectum requisitæ conditionis, tempore, quo petuntur, vel in totum denegantur, vel duntaxat differuntur. Hæ sunt eorum hominum nuptiales denunciationes, qui vel parentes superstitēs habent, vel iis defunctis, curatorum ope reguntur. Etenim cum patres senes iniqui iudices aliquando in adolescentes liberos sint, veneris & illarum rerum jam non adeo affines, quas fert adolescentia, adeoque vel avaritia, vel spurcitia, vel morositate ob sint sapius liberorum honestis desideriis, eosque nimia asperitate arceant à non contemnendo matrimonio: & è contra, cum inconfulta juvenis, amoris fūco delinita, facile se miseriarum cæno in dispari matrimonio mergat, nisi in electione nuptiarum, senum prudentia regatur; cumque sapius licentiæ magis, quam libertatis amantes liberi, contractis nuptiis, se eximere patriæ potestatis freno indigne conentur. Ordines nostri ita in contrahendis nuptiis temperandum jus esse censuerunt, ne nimia liberorum consilii infirmitas pedibus conculeare paternam auctoritatem possit, atque se indignis familia copulare nuptiis; & ne nimia parentum morositas, patriæque potestatis severum nimis exercitium, noxium esse possit honesto liberorum in querendis nuptiis desiderio. Quem scopum ut assequerentur, constitutos voluere in singulis patriæ nostræ civitatibus graves & honestos viros, qui nuptiis Præfecti, non concederent liberis nuptiales denunciationes, nisi quorum parentum voluntatis ad sensus exhiberetur: quam si parentes interponere nolint; utrosque ad iudices, quorum pædore notio est, mitterent, patriæ au-

ctoritati, & liberorum iusto desiderio condignam sententiam dicturos. *art. 3. Polit. Holl. constitut.*

Itaque liberi, qui ritu solenni contrahere nuptias desiderant, ex auctoritate parentum contrahere jubentur, eaque ut pateat nuptiis-præfectis, ipsi parentes præsentem se iis sistere, atque publice præbere consensum liberis nupturis debent, perspicuis, non perplexis, non ambiguis verbis *art. 3. Polit. Holl. art. 7. Zeland. constitut. art. 3. vande 101. Burg. Keur. van Leyden. art. 10. 11. 12. Ordonn. van Huwel. Jaack. tot Amsterd.* Cum dicimus parentes coram nuptiis-præfectis comparere debere, non ita intelligendi sumus, quasi, uti se sistant ambo parentes, necesse existimemus; sufficit enim, ut pater se præsentem sistat, consensumque suum testetur, cujus hac in re præcipua auctoritas est. Admittitur quoque sola mater, si notæ & spectatæ auctoritatis foemina de consensu mariti sui testetur: Alias si de voluntate patris dubitetur, nihil efficit matris publice interposita auctoritas, cum nec moribus, nec legibus, matri potestas detur, sine consilio & consensu mariti communes liberos matrimonio collocare. Si morbus, captivitas, peregrinatio, vel aliud quid impediatur, ut præsentem consensum exhibere liberorum nuptiis nequeant parentes; epistolâ missâ, quam integræ fidei homines testantur manu patris exaratam esse, vel publico per tabellionem exarato mandato res expedienda est. *art. 3. Pol. Holl. constitut. art. 3. vand. 101. Burg. Keure. tot Leyd. art. 36. EghtReglem. vand. Stat. Gener.* Si strictior captivitas accessum ad patrem neget, vel nesciatur, ubi ille terrarum degat, vel res longioris itineris moram non patiatur, matris auctoritati, vel ea defuncta, tutorum, curatorum, consanguineorumve statuer. *art. 3, 8. & 9. ordonn. van Huwel. Jaacken tot Amst.* Aliquando nuptiis-præfecti non præfracte requirunt consensum eorum parenium, qui extra hanc Provinciam degentes, & pontificiæ religioni addicti, odio religionis consentire liberis noluunt, ad orthodoxam fidem conversis, vel orthodoxis se conjungentibus; præcipue si ætate majores sint, qui nuptias desiderant.

Si consensum & auctoritatem suam coram nuptiis-præfectis interponere recusant parentes, adversi liberorum desideriis; facta ætatis discretionis, filium viginti quinque, filiam viginti annis minores, inauditos remittendos, & ab ipso quasi matrimonii limine à nuptiis-præfectis repellendos esse Ordines nostri statuerunt. *art. 3. Polit. Holl. art. 7. Zeland. constitut.* Idem Transilalani cavetunt. *art. 8. Ordonn. van Huwel. Jaack. van Overys.* Et si quis in locis fœderato Belgio subiectis, annis minorum liberorum, non exhibentium parentum consensum, nomina, inscripserit albo sponsalitiis, iisque denunciationes nuptiales concesserit, munera suo, quo decoratus est, privatur, ex Ordinum Generalium constitutione. *art. 43. EghtReglem. vand. Stat. Gener.* Ratio juris est, quod sufficiens ratio esse videatur, non esse examinanda eorum liberorum vota, quos ætate minores, parentum denegatus consensus nuptiis inhabiles declarat, vel expectatam conjunctionem, nec familiæ decorem, nec liberis commodam futuram judicat. Creduntur enim puella, quæ

florem

florem ætatis nondum attigit, & adolescens; ejus nondum maturæ judicium, ætatis lubrico, & prima prurientis juventutis libidine magis ferri, quam recta ratione, justoque consilio duci. Amor vero parentum in liberos eximius est, nil denegaturus, quod liberis utile & sibi decorum arbitratur. Imo suave & optabile patri, avi nomen esse solet, nec quicquam optatius, quam in nepotibus prospicere immortalem mortalitatem suam, & continua posterorum serie, de morte quasi triumphare; ut potius studeant parentes citius quam par est liberis conditiones quærere, *l. penult. §. 3. D. quod fals. tuto. auct. gest.* quam eos, cum sunt maturefcentis ætatis, ab honestis nuptiis arcere. Itaque satis magna Ordinibus nostris visa fuit probatio, incommodas futuras præcoci juventuti nuptias, quibus non suffragatur paternus consensus, ut nulla fiat liberis injuria, si nondum maturæ ætatis, inauditi removeantur, à limine

4 matrimonii. Nec mutat jus, etiam si uterum ferat puella, vel malo ausu se virum ostenderit juvenis. Non enim quicquam derogandum est juri paterno ob crimina liberorum. Proliis partus, & libidinosa scortatio exaggerat inobedientiam, consilii infirmitatem, & animi impotentiam arguit. Absurdum quoque esset, adversus patrem crescere jus filiarum ex eo, quod in contumeliam patris, florem virginitatis decerpere amanti permiserit. Verum si ob

5 contemptum, & ex odio religionis, filiarum ætate minori, orthodoxo nubere gestienti, denegat consensus pater pontificius, hoc casu concedunt licentiam Ordines Generales, ex auctoritate nuptiarum præfectorum, parentes in jus vocandi, rationesque ab iis denegati consensus expetendi. *art. 40. Eght Reglement der Stat. Gener. arg. l. 19. §. 1. C. de hæretic. l. final. D. si quis parent. manumiss.* in locis scilicet, armis, belloque communi fœderato Belgio subjectis, in quibus hæret ac nidulatur adhuc nimium. Pupatus. Sed id moribus nostris congruum non judicaverim. Indistincte enim; & absque ulla limitatione, audientes ætate minores adversus parentes Politica Hollandiæ constitutio, & omnium Civitatum nostrarum statuta negant. Nec perit virginis quicquam legitimam ætatem expectanti, ut ob quemcunque prætextum à generali regula recedendum sit.

6 Minus patietur hoc jus patrium, si dicatur pater annuisse satis desiderio filiarum eo ipso, quod colloquentem cum ea, & domum suam frequentantem sapius procum vidit, nec contradixit. Ex eo etiam male elicitur patris consensus: nam ut sunt hodie mores nostri, honestæ cum puellis conversationes, & colloquia, non satis, arguunt filiarum suarum procum esse, quæ vidit aliquando domi suæ pater. Ea enim est patriarum nostrarum consuetudo, ut non facile puella petentibus adolescentibus, modo honesti sint, aditum conveniendi neget; nisi inops humanitatis & inurbana haberi velit. Imo crescit puellis formæ existimatio, ex eo quod quamplurimos habeant comites aditum conveniendi petentes. Nec refert, etiam si conamen & animum amanti indicanti filiarum non contradixerit, sed tacerit pater. Quippe minime integrum liberis est, se sponsalibus astringere, dum deliberat pater, & jus patrium faciendo, ejus consilium prævertere. Imo ambiguus parentum consensus minime

<sup>1</sup> Lamb Goris cap. 2. traß. 3. num. 19. 20. 21. Advers. jur. subcis.

nime hic sufficit. Nam incerta nihil probare, sat certum est. Multo minus eorum silentium; quod hoc in negotio, non magis consensus dici & explicari à liberis potest, quam Parelius, Sol, & Cæsaris imago, Imperator. Ne nequam liberi id agant, ut tempore non multum oportuno, facile silentium parentum aucupantes, consensum eorum se consequutos esse, interpretentur. Consensus facti est, non præsumitur. <sup>1</sup> Quid ergo? si pater agenti filiz cum proco de nuptiis non evidenter dissenserit, ut consentire visus fuerit. *l. 7. §. 1. D. de sponsal. l. 5. C. de nupt. arg. l. 5. D. de adoption. Numer. cap. 30. v. 4.* Imo si evidenter consanguineis proci, sponsalia stipulantibus, assensus fuerit, & postea acti pœnitens, consensum nuptiis præbere publice neget, eritne sola denegata auctoritas pro ratione, ut ne adversus patrem audiri filia debeat? Ita videtur. In potestate manente filia pater sponso nuntium mittere potest, & sponsalia dissolvere *l. 10. D. de sponsal. l. 2. §. 3. D. de divort. & repud.* Licet que ei mutare consilium usque ad tempus nuptiarum, in quas novo ejus consensu filiz opus est. <sup>2</sup> At hæc de jure Civili dicta sunt, quo stricto & veteri, contracta etiam matrimonia solvebat, & pro arbitrio à maritis reducebat filias pater. Ego vero hoc jus tum duntaxat moribus nostris observandum esse putem, cum soli filio vel filiz, consulenti de quærenda vel oblata conditione, consensit pater, quem postea exhibiti consensus pœnitet. Verecundam enim decet puellam, tum demum se sponsalibus astringere, cum suis, procique pater de futuris nuptiis convenerint; non autem confestim, cum tenuem intellectum consentientis patris elicit illa, atque blande in loco solitario extorquet. Et honesti juvenis est, à parentibus desponsam accipere uxorem, non fidere prætegenti paternum consensum puellæ, & pactis sponsalibus præcocem ætatem inducere, ut fiducia cujuscumque intra privatos parietes exhibiti consensus, adversus patrem ante tempus legibus constitutum experiri velit. Aliter sentio, si proco, vel ejus consanguineis sponsalia stipulantibus assensus fuerit, vel non evidenter dissenserit pater, ut tenuis modo ejus intellectus reperiatur. Sufficit enim, patrem consensus sui qualemcumque, dum tamen apertam, significationem præsentibus proci amicis dare, nec necesse est, ut ille tabulis nuptialibus subscribat. *l. 2. C. de nupt. junct. l. 7. §. 1. D. de sponsal. arg. C. 2. caus. 8. q. 2. C. 17. caus. 32. q. 5.* nec ex momentaneis parentum voluntatibus, sponsa, & non sponsa esse filia, *arg. l. 20. C. de inofficios. Testam.* Cui quoque imputari non potest, quod post exhibitum legitime à patre consensum, futuras meditando nuptias, ita amore proci se vinci passa fuerit, ut gradum referre jam nequeat. Consensus patris proco vel consanguineis proci exhibitus pactum involvit utrumque obligatorium, quod ab una, invita parte altera solvi nequit, sed quo ad promissi præstationem quilibet invitatus cogi potest. Ex quo patet hoc casu nullam quæstionem esse de ætate filiz, & jure paterno, sed de obligationis vi, qua se astringit consentiens pater. Sic & jure Civili contractum suo consensu matrimonium, invita filia, solvere pater

<sup>1</sup> Havemann.  
lib. 1. Tit. 4.  
post. 1. n. 2.  
de jur. con-  
nubior.  
Carpz. lib. 2.  
Tit. 3. defin.  
42. jurispr.  
confist.

<sup>2</sup> Acc. de  
privileg. pa-  
rent. & lib.  
privil. 6. c. 4.  
n. 5. Ant.  
Fab. jurispr.  
Pap. scient.  
rit. 9. §. 4.  
illat. 9.

pater nequit *l. 32. §. 19. D. de donat. inter vir. & uxor. l. 1. §. 5. D. de liber. exhibend. l. 18. C. de inoffic. testam. l. 5. C. de repud. & jure Canonico tenetur volenti filio consentire, cui nondum adulto pactus nuptias fuit. C. 1. x. de desponsat. impub. Imo triennii tempore à communione abstinere cogitur, si sponsalium fidem frangat, in quæ antea consensit C. un. caus. 31. q. 3. Consulendus itaque hoc casu pater est, ne acerbe patriam potestatem exercere velit; ne data minori ætati adversus eum experiundi licentia, invitus condemnetur nuptias ferre, quas turbare non posset ob sui ipsius interpositam sponsionem. Nisi quas ignoraverat antea, validissimas, & quæ judicem movere possent, post interjecta sponsalia nactus fuerit dissentienti rationes.<sup>1</sup>*

<sup>1</sup> Carpz.  
libr. 2. tit. 3:  
definit. 59.  
jurispr. com.  
fflor. vid.  
Harvemann.  
libr. 1. tit. 4.  
posit. 1. Ga-  
mol. synopt.

7 Avorum manui hodie non subsunt nepotes. Curatorum officium in administratione bonorum, non in eo, nubat puella vel non, consistere, jus civile dixit. *l. 20. D. l. 8. C. de nupt.* Quid ergo? an parentibus defunctis, plane neglecto avorum, curatorumve arbitrio, concedendæ sunt à nuptiis præfectis nuptiales denunciationes minori ætati? minime. Non hoc reverentia & obsequium permittunt, quæ nos parentibus nostris, ex quibus nos natos scimus, debemus. Præterquam quod absurdum sit, ut avo invito, ex invisus nuptiis nepotis, turbato mortalitatis ordine, forte cum patre suo ante avum morientis, suus heres adnasci possit. Deinde & consultum est, ut avorum & curatorum consilium explorent nuptiis præfecti, an habiles futuri conjuges sint matrimonio, & (cum id illis jus majoris ætatis hodie tribuat) regundis bonis. Denique, è re minorum est, ut antequam iis concedantur nuptiales denunciationes, audiantur curatores & proximi consanguinei, ne in totum neglecta eorum auctoritate, vel pactis dotalibus, vel inducta per nuptias bonorum communione, amore sponsarum nimio accensi in facultatibus suis nimium circumscribantur. Quid ergo? an arcendi confestim sunt, & inauditi à matrimonii limine repellendi, si avorum, vel curatorum non exhibeant consensum? Prudentiæ nuptiis præfectorum, examinantium ætatem consponsorum, nuptiarumque expetitarum conditiones, hic aliquid committendum est. Attamen & hic, & semper observandum, non tantam esse curatorum, vel avi, quam parentum auctoritatem: adeoque non semper, uti filii familias ætate minores, qui non exhibent parentum consensum, à limine matrimonii repelluntur, remittendos esse inauditos eos, qui curatorum prudentia reguntur. In plurimis patriæ nostræ civitatibus hæc media hoc casu præscribitur nuptiis præfectis calcanda via. Nomina minorum nuptias expetentium inscribuntur albo sponsalicio, at nuptiales denunciationes differuntur usque dum ex auctoritate publica citati avus, curatorve, justas dissentienti rationes non habere inveniantur. Atque hoc modo, tum avi, & curatoris honori, tum ipsorum minorum utilitati consulitur. Judices (quod hic monendum est) faciliores esse debent, in admittendo avi, quam curatorum arbitrio; paternum enim semper affectum, & naturalem amorem erga nepotes avus habet, *arg. l. 67. §. 1. D. de rit. nupt.* soletque sæpius, posterorum videndorum desiderio,

F f f f

acce-

accelerare nepotum nuptias, iisque optima semper consulere: cum è contra redempti curatores, sæpius vel turbare conentur honestas conditiones, quæ offeruntur minoribus eorum curæ concreditæ, ut minus decoris, at eorum animis magis adlubentibus nuptiis eos astringant, vel simu let confanguinei, minorum bonis inhiantes, & spe quasi devorantes, eos in perpetuo cœlibatu retinere studeant, ut vel ipsi, vel eorum liberi, proximi heredes, eorum bona aliquando consequantur. *arg. l. 4. C. de sponsal. l. 18. C. de nupt.*

*In frag-  
ment. pr. tit.  
16.*

Cum ætas annorum viginti quinque masculis, viginti fœminis conferre soleat summam corporis perfectionem, maturum & exactum iudicium: cumque hisce annis non soleat juvenus adeo impotenti & lubrico fervore semper ferri, quin sibi consulere, vel alteri recta & commoda suadenti facile submittere se possit: atque cum hæc ætas, liberos exigat, teste Ulpiano; si caute Marpesia duriore patres exaudire liberorum auctororum vota nolint, cum nec æquum sit, ut ob morositatem parentum, concupiscentiæ flammis ustulentur, & ab honestis nuptiis arceantur jam grandiores natu; nec ex adverso honestum, nec pium, ut in tanto negotio, in quo agitur de finienda patria potestate, inæstimabili re. *l. 114. §. 8. D. de legat. 1. negligatur, vel prorsus prætereatur parentum auctoritas: voluerunt Illustres Ordines nostri, citandos esse à nuptiis-præfectis parentes, ut rationes denegati consensus reddant, antequam liberis, licet eos jam adultos ipsa natura ad matrimonium vocet, nuptiales denunciationes concedantur. art. 3. Polit. Holl. constit.* In quo negotio, hoc modo proceditur. Ex auctoritate publica citati parentes, si intra decimum quartum à citatione diem se non sistant nuptiis-præfectis, tanquam contumaces habentur, & eorum silentium tanquam tacitus explicatur consensus. *arg. l. 7. §. 1. D. de sponsal. l. 5. C. de nupt. Numer. 30. v. 4.* atque paterni iussus defectum supplet iudicis, uti patris & filii magistratus, auctoritas. Si vero denegati consensus rationes reddere parati, præsentem se sistant parentes; nuptiis-præfectorum officium est, ante omnia suadere liberis, ut potius vel cæcam obedientiam præstent parentibus, quam ut iis invitis invisum generum, vel nurum obtrudere conentur: ut pietatem colere velint, & potius parentibus quam amoris obsequi; hoc enim gratum esse Deo, hoc utile ipsis; raro prospera & felicia esse matrimonia, quæ ingratis parentum contrahuntur. Verum, si nimio cupidinis clavo fixum amorem se mutare non posse testentur liberi; tum consulere parentibus, & si possint, inducere eos debent, ne velint acerbe nimis reluctari tenerrimo liberorum affectui, & non indecoro forsan desiderio; in parentum ditione Deum quidem voluisse esse liberos, at noluisse, ut ea potestate ii nimium abutantur; matrimonium animorum conjunctionem esse; nemini autem concessum esse, amorem in quemcunque lubet, flectere: adeoque non acerbe à liberis exigendum esse, ut hanc ament, quam parentes volunt; non illam, quam nolunt. Quod si & hic labor incassum cadat, iudicis est, suas partes interponere, & perpensis tum parentum, tum liberorum rationibus, vel cogere liberos consilio & volunta-

luntati parentum acquiescere, vel condemnare parentes, ne amplius obsint nuptiis liberorum. l. 19. D. l. 18. l. 20. C. de nupt. junct. art. 3. Polit. Holland. art. 7. Zeland. constitut. art. 46. Egh. Reglem. vand. Stat. Gener. Potestas penitus convellendi minorum ætate liberorum sponsalia, patri conceditur; majorum vero abnuendi duntaxat, si subsit causa: adeo, ut ex juris dictamine, consentire existimandus sit pater, qui justam dissentienti causam non habet, sub qua ei duntaxat dissentiendi potestas lege datur: arg. l. 37. D. solut. matrim. junct. art. 3. Polit. Holl. constitut. Parentum enim dissensus à ratione, non ab imperii plenitudine dependere debet. Jus in liberos ne Princeps quidem parentibus auferre potest; at ejus est curare, ne patria potestas acerbè nimis, & contra pietatem exerceatur; ejus est prospicere, ne quis re sua male utatur; ejus est vigilare, ne quid damni Reipublicæ ab aliquo inferatur. At acerbè nimium exercet patriam potestatem, & ex honestiorum virorum judicio, contra pietatem liberos tractat, atque re sua abutitur, qui jam grandem, & nubilem, & nuptias appetentem, & naturæ stimulos sentientem virginem, domi desiderem contra voluntatem suam retinere molitur. Reipublicæ damnum infert; qui hoc agit, ne ætas jam ad nubendum matura liberos producat. Reipublicæ enim interest, ut nova sobole in deficientium locum succedente continuo efflorescat, & nova hominum adjectione augeatur. At quotiens jus patriæ potestatis cum jure publico pugnat, constitutum est, potiore utilitatis publicæ, quam patriæ potestatis causam esse debere arg. l. 1. §. 15. D. de ventr. in poss. mittend. l. 14. §. 4. D. de mun. & honor. <sup>1</sup>

9 Cæterum, quamvis contra parentum morositatem subveniri liberis, præfenti in negotio, jus publicum velit; ita tamen moderanda judici sua semper auctoritas est, ut quam minimum contra patres, si fieri possit, jus dicat; ne eorum apud liberos minuatur auctoritas, & facile vilescat obsequium. Ideoque in conflictu argumentorum, si speciosa moveat patrem ratio, licet ea apodictica non sit, hujusmodi tamen, quæ auscultantem, & plus tribuentem pudori, quam amoris filium ab invisis patri nuptiis diverteret; rectius factorum se judex cognoscat, si illam potestatem asserat patri, quam indulgeat liberorum cupiditati. Æquius enim est, filium patri, quam patrem filio, quæ vult, concedere, & filium ex patris, quam patrem ex filii more vivere. Idque præsertim præfenti in re: nam si hæc displiceant nuptiæ patri, aliunde filio succurri potest.

*Sunt alia innupta Latio, & Laurentibus agris*

*Nec genus indecores.* <sup>2</sup>

At invisam nurum patri auferre nil nisi mors potest. Semper quoque cogitandum est, patrem ætate & benevolentia plus scire, & providere, quam filium sibi: ut è re liberorum sit, præcipuas partes hic patri deferri, si votiva ei non videatur nuptiarum expetitarum conditio. <sup>3</sup>

10 Offert se hic nobis alia controversia. Puella minor, amore proci sui flagrans, respuit cæteras, quæ à patre offeruntur, nuptias: & cum videt eum suo

F f f f 2

desi-

<sup>1</sup> Carpzov. lib. 2. tit. 3. de fin. §. 3. jurispr. cons. Amez. cas. conscient. lib. 5. c. 35. n. 29. River. exercit. 194. ad Genes. 21. Zepper. de leg. Mosaic. lib. 4. c. 28. Bassl. Monner. c. 6. n. 2. de matrim. Joach. à Beust part. 2. tit. 47. §. est enim. de jur. connub. <sup>2</sup> Virgil. 12. Æneid. <sup>3</sup> Tarnov. lib. 1. c. 37. §. 8. de jur. connub. Christen differt. 1. q. 7. de de caus. matrim.



desiderio adversari, colludens cum juvene, coercet animi motus usque ad majorem ætatem. Quæritur, possitne hæc beneficio adultorum frui, & judicio contra patrem experiri, ut consensum accommodet nuptiis, vel rationes dissensus justas reddat? Negari non potest Politicam Hollandiæ constitutionem hoc jus concedere adultæ ætati; neque distinguere inter eas, quæ ætate majores demum amare incipiunt, & eas, quæ in minori ætate conceptum ingratis parentum amorem, in legitimam protrahunt, differuntque ætatem, ut nubant, quos generos nolunt parentes. Inter quas tamen non parvam differentiam esse, palam est. Etenim, ætate majores puellæ, quæ amare demum occipiunt, neglectæ hæctenus, & ab honestis nuptiis injuria prohibitæ videntur, *arg. Novell. 115. cap. 3. §. 11. l. 19. D. de rit. nupt.* Quæ vero respuunt ætate minores oblatas nuptias, in gratiam illorum, quos amant, protrahuntque amorem in legitimum tempus, malo molimine hoc agunt, ut adultæ cogere possint parentes, in visam tolerare affinitatem; atque hoc modo pertinaces in concepto furore, imparentiam nimia animi perseverantia augent, & callidæ jure publico non uti, sed abuti conantur. Si quis hic tueri patriam dignitatem velit, considerabit, initium amoris spectandum esse, adeoque æstimabit filiam quæ in minori ætate conceptum amorem in majorem ætatem protraxit, tanquam minorem annis habendam esse; atque esse censendum, immutatum mansisse hoc casu parentibus illud jus, quod in minores ætate liberos habent. Simili modo argumentatur Vlpianus, restituendum esse eum, qui in minori ætate adiit hereditatem, & major factus aliquid exegit de debitoribus defuncti, initio inspecto. Scilicet, exactio debiti sequela tantum fuit aditionis hereditatis in minori ætate factæ, ut ipsum tempus aditionis, an quis tanquam minor restitui possit, inspicere debeat. *l. 3. §. 2. D. de minorib.* At quod contra patrem experiri conatur filia, sequela tantum est in minori ætate concepti amoris, ut hoc casu jus suum patri integrum esse debeat, initio inspecto. Deinde, restituitur major, si calliditate adversarii id actum sit, ut in minori ætate inceptum judicium, non nisi majore facto pupillo terminaretur; atque ita ille liberaretur, *l. 3. §. 1. D. de minor.* Quid ni ergo à contrario, & minor habenda puella est, quæ calliditate, ut jure suo fraudaret patrem, imparentiam suam in legitimam continuavit & distulit tempus? Dioletianus & Maximianus ajunt, operam daturum Præsidem Provinciæ, ut quæ contra fas gesta sunt, fructum calliditatis obtinere nequeant. *l. 3. C. de repud.* Nonne contra fas esset, ut filia in minori ætate desideratas nuptias, in majori ætate ingratis parentum contrahere, atque quoad parvum tempus coercentes improbum amorem, hunc calliditatis suæ fructum percipere possint? Politica Hollandiæ constitutio non vult contumaces esse liberos, verum obediendum esse parentibus præcipit, tantum abest, ut modum docere eorum auctoritatem contemnendi. At vero, si hæc Ordinum mens esset, ut exigere à parentibus rationes dissensus possent adulti, qui in minori ætate conceptum usque ad hoc tempus continuant amorem; quid hoc aliud esset, quam

quam eos in parentes armare, & eorum continuatæ imparentiæ nimiam indulgere? Præterea perpendi potest, annon publica utilitas exigat, ut indigna hoc favore habeatur filia propter ipsius proci molimina. Nonne indignus generi nomine censendus est, qui sciens, fugere patrem ejus affinitatem, ita corrumpit adolescentis puellæ mores, ut non tantum amatrix extiterit, sed etiam hucusque continuo foverit, alueritque intempestivum amorem? Qui calliditate sua, & odiosis artibus ita sollicitavit, & circumvenit in manus ætate puellam, ut jam adulta, exuto puellari pudore, abjectoque cultu vetere cundiz, publice virum expetere, & contra mitissimum forte patrem judicio experiri sustineat. Ita certe seducere, atque patriæ potestati subducere filiam, plagium fere est; qualem ausum æmulari raptum Justinianus pronunciat. *l. un. C. de rapt.* Magna injuria est, corrumpi servum hominem; quid meruisse putes, qui corporis nostri partem blando sermone avertit, ex erigera imparentem reddit, animam ejus occupat, & à nostra in suam transfert potestatem? Delinquit, qui suadet. *l. 2. D. de serv. corrupt.* *l. 12. D. de adulter.* *l. 3. §. 5. D. de homin. liber. exhibendo.* *l. 6. §. ult. de leg. Fab. de plag.* & nostra interest, animos nostrorum liberorum non corrumpi. *l. 14. §. 1. D. de serv. corrupt.* Hæc pro patre adferri possunt. Verum, non minora videntur argumenta, quæ in favorem filiæ jam adultæ adduci queunt. Levior est suspicio, calliditas & dolo malo proci, in majorem ætatem protracta esse sponsalia, ut filia insultaret patri; cum id adscribi possit medullitus jam fixo amori, quem retinere perfectæ philosophiæ est, extinguere non cujusvis. *Novell. 74. cap. 4.* Hactenus juvenculæ filiæ desiderio jure se opposuit pater, cum spes esset, fieri posse tenerum animum ab incepto demum amore: at quem cum videt tot annis non coërcitum, sed cum majori ætate acrius utentem, injuria refragari diutius videtur matrimonio, quod iudex probaret, & concors futurum spondet tot annorum nullis querimoniis, nullis jurgiis, nullis technis divulgatus amor, & animorum benevola conspiratio. Politica Hollandiæ constitutio indistincte concedit nuptias liberis ætate majoribus, si arbitretur iudex justa ratione destitui parentum dissensum: non vero jurisconsulti est distinguere, ubi lex non distinguit. Obtemperavit hactenus patri juvencula, compefcuit amorem, distulit matrimonium in tempus ætatis legitimæ, satisfecit legi: quæ ratio, ut jam adulta non gaudeat beneficio legis publicæ, quæ hactenus usus fuit pater? In minori ætate, amore honesto juvenem, amantem insens parentibus prosequi, non adeo magnum crimen est, quin remitti debeat: uti ex eo patet, quod Politica constitutio succurrat amori liberorum annis majorum, cui injuria adversantur parentes. Eadem constitutio non prohibet minorem ætatem amare, non coërcet liberam illam animi facultatem; non certo aut definito ætatis termino concludit; sed à limine nuptiarum denunciationum arcet liberos, si dissentiant parentes. Imo cum exacto justæ ætatis termino confestim iis concedit potestatem experiundi contra parentes, satis manifeste innuit, non iis ob stare, quod clanculum, & in vitis parentibus in

minori ætate amaverint. In definienda hac nuptiarum ætate, in liberis considerantur Ordines consilii maturitatem: at quis credet, eos magis ferri irritamenti juvenilis caloris, & fluctuantis naturæ impetu, qui annis majores continuant, probant, renovant amores suos in minori ætate conceptos, quam qui jam adultæ ætatis demum amare occipiunt. Si meam hic quis roget sententiam, totum negotium judicis arbitrio, moribus temporum nostrorum congruentem sententiam daturi, committendum esse judico. Examinanda sunt puellæ & amantis proci familia, dignitas, divitiarum paritas vel imparitas, ætatis discrepantia vel convenientia; quibus artibus, ille in sui amorem pellexerit virginem, an persuasione callida, an honesta oratione, an doloso astu an instigaverit eam contra parentes contumacem esse, an admonuerit blanda oratione extorquere potius consensum: quomodo se gesserit filia, an amicorum intercessione flectere nisi fuerit patrem, obsequens ejus paruerit imperio, an immorigera expectaverit tempus legitimæ ætatis, ut cõgere posset patrem rationes dissensus dare. Multa certe hic sibi circumstantiæ vindicabunt. Non enim libidini, non inordinato amori, non deliciis, non contumaciæ, non ineptiis liberorum, sed justis affectionibus hanc libertatem dederunt Illustr. nostri Ordines. Autumarem tamen, & præsertim casu, quo jam adulti liberi renovare cogitant matrimonium, quod in minori ætate non rite contractum auctore patre dissolvit, & irritum pronunciavit judex, non adeo rigidum paternarum dissensus rationum censorum oportere esse magistratum; atque denegandum liberis esse matrimonium, modo speciosa pro patre militent argumenta, nisi suspicio sinistra sit, eum adversus liberorum commoda ex animi quadam offensa laborare. II

Rationes, quæ justas hodie evincunt parentum esse intercessionem, si quis in tabula quasi exhibere velit, experiundo discet, quam hoc sit difficile; & facile eorum negotium judicum prudentiæ remittet. Attamen ut non nihil dicam, varias proferam, adstruam paucas, plurimas lectoris judicio relinquam.

Ulpianus docet, tum solum dissentienti licentiam filiz esse, si indignum moribus, vel turpem sponsum pater eligat. l. 12. §. 1. D. de sponsal. A contrario itaque concedenda patri intercessio est, si moribus indigno & turpi sponso nubere nitatur filia, ignominiosam ducere filius. Majus enim patri jus esse oportet in filium filiamve, ne invito eo, ducat hanc, nubatve huic, quam filiz, ne nubat huic invita. Sed quis ab Ulpiano indignus dicatur, videndum est. Indignæ dicuntur nuptiæ, quæ legibus vetantur. l. 20. §. 2. D. de manum. vindict. at hoc sensu indignus moribus hic non dicitur. Nam quorum matrimonium lex prohibet, patris consensus justum reddere nequit. Indignus indignave, hic est, cum quibus contrahi quidẽ, at non honeste nuptiæ possunt. Itaque si uxorem velit filius publicum scortum, justa patris intercessio erit. Turpis enim & gentium moribus indigna sponsa meretrix est. l. 20. C. de adult. l. 41. l. 43. pr. & §. seqq. D. de rit. nupt. l. 3. D. si à pa. quis manum. sit. infamis est, & testimonium dicere nequit. l. 3. §. 5. D. de testib. jure Romano exheredari potuit 12

potuit filius emancipatus, qui ignominiosam & dedecori futuram patri duxisset uxorem. *l. 3. §. 5. D. de honor. poss. contr. tab.* Adultæ ætati honestas nuptias concedit politica constitutio, non inhonestas, & familiæ contumeliosas futuras. Non diversum constituendum est in ea, quæ obrentu paupertatis turpissimam vitam agit. *l. 43. §. 5. D. de rit. nupt.* quæ sine quæstu palam vicem prostitutæ sustinet. *d. l. 43. §. 3.* vel cum quæstu, non palam. *l. 41. D. eod.* similis Chrysidî Terentianæ, quæ maluit sibi inhoneste parare divitias, quam in patria honeste pauper vivere: vel quæ prostituere se desiit; quia hæc æque lege notatur, cum non aboleatur turpitudine, quæ postea intermissa est. *l. 43. §. 4. D. eod.* cumque ad malos mores facile revertatur fœmina, nec tali peccato pœnitentia sua nocens esse definat. *arg. l. 17. §. 1. D. de adul. edit. l. 65. D. de furt.* Item, cum minus non sit lenocinium facere, quam corpore quæstum exercere. *d. l. 43. §. 7. & 8.* lena, & quæ mulieres quæstuaras prostituit, indigna & turpis persona est.

- 13 Quærendi hic locus est, an quoque turpis & indigna moribus censenda mulier, quæ amore seducta unius libidini succubuit? Meretrix non est, quæ cum uno aut altero miscetur, sed quæ palam corpore quæstum facit. *d. l. 43. §. 2.* & multorum libidini patet. *C. 16. distinct. 34.* Comicus ait, matronæ esse, non meretricum, uni inservire amanti. <sup>1</sup> Coactio à turpitudine & pœnæ excusati. *l. 20. C. de adulter.* at coacta videtur, quæ blanditiis proci seducta, & sub spe promissi matrimonii forte delusa, amantis libidini, & propriæ carnis stimulis, ætatis lubrico, sexusque infirmitate, succubuit. Qua ratione, puella stupratoris perliuriis, nuptias postea recusantis, misere decepta, honestiorum commiserationem potius, quam odium mereri videtur. Quæ unius folius stuprum passa, continuo emendavit mores suos, desiecit peccatum, renunciavit improbitati, nec meretrix, nec infamis, nec turpis persona, uti amatoris rationibus festive Menochius probat, dici potest. <sup>2</sup> Verum his non obstantibus
- justam esse hoc casu parentum intercessionem arbitror. Fœdissima in puellis nequitia est, pudorem suum alienis libidinibus prostrernere. *l. 20. C. de adulter.* quarum præcipuum debitum esse debet castitatis observatio. *l. 5. C. ad SC. Orphit.* quæ sola potis est cum fiducia hominum animas Deo præsentare. *Novell. 14. §. 1.* Vnice commendat virginem virginitas, quæ amissa nunquam restituitur. *l. un. C. de rapt.* atque illibata pudicitia ita laudanda in muliere est; ut Virginius, pudicæ filix interemptor potius, quam corruptæ pater voluerit esse. *l. 2. §. 24. D. de origin. jur.* <sup>3</sup> Perpetua castitas, dubium, an speranda ab ea, quæ virgo stuprum passa fuit; cum velamento conjugii adulterium oculi possit, stuprum prodat sæpius uteri tumor, natusque infans. Inter turpes personas, quod ad querelam, quæ contra fratris testamentum instituitur, à pluribus interpretibus reponitur stuprata. *arg. l. 27. C. de inoff. testam.* Stuprum autem non ex frequenti æstimatur scortatione, sed & ex unico coitu. *arg. §. 4. Instit. de public. judic.* Ut nimis injuriosum, acerbum nimis, indignum nimis esset, si obtrudi à filio patri, viro gravi & honesto, posset nurus corruptæ pudicitæ fœmina.

Eadem

In Mostell.

Libr. 2.  
cent. 4. cas.  
328.<sup>3</sup> Valer.  
Maxim. libr.  
6. cap. 1. n.  
2. exempl.  
memor.

Eadem juris observatio est, cum filia ingratis parentum conatur nubere turpi & indigno familia viro. Turpem intelligimus eum, qui infamiae & turpitudinis macula aspersus est, honestioris personae decore & jure privatus, turpissimis imbutus cupiditatibus, notae nequitiae homo; non vero eum, qui speciosus & pulcher facie non est, quem etiam quandoque turpem appellare solemus. Turpitudine enim proprie ad mores refertur, deformitas ad corpus. Vtrumque habes in hoc Paterculi de Vatini, *deformitas corporis cum turpitudine certabat ingenii, adeo ut animus dignissimo domicilio inclusus videretur*. Sic turpem opposuit Ulpianus ei, qui vitae probatae est. l. 3. §. 4. & 5. D. de liber. exhib. Turpes in hac significatione sumpti, & moribus indigni, in duplici sunt differentia. Alii vel infamia juris notati sunt; uti furti, adulterii, praeviationis, alteriusve atrocioris criminis accusati & convicti, l. 1. D. de his qui notantur infam. vel aliqua indignitate alia affecti sunt, uti devoti, quos vulgo ab Ecclesia excommunicatos dicimus. Alii duntaxat majorum infamia laborant, vel adeo profligatae sunt vitae, ut eorum existimatio non tantum apud graves viros laboret, sed & credantur furiosum facturi exitum; uti qui palam dilapidat bona sua prodigus, qui publice scortatur libidinosus, qui aleae lufum quasi rem honestam profitetur, & perpeti nocte ludit aleator, qui leno est, vel publice meretricatur, &c. <sup>1</sup> Si hujusmodi viro nubere filia conetur, justam esse declarandam patris intercessionem arbitror. Bona enim fama inestimabilis res est, fulvo auro praeferrenda. arg. l. 10. §. 8. D. de pen. nec cogendus pater infami & ignominiosae consentire affinitati. Fulget uxor claritate mariti, & obnubilatur labe ejusdem. l. 8. D. de senator. Filiae autem infamia patris pudorem pertingit, & ejus interest, ut ex honesto genere nepotes expectet. Ex prodigi & aleatoris conjunctione, nil expectandum, quam domicilium paupertatis, spes esuritionis, obsonium rixarum, prandium jurgiorum, cena poenitentiae. Taceo in publico scortatore metuendum esse, ne quid occultioris mali contraxerit, quod & eum, & conjugem perdat: nec vanus quoque est in eo adulterii metus; cum meretricibus & vagae veneri assueti, vix sese intra castimoniae terminos continere jugati possint. Patris est, prospicere, ne aliquando egeant filiae, nimio amore furentes circa procos non merentes. Aliud est, si parum liberalius ex sententia patris vivat proculus, vel semel, bisve ex ætatis lubrico aleae indulerit, Si parva licentia vitae liberioris infametur, attamen ejus mores penitus corrupti non sint. Quid si stupraverit virginem, nec tamen publice scortetur? <sup>15</sup> Stupro nulla corporis gratia viro perit, ut quidem virgini: foeminarum magis detestanda libido, quam virorum est; utpote quibus laxiores verecundiae habenas concessit natura, quam mulieribus. Matri succedit spurius, non patri, Sed nec viro licet, quod foeminae non licet, & in utroque sexu requiritur castitas. C. 4. caus. 32. q. 4. Deum offendit scortator, & apud graves viros male audit. Merus est, ne in stupratam resuscitatus amor, pertæsum propriae uxoris, & adulterum eum reddat. Patri quamvis non succedat, à patre alendus est

<sup>1</sup> Sanch. libr. 4. dispus. 26. De matrim. Alber. Gen. sil. libr. 4. c. 12. de nupt. Tarnov. libr. 1. cap. 73. q. 5. de conjug. Menoch. libr. 4. praesumpt. 184. n. 85.

est naturalis filius, rixarum & iurgiorum fomentum, si inclinaverit in eum paululum paternus affectus. Hoc casu iudicis arbitrio res committenda est. Spurium quoque, & nothum, seu naturalem filium, indignum moribus & turpem sponsum dici vult Gentilis.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Libr. 4. c.

<sup>2</sup> 12. de nupt.

16 Humiles quidem, dum eo vitæ genere sunt, at non turpes, & moribus indigni hodie habentur Publicani, qui vectigalia, tributa, publicos redditus conducunt, & exigunt. Hæc omnia olim conducere à publico ærario, & à privatis exigere solebant præcipui in civitatibus nostris viri; & novimus, deposito eo vitæ genere, in senatorium ordinem adscitis, ad scabinatum, ad consulatum in præcipuis patriæ nostræ civitatibus promotis, virtute præditis viris, prioris vitæ vilitatem non obfuisse. Turpes moribus denique non habentur famuli, homines liberi, qui aliis inserviunt, caupones, stabularii, tabernarii, nisi eos insuper vitæ turpitudine infamet, *abrogat. d. l. 7. C. de incest. nupt. Novell. 117. cap. 6.* Non præsumuntur hodie se prostituere, vel pudori suo non parcere mulieres, quæ in taberna cauponia famulantur. *abrogat. l. 43. D. de rit. nupt. & l. 29. C. de adulter.* Publice mercimoniis præesse, apud nos laudi ducitur mulieri, non vitio vertitur, *abrog. d. l. 7.* Sola autem conditionis humilitas, iusta ratio intercedendi non est, nisi eximia dignitate decoratus effulgeat, vel nobilis sit puellæ pater; procius vero ex infima plebe; & ita nimia reperiatur inter sponsum & sponsam conditionis imparitas.<sup>3</sup> Seu quod Majores nostri nobilitatem, non in avorum imaginibus, sed in cujusque virtute sitam esse arbitrati sunt; seu quod Respublica, mercimoniis & quæstui dedita, parvi pendit nobilitatem luculentis divitiis non affluentem. Matrimonium juris naturæ est, quod nullum agnoscit hominum discrimen, nisi ex virtute & ingenio. *Ego Majoribus meis virtute præluxi,* inquit Cicero. Aliud autem statuendum esse putem, si quis ex patricia familia oriundus, scenicam, histrionis filiam, vel eam ducere vellet, quæ ipsa, vel ejus parentes artem ludicram exercent. Has enim personas infamat quodammodo artis & exercitii turpitudine; & nimia utriusque conditionis imparitas, magis furere, quam amare amantem demonstrat; ut iusta sit intercessio patris, qui neque filium perire, neque familiam nimium dedecorari sinat. *arg. l. 1. §. 13. D. de ventr. inspiciend.* Cæterum nec humilis, nec abjecta scæmina est, quæ licet pauper, ingenuos & honesto loco natos parentes prædicat, dummodo non ullo vili ministerio; vel artis ludicræ exercitio infamet natales suos. Ideoque quamvis procius non sit *vetusta nobilis ab domo*, si tamen eum honestis parentibus prognatum ingenii cultura, & quæ unica nobilitas est, virtus commendent, iustam non esse nobilis patris intercessionem iudico. *l. 7. C. de incest. & inutil.* Moribus indignum, non divitiis destitutum respuit sponsum Ulpianus. *l. 12. §. 1. D. de sponsal.* Boni mores prævalent divitiis *arg. l. 18. C. de nupt. & maritali concordia* omne lucrum postponendum est. *l. 5. C. de insit. & substat.* Cum nummi amantur, idem solet esse amoris, qui lucri finis: verum quod affectu, non dote conciliatur, subsistit matrimonium. Ille vir est, qui cum non af-

<sup>2</sup> Groeneweg. in l. 7. C. de incest. nupt.

<sup>3</sup> Hermann. libr. 1. Tit. 7. post. 3. de jur. connub. Groeneweg. in d. l. 7. C. de incest. & inutil. nupt. dissens. Cy. præ cap. 7. §. 13. n. 1. & cap. 6. §. 4. n. 3. part. 1. de jur. connubior.

G g g g

fuit

fuit nummis, habeat, unde se & liberos, & uxorem sustentare, & auxiliante Deo, rem facere, & divitias olim sibi comparare possit. Illa dives puella est, quæ dotem confert pudorem, sedatum cupidinem, Dei metum, parentum reverentiam, omnium benevolentiam.

*Dos est magna parentium virtus, & metuens alterius viri  
Certo fœdere castitas.*

Sciant parentes, amorem honestum solis animis æstimari, ut famæ conjungendorum consulant, ne precio conjugium conciliatum dicatur *arg. l. 3. D. de donat. inter vir. & uxor.* In nuptiis quærenda proportio musica est, quæ ex concentibus dissonis harmoniam facit. Sint puellæ divitiæ, juveni dexteritas, virgini pulcritudo, sponso nobilitas, scientia, judicium, & vice versa; & concordans poterit esse matrimonium. <sup>1</sup> Aliud est, si non solum nihil possideat sponsus; sed insuper propter mercaturæ inscitiam, negligentiam, locordiam, aliamve suam ob culpam adeo sit obærat, ut animam debeat, nec unquam emergere possit. <sup>2</sup> Laudandus est hæc casu patris affectus, qui præfracte obnititur liberorum in perniciem ruentium voluntati. Ex nuptiis cum eo, qui sua culpa obærat, nil sperandum, nisi esuritionis & paupertatis splendidæ domicilium. Pulcra puella sine dote, sine fama, inhonestis majoribus nata, pœna hilaris est, & gaudium sardonium. Nam cui sola Venus favet, spinturnicium & nugæ.

Docet Lambertus Gores, & post eum Christenius, religionis diversitatem, justam intercedendi rationem non esse. <sup>3</sup> Quod an verum sit, hæreo. <sup>17</sup> Non loquor de iis, qui totum abnegant Christum, cum quibus lege nuptiæ prohibentur: nec de patre heterodoxo, cui bonum esset orthodoxam amplecti fidem. Eos enim, & dotes profiliabus & neptibus dare, & ante nuptias donationes profiliis & nepotibus perscribere, in omni casu secundum vires patrimonii hujusmodi liberalitatibus æstimandis, jam olim Justinianus, quem sequimur, voluit, Ne propter divini amoris electionem paterna vel materna provisione liberi defraudentur. *l. 19. §. 1. C. de Hæretic. & Manich.* Sed sermo nobis est, cum filia orthodoxa conatur nubere Pontificio, vel alterius fidei viro, contra patris sui voluntatem. Seductionis metus hic est, & periculum salutis æternæ. Perpendendum enim est illud Scripturæ: *Et averterunt uxores alienigena cor Salomonis post Deos suos. Reg. cap. 11. vers. 2.* Quod omnium hominum sapientissimo, & prophetæ accidit, ne accidat infirmæ juvenulæ, juste metuitur. Sponsione Deo facta in baptismo filiæ, obstrictus est pater, invigilare, ne defleat infans ad aliquam hæresin, & à via veritatis seducatur. Qui pontificio filiam committit, nonne illam exponit seductionis periculo? imitatione deteriores fimus. *arg. l. 25. §. 6. D. de Edilit. Edict.* Dicit Johannes Apostolus, non esse domo recipiendum, nec salutandum, nec salutandum, qui aliam, quam docuit Christus, adfert fidem. *2. cap. un. v. 10. 11.* Et Apostolus Paulus, non esse jugum ducendum cum infideli, quia nulla communio lucis cum tenebris *2 ad Corinth. cap. 6. v. 14. 15. 16. 17.* nec edendum cum idololatra. *1 Corinth. 5. v. 11.* Erit-  
ne

<sup>1</sup> Carpzov. *libr. 2. Tit. 3. definit. 55.*  
<sup>2</sup> Jurispr. cons. *Arnsf. cap. 3. sect. 7. de jur. con- nub.*  
<sup>3</sup> Havemann. *d. l. Cypria. c. 6. §. 4. n. 3. libr. 1. de jor. conubior.*  
<sup>4</sup> Cap. n. *tract. 3. n. 32. advers. jur. subc. citans Covar. rru. Wesenbe. Erasmi.*  
<sup>5</sup> Dissert. 1. *quest. 8. de caus. ma- trimon.*

ne ergo cogendus pater, cui liberorum collocatio & cura injungitur à Deo, in domum recipere generum alterius religionis virum? Ovis non est committenda lupo, neque Christi pars, cum peccatorum sorde jungenda.

- 18 Timidum, avarum, iracundum, levem, contumacem, litigiosum esse dicit sponsum pater? Nihil est. Ingenium sponsi probat sponsa, lecti & fortunæ futura socia. Illi cum illo vivendum erit, & mariti mores ferendi: qui diversi pacificum sæpius reddunt matrimonium, dum alterius vitia alterius lenitate, & bona indole temperantur. Miles est proculus, abhorret pater à militari studio? Quid tum? Militia, honesta functio est, & viris fortibus æternum nomen, æternamque gloriam comparat. Generosæ indolis est filia, quæ se viro mortem etiam pro patria obire parato, matrimonio jungit. Extrarius est proculus, sponsamque in longinquas regiones abducere cogitat? Rebecca reliquit patriam, & paternam domum, ad sponsum Isaacum suum profecta; & omne solum fortis patria est, ut piscibus aquor. Non diligit puellam proculus, sed duntaxat bona? De affectu & animo amantis melius patre judicare filiam præsumendum est. Technis & malis artibus tentavit subducere filiam patriæ potestati? Negat hoc filia, & se calumniam pati queritur juvenis. Metuuntur lites inter parentes & liberos, & inter utriusque familiæ cognatos, ex futuro matrimonio? Cur non speratur ex amicorum intercessione reconciliatio & amicitia? Sæpe enim hujusmodi re quapiam, & ex ingrato & malo principio, magnam familiaritatem conflare, apud Terentium Chærea ait. <sup>Act. 5.</sup> Et Romulus excusans raptum Sabinarum inquit, sæpe ex injuria postea gratiam ortam reperimus. <sup>Scen. 2. Ennuch.</sup> Est que apud nos proverbium, *huwelycksche Saacken soenen wel*. Hæ itaque, & hujus commatis similes, quas adducit Havemannus rationes, <sup>Libr. 1. sit</sup> istam mihi patris intercessionem esse, arguere non videntur, nisi aliis insuper <sup>7. Post. 3.</sup> juventur argumentis; uti, si proculus in speratum focerum contumeliosus <sup>Gamel. 17.</sup> referatur; si non uni vitio deditus, sed ex plurimorum, quæ ad malos mores <sup>nopt. vid.</sup> referuntur, colluvione coneretus sit; si puellam ad contemnendum patrem malis & odiosis artibus induxerit, eive aufugiendi è paterna domo, <sup>Carpz. libr.</sup> concubina nocte, & clam, auctor fuerit, vitium obtulerit, rapuerit: illudque <sup>2. tit. 3. de fin. 72.</sup> continuo agat, egeritque, ut furore quasi amoris dementata puella gloriæ <sup>Iurispr. con-</sup> ducat, contumacem esse, & ludibrio habere parentes. Magna est injuria à malevolo corrupti servum hominem. Quid hunc meruisse existimandum est, qui filiam nostram, corporis nostri partem, blando sermone, & insidiosis verbis, nobis avertit, & in suam transfert potestatem, eique insuper eripit pudicitiam; qua sola honestis commendabilis est. Quid si ex pluribus competitoribus aliquem non dedignetur pater, ut ostendat eo ipso, non à collocanda filia, sed ab hisce duntaxat nuptiis, quas illa desiderat, aversum se animum habere? Putat Kitzelius, cui ego assentior, apud judicem, potiores debere esse partes puellæ: cum constitutum lege Romana sit, ut contententibus; <sup>Cap. 4.</sup> matre & propinquis de puellæ nuptiis, <sup>theor. 4. lit.</sup> is ex competitoribus genere & moribus paribus, <sup>f. Synopt.</sup> iudicis sententia præferatur, quem sibi consulens mulier approbaverit. <sup>matrimon.</sup> l. 18. C. d. nupt. 1

G g g g 2

Ju-



Justa dissensus ratio non est, si prætegit pater, se hisce nuptiis consentire 19  
non posse, quod meliorem conditionem obventuram filiz speret. Quid  
enim? si deformis puella sit, nec alium procum habeat, vel labentibus pa-  
riendi annis, sterilis futura metuatur, et postea thalami consortem invenire ei  
difficile futurum sit? Si ita scriptum sit, si *Aricia non nupserit*, interesse ait Te-  
rentius Clemens, an fraus legi facta sit. nam si ea sit, quæ aliubi nuptias non  
facile possit invenire, interpretandum, ipso jure rescindi, quod fraudandæ le-  
gis gratia adscriptum est. l. 64. D. de condition. & demonstr. Similiter, expectan-  
dum esse, dum melior conditio obveniat, prætegere præsumitur pater, ut hu-  
jusmodi filiam cœlibem retineat. Quid si ille honestas jam sæpius nuptias  
rejecerit, & obedientem hætenus filiam expertus fuerit, semperne expe-  
ctandum virgini erit, ex patris arbitrio? Non certe, & vitio ei verti non po-  
test, quæ, cum pater, immemor juventæ suæ, nimium protrahit nubendi tem-  
pus, rem ad judicem defert, & ex ejus arbitrio nubit; cum & Romana leges  
culpam patri imputent, quoties ætate major filia propria auctoritate sibi mari-  
tum adfiscit, cum debuisset ille jam tum eam nuptum dedisse. *Novell. 115. c. 3.*  
§. 11. Favorabiles sunt nuptiæ, institutæ, tum in fugam libidinis, qua maxime  
urgetur juvenus, tum ad liberorum procreationem, cujus Reipublicæ quam  
maxime interest, ut continuo nova sobole efflorescat. Non quoque justa dis-  
sensus ratio est, quod liberi ætate majores, clam & invitis parentibus ama-  
verint, sponsalia constituerint, & nuptias, more recepto & probato, perfi-  
cere conentur. Ideo enim politica Hollandiæ constitutio audiendos paren-  
tes vult, quia contra eorum voluntatem contrahere nuptias liberi moliantur;  
nec ad nuptiis præfectos unquam possunt confugere liberi, nisi jam amore  
mutuo flagrent, & uti sæpius contingit, amato juveni vel puellæ nuptias  
pacti fuerint. Aliud est, si in ipso amandi actu honestatem exceßerint, & pa-  
ternam læserint existimationem, sponsalibus stuprum adjicientes, raptum,  
fugam è paternis laribus, aliudve simile moliti.

Cæterum, observandum est, facilius admittendum esse parentum judi- 20  
cium, cum agitur de elocanda filia, quam collocando filio. Princeps familiæ  
& caput mulieris vir est; qui si erraverit in eligenda sponsa, poterit postea  
sagacitate, humanitate, & prudentia, malos uxoris mores in bonos aliquando  
reformare, & familiæ prospicere, ne ruat. At autem impossibile fere mulieri  
viro subjectæ est, præcavere, ne maritus iners, ebriosus, luxuriosus, prodi-  
gus, aleator, & ex multorum vitiorum colluvione concretus, bona, si quæ  
superfint, non consumât, dilapidet, perdat, totamque ad angustias redigat  
familiam, atque tandem tragicum sortiatur exitum.

Ex dictis credo satis lectori liquere, in examine & ventilatione dissensus 21  
paterni, multum prudentiæ & arbitrio judicis committendum esse. Conside-  
randa enim indoles liberorum, parentum humanitas & affectio, sponsi &  
sponsæ ætas, fortuna, conditio, genus, familia, vita, religio, nuptiarum pari-  
tas & imparitas, amoris initium & progressus, & quæ sunt hujus commatis  
pluræ.

plura: quorum plurima in hisce liberis concurrentia justam patris intercessionem esse demonstrarent, in aliis vero separata non inferrent.

- 22 Illustrissimi Hollandiæ nostræ Ordines, renovantes & ampliantes vetus quoddam eorum decretum, quo interdicebatur Curia, non recipere liberorum appellationes, quos magistratus; examinatis parentum intercedentium rationibus, à contrahendis nuptiis arcuisset, decreverunt, decretumque perpetui edicti vim habiturum jusserunt, si quæ controversia de contrahendo matrimonio inter parentes, vel eorum alterum superstitem, & liberos imposterum incideret, ut ejus rei notio Curia competeret, si nobiles, & Curia membra controversentur; Politico vero Magistratui singularum mœnibus & portis munitarum civitatum (comprehensa iis Haga Comitum) quarum jurisdictioni contententes subiecti inveniuntur; exceptis Delphis, cujus scabinis hanc provinciam demandarunt; addita decreto hac clausula, ut totus magistratus politicus, omnes Curia senatores, vel civitatum iudices, si fieri possit, vel ad minimum, eorum duæ ex tribus partes, decidendæ controversiæ præsentès sint. Concesseruntque omnibus, vel eorum, duabus ex tribus ad minimum partibus præsentibus, auctoritatem summam & de plano, uti loquuntur, id est, sine strepitu iudicii, controversiam, an jure an injuria obnitantur parentes liberorum nuptiis, decidendi; interdicto liberis appellandi, provocandique omni prorsus jure, si Curia, Magistratus, vel iudices Civitatum, justam esse parentum, seu patris vel matris, defuncto altero, superstitis, intercessionem judicaverint. *Edict. vande Staten van Hollandt vand. 27. Septemb. 1663.*

- 23 Nuptiis liberorum non consentiens pater, an æque dotare teneatur, hic querendi locus est. In quo negotio examinandum separatim Civile, Canonicum, & Batavum nostrum jus est. Romani, cum prædictam virginis familiarius & sine arbitris cum viro collocatæ inspectam haberent, neque intactam & illibatam crederent, quæ sibi basium figi ab amante passa fuisset, puellis comites dare *L. 1. §. 2. l. 15. §. 16. D. de injur. & famos. libell.* easque domi custodire solebant, neque conveniendi licentiam ulli proco dabant; iisdem scilicet moribus usi, quibus hodie Itali utuntur. Hinc qui contra bonos mores civitatis appellasset virginem, ei comitem abduxisset, vel adfectatus fuisset, cum ex eo fama & honestum nomen mulieris laboraret, injuriarum conveniri poterat. *l. 15. §. 15. 16. 19. 20. 22. D. de injur.* Dimidia pars rerum in spem coeundæ affinitatis donatarum cedebat sponsæ, sponso ante nuptias mortuo, si is osculum dedisset. *l. 16. C. de donat. ant. nupt. in redhossimentum* scilicet delibatae aliquantis per pudicitia. At vero, cum & hoc modo pudicis puellis eriperetur occasio sibi ipsis matrimonia conciliandi; cumque & lex dictaret, nullum esse matrimonium in scius parentibus contractum; nec tamen æquum esset, ultra juventutis tempus, virginem nuptiis maturam domi desidem detineri; patris officium esse dixerunt Romani, filiabus per ætatem matrimonio aptis conditionem querere, atque, cum nemo facile indotatam

<sup>1</sup> *Vid. Car. prov. libr. 2. tit. 3. definit. 62. jurispr. consist. Christen. dissert. 1. quæst. 7. de caus. matrim.*  
<sup>2</sup> *Resolutie vande Staten van Holl. vande 5 Decemb. 1597.*

velit, *l. 1. D. solut. matrim. l. 2. D. de jure dot. dotare, l. ult. C. de dotis promiss.* Hinc jam constitutum est à Divis Severo & Antonino, si qui liberos, quos in potestate habent, injuria prohibuerint ducere uxores, vel nubere, conditionem non quæsierint, vel dotem dare noluerint, ut habeat, unde sibi alimenta præbeat uxor, ne oneri futura sit marito suo, spernatur indotata, & divortii fiat occasio. *l. ult. C. ad SC. Velleian. l. 20. C. de jur. dotium.* Adeoque si immemores propriæ juventæ, & cupidinum juvenilis ætatis, non fecerint ea, quæ officii, pietatis, & voti cujuslibet patris sunt, *l. 22. §. penult. D. ad SC. Trebell. l. ult. C. de dot. promiss.* licentiam liberis esse, adeundi Proconsules, Præsidesque Provinciarum, coacturos parentes in matrimonium collocare & dotare. *l. 19. D. de rit. nuptiar.* Hic jam duplex oritur dubium. Primum, si hanc viam 26 ingrediantur liberi, an pater per Proconsules, Præsidesve provinciarum cogi possit assentiri nuptiis, quas sibi propria auctoritate filius vel filia destinarent; vel an duntaxat honestam conditionem quærere, & filiabus offerre debeat? Deinde, si non adeant Proconsules, Præsidesque filiarum, sed se ipsæ jungant viro, an æque dotem exigere à patre possint? Existimaverim ego, satis esse, ut pater offerat honestas nuptias, quæ ipsi placent; nec velle Imperatores, potestatem esse filiarum, hunc expetere sponsum, quem generum non vult pater. Patris esse dicitur, sibi generum quærere, *l. 20. C. de nupt.* nec datur filiarum licentia dissentiendi, nisi indignus moribus, & turpis obrudatur sponsus. *l. 12. §. 1. D. de sponsal.* Sic satis est patri, obtulisse maritum & dotem, ut impatiens opprobrii spretæ auctoritatis, filiam luxuriose viventem exheredare possit, *Novell. 115. cap. 3. §. 11.* quamvis forsan quibusdam nuptiis ab ea expetitis assentiri noluerit. Marciani verba in *d. l. 19. qui injuria prohibuerint.* intelligenda sunt, ut is injuria prohibere dicatur, qui conditionem non quærat, maritum non offert, dotem constituere non vult, & omni modo nititur liberos in cælibatu retinere. Ad secundum respondeo, si Proconsules vel 27 Præsides non adierint, & invito vel inscio patre nuptias contraxerint liberi, nullam dotem, vel ante nuptias donationem à patre exigi posse, cum irritum & injustum sit matrimonium, quod non ex jussu parentum contractum est, *§. 12. Instit. de nupt.* at dos & donatio propter nuptias justarum nuptiarum causa dantur, nec referuntur ad ea matrimonia, quæ non consistunt. *l. 3. D. de jure dotium.* Imo non tantum irritæ sunt nuptiæ, sed exheredari quoque potest filia, quæ se intra vigesimum quintum ætatis annum, inscio patre, qui honestas cum dote nuptias obtulit, viro conjungit: uti recte argumentatur Menochius, tum ducto argumento à contrario quodad ætatem, tum ex dilucidis Justinianæ constitutionis verbis, quodad matrimonium: & luxuriosam degere vitam, recte sentit eam, quæ ingratis parentum viro nupsit. *novell. 115. cap. 3. n. 11.* Cui magno juris prudentiæ lumini assentior, & errare Sanchetum puto, docentem, ex mente Justiniani, luxuriosam degere vitam, non quæ pactis nuptiis coit viro, quibus consensum non accommodavit pater, sed quæ meretricio more cum vivit, & se palam prostituit. Qui quoque errat cum docet, filiam

<sup>1</sup> Libr. 4.  
Præsumt.  
189. n. 77.

filiam exheredari non posse, quæ se duntaxat, semel, aut iterum, idque furtim alterius libidini prostituit. <sup>1</sup> Fateor equidem, turpiter, & cum flagitiosa <sup>Lib. 4. dis-</sup> foeditate vivere, quæ multorum libidini, & sine delectu patet. <sup>pus. 24. n. 4.</sup> l. 19. C. de inoffic. <sup>5. 6. de sa-</sup> testam. <sup>crum. ma-</sup> junc. l. 43. §. 1. D. de rit. nupt. sed & illam puto in allegata Justinianeâ constitutione comprehendi, quæ in matrimonium propter dissensum patris irritum, marito coit. Turpe certe est, & luxuriam prodit, delectari illegitima conjunctione, idque in contumeliam patris, honestas cum dote nuptias offerentis. Imo non existimaverim hanc novellam coarctare jus vetus, quod sine ætatis distinctione statuit, exheredari posse filiam, turpiter, & cum flagitiosa foeditate viventem, l. 19. C. de inoffic. testam. nisi in eo, quod novella constituit in filia ætatem distinguat, & insuper honestas cum dote obtulisse nuptias patrem, easque sprevisse filiam exigat. quod utrumque jure veteri requisitum fuisse non patet. arg. l. 19. l. 20. C. de inoffic. testam.

- 29 Si distulerit nuptias pater, & filia viginti quinque annis major, naturæ stimulos sentiens, sub specie matrimonii, marito se libero junxerit: vel huc usque pudica, humanæ fragilitati & amoris facibus succumbens, in suum corpus peccaverit, semel vel iterum, idque furtim, clam, non palam, non flagitiose ut publica meretrix, attamen extra speciem matrimonii; justa non est patris indignatio, ut propterea illa exheredari possit. Magis enim tum culpa patris, qui officii sui immemor, naturæ virgini conditionem non quæsit, quam sua culpa stuprum admisisse videtur adulta filia. *Novell. 115, cap. 3. §. 11.* Patri objici potest illud Comici, *An sedere oportuit domi, virginem tam grandem?* Aliud est, si servo se junxerit, vel viro flagitioso; id magis ad injuriam patris, & familiæ dedecus pertinet: nec tum tam videtur seducta succubuisse juvenutis illecebris, quam indulgisse detestandæ libidini. <sup>2</sup> Quid ergo? cum ingratis parentum, libero se jungit marito ætate enim filia, contrahitne firmum matrimonium? potestne dotem à patre exigere? Justinianus ait, nullas esse nuptias, nec jure consistere, quæ sine parentum consensu contrahuntur. *pr. & §. 12. Inst. l. 2. l. 5. C. de Nupt. l. 14. D. de Stat. homin.* Et hoc jus sine ætatis distinctione in Institutionibus, Digestis, & Codice amplexus, non diversum quid statuit in hac novella. Ingratam dicit, & exheredationem mereri, quæ ætate minor stuprum admittit: in eâ vero ingrati vitium exheredatione plecti non vult, quæ clampedare, ætate major nubit viro; Verum, firmum id esse matrimonium, & jure subsistere, non dicit, neque de eo hoc loco disputat. Nullum itaque id est, ut ex alia juris parte, quæ de hac re speciatim tractat, palam est. *pr. §. 12. Inst. l. 2. l. 5. l. 20. C. de Nupt.* Debet filia, viro matura, differentem nuptias patrem per Præsidem cogere, ut collocet, doterq; si justum & legitimum esse velit matrimonium. *l. 19. D. de rit. nuptiar.* non se propria auctoritate marito committere, & prævertere patris officium. Quamvis eam exheredationi eximat hactenus pudica vita, & patris in quærenda conditione, negligentia. De dote autem à patre constituenda frustra agitur, quando liberorum matrimonium irritum, nullum est, neque consistit. *l. 3. D. de jur. dot.* Iracte-

<sup>2</sup> *Perez in Codic. Tit. de promiss. dot. n. 11.*

Haftenus locuti fuimus de filia propria auctoritate cum viro coeunte, quam in potestate sua habet pater. Videamus jam an eodem modo filius familias exheredari possit, qui neglecto patris arbitrio duxit uxorem. Affirmat id Aca-

<sup>1</sup> Privileg. 6. cap. 1. n. 6. de Privileg. parent. & liberor.

<sup>2</sup> Libr. 4. disput. 24. n. 11. de Sacram. matrim.

cus, <sup>1</sup> negat Sanchez. <sup>2</sup> & hic posterior mihi placet, De filiabus enim loquitur Imperator, non de filiis familias; at sub foeminino genere masculum contineri, contra juris nostri regulas est: nec constitutio, quæ poenam continet, ad non expressa extendi debet. Deinde, in Romana Republica, non adeo injuria videbatur patrem afficere adolescens filius, qui scortabatur, aut mulieri se sub prætextu matrimonii commiscebat, ut exheredationem mereretur. Apud Terentium Mitio ait:

*Non est flagitium, mihi crede, adolescentulum  
Scortari, neque potare, non est, neque fores  
Effringere.* <sup>3</sup>

<sup>3</sup> Aët. 1. scen. 2. Adolph.

Et apud eundem comicum Phidippus:

*Multo prius scivi, quam tu, illum amicam habere, Myrrhina:  
Verum id vitium ego nunquam decrevi esse adolescentia:  
Nam id omnibus innatum est.* <sup>4</sup>

<sup>4</sup> Aët. 4. scen. 1. Hecyr.

Sed quid? cum exheredari non possit invito patre uxorem ducens filias familias, an ei assignanda donatio ante nuptias à patre est? Ita, si ex auctoritate Proconsulum vel Præsidum Provinciarum uxorem ducat. *L. 19. D. de rit. nupt.* Non autem, si iis neglectis propria auctoritate se jungat mulieri. Matrimonium enim filii æque ac filiarum familias patris consensu destitutum, irritum & nullius momenti est; at nulla dos, nulla donatio ante nuptias esse potest, ubi-  
cunque matrimonii nomen non est. *S. 12. instit. de nupt. junct. l. 3. D. de jur. dotium.*

Haftenus de jure civili, jam ad jus canonicum transgrediamur. Pontificii <sup>32</sup> verbis quidem, non re, probant hoc Dei, parentum est collocare liberos. *C. 13. caus. 32. q. 2.* Vti ex eo patet, quod volunt consistere matrimonia, clam & ingratiis parentum contracta; nec propter contumeliam spretæ auctoritatis paternæ, exheredari liberos posse, modo ii in celebrandis nuptiis modum à Concilio Tridentino præscriptum observaverint; etiam si quoque filia annis minor, cui pater familia dignum obtulit maritum, nubat moribus indigno & turpi viro. Imo, quod magis mireris, cum lex civilis conjungat, parentum esse, & collocare & dotare, onus patri impositum probant, honorem, effectumque juris ex patria fluentis potestate ei negant, acriter contententes, filere hodie in orbe Christiano illam juris civilis partem, quæ de matrimonio agit, quatenus non convenit juri pontificio: & cum matrimonium inter sacramenta reponant, solum Pontificis esse asserunt, leges nuptiarum præscribere. <sup>5</sup> Itaque cum Papa voluerit, matrimonia solo arbitrio liberorum contrahi posse, filere debuit tum illud jus Romanum, quod nullas esse nuptias statuit, quæ sine parentum consensu contrahuntur, tum aliud, quod dicit, exheredari posse minorem annis filiam, quæ ingratiis parentum ipso facto se

<sup>5</sup> Covarruv. part. 2. de matrim. cap. 3. §. 8. n. 5. Sanch. lib. 4. disput. 25. de Sacram. matrim. caus. in cap. 1. x. de spons. impub.

jungit

jungit viro. Scilicet, hæc lex civilis obest matrimonii libertati. Quæ eadem ratio quoque impulit Pontificios, ut statuerent, dotandam quoque eam esse, quæ invito patre viro nupsit. Nam cum pœna sit, carere dote, libera matrimonii dici non possunt, cum filiæ contra suam voluntatem nubenti, dotem negare pater potest: præterquam quod pœnam non mereatur, quæ utens libertate à Pontifice concessa, propria auctoritate sibi nuptias conciliat; cum nemini faciat injuriam, qui publico jure utitur. Itaque, illud Romanarum legum, *parentum est collocare liberos*, ut honestum probant; illud autem, *et dotare*, ut necessarium observandum volunt; atque, quotiens deficiunt canones, in quæstione de quantitate dotis, in subsidium vocant leges civiles, & hoc modo argumentantur. Si filia nupsit consensu patris sui, dos ab eo exigì potest, etiamsi promissa non fuit, quia patris est dotare. l. 19. D. de rit. nupt. l. ult. C. de dot. promiss. tum ut facilius sit marito, onera familiæ sustinere. l. 20. C. de jur. dotium. tum ut inveniatur virum puella, cum indotata nemo facile velit. l. 2. D. de jur. dot. l. 1. D. solut. matrim. tum ne indotata contemnatur à marito, & turbetur matrimonium. C. 7. x. de donat. inter. vir. & uxor. l. ult. C. ad SC. vellej. Quæ major viginti quinque annis, inconsulto vel reluctante patre nupsit digno, seu indigno viro, nulla dote promissa, dotari nihilominus à patre debet, ut concors sit matrimonium. Nec ulla hic filiæ versatur culpa, quam jam dudum collocatam oportuit. Si dotem promissit, & nupsit viro digno ætate minor filia, dotem exigere à patre potest, quia utiliter ejus negotium gessit se ipsam collocans. Si non promissit dotem, æque dotanda est, secundum receptam plurimorum interpretum opinionem, rejecta Bartoli id negantis sententia. Quod si nupsit indigno, non cogitur pater dotare, ignominia à filia affectus. Verum id duntaxat locum habere volunt, cum divites sunt conjuges, & se alere vel aliunde se exhibere possunt. Nam si pauperes sunt, modicam à patre constituendam esse dotem, quæ alimentis sufficere possit, ne fame pereant, dubium non esse contendunt. Hæc illi, quos adeat lector, si plura de hac re scire aveat.

33

Nobis Batavis alii sunt mores, alia jura. Magna libertate gaudent Batavæ virgines, vivunt sine custodia, in publico versantur, ambulant quo volunt sine comite, confabulantur viris, palam, clam, publice, privatim, & oscula sibi figi patiuntur facile à juvene, etiam & cupido amante, nec ex hoc suspecta redditur vel habetur earum pudicitia. Non enim credimus Hispanis, osculum quid decerpere virginitati, esse signum prostituti pudoris, vel antecænitium futuri coitus. Appellare quoque virginem hodie licet, nec alicujus frequens & tacita adfectatio ullam puellæ infert infamiam. Quod tamen intelligi velim de appellatione honesta, quæ justum meditatur matrimonium. Nam sane blanda oratione puellæ pudicitiam adtentare, nitique eam seducere ad meretricios concubitus, & hodie contra bonos mores civitatis habetur. Primi de futuro conjugio sermones raro hodie seruntur, & prima matrimonii fundamenta rarissime jaciuntur à parentibus. Imo probrosum habetur

H h h h

tur

<sup>1</sup> Covarruv.  
part. 2. de  
matrim. cap.  
3. §. 8. Me-  
noch. libr. 4.  
presumpt.  
189. n. 56.  
Et seqq.  
Sanch. lib. 4.  
disput. 26. de  
sacram. ma-  
trim

tur insciam filiam copulare marito & offerre nuptias non flagitanti viro. Eligat, quam amare velit juvenis, rem communicat parentibus, ex quorum arbitrio vel inceptum suffocat amorem, vel fovet. Procos indicat patri honesta puella, & ex ejus arbitrio respuit oblatas nuptias; vel si & ipsi & patri non contemnenda videatur affinitas, patitur blandis verbis, & oratione ad suscitandum amorem composita, sese appellari à proco, donec ab utriusque parentibus spondentur nuptiæ, & totum perficitur negotium. Quo inore recepto, liberrima apud nos existunt liberorum matrimonia, nec quicquam decedit honori parentum. Verum si in conciliandis nuptiis dissentiant inter se parentes & liberi, ne vel patria potestas lædatur, vel liberorum libertas nimium coarctetur, lege publica cautum est, acquiescendum esse liberis dissentientium parentum voluntati, usque dum ætas viginti quinque masculis, viginti annorum, puellis licentiam tribuat judicis auctoritatem invocare, coacturi patrem, si iustas denegati consensus rationes exhibere non possit, consentire matrimonio. Hinc cujuscunque ætatis Batava puella, quæ turpiter & cum flagitiosa foeditate vivit, exheredari hodie potest. Si enim minor annis pudori suo non perpercerit, non hoc nomine prætexere culpam potest, quasi eam injuria prohibuerit nubere pater, cum suo jure usus fuerit ille, & debuerit illa se submittere patris sui judicio, usque ad legitimam ætatem. Si annis major hoc egerit, non potest turpitudini commissæ præterege injuriam dilatarum à patre nuptiarum, cum potuerit jure legibus concessio uti, & implorare contra patrem honestis obnitentem nuptiis, judicis auctoritatem. Nec rejicere hodie culpam in patrem filia potest, quod ante legitimam ætatem nupta non sit: non enim hodie patris est, quærere, & offerre conditionem filiabus; sed filiarum, ex ambientibus procis aliquem seligere, & ut conjunctioni consentiat, patrem exorare. Et hæc quidem plana sunt, si meretricio more se palam prostituat filia familias. In ea autem, quæ se ingratiis parentum collocat matrimonio, ætatem distinguendam esse Grotius existimat, & annis viginti minorem exheredari posse, majorem non posse statuit, atque hoc jus jam olim in hac Provincia probatum fuisse scribit. Quod quomodo intelligendum sit, simulque & id, quod Ordines nostri volunt, in minorum nuptiis observandam hodie esse Caroli quinti constitutionem, *art. 13. Polit. Holl. constit. placaat vande jaare 1540.* dubium esse potest lectori. Politica enim Hollandiæ constitutio ab ipso matrimonii limine, seu nuptiarum denunciationibus arcet ætate minores, non exhibentes parentum consensum; & eorum contractas invitis parentibus clandestinas nuptias, irritas & nullas dicit: *art. 3. junct. art. 13. Polit. Holl. constit.* Caroli quinti vero constitutio eas pœnis quidem subjecit, sed tamen ratas agnoscit. *Placaat vande jaare 1540.* Ex quo sequitur, primum; si minor annis filia familias invitis parentibus, delusis forte nuptiis præfectis, se conjungat viro, non propter ipsas nuptias exheredari posse, cum nullæ sint & ipso jure irritæ, sed propter ingrati vitium, & quia in simulato matrimonio scortatur. Deinde, maritum, conventionis, donationis,

<sup>1</sup> Groenev. in l. 19. C. de inoffic. testam.

<sup>2</sup> Libr. 2 c. 18. § in de se landen. In leyd. tot de Holl. Reghts. gel. post Christm. vol. 1. decis. 325. Gudel. libr. 2. cap. 8. de jure noviss.

nis inter vivos, vel causa mortis titulo, ex testamento, aut alio quocunque modo nil consequi posse ex bonis hujusmodi uxoris ætate minoris, non propter Carolinam constitutionem clandestinas nuptias agnoscentem, sed (cum hodie inter hosce matrimonium esse negetur) propter jus civile, dictitans, nil eum, quocunque titulo, à conjuge percipere posse, qui contra legum præcepta, mandata, constitutionesque Principum matrimonium contraxit. l. 4. C. de incest. & inutil. nupt. l. 2. §. 1. l. 13. l. 14. D. de his qua ut indign. Ulpianus dicit, generaliter definitum esse, propter injustum matrimonium nil capi posse. l. 1. un. D. und. vir. & uxor. Mulieri quoque, quæ cum minore annis adolescente nuptias contraxit, nil relinqui potest; quia concubina est, quæ in matrimonio, ipso jure nullo, vivit; at, cum concubinatus moribus nostris improbatum sit, art. 3. Polit. Holl. constit. perseveranti concubinæ nil legari, nil donari hodie potest. arg. l. 13. l. 14. D. de his qua ut indign. & expressa constitutione sancivit Carolus quintus, à minore viginti quinque annis, concubinæ nil relinqui posse. Eeuwigh Edict vande jaare 1540. art. 12. Quid ergo? dicemusne dolo ac fraude, & delusis nuptiis-præfectis initum ab ætate minoribus matrimonium, justum fieri, atque concubinatum verti in legitimas nuptias, si postea consensum accommodent conjunctioni parentes, ut Carolinæ constitutioni hodie possit esse locus, atque ut statui possit filiam familias & hodie exheredari posse, propter nuptias clam contractas? Vel arbitrabimur cum Heemskerck, Curiz supremæ quondam Senatore, in multis & præcipue in rigidioribus in desuetudinem abiisse Carolinam constitutionem? Neutrum horum. Existimo eam Grotio invitis parentibus nuptam dici, ut exheredari possit, quæ de facto, quamvis non justo matrimonio, se viro conjunxit, atque eum in ea re non juris effectum, quo ætate minores insciis parentibus matrimonium contrahere prohibentur, sed animi destinationem cogitare. Constitutioni autem Carolinæ tum hodie locum esse, cum liberi ætate minores injustas nuptias, quas ipso facto quidem non jure, fugientes è paternis ædibus, vel delusis nuptiis-præfectis contraxerunt, ex consensu exoratorum parentum postea, ut justa reddantur, fiantque liberi ex eo nati legitimi, renovant, easque more recepto, & in politica Hollandiæ constitutione præscripto celebrant. Deinde, cum filiarum prægnantis conjunctioni non adversatur quidem pater, at protestetur coram nuptiis-præfectis, eam se non alia de causa pati, quam ut familiæ labes, stupro illata, justo deleatur matrimonio. Quippe hic consensus patri extortus tum intercedentium amicorum precibus, tum ut consulari honori familiæ suæ, dura magis necessitas, & coacta conniventia, quam libera auctoritas est. Interponitur quoque re non integra, & cum jam ad resistendum, patrem pudor impedit: ut eo non obstante, invito patre nubere filia dici debeat. arg. l. 91. D. de furt. Verum si culpam remittens pater, hujus suæ voluntatis testationem non interponat; cum nuptiis-præfectorum non sit, de occultamente parentis judicare, ejus consensus, quamvis revera majoris ignominia evitanda causa extortus, spontaneus haberi debet, nec Carolinæ constitutionis

<sup>1</sup> Groenew. in l. 2. C. de natural. liber. post Christ. sine. vol. 1. decis. 200. n. 15. Sande, de prohib. rer. alienat. part. 1. cap. 2. n. 6.

<sup>2</sup> Batav. Arcad. pag. 240.



1 Lib. I. C. 5.  
de restam.  
conjugum.

tionis pœnis hujusmodi stupratæ filiz matrimonium subjiçitur. Nihil efficitur si quis dicat, hoc casu contractum esse à liberis clandestinum matrimonium, cui copula confectio non demit Carolinas pœnas parentum postea subsequens ratihabitio. Dicatur enim quodad liberorum destinationem matrimonium; attamen cum eo nomine in foro nostro appellari nequeat, imo ne quidem clandestinum dici possit, cum hodie ex privato coeuntium consensu non contrahantur nuptiæ; patris consensus, qui sine protestatione interponitur, non subsequi, sed præcedere filiz stupratæ conjunctionem dici debet. Disputatum in foro sæpissime fuisse Peckius scribit, an post sponsalia tantum contracta adhibitus parentum consensus pœnam edicti tollat, & exhibens ille rationes, pro utraque parte militantes, prior quidem est, ut affirmanti sententiæ calculum apponat, sed tamen ita ut existimet *consultius futurum his inter quos super hoc salebroso articulo controversia erit, si Principis exquirant interpretationem, ut ipse, quem velit legis lata modum esse, vel semet determinet.*<sup>1</sup> Verum mihi respectu ritus contrahendarum nuptiarum hodiernos, neque Principis interpretatio necessaria, neque in hac re, ulla difficultas esse videtur. Non enim hodie, uti tempore Peckii, sponsalia verbis in præsens tempus conceptis constituta, nuptiæ sunt, sed duntaxat sponsalium, id est, futurarum nuptiarum promissionis vim habent. Et à minoribus liberis clam pacta, solo voluntatis abnuntio à parentibus discutuntur, si displiceant; si placeant, approbantur: quod cum sit, ex consensu parentum publica sponsalia coram nuptiis-præfectis constituuntur, & adhibitis solennitatibus consuetis matrimonium celebratur: ut nullo modo dici possit, parentum auctoritatem vel voluntariam non esse, vel non præcedere ipsas liberorum nuptias. Quamvis enim pium, honestum, & æquum sit, ut ipsa sponsalia liberorum initium habeant à voluntate parentum, frequenter tamen usu evenit, ut in hisce prævertant paternum consilium liberi, & clam parentibus nuptias promittant: attamen ideo ex paterno consensu confectum postea matrimonium Carolinis pœnis hodie subjectum esse, nemo dixerit. Imperator quoque, si penitus inspicatur, vix intelligi potest loqui de iis, qui sponsalia constituunt, sed qui nuptias contrahunt: verba enim hæc, *die met belofte oft andersints met haar huwelyck contracteren, ofte by seyte contracteren huwelycke*, denotant eos, qui sponsalibus de præsentibus duntaxat, vel qui ipso facto, id est, adjecto quoque coitu nuptias contrahunt: & respiciunt veterem ritum contrahendarum nuptiarum, quo ad earum contractum nihil aliud requirebatur, quam nudus coeuntium consensus verbis præsentis temporis expressus, vel coitu confirmatus, si verbis futuri temporis promissum esset matrimonium. At sponsalia nostra quibuscunque verbis concepta futuras semper respiciunt nuptias, præsentibus nunquam constituunt: ut dici non possit sequi confectum matrimonium (quod Imperator exigit) parentum consensus, qui post liberorum clandestina sponsalia, attamen ante celebratas nuptias coram nuptiis-præfectis interponitur. Publica quoque utilitas exigit, ne aliud statuatur, Quæ enim seges litium existeret, si coram nuptiis-

ptiis-præfectis, ex interposito parentum assensu celebratis nuptiis, disputare postea liceret, extortum fuisse parentibus consensum, neque iustum eorum sponsalia liberorum præcessisse, ut demonstraretur subiectum esse Carolinis 36 pœnis contractum ab ætate minoribus matrimonium. Quid hoc casu de dote constitui oporteat, per se planum videtur. Si suo arbitratu marito nupserit filia annis minor, seu, si se stuprari passa fuerit prætextu matrimonii, dotem à patre exigere nequit, cum & exheredari possit. Cui enim omnia mea subtrahere possum, ei quoque bonorum meorum partem in negare posse, ambigi non potest. 1

37 Diximus liberos ætate maiores, qui iudicis auctoritate, ingratius licet parentum, uxores ducunt, vel nubunt viris, exheredari à parentibus non posse. Ratio est, quod injuriam non facere videatur filius, cujus vota iudex probat; nec quod iudicis auctoritate factum est, cum legitime factum sit, pœnam mereatur. l. 4. C. ad leg. Jul. de adulter. Jam porro an hoc casu dotem dare, vel donationem ante nuptias assignare teneantur parentes, quæri potest. De jure Batavo loquimur, non Romano; quæ duo diversis mihi argumentis sequentia docebunt. Scio interpretes quam plurimos argumentari ab alimentis ad dotem, & concludere, quam alere, eam & dotare patrem teneri: privari autem necessariis alimentis non posse, quæ exheredari nequit. 2 At vero, mihi nostros respicienti mores, hæc argumenta infirma videntur, & ne quidem jure Romano illatura, dotandas esse ab invitis parentibus filias, si id non expressa lege constitutum esset, l. 19. D. de rit. nupt. Et rectius cæteris mihi sentire Vinnius videtur, docens, non recte argumentari ab alimentis ad dotem, affirmando; alere tenetur, ergo & dotare cogitur: verum, negando duntaxat; non tenetur alere, ergo nec dotare. 4 Spuria enim alenda à patre est, non dotanda. Alimenta negare, necare est. l. 4. D. de agnosc. & alend. liber. dotem constituere, beneficium. At Scævola, patrem dantem dotem pro naturali filia, cui fideicommissum debebat, non intelligi id fecisse ut pater, aut dotis arbiter, sed ut debitor fideicommissi, & sui debiti diminuendi causa. l. 41. §. 11. D. de legat. 3. Libertus patroni liberos, filius matrem alere tenetur. l. 5. §. 1. §. 20. D. de agnoscend. & alend. liber. non æque dotare. l. 13. §. 2. D. de administ. & pericul. tutor. Similiter à legitima ad dotem nulla mihi videtur necessaria consequentia. Dotem & donationem propter nuptias cum constituunt parentes, vivi se privant facultatum suarum aliqua parte; legitima autem ædum post mortem eorum liberis debetur, cum hi bonis suis amplius frui nequeunt. Legitima quoque filiarum diviti debetur, non alimenta, non dos. l. 41. §. 11. D. de legat. 3. l. ult. C. de dotis promiss. l. 5. §. 7. D. de agnosc. & alend. liber. Quid ergo? an moribus nostris probanda est Bartoli sententia, statuentis, non esse dotandam filiam, quæ inscio vel invito patre maritum invenit? Pro hac opinione sequentes rationes militare videntur. Politica Hollandiæ constitutio concedit quidem nuptias liberis viginti quinque annis majoribus, cum injuria tergiversantur parentes: at nusquam legibus Batavis injungitur parentibus dotandi onus. Hujus rei ratio forsitan esse potest, quod

Grot lib. 2

cap. 18. in-  
leydinghe tot  
de Holl.

Rechtsgel.

Groenew.

in l. 19. C. de

inoffic. te-

stam. Gude

lin. de jur.

noviss. lib. 2.

cap. 8. Chri-

stin. volum.

1. decis. 325.

Et volum. 3.

decis. 128.

Acac. de pri-

vileg. pa-

rent. &amp; li-

ber. privil. 6.

cap. 1. §. 7.

Groenew.

in d. l. 19.

Sanch. libr.

4. dispus. 26.

n. 1. Et 21.

de sacram.

matrim.

Christen. dis-

sert. 4. quæst.

2. de caus.

matrimon.

Libr. 2. cap.

14. select.

jur. quæst.

In l. obliga-

mur. 52. D.

de obligat.

Et alim.

Majores nostri existimaverint, non esse ei ducendam uxorem, cui fiducia non est, & se, & uxorem, & liberos arte sua sustentare se posse. Seu quod voluerint, tantum esse debere amorem proci, ut renitentis patris filiam, vel indotatam velit, ne videatur magis nummos, quam virginem amare: seu quod iniquum visum fuerit, aliquem non fore suæ rei justum moderatorem atque arbitrum; & cogi patrem posse, eos juvare facultatibus suis, qui se ejus potestati præfracte subducunt. Nec quid esse videtur, quod jure queri filiarum maritus possit; Ali ab eo debet uxor! recte, at si id ei grave sit, quare filiam non reliquit alendam parentibus. Sustinet onera matrimonii solus! hoc sui officii esse scire debuit, Quamquam non semper verum sit, totum familiarum onus incumbere hodie marito; magnam enim ejus partem fert uxor, dum industria sua familiam regit, res familiares parcimonia curat, & non sine magno utriusque commodo tuetur parta: quæ non minor est virtus, quam quærere. Turbat matrimonium negata dos: *l. ult. C. ad SC. Velleian.* at non convellit hodie, & imputet sibi maritus, quod invito patris filiam uxorem duxerit: Mulieris pudicitia & patris voto congruit dotem constitui. *l. ult. C. de dot. promiss. l. 22. §. 4. D. ad SC. Trebell.* recte; sit illa morigera, nubat jussu patris, obsequatur potius pudori & parenti, quam amori, & sentiet liberalitatem patris in se non claudier. Videtur enim hodie magis voluntatis & officii, quam necessitatis esse, dotare. Cæteræ rationes, quæ ex jure Romano afferuntur, vel non demonstrant dotandas esse à patre filias, quæ contra ejus voluntatem ex auctoritate Præsidum nubunt, vel moribus nostris non quadrant. Nam Paulus & Pomponius, qui hac in re adduci ab interpretibus solent, cum dicunt, Reipublicæ interesse dotatas esse fœminas ad sobolem procreandam, replendamque liberis civitatem, *l. 1. D. solut. matrim. l. 2. D. de jur. dotium.* de conservanda dote constituta loquuntur, non de constituenda. Divi Severus & Antoninus, cum volunt, per Præsides patrem cogi posse & collocare & dotare. *l. 19. D. de rit. nupt.* hujusmodi patrem respiciunt, qui injuria ab omnibus nuptiis arcet liberos, nec iis conditionem quærere, & offert. At hodie parentum non est, liberis conditiones quærere & offerre: sed filiarum est, oblatas à procis nuptias parentibus indicare, eorumque consensum exorare, atque ut dotem constituent, blande extorquere. Deinde, nobis de hujusmodi parentibus sermo est, qui non omnibus, sed hisce filiarum nuptiis adversantur. Magna quoque differentia est inter conditionem dotis, quæ à patre Romano constituebatur, & quæ hodie à parentibus datur. Dos à patre constituta, soluto matrimonio, ad patrem revertebatur, & magis commodata quam donata videbatur, cum fructus ejus duntaxat cedebant marito. *l. 6. l. 7. D. de jur. dot. l. 4. C. solut. matrim.* at quod hodie liberis in subsidium matrimonii datur, eorum pro parte dimidia ob bonorum communionem maritus dominus est, pleno jure liberis cedit, & soluto

matrimonio, penes superstitem, vel defuncti liberos, imo extraneos etiam heredes manet. <sup>1</sup> Ut etiam si pater Romanus cogi potuerit per Præsidem dotare filiam invito eo nubentem, propter diversam dotium naturam non idem moribus

<sup>1</sup> Groenew. in *l. 1. §. 13. C. de rei uxor. action.*

bus nostris receptum videatur. Hæ rationes certe pondere suo non carent. Sed quæ ab altera parte militant, non minoris videntur esse momenti. Hoc enim modo, totum illud jus, quod politica constitutio liberis concedit, adultis aufertur: nam quæ annis major filia, invito patre, auderet nuptias appetere, steriles & sine dote futuras? quis indotatam vellet? At mens Ordinum nostrorum non videtur fuisse, dextra manu liberis potestatem concedere nubendi, quorum matrimonio injuria reluctantur parentes, & sinistra manu hanc potestatem iis præcidere, animadvertentibus indotatas futuras nuptias. Deinde, Ordines nostri voluerunt quidem tum coarctatam in parentibus potestatem, ne ea acerbe nimis in maturam nuptiis ætatem exerceri possit, tum ineundi matrimonii in liberis licentiam, ne prorsus invitis parentibus nuptias contrahere possint; non vero jus civile, vel canonicum immutarunt, conreperuntque, quatenus ea injungunt parentibus, filias dotare, quibus iudex contra parentum spurcitiam subvenit, atque ad matrimonium admittit. At autem quod nova lex in veteri jure intactum relinquit, id probat. Quid tum? Hanc difficultatem adhibita distinctione superandam esse existimo. Si parentes, immemores juventutis propriæ, tam turpes reperiantur, ut moliantur liberos arcere omni matrimonio, eosque retinere in perpetuo coelibatu; vel adeo illiberales sint, ut reluctentur liberorum nuptiis non aliam ob rationem, quam ne dotem dare cogantur, & tantillam bonorum jacturam facere, vel si ipsi diversa fideicum sint, odio religionis reformatæ adversentur filiarum reformato nubere gestienti: existimaverim eos auctoritate judicis cogi posse ad constituendam dotem, neque hisce casibus, moribus nostris in desuetudinem abiisse vel Divorum Severi & Antonini. in l. 19. D. de rit. nupt. vel Justiniani. l. 9. §. 1. C. de Hæretic. & Manich. vel aliarum Principum constitutiones, quibus cautum fuit, omnino paternum esse officium, dotem & ante nuptias donationem pro sua dare progenie. l. ult. C. de dot. promiss. Et hoc ipsum jus expressa constitutione Fœderati Belgii Ordines probarunt. art. 40. Eght Reglem. vande Stat. Gener. Verum si ex pluribus competitoribus eum sponsum velit filia, quem generum indignum; vel eam sponsam ex pluribus puellis velit filius, quam nurum indignam fore asserit pater, paratus statim dotem & donationem ante nuptias constituere, si ex ejus voluntate nuptias contrahere liberi velint, aliud dicendum arbitror. Ingrata est, & impotenti animo filia, quæ præter civium morem, & sui voluntatem patris, hunc invisum, non illum gratum, maritum habere molitur. Politica Hollandiæ constitutio permittit quidem ætate majori, quas velit nuptias contrahere, si justas intercedendi non habeat rationes: pater, at non jubet, non laudat, non ingratum negat eum, ad minimum eoque, ut negari donatio ante nuptias non possit, qui in hisce reluctatur parentum voluntati, & eam vult, quam nolunt, eam non vult, quam optant ii nurum. Filia, quæ disparis conditionis marito se jungit, familia indigno, etiam si non moribus turpi, quem generum habere, non adeo honestum est patri, familia sua dignam affinitatem non abnueuti, imo flagitanti, uti si ex senatore, vel nobili nata

nata plebeji nuptias expetat, ingrata dici, eoque ad minimum debet, ut ei dos à patre negari possit. *arg. l. 3. §. 5. D. de bonor. possess. contra tabul. l. 3. C. de nupt.* Et procul dubio, ab invito patre dotanda non est, quæ sciens eum dissentire nuptiis, se sponte stuprari passia fuit, ne audeat ille allegare dissensus rationes, ut non majori ignominia afficiatur ejus familia ex illegitimo filiarum partu, & prostituto pudore. *arg. l. 91. D. de furt.* Injuriam facere Princeps dicitur, qui patres cogit liberos emancipare. *l. 4. C. de emancipat.* Qui vitium infert virgini, cogit patrem, ut auferatur dedecus familiae, consentire matrimonio, quod hodie genus emancipationis est. Ingratam diximus, & exheredari posse, quæ licet annis major, turpiter vivit, cum jure legibus concessio contra patrem uti potuerit, ac debuerit; non stupro prævertere paternam deliberationem & consultationem, atque ignominia afficere familiam. At vero quæ exheredationem meretur, dotem non meretur. Exigere quoque dotem nullo modo posse confido, quæ constituta in adolescentiæ annis sponsalia procrant usque ad legitimam ætatem, pessimo hoc consilio, ut ingratis parentum nuptias conficiant adultæ. Affectata hæc imparentia est, & pertinax contumacia, ad minimum privatione dotis plectenda, si non & sufficiens ratio dicatur, ob quam pater ipsis nuptiis intercedere possit.

<sup>1</sup> Gayl. obr.  
serv. 45. n. 7.  
libr. 2. Co-  
varruv.

part. 2. de  
matrim. c. 3.

§. 6. n. 2.

Kitzel. c. 10.

Theor. 13. lit.

g. Synops.

matrim.

<sup>2</sup> Inde saac.

ka van... re-

gerende Bur-

gemeester

der Stadt

Delft ge-

daagbde in

cas van Re-

formatie en

deRequirant

contra... Im-

petrante, en

gerequirer-

de. de 14. Fe-

bruar. 1662.

en in Reau-

ditie gecon-

firmeert den

5. Maart.

1662.

<sup>3</sup> Carpe.

libr. 2. tit. 3.

definit. 50. n.

7. iurisp.

confist.

Pendente inter parentes & liberos de honestate atque utilitate nuptiarum lite, potest judex flagitanti puellæ concedere, ut apud integræ famæ & notæ auctoritatis matronam ei esse liceat, ne paternis minis, verberibus, & necessariorum importunis expostulationibus nimium interim obtundatur, vel præ metu sibi placere dicat, quas odit nuptias. *C. 14. x. de sponsal. arg. l. 3. §. ult. D. de liber. exhibend.* Verum, quæ clam, furtim, proprio arbitrio, è paterna domo fugit, & invito patre se alio confert, ignominia afficit paternam familiam, nec, quamvis prætegar parentum nimiam austeritatem, contra eos coram judice audiri potest, priusquam se penatibus suis reddiderit: uti Curia Hollandiæ censuit. Non enim liberorum est, se propria auctoritate subducere parentum potestati, in quorum ditione eos esse natura voluit; sed si durius quam par est, habeantur, implorare judicis officium, filiarum & patri competeret consulendi. Gravem censuram merentur, qui filios, filiasque familias ætate minores calliditate circumveniunt, seducunt, in contrahendis clandestinis pactis aut nuptialibus & nuptiis, ope, auxilio, consilio juvant, fugæ auctores & comites sunt, atque qui fugitivos ædibus suis recipiunt, excipiunt, hospitantur, & sine probabili causa retinent. Hos omnes centum florenorum multa, vel alia graviore pœna, prout censuerit judicis arbitrium, plectendos esse Carolina constitutio constituit. *Placaat vande jare 1540.* neque eos immunes esse à plagii crimine Romani jurisconsulti statuere. *l. 3. pr. & §. 5. D. de homin. liber. exhib. arg. l. 6. §. 2. D. de leg. Fab. de plagiar.* Ut tandem è diverticulo quasi in viam revertamur. Citati à nuptiis præfectis, ut rationes dissensus exhibeant, comparere, uti diximus, debent parentes. Qui si non comparant, & ex auctoritate magistratus perficiatur matri-

matrimonium, vereri non debent conjuges, ne nepotem suum agnoscat avus, qui cognitis futuris nuptiis non contradixit. *l. 5. C. de nupt.* Hac in re, uti in bonorum possessionibus, patientia cum scientia pro consensu habetur *l. 4. §. 4. D. de precar. & consentire videtur, qui citatus non obnititur: nec hoc casu expressim requiritur, ut velit pater, sed ut non nolit, ut non protestetur, ut non contradicat. l. 7. §. 1. D. de sponsal. junct. l. 1. §. 3. D. de tributor. action.*

42 *Et art. 3. Polit. Holl. confis.* Licet nihilominus existimaverim, patrem citatum, etsi non comparuit coram nuptiis-præfectis, sistere tamen posse publicas nuptiarum denunciations, atque judici rationes sui dissensus exponere. Non enim Politica Hollandiæ constitutio negat, audiendos esse postea parentes, qui comparere citati noluerunt: sed duntaxat sancit, quasi ii consentirent, concedendas esse liberis nuptiales denunciations. Ut nulla ratio sit, cum unusquisque ex populo futuris nuptiis intercedere possit, cur ea licentia negetur patri, inter moras forte justam intercedendi rationem, quam antea nescivit, nato. Datur reverentiæ & nomini parentum, ut ante nuptialium denunciationum concessionem à nuptiis-præfectis citentur; sed eo ipso iis, longius deliberandi tempus capientibus, non adimitur jus commune, ut ante tertiam denunciationem rationes dissensus sui allegare non possent.

43 Si citati non fuerunt parentes, & nihilominus quod ad cætera more recepto contractum est matrimonium, in quæstione, de ejus firmitate, rem distinctione expediendam esse judico. Si in eadem civitate, in qua nuptiæ prænunciantur futuræ, degant parentes, vel gnari rerum, quæ geruntur, non intercedant futuris nuptiis, eorum silentium pro consensu habendum est, & justum dici debet, quod contrahitur matrimonium. *arg. l. 5. C. de nupt. l. 7. §. 1. D. de sponsal.* Patris enim est si nolit hæcē conglutinari nuptias, hunc actum filii sui improbare, & continuo interponere testationem contrariæ voluntatis. *arg. l. 16. D. ad SC. Macedon. l. 7. §. 3. D. de decurion.* Alioqui velle videtur, qui scit, quod agitur, nec evidenter dissentit, vel ad minimum non nolle, quod hic satis est. *d. l. 7. §. 1. D. de sponsal. l. 5. C. de nupt. l. 2. §. 2. D. solut. matrim.* Nec furtivæ nuptiæ dici possunt, quæ non clanculum, sed publice, contestatione deposita, contractæ reperiuntur. *l. 7. C. de repud.* Atque ita, *Ac. pri. vil. 6. cap. 2* judicatum à Frisiæ Curia Sande refert. Vindicandum nihilominus liberorum dolum malum & fraudem puto, si delusis nuptiis-præfectis, & majorem ætatem, & se parentibus orbos esse mentiti, publicas exorarunt nuptiarum denunciations: ut & qui eos in fingendo dolo juverunt. Si vero non innotuerint futuræ nuptiæ parentibus (vel quod hi forsan hisce diebus forum non frequentaverint, vel extra urbem fuerint, vel incuria nuptiis-præfectorum citati non fuerint) justum est contractum liberorum matrimonium, modo cætera probe & candide peracta sint. Negligentia enim, vel socordia nuptiis-præfectorum, vel quod casu parentibus nihil innotuit de futura conjunctione, iis fraudi esse non debet, qui à sua parte Politicam Hollandiæ constitutionem observarunt. At vero, si liberi in eadem cum parentibus degen-

*Ac. pri. vil. 6. cap. 2*  
*n. 4. de pri. vil. par. 6. liberor.*  
*Lib. 2. tit. 1. defin. 2. Decis. Fris.*

*Sand. libr. 2. tit. 1. de fin. 5. Decis. Fris.*

<sup>1</sup> *Vide Beza de repud. & divorc. pag. (mibi) 164. ub. contrar. respond. argument.* tes civitate, parentibus orbos & ætate majores se simulaverint, ficto vel adumbrato nomine, ne agnoscerentur, nuptias denunciari curaverint, vel non in patria, sed in alia civitate, provincia, vel regno, in quo extranei & ignoti sunt, hæc omnia perëgerint, irritum esse eorum matrimonium, non tantum ob defectum paterni consensus, sed & ob neglectam legis, cui fraus facta est, observationem, Hollandiæ curia sæpius judicavit. *art. 3. junct. art. 3. Polit. Holland. confit. l. 4. C. de incest. & inutil. nupt. l. 5. C. de legib.* Imo, etiam si

<sup>2</sup> *Inde saacke van N. van Blenckvliet impetrant van Mandem. van arrest, contra Dominicus van Blenckvliet gearresterde, by een Paap buytenlands getrouwt met Adriana Geesdorp, den laaste Maart, 1651. Inde saacke van Maartige Maartens, Weduwe van Wuylen Willcockers, woonende tot Amsterdam, gedaagde om me actie te instituieren, contra Jan Willems Ockers, haaren soen, soo voor hem selve, als van wuaghen Fyige Reijniers, met de welke by tot Leeuwarda in Fries lant was getrouwt, impetrant, en verweerder den 1 Febr. 1661.* conniveant parentes, etiam si taceant, neque mores liberorum coram judice accusent, etiam si quoque consentiant postea matrimonio, id tamen ipso jure, cui pactis privatorum derogari nequit l. 38. D. de pact. nullum est. Itaque Civitatum Prætores, & Provinciæ Moderatores, quorum officium est operam dare, ut quæ contra fas, legesque, ritusque majorum gesta reperiuntur, calliditatis fructum obtinere non possint. l. 3. C. de repud. hujusmodi homines, ut legitimos conjuges ferre non debent, etiam si parentum conniventiam postea exoraverint. Non equidem nego, parentes postea consentire matrimonio posse, at volo, ut ratum & justum id existat, liberique, si qui ex injusta conjunctione nati sint, legitimi reddantur, satisfaciendum esse Politicæ constitutioni, & præviis trinundinis denunciationibus, more recepto celebrandas esse rursus nuptias. Et hisce observatis sentio recte sentire Vinnium, cum docet, *patris consensum postea accedentem* quod ad liberos jam natos *etiam retro operari, cum concubinatus hodie nullam præ alia ulla conjunctione prærogativam habeat, & æque improbatum sit.* <sup>3</sup> Quo tamen ipso non intelligo, hæc conjunctiones per omnia sortiri probati conjugii jura, cum rati habitio parentum, subsequens consummatas nuptias, non liberat hodie à Carolinis pœnis eos, qui se ætate minoribus irritò licet matrimonio junxerunt, *art. 13. Polit. Holl. confit. junct. Placaat vande jaare 1540.* <sup>4</sup>

Cæterum, qui minores, curatorum providentia reguntur, quod clam vel <sup>45</sup> ingratis necessariorum perfecere matrimonium, ipso jure irritum non est, modo quod ad cætera Politicam constitutionem accurate observaverint. Parentum consensus hodie necessarius est, ut constent nuptiæ; curatorum auctoritas ex honestate requiritur, & ne in dote constituenda circumscribantur minores. Subjacent tamen Carolinis pœnis, quæ neglectis & spreis curatoribus cum ætate minore contractæ sunt. *art. 13. Polit. Holl. confit. junct. Placaat vande jaare 1540.* Verum, si se majores simulaverint minores, dolo malo prænomina & cognomina adumbraverint, ut nesciat populus eorum nuptias prænunciari; in exteras terras domicilium per aliquod tempus simulate transfulerint, ut quasi incolæ ejus loci ibi denunciatas more recepto nuptias conficerent, ne alias in patria urbe denunciata, ad aures eorum quorum interest pervenirent; dolo malo fecerint, ne de futuris nuptiis certiores reddere eorum curatores & cognatos nuptiis-præfecti potuerint; aliudve quid moliti fuerint,

<sup>3</sup> *In pr. instit. de nupt. §. 6.*

*Inleyd. tot de Holl. Reghtsgel.*

<sup>4</sup> *Groenew. princ. instit. de nupt. Gros. libr. 1. cap. 8. §. Het*

*Gros. d. l.*

fuegint, ut in tempore intercedere non potuerint curatores; si res ad judicem deferatur, in irritum deduci, & resolvi debet ab his contractum matrimonium.<sup>1</sup> Hoc enim enim casu fraus legi cogitata & facta totum, quod gestum est, irritum operatur negotium, uti quondam Curia Hollandiæ judicavit.<sup>2</sup>

<sup>1</sup> Mr. Job Porrenaar voor hem seluen, ende van vroegehen Enghel Janx. de Moor, als vooghden van Jaques Gillees, aerst impatrenten in cas d'appel en Reformatie en eyschers in reuactie, ter eentre, contra de voorneemde Jaques Gillees gedaagde, ende nu veruueverder in 't selue cas, ter andre syde, den laaste junij 1629.

## CAPUT VICESIMUM QUINTUM.

## De jure sponsi &amp; sponsæ.

## SUMMARI A.

1. Desponsata à sponsa, sponsa ab uxore distinguitur.
2. An. & quando hodie infamia notetur, qui bina sponsalia eodem tempore habet?
3. Qua poena puniatur, quæ sponsa, stuprum committit?
4. Quando sponsa pro uxore habeatur?
5. Quomodo libera virgo reputetur sponsa? Reprehendenda cum sponsa ante nuptias libido est.
6. Qui invitam stuprat sponsam, vel vi rapit, ut violentus stuprator, vel raptor puniatur.
7. Nihil lucratur sponsa ex bonis sponsi, ante nuptias defuncti, etiamsi osculum exceperit, etiamsi coitum admiserit.
8. Filius ex sponsa, defuncto ante nuptias sponso, natus, illegitimus est.

**R**omani sponsam à nupta, sponsalia à nuptiis distinxerunt. l. 1. D. de sponsal. junct. l. 24. C. de nupt. l. 13. §. 3. D. ad leg. Jul. de adulter. l. 45. §. 4. D. de rit. nupt. Pontificii cum accurate loqui volunt, desponsatam à sponsa de præsentī, id est, nupta, C. 13. caus. 32. q. 2. C. 39. caus. 27. q. 2. nuptamque ab uxore distinguunt. C. 2. & final. x. de sponsa duor. C. 28. x. de sponsal. C. 5. C. 6. junct. C. 16. caus. 27. q. 2. Quamvis sæpius unico vocabulo, desponsam, sponsam, & nuptam indigent, uxorisque nomine sponsam comprehendant. d. C. 28. C. 12. caus. 27. q. 2. ob conceptam futurarum nuptiarum certissimam spem, quæ jura quædam uxoribus propria sponsis etiam largitur.<sup>1</sup> Moribus nostris, alia desponsata, alia sponsa, alia uxor est. Desponsata dicitur, quæ privatis sponsalibus promissit matrimonium: sponsa, cujus nomen albo sponsalium publico insertum est: uxor, quæ solenni ritu contraxit nuptias. Nuptam ab uxore cum jure canonico non distinguimus, in eo jus civile imitantes. l. 6. D. de nupt. l. 8. C. de incest. nupt. l. 15. D. de condit. & demonstrat. Hæc autem nominum diversitas, ob diversa, quæ sortiuntur jura, desponsata, sponsa, uxor, vana & inutilis non est. De consponsorum jure, & quam vim habeant privata sponsalia, in libro, qui præcessit, diximus. Flagitat operis methodus, ut præsentī capite (cum jam nobis nihil restet quam ipsam nuptiarum festivitatem describere, & deducere sponso ad ultimam sponsalium perfectionem, ipsum nempe conjugium,) de jure sponsi & sponsæ paucis agamus.

Jus



Jus Romanum ex edicto Prætoris infamem dicit, qui bina sponsalia eodem tempore habet. *l. 1. l. 13. §. 1. D. de his qui notantur infam.* Nec interest, etiam si quis se ei mulieri, obstringat quam uxorem ducere, vel nequit, vel fas non est, quia hac in re factum notatur. *l. 13. §. 4. D. eod.* Quod an, & quomodo nostris moribus conveniat, videndum est. Existimaverim, infamia non notari, qui bina sponsalia privata eodem tempore constituit. Quarundam nostrarum civitatum statuta *art. 5. vand. 101. Burgerlijke Keur. tot Leyden. art. 14. ordonn. van Huvvel. saack tot Amsterd. vande jaar. 1588.* ut & Zelandiæ politica constitutio. *art. 23.* arbitrio judicum puniendos esse fidei datæ temeratores volunt, at infamiam non inferunt: & ego memini Leidæ, me scabino, quosdam in multam pecuniariam pauperibus erogandam condemnatos quidem, at nunquam infamia notatos fuisse. <sup>1</sup> Perdit insuper, qui fidem mutat, quicquid arrharum nomine dedit, <sup>2</sup> condemnatur litis, aliarumque rerum expensas restituere, quas pars decepta fecit occasione instantis, ut putabat, affinitatis. Grave est in re tam seria ludere, & fidem fallere. <sup>3</sup> At vero, si quis postquam publica sponsalia contraxit, vel alia publica, vel privata contrahat, eum infamia notandum juxta jus civile prætorium non dubito. <sup>4</sup> Hic enim non tantum sponsam suam, sed & nuptiis præfectos, & totum populum, cui denunciantur futuræ nuptiæ, ludibrio habet. Lugduni Batavorum, quidam Leonardus Clufoer publice virgis cæsus, & in exilium missus fuit, quod bina sponsalia publica eodem tempore habuerat, & stuprata utraque sponsa, delusis nuptiarum præfectis, secundam duxerat. <sup>5</sup> Remittit jus civile filio infamiam, qui patris imperio coactus, cui obtemperare debet, bina sponsalia constituit. *l. 1. D. de his qui notantur infam.* Quod hodie observandum esse puto, in eo, qui ætate minor, patris publicis sponsalibus, ex imperio patris alteri sese privata desponsione despondet puellæ: non in eo, qui maturi judicii, presentibus nuptiarum præfectis spondet; locus enim publicus, ut quis maturi judicii, coactus dicatur, non admittit. *arg. l. 23. D. de eo quod met. caus.*

Sponsa fidem violans, & stuprum admittens lapidibus obruitur, & adulterii plectitur poena, jure divino. *Deuter. 22. vers. 23. 24.* Nec mirum: nam licet apud Ebræos, si dotem, & cætera conjugii commoda, jura & officia spectes, sponsa non æstimetur uxor, nisi postquam solenni in thalamum deductione perfectæ & absolutæ sint nuptiæ: quantum tamen vinculum matrimonii attinet, vera uxor habetur, nec sine repudii libello ejici potest. <sup>6</sup> Ebræis enim ipsa nuptiarum stipulatio, & in consuetudinem vitæ perpetuam repromissio, sponsalia dicuntur, & contractum habetur matrimonium, cum contracta sunt sponsalia. Hinc dicit Moses, ultimo supplicio afficiendum esse, qui alteri desponsatam stupravit, quia compressit uxorem proximi sui. Jure Romano quamvis adulterium proprie committatur in nupta. *l. 6. §. 1. l. 34. §. 1. D. ad leg. Jul. de adulter.* uti adultera tamen punitur sponsa, quæ stuprum committit: quia neque matrimonium, neque spem matrimonii violare permittitur. *l. 13. §. 3. D. ad leg. Jul. de adulter.* & licet adulterium hoc crimen non sit, est, tamen adulterio proximum. Recte apud Ovidium Acontius,

Quis

<sup>1</sup> 12 April. 1660.

<sup>2</sup> Capzov. libr. 2. tit. 4. defin. 64.

<sup>3</sup> jurisprudent. confistor.

<sup>4</sup> Joach. à Beuff part.

<sup>5</sup> 1. de sponsalib. quest.

<sup>6</sup> 15. de jur. conub.

Carpz. d. l. Havemann.

libr. 4. tit. 5. post. 2. Gamol synopt.

<sup>4</sup> Joach. à Beuff. d. l.

<sup>5</sup> 7 May. 1662.

<sup>6</sup> Selden. libr. 2. cap.

1. 8. 13. 18.

6. libr. 3. c.

11. Exor.

Ebræ. Buxtorf. part. 1.

n. 65. 68. de sponsalib. & divor.

68. de sponsalib. & divor.

68. de sponsalib. & divor.

68. de sponsalib. & divor.

68. de sponsalib. & divor.

*Quis tibi permisit nostras decerpere messes?*

*Ad spes alterius quis tibi fecit ire?*

*Ille meus sinus est, mea turpiter oscula sumis,*

*A mihi promisso corpore tolle manus.*

*Improbe tolle manus, quam tangis nostra futura est,*

*Post modo si facies istud, adulter eris.*

<sup>1</sup> *Epist. 19.*

*Heroid.*

Hodie desponsata duntaxat, quæ stuprum patitur, extra ordinem punitur, & aliquando publico gynæceo, ut mores corrigat, includitur. Virgis cædendum putat Hævemannus eum, qui alterius sponsam violat, & quæ sponsa huic crimini consentit. <sup>2</sup> *Levis pœna, si spectetur jus divinum, morte feriens* hujusmodi stupratores: sed nimis dura, si nostri mores, ipsos adulteros pecuniaria duntaxat, & infamiae cum relegatione pœna punientes. *art. 15. 16. & 17. Polit. Holl. constit.* Mitius cum illa sponsa agendum est, quam, remittens culpam, in gratiam recipit, ducitque uxorem, non repudiat sponsus. Hodie fidei de nuptiis datæ violatores criminaliter accusare duntaxat possunt civitatum Prætores, & quibus hæc provincia à summa Majestate demandata est. Non enim apud nos cujusvis privati est, criminalem actionem instituere. Ex quo colligas, & nominis inscriptionem, & quæstionem, an jure mariti accusare stuprum voluntarium passam sponsam sponsus possit, à foro nostro alienam esse. <sup>3</sup> Privato judicio ad sponsalium dissolutionem contendere sponsum posse, nulli dubium est; cui quoque injuriarum actio est, tum contra stupratorem sponsæ suæ, tum contra ipsam sponsam, seu desponsatam duntaxat, quæ stuprum non invita admisit. *l. 15. §. 24. D. de injuriis.* Et cum scædior fidei violatio sit in publicis sponsalibus, quam privatis; cumque magis populi sarcasmis laceretur delusus sponsus, quam desponsatus; gravius quoque in sponsa, quam desponsata vindicanda injuria est.

<sup>2</sup> *Libr. 4. tit. 5. posit. 4. Gamol. Synops. Ioach. Beust. part. 1. de spons. quæst. 16. de jur. connub.*

<sup>3</sup> *De qua vid. Covarruv. part. 1. de spons. c. 1. n. 9. & seqq. Bach. ad Treutler. vol. 2. disp. 6. thes. 1. lit. C. Cujas. libr. 6. observ. 16. & libr. 20. obsq. 16.*

4 Desponsati, propria auctoritate sponsalibus, mutuo consensu, renunciare possunt; sponsi non possunt, nisi nuptiis præfecti consentiant. Quod interpretes dicunt, sponsam pro uxore haberi propter instantes nuptias, apud nos observandum esse puto in sponsa, non desponsata. Hinc arbitror, illatarum desponsatæ injuriarum actionem non competere proco, nisi ea mente factæ sint, ut ad eum quoque pertineant; competere vero sponso, si sponsæ illata injuria fuerit. *l. 25. §. 24. D. de injur.* Sponsæ matrem, stricto jure, & adeo honeste ducere me non posse. *l. 12. §. 1. & 2. D. de rit. nupt.* desponsatæ posse: non mihi uxorem esse posse, quæ patris mei sponsa fuit: at quidem quæ desponsata. Legatum virgini relictum sub conditione, *si nupserit*, deberi sponsæ. *arg. l. 15. D. de condition. & demonstr.* non desponsatæ: non adeo reprobari posse desponsati testimonium, uti quidem sponsi. *l. 5. D. de testib.* atque quod dicitur, parricidii eum teneri, qui uxorem occidit, adversus eum valere, qui sponsam interficit, *l. 3. D. de leg. Pompei. de parricid.* non qui desponsatam. Cæterum quod dicunt, sponsum sponsamve in favorabilibus jure conjugum uti, non autem in pœnalibus; non universe, non semper verum est. Docuimus

enim, & divino, & Romano, & jure nostro Batavo adulterii teneri stupratam cum stupratore suo sponsam. Et si contigerit sponsum ante ad tumulum, quam ad thalamum genialem deduci, neutro jure sponsa consequitur ea jura, quæ superstiti ex matrimonio deferri solent. Non succedit sponsa sponso jure Romano, ex edicto, unde *vir & uxor*: non hodie habetur inter sponsam & sponsum inducta bonorum communio: nec percipit superstes sponsum seu sponsa quicquam ex iis, quæ pactis dotatibus superstiti conjugii promissa sunt. *arg. l. 24. C. de nupt.* Verum, pro uxore habetur sponsa totiens quotiens propter nuptiarum affinitatem paritas rationis id suadet; eodem modo, quo cum termini habiles ponuntur, cingendus haberi solet pro cincto. Alias, & hoc, in *favorabilibus sponsa habetur pro uxore*, & huic similia axiomata, simpliciter prolata, perspicue falsa sunt.

Virgo libera reputatur sponsa, quatenus in manu parentum remanet, nec adhuc maritali subest potestati; quatenus sua sibi propria possidet bona; quatenus ratum est, quicquid circa ea, venditione, alienatione, donatione, pactis antenuptialibus, seu in sponsi, seu alterius gratiam, statuit, dummodo in fraudem futuri conjugis nihil moliatur. *l. 27. l. 66. D. de donat. inter vir. & uxor.* quatenus paterno subest foro, & domicilium patris sequitur. *l. 32. D. ad municip. pal.* quatenus peregrinantem non tenetur sequi sponsum, nec mortuum elugere. *l. 9. D. de his qui not. infam.* quatenus sponsum jure cogi non potest, sponsa ægrotantis curam gerere, alimenta præbere, mortuæ funus componere; quæ omnia secus in uxore se habent. *l. 65. D. de judic. l. 19. D. de jurisdict. l. 10. §. 1. De his qui notantur infam.* Et quamquam nulla hodie plectatur, nisi gravatæ existimationis apud graves viros poena, detestanda tamen lascivia est, qua ante matrimonii solennia in venerem ruunt consponsi.<sup>2</sup> Quid juris in sponsam habet sponsum, ne concubitus, alterius rei contractio foeda dicatur, cum nondum tradita sponsa sub patris sit potestate? Pie Hollandiæ Ordines constituerunt, ut rebus integris, dum nuptiarum denunciations fiunt, despiciatur, nonne futurò aliquod impedimentum obsit matrimonio; simulque dum brevis hæc mora necitur, ut sese præparent consponsi casto conjugio, benedictionemque deprecantur divinam à conjugii auctore. At non recte de impediendo matrimonio queritur, cum admissum stuprum, ne minus oboriatur Ecclesiæ scandalum, severam inquisitionem excludit. Castus vix potest sperari thoros, cui lasciva scortatione prælusere conjuges. Quis prætendit priora sponsalia, ut ducat eam, quæ alteri sponso corpus prostituit? Luditur Deus, Deique ecclesia, cum benedictio nuptialis sponsæ præfloratæ, ut virgini fit. Scopus matrimonii est, ut virgo fiat mater, viroque jungatur; at cum ante matrimonium uterum gerit sponsa, quid amplius in matrimonio agendum restat? Quæ tædæ præmia manent sponsum, detricto jam virginis flore, si unicam voluptatem thalamo nuptiali inferat virginitas? Incipiat ergo caste castum conjugium, quod primum inter castissimos homines ante lapsum ipsa castitas firmavit Deus. Concubitus, jus est ex matrimonio-

<sup>1</sup> Sand. de prohib. rerum alienat. part. 1. c. 2. §. 1. n. 5. doct. Rodenburgh. libr. 1. tit. 2. cap. 4. n. 10. & 11. de jur. conjug. Corvin in tit. Cod. de donation. ante nupt. <sup>2</sup> Cypria. c. 5. §. 15. & 17. libr. 1. de jur. conjugior. Kitzel. c. 7. Theor. ult. Synops. matrimon. <sup>3</sup> Carpx. libr. 2. tit. 8. de finit. 131. jurispr. Con. sist.

trimonio profluens. C. 38. *caus.* 27. q. 2. non ex sponsalibus: ne se deludant consponsi, arbitantes, contractis sponsalibus, coram Deo jam contractas nuptias esse. Ea enim licet publica sint, nec quodad Deum, nec quodad homines constituunt matrimonium, verum futurum duntaxat spondent, indicantque. Deus Ordinis Deus est, vultque, ut secundum leges humanas per sponsalia progrediamur ad legitimum matrimonium. Consulendi itaque parentes sunt, ne aridas stipulas igni committant, virginemque sponsam nimium cupido concedant sponso. Suspicionis & dedecoris plena res est, cum pronuba flamma tenerum pudorem sollicitat, desponsatos in eadem morari domo, sub eodem dormire tecto. Quod tamen veteribus Ebræis in usu fuisse, & ipsas sponsas in sponso domibus degisse vult jus canonicum. C. 42. *caus.* 27. q. 2. At id verisimile non videtur Cypræo; nec nobis, ex iis, quæ Buxtorfius refert. Melius est, amore absentis sponsæ aliquantulum torqueri & incitari sponsum C. 39. *caus.* 27. q. 2. quam ut sponsæ existimatio minuatur, vel sponsi amor desideat, vel in scdam erumpat lasciviam ex nimia familiaritate. Laudandum itaque est Daventriæ statutum, cavens, ne cum sponsa sub eodem tecto moretur sponsus, sub 25 florenorum multa. *part.* 3. *tit.* 1. *art.* 13. *Recht. en gewoont. tot Devent.* Qui immatura conjugii gaudia decerpunt consponsi, ecclesiastica censura plectendos olim voluit Synodus nationalis Midelburgi habita. In quibusdam Hollandiæ Australis locis, negata in facie Ecclesiæ nuptiali celebratione, ad judicem politicum à Synedrio ablegantur. Sed hoc privatorum Theologorum institutum, usuque privato inductum est (de ecclesiastica nuptiali celebratione loquor, non de censura) Optandum tamen meo iudicio, ut publica induceretur auctoritate. Probo enim illorum consilium, qui in Republica bene constituta, publicam legem desiderant, furtivam consponsorum venerem, pecuniæ multa, carceris pœna, denegatione nuptialis in Ecclesia benedictionis, aliave aliqua infamiæ nota plectentem. Illustrissimi Ordines scederati Belgii in locis eorum dominio subiectis, quadraginta florenorum multa hanc præcocem sponsi & sponsæ libidinem feriunt. *art.* 48. *Eght Reglem. vande Stat. Generaal.* Atane Transisalanæ leges, & Daventriæ statuta eam quibusdam nummis plectunt. *part.* 3. *Tit.* 1. *art.* 13. *Rechte en gewoonten van Deventer.* *part.* 2. *Tit.* 1. *art.* 10. *Lantreghten van overijssel.*

6 Cæterum sponsus, qui invitam stuprat sponsam, ut stuprator violentus; qui vi rapit, ut raptor jure civili punitur. l. un. C. de rapt. virgin. At vix crediderim, tunicam diripientibus sponsis, plurimas sponsas aliter quam Corinnæ similes resistere,

*Quæ, cum ita pugnabat, tanquam quæ vincere noller,*

*Victa est non agre, prodicione sua.*

Inter vim, & vim differentiam esse, ait Alexander tertius. C. 6. x. de sponsal. dicitque Aristænetus, plurimas puellas tam diu repugnare, donec mora desiderium accenderit. Atque idem præceptor amorum Ovidius canit:

*Vim*

<sup>1</sup> Cap. 5.  
§. 11. n. 3 l. 1.  
de jur. con-  
nub.

<sup>2</sup> Ann. 1574.  
Ann. 1581.  
vid. Bor. lib.  
16. tom. 2.  
pag. 28. art.  
57. Nederl.  
Hist.

<sup>3</sup> Havemann.  
libr. 4. Tit. 5.  
pos. 10.  
Gamolog.  
Synops. Bez.  
de divor. &  
repud. Kitz.  
cap. 5. Ther.  
9. Synops.  
matrim. Zep-  
per. libr. 4.  
cap. 4. & 20.  
de leg. Mos.

<sup>4</sup> Libr. 1.  
epist. 12.

*Vim licet appellent, grata est vis ista puellis,  
 Quod jurat, invita saepe dedisse volunt.  
 Quacunque est subitâ Veneris violata rapinâ,  
 Gaudet, & improbitas muneris instar habet.  
 At, qua cum cogi posset, non tacta recessit,  
 Ut simulet vultu gaudia, tristis erit.  
 Vim passa est Phœbe; vis est illata sorori:  
 Et gratus rapta raptor uterque fuit.<sup>1</sup>*

<sup>1</sup> Libr. 1.  
 de art.  
 amand.

Ante nuptias si decedat sponsa, certum est, omnia quæ intuitu matrimo- 7  
 nii, & non ex mera liberalitate data sunt, ad sponsæ sponseve heredes reverti.  
 l. 1. §. 1. D. de donation. l. 2. C. de donat. ant. nupt. Quid si constet, osculum  
 sponsæ dedisse sponsum? Multum hoc olim apud Quirites, quibus fixum ba-  
 sium, vel certissimum futuri matrimonii indicium, vel prostituti pudoris si-  
 gnum, vel futuræ libidinis antecœnium æstimatum fuit. Hinc Comicus,

*Flamma fumo proxima est,  
 Fumo comburi nihil, flamma potest.  
 Qui è nuce nucleum vult, frangit nucem;  
 Qui vult cubare, pandit saltum saviis.*

Osculari fœminas olim duntaxat agnatis concessum fuit, num eæ bibissent vi-  
 num, ex oris auhelitu aucupantibus. Vini enim usus muliebri sexui lege in-  
 terdictus erat, quod eo facile deponantur mulieres, & quod proximus à Li-  
 bero patre intemperantiæ gradus ad inconcessam venerem esse consuevit: &  
 sane, ut verbis Valerii Maximi utar, *quacunque fœmina vini usum immoderate ap-  
 petit, omnibus & virtutibus januam claudit, & delictis aperit.*<sup>2</sup> Sed hunc osculandi  
 morem postea agnatis quoque Tiberius sustulit.<sup>3</sup> Hinc quasi quid virginita-  
 ti decerperet osculum, nec in totum illibata esset puella, quæ basium sibi figi  
 à cupido amante passa fuisset, constituit Constantinus, sponsam osculo deli-  
 batam lucrari dimidiam partem eorum, quæ in spem matrimonii dono à de-  
 functo sponso accepisset. l. 16. C. de donat. ant. nupt. Verum moribus nostris  
 tanti non æstimantur oscula; non concubitus indicia, non conjugii futuri  
 præfagia, non lascivientis animi signa, non prænunciæ flagitii blanditiæ ha-  
 bentur, sed tanquam pacis & concordie ligamina, animique benevoli argu-  
 menta dari & accipi creduntur: putantque nostri homines, oscula figi absque  
 animo luxurioso posse; & si forte figatur suavium à lasciviente proco, id non  
 delibare quicquam pudicitie virginis, nisi ut irritamentum inconcessæ vene-  
 ris ab ea recipiatur: quod puellarum nostrarum spectata castitas præsumere  
 nos vetat. Animus non ex contactu labiorum, sed ex osculantium petu-  
 lanti affectu inquinatur. Itaque relegata hac Constantini lege ad Italos, Hi-  
 spanosque, qui credunt inficere suavium luxuriæ veneno pudicam mentem,  
 & esse signum prostituti pudoris, vel futuri coitus, nostris & Gallorum mori-  
 bus, totum quod propter spem futuri datum est matrimonii, ad sponsi here-  
 des revertitur, nec quicquam juvat sponsam exceptum osculum.<sup>4</sup> Imo tan-  
 tum

<sup>2</sup> Libr. 6. c.  
 3. exempl.  
 memor.  
 3. Alexand.  
 ab Alexand.  
 genial. dier.  
 libr. 3. c. 11.  
 Valer. Max.  
 libr. 2. cap. 1.

<sup>4</sup> Cypa. sis.  
 de jur. dot.  
 trat. de no-  
 sis jur. Belgi.  
 Groenevveg.  
 ad l. 16.  
 C. de donat.  
 ant. nupt.  
 Arnise. c. 6.  
 sect. ult. n. 14.  
 de jur. con-  
 nub.

tum abest, ut mores nostri aliquid juris vel gratiæ osculo tribuant, ut ne quidem præfloratâ, mortuo ante nuptias sponso, quid juris habere sinant in sponsalicias largitates; ne plus concedatur luxuriæ quam castitati, & ne ex libidinoso concubitu quid commodi capiat ante tempus lasciviens sponsa, digna magis censura, quam commiseratione vel lucro; cum exiguum illud sponsalia nuptiasque intercedens spatium, non præcoci libidini sed precibus destinatum sit, ut felix reddat futurum conjugium Deus. Filius etiam ex tali congressu natus, nothus est, uti sæpius judicatum fuisse in patria nostra refert Schuermannus.<sup>1</sup> Reservatur tamen sponsæ adversus sponsi heredes actio, ut ei nummis refarciatur damnum interfectæ virginittatis, quia non ejus tantum, sed & ipsius sponsi hic versatur culpa.<sup>2</sup>

<sup>1</sup> Christin.  
vol. 3. decis.  
126 n. 16.

<sup>2</sup> seqq.

<sup>3</sup> Part. 3.  
cap. 3. n. 8.

Weghschael  
des Heyligh-  
doms.

Groenew.  
in d. l. 16. C.  
de Donat.  
ant. nupt.

## CAPUT VICESIMUM SEXTUM.

*Intra quod tempus celebrandæ sint nuptiæ populo denunciatae.*

## S U M M A R I A.

1. Nuptiæ denunciata certo tempore celebranda sunt.

2. Intra quod tempus, & sub qua poena celebrandas nuptias voluerint Ordines Generales, Delphenses, Leidenenses, & Amsteladameses, refertur.

brandas nuptias voluerint Ordines Generales, Delphenses, Leidenenses, & Amsteladameses, refertur.

**I** Emptio venditio, locatio conductio, permutatio, & plurimi contractus, modo adsit contrahentium mutua voluntas, confestim perficiuntur: non ita hodie matrimonium: sed cum prius consensu sponsali, deinde ut perficiatur, nuptiali opus habeat, etiam si adsit mutuus futurorum conjugum consensus, aliquod tempus effluere debet, antequam perfici possit. Hoc autem præcipue moribus nostris obinet, qui voluere inter publica sponsalia & nuptiarum celebrationem ad minimum quatuordecim dies elabi, dum denunciantur populo nuptiæ futuræ. At vero uti hoc honeste constitutum est, sicuti passim probavimus, ita non minus recte cavetur, ne denunciatarum nuptiarum celebratio nimium protrahatur. Ridiculum maxime, & contra recte constitutæ Reipublicæ disciplinam esset, nuptias populo denunciari futuras, quæ demum post longum tempus, vel nunquam forsitan intercedente utriusque dissensu, coalituræ essent. Jure optimo omnium hominum arbitrio committitur, an spondere nuptias, & quando nuptiales denunciationes petere velint: at Reipublicæ interest, ut denunciata certo tempore perficiantur, ne vanæ reddantur denunciationes auctoritate publica interpositæ. Politica Hollandiæ constitutio, ter denunciatum, nec ullius intercessione turbatum perfici voluit matrimonium: at quantum temporis interstitium impune elabi possit inter denunciatas nuptias & earum celebrationem, non definivit, ut id definiendum singularum civitatum magistratui reliquisse videatur. Non

K k k k

au-

618      INTRA QUOD TEMP. CELEBRAND. SINT. NUPT. &C.      LIB. 2.  
autem debuit hoc tempus nimium protrahi, ne ob nimium nuptiarum  
inoram vel à se invicem alienentur conponfi, vel irriterentur nimium in-  
concesso amore sese interim oblectare. Ordines Fœderati Belgii in locis 2  
eorum imperio subiectis voluerunt intra mensem post ultimam nuptia-  
lem denunciationem perficiendas esse nuptias. *art. 23. Eght Reglem. vande Stat. Gener.*  
Idem temporis interstitium Transisalanis. *part. 2. tit. 1. art. 8. Lant-  
reght. van Overyf. Delphensibus. art. 12. Ordonn. van huwel. saack. tot Delft. Lei-  
densibus, art. 16. vand. 101. Burg. Keur. tot Leyd. & Amstelædainensibus pla-  
cuit. art. 24. Ordonn. van Huwel. saack. tot Amsterd. vande jaar. 1588.* Sed non  
eadem ab omnibus in delinquentes probata pœna est. Politica Hollandiæ  
constitutio, qui ante vel post denunciatas, at non contractas nuptias, in con-  
cubinato vivunt, mensem primum multa quinquaginta florenorum ferit; si  
adjungatur primo alter mensis, in duplum crescere pœnam vult; si tertius,  
ducentos exigit florenos: & si ulterius continuetur illicita consuetudo, decem  
annorum exilio, & insuper arbitraria multa, arbitrio judicis pro quali-  
tate reorum definienda, plectere contumaces jubet. *art. 3. Polit. Holl. constit.*  
easdem pœnas Ordines Generales probant, etiamsi simul non habitent, ne-  
que se tanquam conjuges gerant. *art. 25. Eght Regl. vande Stat. Generaal.* Eo-  
rum tamen, uti politica Hollandiæ, constitutio eos homines notat, qui etiam-  
si simul non habitent, conjugali tamen consuetudine utuntur; liberos, qui na-  
scuntur, nothos, non legitimos habet, usque dum per confectum matrimo-  
nium legitimi reddantur. *d. art. 25.* Delphenses nullam pœnam exprimunt;  
eamque judicis arbitrio, ut & Leidenfes, committunt: & memini me præfente  
condemnatum fuisse quendam, qui nimium nuptiarum celebrationem distu-  
lerat, in multam quadraginta florenorum. 1 Amstelædamenses quinque flo-  
renorum multa feriunt, qui post mensem elapsum, unam septimanam elabi  
patiuntur, ulterius contumaces decem florenis in singulas septimanas ple-  
ctunt. *d. art. 24.* Cæterum, quinon tantum differunt nuptias, sed & interim in  
concubinato vivunt, politicæ constitutionis pœnas insuper incurrere, du-  
bium non est. Ab hisce tamen multis excusantur, quorum nuptias in longius  
tempus vel adversa valetudo, vel mortes parentum, vel aliæ justæ causæ tra-  
hant, ita tamen, ut ex judici exhibeantur, & ex ejus auctoritate differantur  
nuptiæ. *d. art. 25. Eght-Reglem. vande Stat. Gene. art. 12. Ordonn. van Matrimon.*  
*saack. tot Delft. art. 16. vand. 101. Burg. Keur. tot Leyd. art. 24. ordonn. van huwel.*  
*saack. tot Amsterd. 2*

1 Den 21.  
Ostob. 1660.

2 De Saxon.  
morib. Car-  
pov. libr. 2.  
tit. 8. definit.  
132. 133.  
134. jurispr.  
cousijlor.

CAP.

## CAPUT VICESIMUM SEPTIMUM.

*De celebrandarum nuptiarum ritu.*

## S U M M A R I A.

1. Romani non quemlibet mensem, non quolibet dies nuptiis celebrandis auspicatos credebant.
2. Apud Judaeos quibusdam diebus nuptiae celebrari rite poterant, quibusdam non poterant.
3. Pontificii quibusdam diebus matrimonium contrahere prohibuerunt.
4. Omnibus diebus hodie nuptiae celebrari possunt: at diebus jejuniis, vel dominicis non rite celebrantur.
5. Publice in Ecclesia vel coram magistratu celebrari nuptiae debent.
6. Aliquando, ut nuptiarum celebratio in privatis aedibus fiat, à Magistratu indulgetur.
7. Nuptiae quo loco denunciatae, eo celebranda sunt, nisi à Magistratu venia impetretur in alio loco celebrandi.
8. Coram illo magistratu, ex cujus auctoritate denunciatum est, perficiendum matrimonium est, nisi aliud specialiter impetretur.
9. Qui matrimonio jungendi sunt, praesentes se sistere debent, nec internuncio defungi possunt.
10. Per procuratorem nuptiae contrahi nequeunt.
11. Ut quis per nuntium nuptias contrahat, aliquando, sed non nisi ex urgenti necessitate permittitur.
12. Speciale mandatum habere nuntius debet, ut alterius nomine nuptias contrahat.
13. Improbatur sententia Bonifacii in cap. final. de Procurat. in 6.
14. Sacra benedictio ut adhibeatur nuptiis celebrandis, pium veteris Ecclesiae, & Majorum nostrorum institutum est.
15. Dexteras jungere Neogami debent, dum verba foderis conjugalis recitantur.
16. Neogamos coram tribunali jungit Scabenus, in Ecclesia Dei minister.
17. Formula sponsionis conjugalis exhibetur.
18. Benedictio Scabini, vel verbi divini ministri claudis solennitatem nuptiarum.
19. Nostra matrimonia, legitima & publica non recte aeconomici contractus dici possunt.
20. Aequè firmum atque honestum habetur matrimonium coram tribunali, quam in Ecclesia celebratum.
21. Jure Romano & Pontificio contractum habetur conjugium, cum consentiunt conjugues: ceterae solennitates abhibentur, ut populo innotescat contractum esse conjugium.
22. An coram Deo conjugues, & ligati matrimonio hodie dici possint, qui vel privata vel publica sponsalia constituerunt?
23. Apud Frisios, ut firmum sit matrimonium, non requiritur solennis copulatio & nuptiarum benedictio.
24. Confectum habetur matrimonium, cum nuptialis benedictio solennitatem clausit.
25. Munera matutinalia, quae nobis morgengaven dicuntur, an & quando cedant nuptae?

**I**n ipsa nuptiarum celebratione tria consideranda sunt, tempus, locus, & ritus. Romani veteres mensem Majum nuptiis inauspicatum habebant, uti ex hoc Ovidii patet:

*Mense malas Majo nubere vulgus ait.*

Menſis Majus, medius inter Aprilem & Junium (quorum alter Junoni, alter Veneri ſacer erat) à majoribus natu nomen accepit: at cum grandior ætas minus apta Veneri ſit, eum, ut alienum à nuptiis declinabant Romani, operien-

K k k 2

tes



tes Junium à junioribus, seu ut aliis placet à Junone nuptiarum præside dictum, generandæ soboli aptiorem. Mensis Majus præterea parum faustus & felix habebatur, quia eo Remus interfectus credebatur, & funestis piaculis utebatur populus, effigies hominum de ponte in Tyberim projiciens. Kalendas, Nonas, & Idus quoque religiosas, id est, devitandas celebrandis virginum nuptiis existimabant: quia Idus & Kalendæ dies feriati erant; & posteri dies Kalendarum, Nonarum, & Iduum ex æquo atri ex decreto Pontificum judicati: quia quotienscunque Duces Romani belli gerendi gratia, his diebus supplicaverant, male Rempublicam gesserant: quibus idcirco nova nupta neque libertatem auspicari uxoriæ, neque rem divinam facere poterat, uti postridie nuptiarum tum fieri oportebat. Parentalibus quoque, & Saliorum diebus festis abstinendum à nuptiis esse Ovidius præcipit. Qui autem sequebantur Idus Junias, dies candidos & faustos judicabant. Diebus festis viduæ nubebant, non etiam virgines, ex veteri more; quod ob raptas diebus festis virgines Sabinorum, bellum exortum fuerat. Diebus quoque festis omnia jucunda ac plena hilaritatis & lætitiæ esse volebant: viduæ autem cum nubunt lætantur, virgines dolent. Sed hæc aliquorum ratio satis infirma est, cum gratus soleat esse iste dolor puellis. Aliam & jocosam nimis Verrii Flacci, juris Pontificii doctissimi, refert Varro, quia feriis tergere veteres fossas liceret, novas facere jus non esset. Et hæc quidem superstitiosa Ethnicorum fuit observatio, quasi ipsum tempus in se vel felicitatem vel infortunium contineret. Habuerunt quoque Judæi certos dies, quibus nuptiæ rite & non rite celebrarentur, quos refert Seldenus, ad quem lectorem brevitatibus causa remitto. Christiani Pontifices olim ab adventu Domini usque post Epiphaniam, à Septuagesima usque in octavas Paschæ, à diebus Rogationum ad octavam Pentecostes nuptias celebrare prohibuerunt. C. 8. C. 9. C. 10. C. 11. caus. 33. q. 4. C. 4. x. de feriis. Quam prohibitionem postea restrinxit Concilium Tridentinum intra tempus ab adventu ad Epiphaniam, à feria quarta cinerum usque ad octavam Paschatis. Session. 24. cap. 10. de reform. matrim. Quod quidem pie institutum fuisse à veteri Ecclesia puto, ut vacantes orationi & jejuniis, celebrandæ Eucharistiæ paratiores essent. Nuptiarum quippe festivitas, convivia, & varia vanæ lætitiæ irritamenta, quæ istis temporibus exhiberi solent, ab iis, quæ Deo debentur, animos avocant, piasque turbant meditationes. Verum si quis credat, quorundam dierum sanctitatem ferre non posse nuptiarum celebrationem, vel hisce diebus auspicatas, aliis inauspicatas contrahi nuptias, misere errat. Christianis fas non est, dies observare, & ex temporibus, anni auguria capere. C. 13. C. 14. C. 16. caus. 26. q. 7. omnes horæ, dies, & anni, Domini sunt: neque una dies sanctior alia est. Quapropter & ipsi Pontificii matrimonium absque solennibus, deductione, convivii nuptialibus, omni tempore coram parcho & testibus rite contrahi posse statunt. Hollandiæ Ordines nullos dies nuptiis contrahendis exemerunt; sed reliquerunt libertati Christianæ, quo tempore quis velit eas perficere. At-

tamen

<sup>1</sup> Fest. in verb. Nonarum.

<sup>2</sup> Libr. 2. & 3. Fastor.

<sup>3</sup> Plutarch. in problem.

<sup>4</sup> Macrob. libr. 1. c. 15.

<sup>5</sup> Vid. Macrob. libr. 1. cap. 15. B.

<sup>6</sup> Briffon. libr. singul. de rit. nupt. Ant.

<sup>7</sup> Hoiman. de veter. nupt. rit. cap. 13.

<sup>8</sup> Plutarch. in Problem. Roman. 86.

<sup>9</sup> Selden lib. 2. c. 22. Vxor. Ebra.

<sup>10</sup> Libr. 2. c. 11. Vx.

<sup>11</sup> Ebra.

<sup>12</sup> Vid. Selden. libr. 2. c. 30.

<sup>13</sup> Vx. Ebra.

<sup>14</sup> Sanch. lib. 7. disput. 7. de sacram. matrim. Co.

<sup>15</sup> Varr. part. 2. de matrim. c. 8. §.

<sup>16</sup> 11. n. 1.

<sup>17</sup> Thomas. in libr. 4. sentent. dist. 32.

<sup>18</sup> q. un. art. 4. Carpz. lib. 2. tit. 8. desin.

<sup>19</sup> 151. & seqq. jurispr. consist.

<sup>20</sup> Selden. l. 2. cap. 30. Vx.

<sup>21</sup> Ebra. Decif. interpr. concil. Trident.

<sup>22</sup> 182.

tamen nemo pius velit nuptiarum festivitatem & convivia meditari, illo tempore, quo tota Ecclesia jejuniis & orationi vacat, vel festa Dei celebrat. Nolu-  
it Vria ingredi domum suam, ut comederet, & biberet, & cubaret cum uxore sua, cum arca, & Israël, & Jehuda manerent in tuguriis. 2 Samuel. 11. vers. 11. Voluit Joël egredi sponsum cubiculo suo, & sponsam e thalamo suo, ut vacarent Deo, cum indictum esset jejunium. cap. 2. v. 15. 16. Die dominica celebrari nuptias & Pontificii permittunt. C. 4. x. de feriis. & nostri Theologi permittendum censuerunt. Act. Synod. nation. Dordrac. habit. ann. 1578. art. 88. & Ordines Fœderati Belgii sanciverunt. art. 29. Eght Reglem. vande Stat. Gener. Melius tamen existimaverim hanc festivitatem alio die fieri; ne & futuri conjuges, & convivæ à rebus divinis abstrahantur. Recte Haveman-  
nus, *Si incipiant nuptiæ post cultum divinum, virgines ac mulieres sub ipso cultu se in speculis videbunt: dum moliuntur, dum comuntur annus est. Hac pasce domi celebra-  
tur sub sacro cultu. Tota dominica dies, consultando, cursitando, affando, elixando, gar-  
riendo, ineptiendo transigitur ab illis, quibus in mandatis datum est, ut recte curentur om-  
nia.* Friget tum pietas, & succedit sacro tempore ebrietas: nostræ nuptiæ raro congruunt nuptiis in Cana Galilææ, nuptiis sanctorum. Optime Leo & Anthemius constituerunt, non esse dies festos Majestati altissimæ dedicatos, ullis voluptatibus occupandos. l. ult. C. de feriis. Nec quis mihi hic regerat, nuptias res sanctas esse, ideoque earum celebrationem die dominico peragi conveniens esse. Nuptiæ res sanctæ sunt, quatenus sanctæ redduntur per verbum & ordinationem Dei: sacra quoque dici possunt, quatenus Deo placent, cum in ejus timore contrahuntur: at proprie & in se spectatæ, res sanctæ non sunt. Proprie res sanctæ sunt, quæ die Dominico proprie conveniunt, uti prædicatio, & auditus verbi, sacramentorum celebratio, eleemosynæ, preces, piæ lectio nes, meditationes, quibus nomen Dei proprie sanctificatur & animorum salus promovetur: & licet nuptiæ in se honestæ sint, Deoque placeant; non tamen semper omnia adeo laudanda sunt, quæ earum occasione peragi solent: saltem ut alio tempore fiant, magis Christianum est. Hæc de tempore.

5 Recte Hormisda Papa decrevit, *ne ullus fidelis, cujuscunque conditionis sit, oc-  
culte nuptias contrahat; sed benedictione accepta à sacerdote, publice nubat in Domino.* C. 2. caus. 30. q. 5. Quod autem insuper voluit Euaristus Papa, ut post benedictionem acceptam & contractum matrimonium, *biduo vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant conjuges.* C. 1. caus. 30. q. 5. vel ut concilium Carthaginense, ut postquam acceperint benedictionem, *eadem nocte, pro reverentia ipsius Benedictionis in virginitate permaneant.* C. 5. caus. 30. q. 5. C. 33. distinct. 23. nimis pia mihi videtur oratio, & quæ vix à neogamis capi possit. Magni res momenti matrimonium est; ex eo res publica cives expectat, Ecclesia membra, ideoque ejus celebratio ad tenebras & angulos ablegari non debet, sed publice fieri, cum ut recte celebretur, omnium interfit. Primorum parentum conjugium publice & præsentibus angelis, cum speciali solennitate dicitur celebratum; hoc imitandum est. Nuptiæ sine testibus, in villa, id est,

in

<sup>1</sup> Libr. 2. tit.  
11. post. 4.  
n. 4. Gamol.  
Synopsis.

Libr. 6.

in secessu, clanculum, absque arbitris contractæ, Apuleio iudice, legitimæ videri non possunt. Inhonestum est, ad minimum inhonesti speciem habet, quod clam peragitur. *arg. l. 54. D. de administr. & peric. tutor. l. 17. C. de rescind. vendit. l. ult. D. de rit. nupt. l. 7. C. de divort.* Quæ ratione Eleusina sacra sprevit Demonax sub Adriano inclytus philosophus: si enim nihil mali exempli in iis tractaretur, palam instituenda, ut eorum cupidine incenderentur alii; si quid subesset monstri, abolenda ea esse contendens. At honestæ sunt nuptiæ, decoræ, & utiles Reipublicæ, ideoque palam contrahendæ, ut earum cupidine alii accendantur. Interest quoque, ut liberrimo consensu contrahatur matrimonium, cuius perpetuum vinculum est: at in privato loco, in privatis ædibus, minis & metu injecto, alicui consensus extorqueri potest, in publico loco non potest. *l. 23. D. de eo quod met. caus.* Quæ cum ita sint, ex dignitate matrimonii decreverunt Fœderati Belgii, & singularum Provinciarum Ordines, coram tribunali, præ sente populo, vel coram facie ecclesiæ celebrandas esse nuptias *art. 29. Eghs. Reglem. vande Stat. Generaal. art. 3. Pol. Holland. art. 6. junct. art. 9. Zeland. constitut. part. 2. tit. 1. art. 4. Lant Reght. van Overysel.* Coram tribunali potissimum ab iis, qui heterodoxæ religionis nostros in ecclesia nubendi ritus non ferunt, ne scrupulus injiciatur infirmis conscientiis: coram facie ecclesiæ ab iis, qui orthodoxæ sunt religionis. Attamen cum hic ritus juris sit positivi, ejus gratiam facere ex justa causa iidem Ordines, & ex demandata jurisdictione, singularum civitatum Magistratus possunt. *arg. l. 8. D. de manum. vindict.* Sic aliquando ex speciali gratia in privatorum ædibus, præsentibus amicis, ecclesiæ senioribus, aliisve honestioribus viris, per verbi divini ministrum, vel iudicem copulatur matrimonium. *art. 28. Eghs. Reglem. vande Stat. Gener.* Sed id raro, & non nisi ex urgenti necessitate indulgendum est; ne ex nimia facilitate gratiam impetrandi publicus ordo subvertatur, & pia Majorum atque Christiana institutio tandem in desuetudinem abeat.

Cæterum, licet satis colligi possit ex *art. 3. polit. constit. Holl.* quod voluerint Ordines celebrandas esse necessario nuptias coram facie ecclesiæ, quæ in ecclesia; coram tribunali, quæ è curia denunciata sunt; Ne tamen de eo quis dubitet, quia non distinctis verbis id dicitur, plurimarum Civitatum statutis, expressim cautum est, ne in ecclesiæ facie celebrentur nuptiæ, è curia denunciata, & vice versa, ne coram tribunali perficiantur, quæ coram ecclesia denunciata sunt. *art. 17. art. 18. 19. vand. 101. Burgerl. keure tot Leyden.* Sed in quo loco denunciari velint nuptias, in futurorum conjugum arbitrio positum est. Indulget quoque ex speciali gratia aliquando magistratus, ut è curia denunciata coram facie ecclesiæ; & vice versa, in ecclesia denunciata nuptiæ coram tribunali celebrentur. Idque meo tempore sæpius Leidæ concessum ex justa causa fuit.\*

Coram illo magistratu, vel ecclesia celebrandum matrimonium est, ex 7  
cujus auctoritate futurum populo innotuit. Et si in diversis locis, quia diver-

lis

\* AanFrans  
Iansen en  
Tryntje Ians-  
den 15. De-  
cemb. 1663.  
aan Gillis  
Bernardt en  
Grietje Cor-  
nelis Lopic-  
ker Maart.  
1664.

sis habitant sponfus & sponsa, denunciatum fuerit, coram alterutro magistratu vel ecclesia, ex arbitrio consponsorum; modo publica testatione doceant, in altero loco sine alicujus intercessione denunciatas rite fuisse nuptias. Verum si quis commodius sibi putaverit, alio in loco celebrare nuptias, hujus rei gratiam facile impetrabit ab iis, quorum ea de re notio est. *art. 27. Eght Reglem. vande Stat. Gener. art. 20. vande 101. Burgerl. Keure tot Leyden.* Sed tum hæc duo ei observanda sunt: primum, (quod & jam olim in Synodo Dordracena<sup>1</sup> & Middelburgenſi congregatis Theologis placuit)<sup>2</sup> testimonium, denunciatas esse sine alicujus intercessione nuptias, illius magistratus, vel ecclesiæ ministri, sub quo denunciatae sunt, exhibere debet magistratui, vel ecclesiæ ministro, qui nuptiarum celebrationi præerit. Deinde, intra quartum decimum diem ex tempore, quo nuptiarum festivitas accessit, earum celebratarum testimonium publicum exhibere debet magistratui, ex cujus auctoritate ea denunciatae fuere: ni faciat, pecuniaria plectitur multa. Ita de hac re Ordines Fœderati Belgii. *art. 31. Eght Reglem. vande Stat. Gener. Zelandiæ. art. 10. Polit. Zeland. constit. Magistratus Leidensis, 102. Burgerl. Keure tot Leyd. & Amstelædamensis constituerunt. art. 9. Ordonn. van huwel. saack. tot Amsterd. ann. 1586.* Hactenus de loco.

<sup>9</sup> De ritu celebrandarum nuptiarum, ut jam agamus, animadvertendum est, præſentes se Dei ministro, vel Magistratui sistere debere consponſos, futuros conjuges, nec eos hac in re internuncio defungi posse. Juris ratio est, tū ut omnibus apertum esse, & constare possit, liberrima voluntate, conjunctioni consentire sponſum sponſamque: tum quoque, ut solennes sponſiones, & matrimonii præcepta, quæ præſente ecclesia à neogamis stipulatur Dei minister, altius eorum cordibus inhæreant: tum denique ut advertant conjuges, se præſente ecclesia vel populo, per Deum, cujus vicem sustinet Magistratus, matrimonio copulari. Disputandi hic sese nobis offert occasio, an per procuratorem nuptiæ contrahi possint? Perpenſa juris ratione verius mihi videtur, per procuratorem nuptias contrahi non posse. Si enim duntaxat actus per procuratorem peragi possunt, quæ alterius personæ inhærere possunt. *arg. l. 49. §. 2. D. de adquir. vel amitt. poss.* Id autem fieri posse in contrahendo matrimonio, jam ante negavimus.<sup>3</sup> Deinde per procuratorem proprie expediuntur ea negotia, quæ patrimonii sunt, in quorum genere matrimonium non est; Non adversatur nobis Vlpianus in *l. 6. D. de rit. nuptiar.* Loquitur enim de eo, qui jam consenserat nuptiis, & per alium uxorem domum ducebat. Mulierem autem per epistolam vel nuntium licet absim, me ducere posse, modo in domum meam ducatur, Pomponio placet. *l. 5 D. de rit. nupt.* Differentiæ ratio est, quod quæ à nuntio, vel internuncio, geruntur, in persona mittentis consistant, non nuntii. Notandum est, quod Azo observat, virum posse per nuntium suum uxorem ducere; mulierem nubere absenti marito per nuntium suum non posse.<sup>4</sup> Scilicet ut deductione solenni in domum ducatur. Debet enim mulier duci in mariti domum, ut matrimonii domicilium. *l. 5. l. 6.*

D. de

<sup>1</sup> Ann. 1574.  
<sup>2</sup> Aſſ. Synod.  
*art. 87. & ann. 1578.*  
<sup>3</sup> Aſſ. Synod.  
*art. 87.*  
<sup>4</sup> Ann. 1581  
<sup>5</sup> Aſſ. Synod.  
*art. 55. vid. Ber. tom. 1. lib. 7. fol. 52. & tom. 2. libr. 12. fol. 50. & tom. 2. libr. 16. fol. 26. Nederl. Hiſt. or.*

<sup>3</sup> Libr. 1.  
*cap. 20. n. 11.*

<sup>4</sup> In Summa.  
*aur. Tit. C. de nupt. n. 16.*

*D. de rit. nuptiar.* Cæterum, ut quis per nuntium vel epistolam uxorem ducat, 11  
 raro hodie, & non, nisi summa sit necessitas, permittitur. Præsentiam futu-  
 rorum conjugum voluerunt Majores nostri, ne in re tam gravi, aliquis dolus  
 committi possit. Nostra ætate N. Caron, cum in India orientali esset, per  
 epistolam in facie ecclesiæ duxit uxorem N. Bodanam Senatoris Brabantini  
 filiam; simili modo duxit uxorem suam Dominus Verhaghen ad Turcas tum  
 temporis legatus, postea Curix supremæ dignissimus Præses. Requiritur au- 12  
 tem, ut nuntius speciale mandatum habeat ab absente marito, *arg. l. 34. D.*  
*de rit. nuptiar. l. final. de procurat. in 6.* constetque literas ejus manu conscriptas,  
 vel subscriptas esse. <sup>1</sup> Quod in dicto capitulo finali dicit Bonifacius octavus, 13  
 in l. 5. *D. de*  
*rit. nuptiar.*  
 nullum esse matrimonium, contractum à procuratore (eo nomine improprie  
 nuntium appellat) & sponsa insciis, revocasse mandatum mandantem, nisi in  
 foro animæ, quo matrimonium non est, quod consensu destituitur, intel-  
 ligatur, in foro litigioso mihi displicet. Nulla enim ratio est, ut ludi-  
 brio exponatur ob inconstantiam & levitatem mandantis, ducta uxor. Vel  
 debuit mandans, non perpenso bene negotio, non dedisse mandatum; vel id  
 à se revocatum, antequam quid gestum esset, notum fecisse nuntio suo: alias vi  
 mandati sui obligabitur, cum nulli concedatur consilium mutare, cum alte-  
 rius incommodo & injuria. Itaque si nihil aliud fecerit, quam quod revoca-  
 verit mandatum suum mandans, ducta sponsa per nuntium revocati mandati  
 inscium, ei uxor erit. Verum, si inter moras, antequam mandatum exple-  
 verit nuntius, aliam duxerit uxorem mandans, ratum id erit matrimonium, ni-  
 si sciverit mandatum missum, nec in tempore revocatum postrema sponsa:  
 tamen non adeo me adversum habebit, qui senferit, nullum esse matri-  
 monium, quod fraude & dolo utriusque coëuntium initum est. Si post du-  
 ctam per nuntium uxorem, aliam ducat mandans, quin nullum sit posterius  
 conjugium, ambigendum non est: nec utrumque scelus inultum finet Magi-  
 stratus.

Deinde ad ritum contrahendarum nuptiarum quoque pertinet benedictio: 14  
 quam non esse intermittendam expressa sanctione Leo philosophus & Alexius  
 Comnenus voluerunt. *Novell. Leon. 83, constit. Alex. Comm. 3. & 4.* Sunt qui pu-  
 tant, hunc benedicendi nuptias ritum, ex eo originem traxisse, quod inter sa-  
 cramenta novi foederis matrimonium collocaverint Pontifices. Sed satis ex  
 Platina, <sup>2</sup> & Tertulliano <sup>3</sup> patet, hunc morem ab antiquo tempore in Eccle-  
 sia observatum fuisse, antequam matrimonium sacramentum habitum fuit.  
 Euaristus C. 1. *caus. 30. q. 5.* <sup>4</sup> Sylvester, <sup>5</sup> Siricius, <sup>6</sup> & Hormisdas Pontifices.  
 C. 2. *caus. 30. q. 5.* <sup>7</sup> hujus benedicendi nuptias ritus meminerunt. Imo arbi-  
 tratur Beza hunc morem vetustissimum & plane apostolicum esse. At cer-  
 tum est, tum reipso nondum Ecclesiam docuisse, matrimonium esse sacra-  
 mentum. Primus Hugo de S. Victore septem sacramenta numeravit, <sup>8</sup> hunc  
 numerum septenarium probavit Synodus Florentina, Eugenio Papa seden-  
 te; <sup>9</sup> sed cum eo non obstante alii plura, alii pauciora numerarent, in concilio  
 Tri-

<sup>1</sup> In vit.

Soter. Pap.

<sup>2</sup> Libr. 2. ad

uxor. consule

Selden lib. 2.

cap. 24. &

28. Vxor.

Ebræ.

<sup>4</sup> Sedit ann.

Christ. 100.

<sup>5</sup> Ann. 320.

<sup>6</sup> Ann. 390.

<sup>7</sup> Ann. 520.

<sup>8</sup> Ann. 1130.

<sup>9</sup> Ann. 1439.

Tridentino decretum fuit, *anathema esse, qui dixerit sacramenta nova legis non fuisse omnia à Christo instituta, aut esse plura, vel pauciora quam septem.*<sup>1</sup> Existimaverim ergo ritum contrahendi in Ecclesia, & à Sacerdote benedicendi nuptias ex pietate vera veteris Ecclesiæ profluxisse, imitantis hac in re pia Judæorum instituta, qui benedicendas nuptias voluerunt. \* Pium certe est, ut matrimonium, quod, tum ratione institutionis. *Genes. 1. vers. 28.* tum quia Deus unumquemque suæ uxori jungit. *Genes. 24. Proverb. 19. Syrach. 26.* Dei fœdus appellatur. *Proverb. 2. vers. 17.* quodque est Reipublicæ & Ecclesiæ seminarium, & ex quo totius vitæ vel felicitas vel calamitas dependet, non nisi Deo auctore, & fusis ad eum in facie Ecclesiæ precibus initium habeat, consecratur hominum ceratori, commendetur bonorum omnium largitori. Benedictio sacra, inquit Leo, *præstantissima quæque connubio largiri cogitans, pudicitiam, indissolubilisque quodam amoris vinculo conjuges devinciens, propagationem generis, & si quid aliud matrimonium jucundum reddit, consecrat.* *Novell. Leon. 112.* Justinianus, quod mireris, nusquam in libris nostris, benedicendas esse nuptias præcepit. Quod in l. 24. C. de nupt. dicitur de nuptiarum festivitate, commode intelligi potest, de cæteris solennitatibus, quibus nuptiæ celebrantur, nec hoc verbum necessario sacram benedictionem comprehendit. Defensor Ecclesiæ, coram quo in orationis domo contrahi nuptias voluit. *Novell. 74. cap. 4. §. 1.* patronus seu advocatus Ecclesiæ est, non minister, non presbyter: & qui requiruntur clerici (modo sint honesti viri, etsi non sacerdotes vel presbyteri) ut testimonium contracti matrimonii conficiant, testes adhibentur, non ut preces fundant, & benedictione sacra celebrent nuptias. Existimo tamen Justiniani tempore benedictionem sacram frequenter fuisse adhibitam, commendaram jam tum sæpius à theologis, ita etiam ut tum Pontifices scripserint, non alias rite contrahi matrimonium. Leo philosophus sacram benedictionem hætenus arbitrariam, nuptiis contrahendis necessariam voluit, & si omittatur, irritas eas esse jussit *Novell. Leon. 89.* Cujus constitutio, ab Alexio Comneno probata postea, in Oriente postmodum obtinuit. Ritus in cætu sacro, præeunte Dei ministro, contrahendi nuptias, sub annum Christi 820 in Occidente inolevisse Seldenus tradit, quem consule.<sup>3</sup> Quod autem Theodosius & Valentinianus vetuere, in Basilicis, id est, ædibus sacris, nuptias celebrari. l. 21. C. de operib. public. de conviviiis, tripudiis, & id genus nuptialis hilaritatis intelligi debet.

- 15 Jubentur porro futuri conjuges, dum verba recitantur fœderis conjugalis, dexteræ jungere. Quæ manuum implicatio, cum soleant præ innato sexus pudore, mussitare consensum in novas nuptias virgines, primum designat populo liberrimum utriusque consensum. Deinde, testis & tessera perpetui amoris, & felix principium desponsationis est: porrigimus dextram, cum stipulantem promissionis nostræ unice securum reddere conamur. Denique symbolum est atque simulacrum conjunctionis animorum, quæ cum visui non patet, complicatis manibus designatur. Habet & hanc rationem ma-

<sup>1</sup> *Hist. concil. Trident. lib. 2. pag. 303.*  
<sup>2</sup> *Selden. lib. 2. cap. 12. Vx. Ebr.*

<sup>3</sup> *Lib. 2. c. 29. Vx. Ebr.*

num hac implicatio, nempe, ut intelligat sponsa, cum contrahit matrimonium, se tradi in manum viri, ejusque potestati hoc ipso subjeci: ut advertat sponsus ei à Deo per judicem vel Dei ministrum uxorem in manus tradi, ut cum ea coalescat in unum hominem. Erat & olim contracti matrimonii signum, cum virgo, consensu patris sui, porrigebat manum sponso. Hinc in manum tradere, in potestatem tradere: filiam in manum alicui dare, collocare: manui subesse, potestati subesse: in manum mariti convenire, nubere

<sup>1</sup> *Vid. Cypr. veteribus Romanis denotabant.*

*cap. 4 § 23.  
libr. 1. de jur.  
connubior.*

Futuros conjuges coram tribunali jungit scabinus, prælegente connubii 16 legem actuario: in Ecclesia verbi Dei minister, *art. 3. Polit. Holl. constit.* vel, quod ulus obtinuit, quamvis solius ministri meminerit Politica Hollandiæ constitutio, ministerii candidatus. Quam consuetudinem probarunt Fœderati Belgii ordines. *art. 27. Egbt Reglem. vand. Stat. Gener.*

Formula sponsionis conjugalis, quæ in Ecclesiis & Curia prælegi solet, 17 si verba quædam spectentur, diversa; si sensus, eadem, & hujusmodi fere est. *Vos N. N. sponse & sponsa, confitemini hic coram Deo, & sancta Dei ecclesia, vos vos mutuos accepisse, & jam accipere legitimos conjuges. Tu sponse te accipere sponsam hanc tuam, legitimam uxorem: tu sponsa sponsum hunc tuum, legitimum virum atque tutorem: spondesi sine uterq; sub spe perpetui amoris, nec ullis divulsam querimoniis, nec suprema citius die solutam iri hanc conjunctionem: non deserturos vos vos mutuos ob quacunque mala, quæ in hoc mundo hominibus accidere possunt: caste vikturos: omnia exhibituros compari suo, quæ divina matrimonii institutio, & sanctum Evangelium à conjugibus exigunt.*

Quæ cum conceptis verbis spondere neogami, fufis in Ecclesia ad 18 Deum precibus, iis benedicit verbi divini minister; coram tribunali, scabinus: & ligatum in perpetuum matrimonium actis publicis in perpetuam rei gestæ memoriam inferitur.

Nostra itaque matrimonia, legitima sunt, ut quæ legibus probari, ante- 19 quam contrahi possunt, debent: sunt & publica, quia non nisi ex auctoritate magistratus publica, publice perfici possunt. Oeconomicos contractus, qui inter privatos privato arbitrio ineuntur, ea male vocaveris, nisi respicias, vel quatenus in singulorum privato arbitrio relictum est, cogitare & velle nuptias; vel privata sponsalia, matrimoniorum prima exordia, quæ in privatorum ædibus constituuntur. Canonica illa conjugiorum distinctio in rata & legitima, rata & non legitima, legitima & non rata (quam suis non carere nævis ostendit Beza \*) in Republica nostra nullum usum habet, in qua omnia matrimonia publice, & secundum publicas leges contrahi debent. Posset 20 quidem quis aliud matrimonium politicum, aliud ecclesiasticum vocare; quatenus aliud in facie Ecclesiæ, aliud coram tribunali contrahitur: sed hæc distinctio si probetur, ex accidenti nuptiis obveniet, & nullarū erit virium, si matrimonii ipsius vinculum, honestas, liberorum, qui nascuntur, legitimus status, atque omnia jura, quæ conjuges consequuntur, spectentur: idem enim in utroq; jus est, eadem dignitas, eadem honestas, idem vinclū. Imo conjugium, quod in

<sup>\*</sup> *Tract. de  
divort. &  
repud.*

in Ecclesia contrahitur, politicum dici potest, quatenus ex Magistratus auctoritate, per delegatam personam, Dei nempe ministrum, in Ecclesia copulatur.

- 21 Notandum est, jure naturæ contrahi matrimonium, cum pari affectione id volunt, & testantur coeuntes. Quod jus secuti Romani & Pontificii juris auctores, matrimonium esse dixerunt, cum consentiunt, qui coeunt. *l. 2. D. de rit. nuptiar. C. 2. caus. 27. q. 2.* Hinc decantatum illud axioma: *nuptias non concubitus, sed consensus facit. l. 15. D. de condit. & demonstr. l. 30. D. de reg. jur. l. 31. D. de donation. l. 9. l. 13. C. de nupt.* Sponsæ in domum deductio apud Quirites, ad Ecclesiam apud Pontificios, ibique exhibitus neogamorum consensus, presbyteri benedictio, & cæteræ, quæ adhiberi solebant solennitates, contracti jam ante matrimonii testatio, declaratio, & executio publica duntaxat habebantur; non vero matrimonii tum demum initio contractus *arg. l. 6. C. de donat. ant. nupt. gloss. in l. 5. D. de rit. nupt.* Omitti quoque poterant, & non eo minus firmum habebatur matrimonium, quod nudus coeuntium consensus conglutinabat. *l. 31. D. de donation. l. 9. l. 13. l. 22. C. de nupt.* quasi adhiberentur duntaxat, ut populo innotescat contractum matrimonium, & probationis postea facilius gratia. Fuitque hoc perpetuum & generale apud Romanos, nulla testatione vel scriptura ad sui confirmationem vel stabilimentum indigere contractus, qui consensu consistunt, inter quos matrimonium numeratur. *l. 4. D. de pignor. & hypoth.* Verba Gaii sunt: *funt enim de his scriptura, ut, quod actum est, per eas facilius probari possit, & sine his autem valet, quod actum est, si habeat probationem, sicut & nuptia sunt, licet testatio sine scriptis habita est. l. 4. D. de fid. instrum.* *Coren consil. 6. n. 8. Wames. consil. 77. n. 5. cent. 5. ad jus civil. Bachovius in Wessing. parat. Tit. de nupt. Arnif. cap. 3. sect. 11. de jur. connub.* Clandestina conjugia minus quidem probant Pontifices, at quantum ad vinculum, firma & inexplicabilia esse volunt. Vnde Basilii Pontius docet, non esse, ne quidem peccatum veniale, ante benedictionem consummare matrimonium, modo absit scandalum. <sup>22</sup> *Libr. 10. cap. 4. n. 3. de sacram. matrimon.*
- 22 Scio equidem hæc jura Romana & Pontificia in tantum hodie quosdam magnæ auctoritatis viros probare, ut velint coram Deo contractas nuptias dicendas esse, simulac privato consensu contrahentes, & ii sub quorum potestate sunt, convenerint; iis enim absurdum dictu videtur, lege politica non haberi matrimonium, quod jure naturæ contractum est. Horum virorum sententiam ambabus manibus amplectens juvenus, facile persuasum habet, concubitum ante nuptiarum festivitatem non esse scortationem, vel peccatum in foro poli: atque eleganti conjugii nomine, quasi jam tum coram Deo matrimonio ligata, prætegere culpam solet. Sed ne quid dicamus de juventute, cui inconsulta ætas, & impotens libido imponere sæpius solet, ut etiam ex iis, quæ quacunque ratione honeste intelligi possunt, argumentetur ad non concessa, & magistris suis improbata: hoc quicumque statuit, non satis perpendit, & privata, & publica sponsalia mutuo consponsorum dissensu hodie solvi posse; & sæpius solvi, etiam ob causas, quæ nullo modo divortium admitterent. At vero quod conjunxit Deus, nisi ob scortationem solvi non debet conjugium. Certum ita que est, cum nostra publica etiam sponsalia sæpius



solvantur, nec sequatur matrimonium, non recte dici coram Deo matrimonio conjunctos esse, qui privato pacto conjugium contraxerunt. Hoc autem ut planius intelligatur, advertendum est, jus Batavum, si recte perpendatur præsentī in negotio, nihil detrudere, sed perficere jus naturæ, neque totum ab eo recedere, etiamsi ei per omnia non inserviat. Jure naturæ contrahitur matrimonium, cum consentiunt contrahentes; nihil enim aliud est, quam consentiens undequaque duorum voluntas, & animorum conspiratio. Nec aliud vult lex Batava. Jubeat duntaxat, ut nuptialis consensus ad interrogationem scabini coram tribunali, vel Dei ministri, in facie Ecclesiæ interponatur; vultque nullarum virium esse, si in loco privato, & non præmissis quibusdam solennitatibus interveniat. Scilicet, in eo perficit jus naturæ lex Batava, quod locum, & tempus, & ritus quosdam nuptiis contrahendis præscribat; ne sine omni disciplina coeant conjuges, à quibus Respublica cives, Ecclesia membra expectant. Verum est, legem civilem non posse mutare jura naturæ, quæ immutabilia sunt. §. 11. *Instit. de jur. natur. gent. & civil.* Nec vult jus Batavum, ut non dicatur matrimonium, coeuntium mutuo consensu contractum: verum ipsis consponsis injungit necessitatem non alias quam publice, & præmissis quibusdam solennitatibus nuptialem consensum interponere. Hoc autem facere potest, cum in personas jus habeat civilis potestas, & humano more, uti cæteri contractus, per mutuum consensum contrahantur nuptiæ. Minus negotii facessit, si quis occurrat, legem civilem efficere non posse, ne in foro animæ, seu coram Deo, uti loquuntur, sit matrimonium, quod juxta simplicitatem juris naturæ, nudus coeuntium consensus quocunque loco interpositus conglutinavit. Deus enim ordinis Deus est, magistratum constituit, qui Rempublicam legibus ornaret, quas propterea Apostolus ordinationes divinas vocat, easque observandi necessitatem omni populo Christiano præcipit. *ad Roman. 13.* Qui itaque non coeunt secundum legum præcepta, nec volente Deo, nec coram eo conjuncti dici possunt. Non enim quævis conjunctio, sed quæ legibus, & verbo Dei non repugnat, justa est, & Deo probatur. Recte Cælestinus Papa, *quod contra interdictum & ordinem ecclesiæ factum est, tanquam inordinatum, ratum non haberi, tam divine quam humana legis proclamat auctoritas.* C. 2. *caus. 35. q. 6. adde C. 2. caus. 32. q. 2. l. 14. §. 1. C. de sacr. sanct. Eccles. l. 5. C. de legib.* Nec nos in contrarium movet, etiamsi publica sponsalia contrahant consponsi, ea mente, ut confestim contractum inter eos sit matrimonium. Ordinem enim publicum celebrandi nuptias neque invertere, neque prævertere potest privatorum ulla conventio. l. 38. *D. de pact.* Sponsa hodie debuit esse puella, sponsus proculus, antequam maritus & uxor esse queant: at nomen sponsi & sponsæ ex publicis oritur sponsalibus, mariti & uxoris ex matrimonio. Sponsalia, ut præparationes & præludia præveniunt nuptias, nec hæc duo uni se ambo committunt momento, nec possunt. Idem de tabulis dotalibus sentiendum est, quæ in præsentia amicorum à futuris conjugibus subscribi solent. Nam licet hic actus ob futurarum nuptia-

nuptiarum conceptam spem, *huwelyck sluyten*, dici consueverit, eadem ratione, qua sponsa quandoque uxor dici solet. *Deuter. 22. 7. 23.* matrimonium tamen hodie non facit: cum & nuptiales tabulæ, & dotis instrumenta omitti possint, & non eo minus legitimæ confici nuptiæ. *l. 31. D. de donat. l. 9. l. 13. l. 22. C. de nupt.* Imo ne quidem initium matrimonii sponsalia dici possunt, eo sensu, quo fundamentum pars & initium domus dicitur: sed comparate duntaxat, quatenus absque publicis sponsalibus matrimonium hodie contrahi nequit, uti nec domus extrui sine prævio fundamento. Ad matrimonium per privata & publica sponsalia, uti per gradus, pervenitur; id autem cum contrahitur, uno eodemque momento incipit & perficitur ex partium solenni consensu, non per partes. Recte Ambrosius, *initiatum conjugium cum conjugii nomen adsciscitur. C. 5. C. 35. caus. 27. q. 2.* At id fit hodie, cum solenni ritu, ex eorum consensu ligat conjuges Dei minister. Quæ omnia ex iis quæ de sponsalibus, & jure sponsi diximus perspicua sunt. Si autem quis hac in re adhuc hæreat, perpendat hæc Politicæ constitutionis nostræ verba, *de voorss. geboden gegaen synde, sullen de personen, by de Magistraat, off Kercken Dienaaren getrouwt werden*, copulabuntur matrimonio, ergo conjuncti nondum sunt. Adeat insuper formulam, quæ futuris conjugibus à Dei ministro prælegi solet, in cujus procæmio statim occurrunt hæc verba, *die uwe Eghelycke verbindinghe, in Godes name, voor de Christelycke Gemeynte wils laaten bevestigen.* Deinde *begeert ghy, dat den selven uwen huwelycken staat bevesticht werde.* quæ certe denotant, nondum contractum esse matrimonium, cujus celebratio adhuc petitur. Post quæ cum testatur Minister non intervenisse nuptiis legitimum impedimentum, ideoque exaudienda esse consponsorum vota, precatur, ut expetiti matrimonii initium sit in nomine Domini. Non ne hæc verba satis indicant, publica sponsalia neque coram Deo matrimonium esse, quod contrahitur primum post nuptiales denunciationes in nomine Domini? Deinde cum legem connubii recitat minister, ad ejus interrogationem consentitur neogami, sese mutuos elegisse, & jam accipere in legitimos conjuges, vel ut habet formula, quæ coram tribunali prælegi solet, se mutua sponsalitia fide jam antea ligatos exhibere nunc nuptialem consensum, *gevende malkanderen haar mannelycke envrouwelycke trouwe.* & sponsum sponsam accipere legitimam uxorem, sponsam sponsum legitimum maritum, & conjugalem tutorem. Quam solennem sponsonem sequitur ministri seu judicis benedictio; ut tum demum contractum apud nos dici possit matrimonium, non ante. Judex enim seu Dei minister non palam facit populo, jam tum contractum esse matrimonium; sed tanquam arbiter, confirmator, obsignator, seu obses ligat teste populo matrimonii vinculum ex consensu solenni coëuntium. Qua ratione & hodie verum est, nudum consensum operari nuptias, si is de nuptiali intelligatur, qui ad interrogationem ministri interponitur. Cæteræ enim solennitates, ut publicus locus, judicis auctoritas, ministri benedictio, nuptiarum prævia denunciatio, sponsalitia sponsio, conditiones, sunt sine quibus non; non causæ efficientes nuptiarum. Ut

<sup>1</sup> Siet de sententie van den Hoghe Rade gevreesen inde jaacke russen Pieter Cornelisz. vander Maas cum sociis, eyscher in conventie, ende verweerd. in reconventie, ter cenre, contr. Iacob en Bartholomeus Pieters van Thoren-vuyck cum sociis verweerd. en eysch. in 1. voorsz. cas ter andresyden. den 25. Ianuar. 1645.

ergo concludam, moribus nostris coram Deo conjuncti dici nequeunt, qui privato consensu coeunt. Non enim jus nostrum, uti jam demonstratum est, ullas agnoscit nuptias, nisi publice contractas; <sup>1</sup> & ceteros conjugales amplexus tanquam scortationes, & concubinatum punit, liberosque ex iis natos nothos habet. <sup>2</sup> Ceterum in transitu hic annotandum est, dictare Frisiz Statuta, irritum non esse matrimonium privata auctoritate eorum, qui coeunt, quorumque in potestate sunt, contractum, verum validum firmumque, modo denunciatum in Ecclesia sit, etiamsi solennis copulatio & nuptialis benedictio non accesserint, quibusdam tamen, pecuniariis poenis subiectum. <sup>3</sup> Sed hoc jus, hac in re moribus nostris adversum est.

Nuptialis consensus, cum interponitur, ita operatur nuptias, ut nullam conditionem, nullamque temporis vel minimi moram admittat. Nec non jure loquitur, qui nuptialem contractum inter actus legitimos reponit, quorum ea natura est, ut ipsa celebratio videat effectum l. 77. D. de regul. jur. Hinc nullus hodie usus est intricatarum quaestionum de sponsalibus de praesenti, sub conditione contractis, quae in jure Canonico ventilantur. <sup>4</sup> Imo interposito nuptiali consensu ita hodie existunt nuptiae, ut verius sit, jure mariti gavisurum neogamum in bonis uxoris, si quid humani pateretur ea post nuptialem sponsonem, licet nondum solennitatem clausisset Ministri benedictio. quia haec ut solennitas abesse potest, & ut conditio sine qua non, a lege praescribitur; at consensus nuptias facit. Eas vero contractas haberi, postquam ultimam perfectionem nuptiali solennitati imposuit ecclesiastica benedictio, nemo dubitat. <sup>5</sup> Pompa, nuptiale convivium, instrumenta dotalia, nuptiales tabulae, arrha, annulus, conjugalis fidei tessera, aliaeve nuptiarum celebritates impune omitti possunt. l. 9. l. 13. l. 22. C. de nupt. C. 3. caus. 30. q. 5. l. 31. D. de donation. Corporum conjunctio jus est ex matrimonio profluens, quod animorum nexum sequitur, qui nuptias facit: *pactio conjugalium conjugium facit, non defloratio virginitatis*. C. 5. caus. 27. q. 2. confirmat & perficit matrimonium sexus commistio, non constituit. C. 35. C. 36. caus. 27. q. 2. Cujus tamen spes si ex impotentia destituat conjuges, nullae sunt nuptiae ob defectum conditionis sine qua non, l. 39. §. 1. D. de jur. dotium. Est ergo uxor, sponsa, sponsus, maritus, simulac eorum vota nuptialia, re ipsa, in Ecclesia processerint arg. l. 24. C. de nupt. Et omnia jura conjugalium consequuntur arg. l. 6. l. 7. D. de nupt. l. 6. C. de donat. ant. nupt. quamvis nondum in cubiculum mariti venerit sponsa, quamvis hymenaeus non fuerit additus. Nec hac in re à jure Romano descivimus. Deducebatur enim olim in domum mariti nova nupta, non ut tum demum nuptiae celebrarentur, sed ut in cubiculo & thoro mariti primus concubitus fieret. Hinc non uxoris, sed mariti domus, domicilium matrimonii dicitur. l. 5. D. de vir. nupt. eratque evidentissimum signum contractarum nuptiarum, traductio nuptiae in domum mariti l. 66. §. 1. D. de donat. inter vir. & uxor. l. 6. C. de donat. ant. nupt. Quam ob causam dicit Ulpianus, dari legatum sub conditione relictum, si in familia nupsisset, statim atque ducta est

est uxor, quamvis nondum in cubiculum mariti pervenerit, l. 15. D. de condit.

& demonstrat. id est, meo iudicio, quamvis nondum in thalamo nuptiali deposuerit virginitatem. Nuptias enim non concubitus, sed consensus facit. l. 30. D. de Regul. jur. Imo non potuit honeste uxor in domum viri deduci, nisi intelligatur, ex consensu prævio jam tum contractas esse nuptias. Eodem nititur fundamento Cinnæ responsum, lugendum esse ab uxore, quam absentem accepit qui rediens à cœnâ juxta Tiberim periit. l. 6. D. de rit. nupt. Quod probans Paulus, hoc casu virginem, & dotem, & de dote habere actionem ait. l. 7. D. eod. & hoc jure utimur. <sup>1</sup>

- 25 Nullum dubium est, munera, quæ sponsæ sponfus prima pro nocte dare solet, moribus nostris ita sponsæ propria esse, ut neque bonorum quacunque conjugali communione communia reddantur, neq; soluto matrimonio ad maritum vel ejus heredes revertantur. <sup>2</sup> Sed cum in præmium ereptæ virginitatis dari soleant, quæri hic potest, an etiam cedant sponsæ, mortuo quidē post contractas nuptias, eodem tamen die, sponso? In qua re ita distinguendum puto. Si antequam ingrederetur thalamum nuptialem, seu juxta sponsam cubaret, mortuus fuerit sponfus, hæc munera sponsæ non debentur: non enim primo nuptiarum die dari solent, sed secundo, prima pro nocte: ideoque nostro sermone *Morgen-gaven* dicuntur, id est, interprete Gentili, matutinum, seu matutinale munus: <sup>3</sup> ut sponsæ cedi nequeat, quod ante primam noctem mortuo marito, ei datum nondum fuit. Verum si ingressus quidem thorum nuptialem maritus, at intactam reliquisse uxorem dicatur; munera hæc nihilominus mulieri addicenda judicarem: tum ut amputetur occasio, matrimonii intima arcana scrutandi, & rimandi ea, quæ pudor oculi jubet: tum, si non in pretium ereptæ virginitatis, ut ea habeat in præmium nudati sinus & earum corporis partium, quæ sine pudoris jactura, ab honestis virginibus, præsentem viro nudari nequeunt, nec debent. Si autem ante nuptiarum festivitatem amplexus sponsi passa fuerit sponsa, etiamsi post celebratas nuptias neogamis non adfuerit hymenæus; cum primam nuptiarum noctem præoccupaverit sponfus, æquum est, ut quæ pro ea destinata fuerunt, vitio stupri per contractas nuptias purgato, cedant uxori. Hæc munera quæ prima pro nocte dantur, jocalia vulgo ab interpretibus vocantur; quasi dicas munera ludicra, festiva, & hilaria: idque ideo, quod hæc munera in monilibus, gemmis, annulis aureis gemmatis, torquibus, armillis, & margaritis, &c. consistere solent. Quæ omnia collapsa latinitate jocalia vocata sunt, à joco vel jocolo; quod significare cepit, undecunque caperetur voluptas. <sup>4</sup> Munera vero nuptialia, de quibus in libris nostris fit mentio, non ejusdem conditionis cum hac hodierna sponforum liberalitate fuerunt. Non enim à sponso offerebantur novæ nuptæ, sed ab amicis & parentibus: l. 13. §. 2. D. de administr. & pericul. tutor. l. 1. §. 5. D. de tutel. & ration. distrah. & dabantur tum sponsaliorum. l. 25. D. de nupt. in l. 16. C. de donat. ant. nupt. n. 10 Koppen. quest. 14. n. 7. <sup>5</sup> Libr. 1. cap. 1. & libr. 2. cap. 23. de donat. int. vir. & uxor. <sup>6</sup> Possius de vitiis latin. sermon. libr. 3. cap. 7. Scip. Gent. libr. 2. cap. 25. de donas. int. vir. & uxor. Gayl. libr. 2. obser. 91. n. 1.

<sup>1</sup> Heoffad. observ. pass. antempr. 17. 16. 17. Groenew. in l. 6. & 16 C. de donas. ant. nupt. Coren. Lamberts. Gor. Gros. dd. 11. Alber. Gent. lib. 2. cap. 23. de Nupt. Wissenbach. Exercit. ad Pand. de ff. dist. 44. Thes. 2. Petr. de Grove exercit. 16. n. 22. ad Pand. Valent. Forster. cap. 6. pag. 57. libr. singul. de Nuptiis. Canis. in Tit. 1 libr. 4. decretal. n. 19. vide consil. 77. centur. 5. Wames. ad jus civile. Christen. dif. fert. 1. q. 4. de caus. matrimo. <sup>2</sup> Conf. 47. vers. ten vierd. part. 1. IC. Batara Conf. 149. conf. 208. part. 2. IC. Bat. Sand. libr. 2. tit. 2. de fin. 8. decis. Fris. Christen. vol. 3. decis. 127. n. 3. Groenew. in l. 16. C. de donat. ant. nupt. n. 10 Koppen. quest. 14. n. 7. <sup>3</sup> Libr. 1. cap. 1. & libr. 2. cap. 23. de donat. int. vir. & uxor. <sup>4</sup> Possius de vitiis latin. sermon. libr. 3. cap. 7. Scip. Gent. libr. 2. cap. 25. de donas. int. vir. & uxor. Gayl. libr. 2. obser. 91. n. 1. <sup>5</sup> Libr. 1. cap. 1. & libr. 2. cap. 23. de donat. int. vir. & uxor. <sup>6</sup> Possius de vitiis latin. sermon. libr. 3. cap. 7. Scip. Gent. libr. 2. cap. 25. de donas. int. vir. & uxor. Gayl. libr. 2. obser. 91. n. 1.

depos.

*depos. tum ipsa nuptiarum. l. 6. C. de donation. ant. nupt. tum etiam crastino die, cum primum deposito flammeo visendam se præberet nova nupta.*<sup>1</sup>

<sup>1</sup> *Ant. Hotman. de veter. rit. nupt. cap. 8.*

## CAPUT VIGESIMUM OCTAVUM.

*De nuptiarum definitione.*

## SUMMARI A.

- |  |  |
|--|--|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Nuptiarum, matrimonii, connubii, conjugii distinctio traditur.</li> <li>2. Nuptiarum definitio traditur, &amp; explicatur.</li> <li>3. Viri &amp; mulieris conjunctio nuptia sunt. quid proprie vir, quid mulier?</li> <li>4. Quare nuptia, conventio publica dicantur?</li> <li>5. Communis vita consuetudo in matrimonio requiritur, &amp; qualis?</li> <li>6. An Modestinus recte dixerit nuptias consortium omnis vite?</li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>7. Perpetuitatem exigit ipsa matrimonii natura.</li> <li>8. Matrimonium castum, &amp; thorus genialis perpetua inviolatus esse debet.</li> <li>9. Perpetuus debet esse amor conjugum, neque unquam flaccescere.</li> <li>10. Liberatorum querendorum causa matrimonium contrahi debet.</li> <li>11. Quid denotet divo in a phrasis, &amp; qui duo fuerant, erunt una caro?</li> </ol> |
|--|--|

**D**eductis ad thalamum nuptialem neogamis, paucis de nuptiarum definitione agere animus est; ne nomen ejus rei inexplicatum maneat, de qua totus sermo fuit. Nuptiæ, matrimonium, connubium, consortium, conjugium, voces synonymæ, seu paræ significationis habentur, & frequenter promiscue jurisconsulti usurpantur. l. 1. l. 45. §. 6. D. de nupt. pr. & §. 1. *insist. de patr. potest. l. 22. §. 7. D. solut. matrim. l. 33. D. de negot. gest.* Distinguuntur inter sese tum doctrinæ gratia, tum ex consuetudine proprie loquentium. Consortium & connubium voces generaliores sunt, servorum contubernia quoque completentes l. 3. C. de servis fugitiv. Consortium proprie ipsam conjugum vitæ consuetudinem significat, uti ex Modestino patet, qui dicit, nuptias esse *consortium omnis vite*. l. 1. D. de rit. nupt. Dictum à sorte, seu fortuna, hinc conjuges consortes appellantur, ut in hoc Ovidii.

*Thalamique diu consorte carebat.*<sup>1</sup>

<sup>1</sup> *Libr. 11. fab. 8. Metamorph.*

**Q**uia nihil tam humanum est, quam fortuitis casibus mulieris maritum, vel uxorem viri participem esse. l. 22. §. 7. D. solut. matrim. Connubium proprie ipsum jus legitimi matrimonii, seu uxorem jure ducendi facultatem denotat; simili modo, quo commercium jus emendi vendendique invicem. Auctores hujus significationis mihi sunt, tum Livius, tum Ulpianus. Livius, cum ait, *ex militibus Romanis & ex Hispanis mulieribus, cum quibus connubium non esset*; & deinde, *Neque connubium, neque commercium agrorum, edificiorumque inter se, extra fines regionis sue.*<sup>2</sup> Ulpianus, cum ait, *ne possit ista connubium habere nubendo, non habituram connubium.* l. 45. §. 6. D. de rit. nupt. Qua significatione & Constantinus dicit, *cum ancillis non potest esse connubium.* l. 3. C. de incest. & inutil. nupt. Connubium

<sup>2</sup> *Livius libr. 43. & 45.*

bium pro ipso matrimonio usurpavit Zenoin. l. 8. C. de incest & inutil. nupt.  
Martialis, cum dicit,

*Lafus erat sacra connubia fallere rada.*

Virgilius

*Connubio jungam stabili propriamque dicabo.*

Pro-affinitate idem Virgilius, verbis, *connubia nostra petentem*. Aufonius, *connubium mobile feceri*. Sallustius, *ejus civitatis lingua modo conversa connubio Numidarum*. Matrimonium naturale nomen est, à matre deductum, & proprio suo significatu maris & foeminae ultima amoris linea confectam conjunctionem denotat. Sic Paulus, *Titia in matrimonium coit Seio*. l. 134. D. de verbor. obligat. Modestinus, *inter eos, qui matrimonio coiturus sunt*. l. 27. D. de donat. int. vir. & uxor. Cœpit quoque significare eam conjunctionem, quæ inter peregrinos contracta jus connubii non habet. Sic Papinianus ait, *sine connubio peregrinam in matrimonio habuit*.<sup>1</sup> Nuptiæ, prima sui nativitatis origine ipsam nuptiarum festivitatem denotant: hinc titulus de ritu nuptiarum. Postea deductum est id verbum ad solenni ritu coeuntis conjugii significationem. l. 15. D. de condit. & demonstrat. uti in hoc Quintiliani, *vis scire quid sint nuptiæ? aspice illam virginem, quam pater tradidit, eum die celebri, comitante populo*. Aliquando nuptiæ & matrimonium conjugata sunt, aliquando separata: conjugata, cum matrimonio nihil aliud significat, quam ipsam conjugum conjunctionem: uti cum dicit Imperator, *nuptias sive matrimonium esse viri & mulieris conjunctionem*. §. 1. Instit. de patria potest. & Paulus, *non prohibentur liberi matrimonium vel nuptias contrahere*. l. 10. D. de rit. nupt. separata, cum matrimonium insuper significat consuetudine conjugali perfectam conjunctionem. Sic quæ conjugibus adscribuntur, constante & soluto matrimonio obtinere leges dicunt. s. f. D. & C. solut. matrim. rarissime, constantibus vel solutis nuptiis: dixit tamen Paulus *diremptas esse nuptias*. l. 22. §. 7. D. solut. matrim. & Papinianus, *tempore nuptiarum*. l. 33. D. de negot. gest. Nuptiæ vinculum stringunt, in matrimonio promissorum executio est: in nuptiis traduntur animi & corpora ad consuetudinem vitæ; in matrimonio traditis utuntur conjuges. Quod ipsum recte mihi notasse videtur. Quoniam, cum scribit in Modestini definitione, *conjunctionem viri & foeminae convenire nuptiis, consortium omnis vite, matrimonio*.<sup>2</sup> Tandem quoque nuptiarum nomen in obscœnis habitum fuit, & ipsum coitum significavit. Sic in hoc Plauti.

Solen. *At satius fuerat eam viro dare nuptum potius*. Len. heia.

*Hæc quidem ecastor coridie viro nubit, nupsitque hodie,*

*Nuber nox noctu. nunquam ego hanc viduam cubare sivi.*

*Nam si hæc non nubat, lugubri fame familia pereat*.<sup>3</sup>

Et alibi, *an unquam hujus nupsisti patri?* Petronius hæc significatione hoc verbosus fuit, cum ait, *illa nocte, qua nuptias fecerunt*. & Martialis in epigrammate de Phyllide

*Amplexa collum, basioque tam longo.*

M m m m

Blan-

<sup>1</sup> 15 Respons.

<sup>2</sup> Cap. 4. n. 1.  
libr. 8. comment. ad jus civil.

<sup>3</sup> Cistellar.  
act. 1. scen. 1.

*Blandita, quam sunt nuptia columbarum,*

*Rogare cepit Phyllis amphoram vini.*<sup>1</sup>

<sup>1</sup> *Libr. 12.  
epigr. 65.*

Rationem hujus sermonis reddit auctor ad Herennium. *Translatio obscenitatis vitanda: cujus mater quotidianis nuptiis delectatur.* Ipsum nuptiarum nomen à nubendo dictum fuit, quod in prima sua significatione, obtegere, velare, operire denotavit, ex eo, quod apud Romanos novæ nuptæ boni omnis gratia flammæ velari solebant, quo assidue Flaminica utebatur, cui divortium facere non licebat, uti Sextus Pomponius tradit: vel ut alii, quod vetus mulierum nuptiarum mos esset, non nisi velato & operto capite, ad demonstrandam verecundiam (quæ pudicitiaæ tutus comes, fomesque est) in publico apparere. Mos vetus, uti apparet ex illo Mosis loco, quo non sine sale mordicante Saram alloquitur his verbis Abimelech: *Ecce dedi mille siclos argenteos fratri tuo, ecce is tibi est operimentum oculorum apud omnes, qui tecum futuri sunt: atque hac omnia, ut eruditiss.* Genes. 20. vers. 16. Scilicet, noluit Abimelech, Saram amplius incedere more virginum, sed dedit marito ejus Abrahamo argentum, ut compararet sibi velamen, quo illa operiretur conjugatarum more, ne pro virgine & sorore ejus æstimata alium pulcritudine sua accenderet. Alias rationes, quare velabantur sponsæ Isidorus tradit, in C. 7. caus. 30. q. 5. Cæterum, hic illorum hominum error notandus est, qui non erubescunt *nubendi* verbo uti, cum de viris loquuntur, & verbis *ducendi domum*, cum de fœminis. Ridicule certe, simul & imperitissime. Nubit fœmina viro, ducit uxorem domum maritus. Nunquam enim mos invaluit, ut viri, vel passim, vel cum nuptias celebrarent, operto velatoque incederent capite, uti quidem mulieres, unde nuptiarum nomen profluxit: & è contrario, non ductus fuit in domum uxoris maritus, sed uxor in domum mariti, ut matrimonium confectum, peractumque demonstraretur. Eleganter Pomponius; *deductione enim opus esse in mariti, non in uxoris domum, quasi in domicilium matrimonii* l. 5. D. de rit. nupt. Quam doctrinam secutus Aurelianus Imperator Donatæ rescripsit, donationem ante nuptias esse, si die nuptiarum à sponso in sponsæ domo datum esset: retrahi vero posse, si *penes se dedisset sponsus*, id est, postquam in domum ejus deducta fuisset sponsa. l. 6. C. de donat. ant. nupt. Sic Gordianus dixit, uxorem, *sociam rei humanæ atque divinæ, domi* suscipi. l. 4. C. de crimin. expil. heredit. Ita enim legendum est cum Antonio Fabro, non *domus*.<sup>2</sup> Nempe ea socia rei divinæ & humanæ est, quæ uxor in domum mariti, ut in domicilium matrimonii traducta est. Quorsum enim de divina domo loqueretur Gordianus, postquam dixerat uxorem esse *sociam rei humanæ atque divinæ*? id est, uti Modestinus loquitur inter conjuges esse *divini atque humani juris communicationem* l. 1. D. de rit. nupt. Hæc in transitu. Itaque uxor duci à viro, & nubere viro recte dicitur, uxor ducere maritum, vel maritus nubere mulieri, non recte: vel quotiens id non invito latino sermone dicitur, inhonestum, & turpe quid committi demonstratur: uti id palam est, in illa Constantini & Constantis constitutione, quæ incipit, *cum vir nubit in fœminam viris porrecturam* l. 31. C. ad leg. Jul. de adul-

<sup>2</sup> *Jurist.*  
*Papin. Scient.*  
*tit. 9. princ.*  
*3. illas. 14.*

*adulter. & ex hoc Suetonii de Nerone, sicuti ipsi Sporus, ita ipse Doryphoro denupsit. Nec permovere, ut contrarium sentiat, quem debet, quod Seneca dixerit: Tyrannus permisit servis, ut dominis peremtis, dominabus suis nubant.*<sup>1</sup> Potest<sup>1</sup> 7 *Contraversus* 6.

*Vxorem quare locupletem ducere nolim*

*Quaritis? uxori nubere nolo mea.*

Scilicet, cum contra maritorum dignitatem, vir abijt sub imperium uxoris: obsequia enim liberti debent patronis. Vel ita de ipso legibus incestuosos coitu loquitur Seneca: interdicta enim sunt liberti & patronæ connubia. l. 13. D. de rit. nuptiar. Minus negotii faceffit, quod Antoninus dicit, si ignorans statum Erotia, ut liberum duxisset. l. 3. C. solut. Sequioris enim ævi ista locutio est, nisi mavelis perverso more locutum Imperatorem de putativo & non vero matrimonio, quasi nupta dici nequeat, quæ in conditione mariti errans, seruo conjuncta fuit. Nonius tamen scribit, *nubere veteres non solum mulieres, sed etiam viros dicebant, uti nunc Itali dicunt.*<sup>2</sup> Hæc de nubendi verbo, de quo si quis plura scire aveat, adeat Cypræum,<sup>3</sup> Albericum Gentilem,<sup>4</sup> Valent. Forsterum,<sup>5</sup> & quos citant auctores. Conjugium à communi jugo dicitur, metaphoræ à bobus ducta eodem jugo assuetis, quod pares commode ferunt, impares excutere conantur. Est enim jugum conjugium, non solum mutui auxilii ferendi, sed benevolentia. Alii à juncta fide derivatum, & hinc uxorem jugalem dici volunt in l. 8 §. 3. C. de repud. l. 3. §. 1. l. 5. §. 1. C. de advocat. divers. judicum. Scribit Thomas, posse matrimonium quasi *matris munium* dici, quia præcipuum sceminarum officium & munus est educare prolem. vel quasi *matrem muniens*, quia cum se propter imbecillitatem naturæ contra majorem injuriam defendere nequeat mulier, viro nubit, quo defendatur & muniatur. vel quasi *matrem monens*, ne virum relinquat, alteri adhærens. vel quasi *matris monitum*, ut discat mulier se submittere viro. vel quasi *materia unius*, à *μὶν* & *materia*, ut indigitetur, ad hoc contrahi conjugium, ut ex duobus una proles nascatur, & vir & mulier in una sobole jungantur, & commisceantur.<sup>6</sup> Quæ hujus verbi etymologiæ quamvis veræ non sint, cum tamen allusione quadam etymologica, rei & vocis convenientiam scite ostendunt, & conjugum munia, naturamque conjugii efficaciter exprimunt, quia ingeniose inventæ sunt, commendabiles sunt, cum etiam in jocos venustas delectet. Sic non sine gratia Cicero dixit, *fidem à suo dictam, quod sit, quod dictum est.*<sup>7</sup> Et Augustinus *mentiri* ex eo, quod sit *contra mentem ire*. Quamquam *fidem* & *mentiri* primitiva habeant Grammaticorum filii. quamvis alii *mentior* à *menda*, adeoque à *minus dictum* volunt, quia is, qui minus quam opus est, dicit, is veritatem imminuit, diciturque mendax. Alii *matrimonium* duntaxat à *matris* nomine dici putant, quia ex spe sobolis procreandæ matrimonia æstimantur. arg. l. 220. D. de verbor. signific. vel quia ideo nubunt scemina, ut matres aliquando fiant. & ut Gellius loquitur, à *matris nomine non adepto; sed cum spe* & *omine mox adipiscendo.*<sup>8</sup> Sed hanc derivationem improbat Bachovius, quia æque

<sup>2</sup> De propriis sermon.

<sup>3</sup> Cap. 1. §. 33. de jur. connub.

<sup>4</sup> Libr. 2. cap. 3. & 22. de nupt.

<sup>5</sup> Libr. singu. de nupt. c. 2.

<sup>6</sup> In suppl. summ. Theol. quæst. 44.

art. 2. in resp. & in libr. 4. sentent. distinct.

27. q. 1. art.

<sup>7</sup> Et Augustinus *mentiri* ex eo, quod sit *contra mentem ire*.

<sup>8</sup> Libr. 1. offic.

Libr. 18. cap. 6.



sub spe & omine paterni nominis ducit uxorem pater, à quo tamen conjugium *patrimonium* non dicitur. <sup>1</sup> Alii à *matre* quidem, sed propter hanc rationem, quia mater semper certa est, l. 5. D. de in jus vocand. & teneriori affectu, quam pater, amare liberos creditur. Et quamvis civili ratione pater quoque certus dicitur, quem nuptiæ demonstrant. l. 5. D. de in jus vocand. l. 19. D. de stat. homin. l. 6. D. de his qui sui vel alien. jur. à matre tamen potius matrimonium dictum volunt, quia mater & naturali. & morali, & civili, adeoque omni jure semper certa est, utpote quam partus demonstrat. A matre dictum conjugium *matrimonium* est, non à patre *patrimonium*, quamvis vir dignior fœmina sit, & à digniori soleat sumi cujusvis rei denominatio. Tum quia liberi plurimum sanguinis, indolis, genii, & naturæ à matre trahunt, à qua concipiuntur, foventur, aluntur: ut hoc casu locum habeat regula, cum quid participat de natura duorum, actus tribuitur ei, cujus natura prævalet. arg. l. 10. D. de stat. homin. Dignior quidem fœmina vir est, ratione sexus; at in generanda sobole pares, ratione nutritionis præstat viro mulier, cui infans ante partum onerosus, dolorosus in partu, post partum laboriosus est. C. 2. & ibi gloss. x. de convers. infidel. Hinc matrimonium quasi matris onus, non absurda allusione, dixit Brederodius. <sup>2</sup> Hæc de nominum derivatione, jam ad nuptiarum definitionem progrediamur.

<sup>2</sup> *Analys. instit. tit. de nupt.*

Nuptiæ Justiniano Imperatori definiuntur, *viri & mulieris conjunctio indivi-* <sup>2</sup>  
*duam vitæ consuetudinem continens.* §. 1. Instit. de nupt. cum qua incidit Modestini definitio, si addatur *divini & humani juris communicatio.* l. 2. D. de rit. nupt.

<sup>3</sup> *Part. 2. de sponsalib.*

<sup>4</sup> *Libr. 5. c.*

<sup>5</sup> *6.9 & seqq. de sponsal.*

<sup>6</sup> *& matrim.*

<sup>7</sup> *in spec. procreandorum liberorum.*

<sup>8</sup> *Libr. 2. c. 3.*

<sup>9</sup> *4. 18. 19. & 20. de nupt.*

<sup>10</sup> *Libr. 8. c. 4. comment. ad jus civil.*

<sup>11</sup> *Libr. 1. c. 2. de sacram. matrim.*

<sup>12</sup> *de sacram. matrim.*

Hanc descriptionem tuentur, & explicant Soaccius, <sup>3</sup> Carerius, <sup>4</sup> Albericus Gentilis, <sup>5</sup> Connanus, <sup>6</sup> Basilius Pontius <sup>7</sup> & quos hi citant auctores. Nobis autem definiuntur nuptiæ, *publica viri & mulieris conventio ad communem totius vitæ consuetudinem, sub sponsione perpetua castitatis & perpetui amoris, & sub spe, seu in speciem procreandorum liberorum.*

Nuptiæ dupliciter considerari possunt, vel quatenus contrahuntur, vel quatenus ex & cum contractu confestim oriuntur, existuntque. Priori modo spectatæ à nobis definitæ sunt. Posteriori modo si accipiuntur, non conventio, sed ipsa viri & mulieris in unam carnem conjunctio sunt. *Viri & mulieris* conventionem seu conjunctionem nuptias esse dicimus, ut definitio nuptiarum solis hominibus, qui soli nuptias contrahunt, conveniat, *viri enim & mulieris* appellatio soli homini tribuitur. Modestinus nuptias dixit *maris & fœminæ* conjunctionem l. 1. D. de rit. nupt. Sed minus proprie meo judicio: *mas* enim & *fœmina* bruta animalia quoque appellantur. Quod observans Justinianus, conjunctionem *maris & fœminæ* dixit, cum de propagandi desiderio omnibus animalibus innato loqueretur. *prim. instit. de jur. natur. gent. & civil.* at dedita ut videtur opera, matrimonium *viri & mulieris* conjunctionem vocavit. §. 1. *instit. de patr. potest. Viri & mulieris* in singulari numero dicimus, ut polygamiā excludamus; utrumque sexum exprimimus, ut libidinem contra naturam in eodem sexu damnemus. Quid *vir*, quid *mulier* sit, ut omnibus notum, explicatione

tione non indiget: hoc tamen observandum est, nomen viri, ut & mulieris generale esse, atque iis omnes homines tum virilis tum fœminini sexus cujuscunque ætatis sint contineri l. 81. §. 1. D. de legat. 3. l. 25. §. 9. D. de aur. argent. mund. l. 13. D. de verbor. signific. Deinde, virum sumi pro marito, mulierem pro ea, quæ virum passa est. Primum habes in hoc Ovidii:

*Imminet exitio vir conjugis, illa mariti.*<sup>1</sup>

Alterum in hoc Ulpiani, quod si ego me virginem emere putarem, cum jam esset nulier l. 11. §. 1. D. de contrab. empr. item in l. 11. §. 5. D. de action. empr. & in l. 14. §. 1. D. de adilit. edict. Primum in hoc Terentii: tibi generum firnum, & filia invenies virum, id est, maritum.<sup>2</sup> Alterum in hoc Ciceronis objurgati, quod sexagenarius Popiliam virginem duxisset, cras mulier erit. Tandem, non minus propria significatione virum denotare adultæ ætatis hominem; mulierem, fœminam adultam & viripotentem, qui quæve sui similes producere possunt, scite Albericus Gentilis ait.<sup>3</sup> Sic Plinius: quod non modo in puero sive adolescente, sed etiam in viro admiratione dignum videretur.<sup>4</sup> Ovidius,

*Litera communis pueroque viroque*

*Inscripta est foliis.*<sup>5</sup>

Sic Ulpianus: mulierem ita ætatem, ut mulier fieri non possit, sanam non videri constat. l. 14. §. 7. D. de adilit. edict. & aperte in l. 13. D. de verbor. signif. mulieris appellatione etiam virgo viripotens continetur. Plautus, emit de lenone virginem, in ux, ut mulierem à lenone abduceret.<sup>6</sup> In hac postrema significatione nos his nominibus in definitione nostra utimur: requirimus enim ad nuptias masculos puberes, & fœminas viripotentes, sine ulteriori conditionis distinctione. Mulier à mollietate, ut inquit Varro, dicta est, immutata & detracta litera, quasi mollior; imo, ut inquit Passerat, à molendo, quod molatur, & permolatur. Vir, non ut aliqui volunt, à virtute, sed à vi dicitur, quod vi, hoc est, viribus & robore præstet.

<sup>4</sup> Cæterum, conventionem nuptias dicimus, quia pactum de conjungendis animis ordine naturæ ipsam præcedit cōjunctionem: existunt tamen eodem momento, quo interponitur nuptialis consensus, animorum hæc conjunctio, ipsæque nuptiæ. Viri itaque & mulieris conjunctio effectus hujus conventionis est, qui cum ipsis nuptiis existit. Dicimus conventionem publicam, respicientes ad nostros cōcundi ritus, quibus privato uniuscujusque arbitrio quidem relictum est, spondere & nuptias velle: at earum celebratio non nisi publice, & ex publica magistratus auctoritate institui potest. Per communem vitæ consuetudinem, communes ædes, commune habitaculum, lectulum & mensam communem, genus vivendi & morum institutionem æqualem, communem curam in re familiarum paranda, administranda, mutuam adjutorium in liberis educandis, omnium facultatum, vel earum usum communem arg. l. 1. D. de action. rer. amitt. l. 4. C. de crimin. expilis. heredit. & ut breviter cum Ulpiano loquar, communem familiam, commixtam, unamque domum, l. 1. §. 15. ad

M m m m 3

SC.

<sup>1</sup> Libr. 1. metamorph.

<sup>2</sup> In Andria.

<sup>3</sup> In l. 13. D. de verbor. signific. & libr. 5. cap. 2. de nuptiis.

<sup>4</sup> Libr. 7. Libr. 13. Metamorph.

<sup>5</sup> Met. 2. scen. 3. Cure.

SC. Sillan. atque tum rei divinæ & humanæ, tum omnis fortunæ, seu adversæ, seu prosperæ societatem intelligimus. l. 4. C. de crim. expil. heredit. l. 22. §. 7. D. sol. matrim. Talem namque volumus consuetudinem, ut in conjugibus locum habeat, quod ex vero conjugali affectu Portia Bruto marito suo dicebat, non se concubinam ei datam, lecti & mensæ tantum participem, sed uxorem, omnis fortunæ sociam. Dicimus *virī & mulieris conjunctionem ad totius vitæ consuetudinem*, primum ut societatem conjugalem discernamus à societate rerum, quæ & ipsa conventio, conjunctioque est; sed neque tempori, neque sexui cœuntium alligata. Deinde *totius vitæ* dicimus, ut indigitemus hanc consuetudinem respondere debere perpetuæ castitati & perpetuo amorī; ne quis putet nos respicere duntaxat ad statum, & conditionem vitæ prosperæ vel adversæ, non autem ad vitam, qua animantes sumus. Quod fecisse Modestinum, cum non *totius*, sed *omnis vitæ consortium nuptias* dixerit l. 1. D. de rit nupt, Connanus & Basilii Pontius volunt.<sup>1</sup> Nec caret illorum opinio argumentis. *Omnium* appellatio in discretis & numero diversis est: ut omnis fortunæ, tam prosperæ, quam adversæ. *Totum* autem in eo, quod unum & continuum est. Deinde, licita illis temporibus & frequentata divortia non sinebant jurisconsultum hanc societatem *totius vitæ consortium* definire. Et hæc est ratio forsā, quod Justinianus nuptias continere *individuum vitæ consuetudinem* dixerit. §. 1. *Instit. de patria potest.* non totius vitæ, non perpetuam consuetudinem. Individuum enim à juris auctoribus usurpatur pro eo, quod dividi quidem potest, at divisum non est. l. 7. D. si pars heredit. petatur. Alii vero in definitione Modestini *omnem vitam* pro tota, qua vivimus, accipiunt; quasi respexerit Jurisconsultus, quod eo omine & animo semper contrahantur, & contrahi debeant matrimonia, ut firmo vinculo stabilita ad mortem usque perdurent; neglexerit autem divortia, uti quæ, cum ex accidenti obveniant matrimonio, definitionem naturæ nuptiarum congruam mutare non debent. Sic justitia, perpetua suum cuique tribuendi voluntas, propter animum justī dicitur, itidemque homo justus, ob constans propositum, quamvis præter opinionem septies sæpius in die cadat. Nec hanc interpretationem respuit vox *omnis*. Scimus enim *omne* pro *toto* à probatis latinæ linguæ auctoribus sumi. Virgilius

*ceciditque superbum*

<sup>2</sup> Libr. 3.  
Æneid.

*Ilium, & omnis humo sumat Neptunia Troia.*  
Horatius

*Non omnis moriar, multaque pars mei*

<sup>3</sup> Od. 30.  
libr. 3. carm.

*Vitabit Libitinam.*<sup>3</sup>

*Individuum* consuetudinem nuptias forsā definivit Justinianus, quia conjugii usus vivente conjuge neque dividi, neque alteri, non factō divortio, sine crimine cōmunicari potest. Nos, ut excludamus omnem ambiguitatem, *totius vitæ* consuetudinem dicimus, quam non nisi mors vel adulterium solvere potest: at hi duo tristes successus, non respondentēs cœuntium voto, nec expectari, nec in definitione spectari debent. *Totius vitæ consuetudinem* denique dicimus, ne inpe

nempe ut perpetuum sit conjugium, ex voto & spe, id est, dum vivunt conjuges. Sic societas in perpetuum contrahi dicitur. *l. 1. D. pro socio.* & dotis causam perpetuam esse, darique ab uxore, animo illo & voto, ut perpetuo penes virum sit, Paulus ait in *l. 1. D. de jur. dot.* Vir in matrimonio animæ similis, uxor corpori est: quemadmodum autem anima sine hominis interitu à corpore separari nequit, ita nec uxor à marito, sine matrimonii dissipatione. Itaque talem requirimus vitæ consuetudinem, quæ & in præsentia, cuncta, quæ ad vitæ & societatem vitæ pertinent, indivisa & communia habet, & quæ non nisi morte alterius finitur. Exigit autem perpetuitatem matrimonium, tum quia contractus reciproci & mutui amoris, ortum habens ex naturali jure, ad propagationem generis humani contrahitur. *l. 220. §. 3. D. de verbor. signif. junct. l. 1. §. 3. D. de justit. & jur.* At hic finis neque sperari, neque commodè obtineri potest, nisi in perpetuo matrimonio. Ardentior amor inter conjugatos est, qui perpetuus exigitur. Fidelior rei familiaris & facultatum administratio in perpetua, quam temporaria societate. Rectior liberorum cura, ardentior dilectio, educatio melior, cum ne quidem spes sit inter parentes, divortii. Thomas ait, *matrimonium ex intentione nature ordinatur ad educationem proles, non solum per aliquod tempus, sed per totam vitam proles; ideoque conjugum perpetuam oportet esse conjunctionem.* Et certe, si cæteræ amicitia disflui non debeant, quanto minus ista, unde pendet tum propagatio, tum educatio nobilissimi animantis ad divinam imaginem creati. Nulla porro major voluptas, nulla res, quæ magis afficit animos parentum, quam quod certos agnoscant liberos suos, per quos familias suas in Republica sustentant. *arg. l. 9. C. de question. & sibi diuturnitatis memoriam in ævum relinquunt. l. 220. §. 3. D. de verbor. signific.* At sola matrimonii perpetuitas maxime certos reddere potest patres, se suos ex fida uxore conceptos & natos, non alienos educare; cum concubinatus & consuetudo ad tempus, & solius voluptatis gratia contracti facilius sæpiusque in adulteria & scortationes deflectant. Sub sponsione *perpetua castitatis* dicimus, ut indigemus, castum debere esse matrimonium, & perpetuo impollutum: imo tale, quod sola cogitatione libidinosa circa alienam mulierem maculare nefas est. *Matth. 5. vers. 28.* Non itaque sufficit corpore castum esse; sed & neque cogitatione, neque mentis affectu oportet circa extraneam ludere fœminam, & peregrinos suspirare amores. Jure poli adulterium committit, qui juxta uxorem cubans circa aliam mulierem occupatos affectus habet: dubitat Poëta, num ex tali consuetudine natus infans, legitimus an nothus dici debeat.

*Cum propria petulans conjux uxore movetur,*

*Hanc ulnis, tacitâ Phyllida mente tenet.*

*Hoc genitum coitu, consulti juris & aequi,*

*Legitime natum dicitis, anne nothum?*

Perpetua debet esse castitas, quia perpetuum matrimonium est, cui nihil adeo

con-

*In libr. 4.  
sentent. di-  
stinct. 33. q.  
2. art. 1.*

contrarium est, quam scortatio. 1 *Corinth.* 6. *vers.* 15. 16. Perpetuam castitatem ab utroque sexu exigimus. Nec hic viro licet, quod mulieri non licet. C. 2. *caus.* 29. q. 2. C. 4. *caus.* 32. q. 4. Parem potestatem in mutuam corpus habent conjuges, & ad parilem castitatem obligantur matrimonio. 1 *Corinth.* 7. *vers.* 4. Summa matrimonii lex esto. Bibe aquam ex cisterna tua, & fluenta è medio putei tui. *Proverb.* 5. *vers.* 15. Ne fias unum corpus cum scorto & divellaris ab uxore. 1 *Corinth.* 6. *vers.* 16. *Sub sponsione perpetui amoris* dicimus. 9 Sponsalium basis & vinculum matrimonii amor conjugalitatis est; debet itaque ille perpetuus esse, ut respondeat perpetuo conjugio, perpetuæ castitati. Perpetuus amor ardentissimus est; at talis requiritur in matrimonio, quod ob hujus mundi ærumnas plus aloës quam mellis habens multis difficultatibus premitur, non superandis nisi ab ingenti conjugali amore. Non est conjugium verum inter animis discordes, quamvis ædibus & lecto socientur. Concedit Leo divortium ei, cujus uxor de contrahendo matrimonio alium compellat, quia quæ matrimonii compage in unam carnem cum marito coit, non autem acquiescit, sed simul ad alium respicit, creatorem, qui illam conjunxit, contumelia afficit, & in maritum hostili animo est. *Novell. Leon.* 30. Ex perpetuo amore potissimum æstimatur matrimonium, si hoc Dei consideres, & erunt duo in carnem unam. Vna enim caro sine sui interitu in partes dividi nequit. Perpetuus itaque sit amor, ut maneat perpetua carnis unitas. Sed ut quis sciat, quam ingens quoque debeat esse conjugalitatis hic amor, perpendat ille, Adamum, primum omnium maritum & patrem, velle eum superare illum amorem, qui inter patrem & liberos per complexum dilectionis affectu ardentissimo est. Dicit ille, *relinquet patrem & matrem, & adhærebit uxori.* Adhæisionis verbum proprie dicitur de conjunctione cutis, carnis & ossium; talis itaque requiritur conjugum conjunctio, ut qui duo sunt, fiant una caro, sicuti ex cutis, carni, & ossium conjunctione arctissima, constituitur homo: at illa conjunctio obtineri nequit, sine ardentissimo amore, & voluntatum undequaque conspirantium concordia. Tandem dicimus, in *speci liberorum.* 10 Hic scopus piorum conjugum, hic finis matrimonii esse debet, casta Ecclesiæ gignere membra, *Ezech.* 16. *vers.* 20 & 21. Reipublicæ non indecoros cives; *Novell.* 39. in *pr. Novell.* 140. l. 1. D. *solut. matrim.* eo animo & voto ducere uxores, ut ex iis filios filiasque suscipiamus, ex quorum quarumve prole diuturnitatis nobis memoriam in ævum relinquamus. l. 20. §. ult. D. *de verbor. signif.* Prima Dei benedictio matrimonio data est, *crescite & multiplicamini*, ut nobis propagationis studium præcipuus scopus in matrimonio contrahendo esse debeat. Et certe cum ita cum humano genere comparatum sit, ut ob fragilitatem naturæ cito deficiat; cumque hoc ipsum vitæ curriculum, quod singulis hominibus ab Opifice Deo datum est, per brevibus decurratur spatiis; quis non advertit in eum finem institutum esse matrimonium, ut succedant nobis liberi, quibus quasi vitæ nostræ lampada traderemus, atque ita nobis perennitatem quandam compararemus, uti apud Dionem Augustus

gustus loquitur. *In speciem liberorum* dicimus, ut indigitemus, prolis desiderium, *Libr. 56. Hystor.* matrimonium maxime justum facere, neque id contrahendum esse, ut studeatur lascivix. In matrimonio liberis operam dare decens est, voluptates, quæ de meretricum amplexibus capiuntur, in uxore damnatæ. Xystus in sententiis inquit: *adulter est in suam uxorem amator ardentior. C. 5. caus. 32. q. 4.* Nomen uxoris honestatis esse, voluptatis concubinæ, Ælius Verus apud Spartianum ait. Castos ergo requirimus conjugum amplexus, ut eos divina voluntas, non libido copulasse credatur; castum amorem, & qui non nisi circa conjugem suam jugiter errat; pium desiderium prolis, & ut ea non duntaxat nobis, sed & Deo, & salutis Reipublicæ gignatur. Notandum est, quod Paulus Fagius docet, hisce verbis à Mose relatis, *& agglutinabitur uxori suæ, non studium carnalis libidinis in uxore explenda, sed potius pudice amandi eam, favendi, tuendique præcipi: Ideoque ad affectum, convictam, & consuetudinem conjugalem, quæ maritus uxorem complectitur, fovet, ac defendit, potius; quam ad fœdæ libidinis expletionem ea referenda esse.* Desiderio itaque prolis teneantur conjuges, & caste honeste que in matrimonio vivant. Hæc de nostra nuptiarum definitione, quam si cui secundum Dialecticorum artem resolvere libeat, sciat, causam efficientem nuptiarum principalem, Deum esse, non tantum, uti omnium rerum rector & director est, sed speciali quodam modo, quatenus unicuique costam suam quasi manu tradit. Hinc conjugii præsul & præses dicitur. *C. 4. caus. 32. q. 4.* fœdus Dei appellatur matrimonium. *Proverb. 2. vers. 17.* atque teste Deo iniri dicitur. *Malach. 2. vers. 14.* Causam proximam, virum & mulierem: instrumentalem consensum, quatenus homo prolato consensu efficit nuptias: materiam itidem virum & mulierem, quatenus eorum corpora in matrimonio traduntur: forma consistit in modo tradendi, nempe in conjunctione voluntatum & affectuum, sub sponcione perpetui amoris: fœcis spes liberorum est: genus conventio est, nomen generale & ad omnia pacta perti-  
*Ad Chald. paraph. Genes. 2.* nens. *l. 1. §. 3. D. de pact.* Differentia in cæteris verbis consistit, quibus ab aliis contractibus nuptiæ distinguuntur; ut & à concubinato, qui neque ad castitatem servandam, neque sub sponcione perpetui amoris fit.

12. Diximus nuptias, quatenus ex conventionem corumtium oriuntur, viri & mulieris in unam carnem conjunctionem esse. In qua definitione non satis mirari possum efficaciam phrasæ divinæ, qua usi fuimus in exprimenda nuptiarum natura. Quæ enim res magis referre potest arctitudinem conjugii, quam ut dicamus, duos in matrimonio unum fieri? Quæ magis docere, individuas esse nuptias, quam ut dicamus, eas in unitate carnis consistere? Conjugum autem hæc unitas præcipue in conspirantium undequaque voluntate consistit; tum enim coalescunt in unum hominem conjuges, cum eorum animi per nuptias junguntur: non tum demum, cum corpora misceantur. Optime Ulpianus, *nuptias non concubitus, sed consensus facit. l. 30. D. de regul. jur.* At consensus animi operatio est, concubitus corporis. Equissimum quoque & convenientissimum est, magis ex animorum & voluntatum, quam corporum

N n n

coalitio-

coalitione nuptias æstimari: tum quia illicitus est coitus, quem non præcessit in nuptias animorum consensus, atque adeo ipsæ jam tum contractæ nuptiæ: tum quia conjugium non tantum utilitatis, sed & publicæ honestatis ratio induxit, vagari horrens venerem, & momento temporis durantes amores: tum quia in conjunctione corporum, nisi spectetur quatenus per nuptias honesta redditur, nil nisi turpe, nil dignum homine reperitur, sed id duntaxat, quod homini cum belluis commune est: meretricio more cubare, coitionis sordes ferre, non minus eleganter quam honeste Theodosius cum Valentiniano dixit. *l. 6. C. de spectac. & scenic.* At voluntatum conjunctio, res honesta est, animæ rationalis opus, dignum homine ad societatem nato, & quæ matrimonio interposita designare conjunctionem Christi cum Ecclesia apud Paulum meretur. Non mihi placent, qui cum Innocentio tertio. *in C. 5. x. de digam. non ordin.* & Alexandro tertio. *in C. 2. C. 7. x. de conversion. conjugat.* volunt, divinam phrasin, & erunt duo in carne una, seu in unam carnem. *Genes. 2. vers. 24.* seu una caro. *Matth. 19. vers. 5. Marc. 10. vers. 7. 1 Corinth. 6. vers. 16.* significare, tum tantum unam carnem fieri neogamos, cum consuetudine conjugali utuntur. Nimis enim carnalis hæc argumentatio est. Fiunt quidem quodam sensu una caro, ratione corporum, cum consuescunt conjuges, sed quod ad conjugii vinculum, cum contrahunt. Et quamvis non male Hieronymus & alii sentiant, ad prolis generationem respexisse Deum: quia utriusque parentis caro filius est. Nec qui docent, his verbis inculcari sobolis propagandæ studium; vel indigitari, victuros parentes in liberis esse. Rectius tamen illi mihi sentire videntur, arctum conjugii vinculum, & individuum conjugum amorem hac locutione designari. Argumento mihi est, quod postquam ratione creationis dixerat Adam, esse Evam os ex ossibus suis, carnem de carne sua, tum demum intuitu matrimonii dixit, relicturum esse virum parentes suos, & adhæsurum uxori, futurosque duos unam carnem. Scilicet quamvis major reverentia filii, minor tamen debet esse amor mariti adversus parentes quam uxorem, cui adhærere, & propter quam parentes relinquere debet: quia in matrimonio costa jungitur corpori, & ob mutuum amorem, qui duo fuerant, habentur una caro. Sunt igitur conjuges una caro, primum concentu ac consensu animorum, dilectione & amore conjugali; qua ratione virorum quorundam sævitiam detestans Paulus, ait, mulierem viri carnem esse, neminem autem odio habere propriam carnem: & inculcat, *qui diligit suam uxorem, se ipsum diligere. ad ephes. 5. vers. 28. & seqq.* Deinde ratione juris, quod conjugibus tribuunt nuptiæ; juxta illud Apostoli, uxor non habet proprium corpus in potestate, sed vir; vir non habet proprium corpus in potestate, sed uxor. *1 Corinth. 7. v. 4.* Nec ficta, vel ex fictione juris hæc carnis unitas est, sed vera, à Deo, veritate ipsa coagulata.

## CAPUT VICESIMUM NONUM.

*De thori & mensæ separatione.*

## S U M M A R I A.

1. Lætuli & mensæ separatio licita apud Romanos ex arbitrio conjugum fuit.
2. Errant, qui thori & mensæ separationem Romanis incognitam fuisse statuunt.
3. Canonica divortia nihil aliud quam thori & mensæ separationes sunt: & quid circa ea jure canonum statutum sit, breviter refertur.
4. Privata conjugum secessio moribus nostris prohibita est.
5. Vir & mulier ad consortium vitæ constringi possunt.
6. Quando sine judicis auctoritate à marito secedere uxori liceat?
7. Facilis non debet esse judex in concedenda thori & mensæ separatione.
8. Justa conjugum separationis causa adulterium est, & adulterii violenta suspicio.
9. Justa separationis thori & mensæ causa infidelitas non est.
10. Propter causas divortii à Justiniano in Novell. 117. cap. 9. relatas, hodie separatio conjugum admittitur.
11. Justa separationis alia causa afferuntur: an marito uxorem verberibus castigare liceat, queritur.
12. An, & quam actionem adversus maritum mulier habeat verboribus excepta?
13. Referuntur causæ, propter quas iustamari ab uxore secessio est.
14. Si mulier nolente marito, cum extraneis convivetur viris, vel theatralibus ludis interfuit, an thori & mensæ separatio concedi possit?
15. An ob quotidiana mulieris jurgia marito thori & mensæ separatio concedenda sit?
16. Separatio thori & mensæ non conceditur ob quoslibet mulieris vel viri malos mores.
17. Separatione thori & mensæ facta, donatio inter conjuges facta irrita est, neque alterius morte confirmatur.
18. Separatio conjugum ad tempus semper, & sub spe reconciliationis instituitur.
19. An cautione præstita, ne se viat vir, cogi possit mulier habitare cum suo marito?
20. Reconciliati conjuges, privata auctoritate renovare possunt intermissum vitæ consortium.
21. Divortii, & separationis conjugum diffrentia traditur.

**E**xcessimus hæcenus omnes ritus, omniaque jura, quæ in nuptiis constituendis observanda sunt: ut autem suis hic partibus absolvatur liber, duo adhuc exequenda nobis restant, lætuli nempe & mensæ separatio, quæ individuum vitæ consuetudinem intermittit; atque divortium, quod matrimonium prorsus turbat, resolvitque. Secessionem conjugum, ut de hac primum loquamur, cum minus divortio conjugium turbet, Romanis licitam fuisse Ulpianus testis est, referens, interdum & inter consulares personas subsecutum fuisse, ut maritus & uxor diu seorsim habitarent, atque nihilominus honorem invicem matrimonii haberent. l. 32. §. 13. D. de donation. int. vir. & uxor. Cum de consularibus personis hic loquitur jurisconsultus, de iis intelligendus non est, qui consularibus provinciis præfecti, uxores domi relinquebant. l. 4. §. 2. D. de offic. Proconsul. sed de præsentibus: non enim dubium potuit esse, inter maritum in Provinciam missum, & uxorem Romæ relictam matrimonium permanere. Nec quoque loqui Ulpianus æstimandus est, de



iis conjugibus, qui, (ut mos veteribus fuit) in partibus ædium separatis seorsum habitabant; uti ex l. 15. *D. de action. rer. amotar.* patet, in qua separatim habitare, non est in diversis ædibus, sed in ejusdem domus diversis cœnaculis habitare. Tales diætæ, testè eodem Ulpiano, in hortis etiam ad habitandum paratæ fuere. l. 5. §. 3. *D. de inj.* Sic Scævola dicit, virginem in hortos deductam ante diem tertium, quam ibi nuptiæ fierent, *in separata diætâ*, id est, cœnaculo, cœnatione, à sponso fuisse, & ex ea, die nuptiarum ad eum transiisse. l. 66. §. 1. *D. de donat. inter vir. & uxor.* Sic scribit Lampridius, Alexandrum Severum *in matrem Mammaam unice piūm fuisse, ita ut Roma in Palatio faceret diætâ nominis Mammae.* Hujusmodi autem conjuges, cum sæpius conveniant, & quotidie, quantum ad cætera, consuetudinem vitæ habeant, non possunt dici, diu seorsum habitasse: quod tamen requirit Ulpianus, ut secessio conjugum, manente interim matrimonii honore, facta dicatur. Loquitur itaque Ulpianus de iis, qui consortium vitæ intermittunt, seque adeo invicem separant, ut diu diversis ædibus habitent, honorem tamen invicem matrimonii habentes. Hoc autem sæpius in Romana contigisse Republica, is facile opinabitur, qui animo reputaverit, hanc mediam viam à conjugibus electam fuisse, cum ex una parte, morosæ mulieris vel duri mariti mores non paterentur vitæ consortium, ex altera parte, communium liberorum amor, & ipsorum conjugum pudor, honor, dignitasve non suaderent divortium. Et hæc quidem secessio, bona gratia, ex utriusque conjugis voluntate fiebat. Sunt & aliæ secessionis species in libris nostris notæ, quæ mala gratia factæ dici possunt. Ut ecce, cum ob recentem mariti iram, sævitiam, rixasque ortas ab eo invito secedit uxor. Quo referri potest, quod Diocletianus & Maximianus Imperatores actionem ad exhibendum viro negant, cujus uxor à parentibus non invita detinetur. à *contr.* l. 11. *C. de nupt.* Non enim credendum est, ortâ inter conjuges contentione, confestim itum fuisse ad divortium: cum amantium iræ soleant esse amoris reintegrationis. Potest & simulatum divortium, Romanis notum, secessio quædam dici; veluti cum vel utriusque voluntate, vel invito marito divertit uxor, tum ut quasi venali concordia, indotata rediret. l. 27. *D. de pact. dotal.* tum ut jure consisterent donationes, quas maritus in reversuram uxorem conferret. l. 64. *D. de donation. inter vir. & uxor.* Sed Papinianus hanc conventionem moribus improbandam dixit. d. l. 27. invalidam donationem ex auctoritate aliorum Javolenus, d. l. 64. Ratio est, quod nunquam inter hosce conjuges verum divortium, sed simulatum, sed secessio duntaxat accidisse intelligitur. Erat quoque conjugum secessio duntaxat, cum non secundum legitimam observationem divortium factum esset, cum non videretur solum matrimonium. l. 35. *D. de donation. inter vir. & uxor.* Secessio quoque dici potuit, cum leve jurgium (quod plebeio, & sordido vocabulo, ut Gentilis sentit; <sup>1</sup> novo & nusquam alias reperto, ut Alciatus ait, <sup>2</sup> fribusculum seu frigusculum appellat Ulpianus, quia teporem amicitiae & gratiae frigus vocarunt Romani) noctem unam aut alteram, aliquodve tempus separabat conjuges, at non diu-

<sup>1</sup> Libr. 3. cap. 20. de donat. inter vir. & uxor.

<sup>2</sup> In l. 191. D. de verbor. signif.

dirimebat matrimonium. l. 32. §. 12. D. de donatione inter virum & uxorem.

2 Hæc secessio conjugum, sive seorsum habitatio, quoties instituebatur, non alium auctorem, quam privatam conjugum voluntatem habebat. Nec hoc in dubium vocandum est, cum apud Romanos & contrahere, & dissolvere divortio nuptias, privati erat res arbitrii. Falluntur itaque illi, qui thori & mensæ separationem Romanis incognitam fuisse contendunt. Nisi talem intelligent, quæ invita parte altera fieret, & longius quam frigusculum, duraret. Tamen enim alterutrum facere secedenti mulieri necesse fuit: vel divertere; vel (coacta, judicis officio, si volens, interdicto ad exhibendum, si invita à patre detineretur) redire ad maritum, & cum eo esse. Judicis enim auctoritate interveniente, quæ ad tempus fuerit thori & mensæ separatio, Romanis incognita fuit, nec ejus ullum in libris nostris vestigium. Verum quoque est, eam, quæ ex privata conjugum voluntate fiebat, lectuli & mensæ separationem non fuisse vocitatum, sed secessionem, vel obfrigusculum secessum.

3 Divortia canonica, cum matrimonii vinculum non solvant, meræ thori & mensæ separationes sunt. De hisce ita Interpretes scribunt. Separatio thori & mensæ alia perpetua est, alia quoad certum, incertumque tempus admittitur. Perpetua separatio est, quæ ob adulterium vel hæresin conjugis interponitur. propter adulterium ex jure naturæ & divino; propter hæresin, ex jure ecclesiastico. Læsa pars invitum adulterum, ante & post latam divortii sententiam, cogere quidem potest ad renovandum vitæ consortium, at ipsa illo tempore cogi nequit, etiamsi emendaverit vitam suam lapsus conjux, nisi & ipsa ante latam divortii sententiam adulterium committat. Verum si hæc scortatio post latam accadat sententiam, negatur quidem primo adultero actio ad renovandum consortium, sed judicis est, officium suum nobile interponere, & adulteros ad concordiam, & vitæ consuetudinem constringere. Resipiscensem hæreticum ante latam sententiam divortii recipere, cogi potest fidelis, post latam sententiam cogi nequit, etiamsi ipse postea hæreseos damnetur. Temporaria fit separatio ob nimiam mariti sævitiam, vel cum nefando crimini deditus conjux ad peccandum seducere conatur comparem, eamque tentat impellere ad perditionis chaos; at si ille pœnitentia acta serio convertatur, vel cautionem præster, nihil mali se conjugii illaturum, ad consortium vitæ rursus pars altera cogi potest, nisi ejus odium vatiniandum & internecinum credatur, ut cautionis fragilitati fidendum non sit. Cæterum, relatas ob causas, non solum conjugale debitum negare exigenti, sed etiam propria auctoritate secedere parti læsæ licet; & si conveniatur, alterius actionem elidere potest, opposita adulterii, hæreseos, conatus seductionis ad peccandum exceptione. Hæc ex jure canonico delibasse sat est. Eorum usum, & quatenus rectæ convenient rationi, sequentia docebunt.

4 Omnis privata lectuli & mensæ separatio moribus nostris interdicta est:

17. & 18. Barbof. d. loc. n. 24. 25. 29. 30. Basl. Pont. libr. 9. cap. 23. de sacram. matrim. disp. 12. & seqq. Barbof. d. l. n. 25. & seqq.

sive bonagratia, seu pari consensu secedant conjuges, sive ea secessio fiat ob malos mores, spurcitiamve reluctantis comparis. Ratio juris hæc est. Non debet destrui privato arbitrio, quod publicum est, & judici sponsum; at matrimonii contractus hodie publicus est, & stipulanti judici individuum vitæ consuetudinem spondent conjuges. Nec mihi contradicas, iri in consortium vitæ solo consensu. Non enim in separatione hujus consuetudinis eadem est libertas per dissensum, quæ fuit in ejus constitutione per consensum; quia semel contractum matrimonium indissolubilem vitæ consuetudinem sui natura continet. Deinde hodie, velle vel non velle nuptias, privati quidem arbitrii est, at eæ non celebrantur nisi ex judicis auctoritate, ut præcipuum earum requisitum, vitæ scilicet consortium, intermitteri quoque non debeat, sine judicis auctoritate. *arg. l. 35. l. 100. D. de Regul. Jur. uti expressa constitutione Fœderati Belgii Ordines sanciverunt. art. 92. Egh Regl. vande Stat. Generaal.* Itaque eos conjuges, qui communi voluntate in separatis ædibus habitant, (quos voluntarios spadones Tertullianus vocat) ex arbitrio judicum corre-

<sup>1</sup> *Vid. Sanchez. d. lib. disput. 12. 15. 17. 18. Kitzel. c. 10. Theor. 4. Synops. matrim. Barbos. d. l. n. 25. Carpx lib. 2. tit. 12. de fin. art. 16. 17. Ordonnant. van Matrimonij. saack. tot Amsterdam. ann. 1586. 207. 208.* Etos ad consuetudinem vitæ cogere Prætores Urbani debent. Verum est, privatæ huic secessioni nullam pœnam indixisse Politicam Hollandiæ constitutionem: & hæc forsan causa est, quod in hanc rem non adeo inquirent Prætores Urbani, ut ea privati arbitrii fere esse videatur. Sed ipsa conjugii natura satis docet, separatam conjugum habitationem illicitam, & multa pecuniaria vindicandam esse. Amstelædamensis Magistratus huic flagitio centum florenorum multam in singulos menses, dum durat separatio, indixit.

*jurispr. cons. differt. 5. q. 9. De caus. matrim.* Si se separaverit mulier à reluctantæ marito; vel vice versa maritus secesserit à reluctantæ uxore; ille seu illa ex sponsione perpetui consortii nuptiis interposita, actionem paratam habet ad cogendum ad vitæ consuetudinem invitum. Possessorio quoque interdicto adversus uxorem experiri maritus potest, ex matrimonii jure, quo utriusque conjugis corpus alterius potestati subiectum est. <sup>2</sup> Et refert Christineus interlocutione Curiæ sæpius mulie-

<sup>2</sup> *Kitzel. c. 10. Theor. 4. liter B. Synops. matrim. Canis. in C. 3. & 4. x. de divor. 3. Volum. 8. decis. 138. junct. cap. 10. x. de restitut. spoliat.* res, quæ propria auctoritate secesserant, condemnatas fuisse, pendente lite, ad maritos reverti, interposita ab illis cautione, nullum sævitæ exemplum eos in uxores interim edituros. <sup>3</sup> Mulier quoque privata auctoritate domo exturbata, interdictum recuperandæ quasi possessionis adversus maritum intentare potest, ut in pristinum statum restituatur. *cap. 3. 4. x. de divor.*

<sup>3</sup> *Canis. in C. 3. x. de divor.* Quod autem diximus nullam secessionem ob malos conjugis mores licitam esse, cum temperamento intelligendum est, ut locum habeat, tum cum levissimos ob mores se sejungit conjux, tum etiam in diuturniori mora. Nam si se separet mulier ob notam omnibus mariti sævitiam, adulterium, aliamve ob causam, quæ apertissime separationem admittit, culpari nequit, modo imploret confestim judicis officium, ne proprio arbitrio diuturniorem secessionem facere videatur. Judex causa summarie cognita, si reperiat ali-

aliquam & non levem divertendi causam maritum uxori dedisse, & contra sævitiā viri non recte caveri posse, condemnare maritum debet, ut sinat uxorem, dum pendet lis, apud notā auctoritatis matronam divertere, eique alimenta præbeat, pro ratione facultatum & dignitatis utriusque, litisque sunt exhibeat, atque ei interdicare, ne interim uxorem suam, parentelæ ejus virulentius lacessat, famamve eorum proscindat. <sup>1</sup> Si mulier clam viro cum diverteret, ex ædibus communia quædam bona, secum abstulerit; ea ante omnia marito, ut familiæ Principi, & communium rerum ex lege conjugalis societatis domino, restituere debet. <sup>2</sup> nisi non leve sit indicium, maritum duntaxat ablatorum restitutionem urgere, ut ea, pendente lite, in odium uxoris dilapidare possit: quo casu ablata ab uxore in publico loco, usque ad litis finem deponenda sunt, uti me Scabino Lugduni Batavorum judicatum memini. <sup>3</sup>

7 Antequam recenseamus justas secessionis causas, præmonendum est, non facilem esse debere judicem in admittenda thori & mensæ separatione; sed ei omnia prius tentanda, ut reconcilientur conjuges, quos calor forsan iracundiæ, frigusculum, vel alia quævis levissima causa disjunxit. Nec ad hoc secessionis asylum deveniendum, nisi obtinendæ concordiæ & amoris redintegrandi spe prorsus deplorata: tum ne detur scandalum Ecclesiæ ex male concordii, & præter vinculum, cætera disjuncto matrimonio: tum quia Rei publicæ interest, generationis studium promoveri, ut continua sobole efflorescat. *Novell. 22. in pr.* tum ne membra Christi exponantur insidiis Satanz, tentantis quos longius, quam ut orationi & jejuniis vacent, sejungit tempus. *1 Corinth. 7. v. 3.* Fragilis enim est humana natura, & in separato matrimonio ad libidinem præceps. Quod animadvertentes Ebræorum Magistri interdixerunt maritis sine uxoribus domicilium habere, ne libidinis stimulis urgeantur; & vicissim uxoribus, sine maritis habitare, ne suspectæ reddantur, & libidinosorum hominum importunis appellationibus obnoxiiæ. <sup>4</sup>

8 Inter causas, quæ thori & mensæ separationem jure inducunt, primum locum adulterium obtinere, nemo est qui ambigere potest. Id enim cum hodie ipsum matrimonii vinculum dirimat, secessionem conjugum justam facile operabitur; cum minus sit separare conjugalem vitæ consuetudinem, quam ipsum solvere conjugium. <sup>5</sup> Nec mihi contradicas, melius esse hoc casu injungere parti castæ ad diremptionem matrimonii agere, ut post ejus nuptias, & adulter posset cum alia, cubilia sociare, ne relinquatur ustulandus concupiscentiæ flammis. Etenim agat pœnitentiam, à Deo deprecetur continentiæ donum, & emendet vitam adulter, ut possit aliquando reconciliari honestæ conjugii, præoptanti divortio thori & mensæ separationem, in favorem communium liberorum, ut qualiscunque honor matrimonii tegat, deleatve labem, & infamiam mariti; & ne velle videatur divortium, ut in alterius rueret amplexus. Si adulterium perpetratum non recte probari possit, attamen ejus violenta sit suspicio, concedenda quoque petenti parti, thori

<sup>1</sup> *Haveman. libr. 3. Tit. 8. & libr. 4. Tit. 4. post. 6. Gamolog. synopt. Sanch. libr. 10. disput. 18. de matrim.*

*Carpz. lib. 2. Tit. 12. definit. 222. jurispr. confessor. Basil. Pont. libr. 9. cap. ult. n. 11. de sacram. matrim.*

<sup>2</sup> *Christine. vol. 3. decis. 138. n. 4.*

<sup>3</sup> *Inde Saake van Hendrick Heynsberghe. ende Helena Verney. den 30 Sept. 1661.*

<sup>4</sup> *Selden. libr. 5. cap. 2. de jur. natur.*

<sup>5</sup> *Kitzel. c. 10. Theor. 4. synopt. matrim. vide qua tradit Sanch. libr. 10. disput. 3. & seqq. de matrim.*

thori & mensæ separatio est. Quæ hoc casu violentam inducant adulterii perpetrati præsumtionem, docent Menochius, <sup>1</sup> Sanchez, <sup>2</sup> Kitzelius: quos vide.

<sup>1</sup> Menoch. libr. 5. præsumt. 41. de præsumtion.  
<sup>2</sup> Libr. 10. disput. 12. n. 40. & seqq. & 13. n. 4. de matrim.  
<sup>3</sup> Kitzel. cap. x. Theor. 19. lit. h. i. Synops. matrim.

<sup>4</sup> Thom. in libr. 4. sentent. distinct. 39. q. 1. art. 3. Thom. Sanob. lib. 7. disput. 73. n. 7. & 12. de matrim. Basii. Pont. libr. 7. c. 48.  
<sup>5</sup> Bezan. de repud. & divor. Carpz. libr. 2. Tit. 1. definit. 7. n. 2. & seqq. jurisprudent. consistor.  
<sup>6</sup> Est argum. Sanob. libr. 10. disput. 18. n. 3. de matrim.  
<sup>7</sup> In C. 2. & 7. x. de divor.  
<sup>8</sup> Libr. 1. c. 14. de matrim. sacram.  
<sup>9</sup> Consul. Spanhem lib. 3. dubior. Evangel. 150.

Si deflectat ad hæresin conjux, alteri actio ad thori & mensæ separationem non nascitur: multo minus, si ex duobus infidelibus matrimonio junctis, alter amplectatur Christianam fidem. Est enim Pauli doctrina, *Si habitare tecum velit infidelis, ne eam dimittito.* 1 Corinth. 7. v. 12. Nec hic audiendi Pontificii sunt, qui non tantum hisce casibus fidei concedunt actionem ad separandum, sed insuper volenti consortium vitæ interdiciunt, quamvis possit absque Creatoris contumelia cum eo habitare; voluntque Pauli præceptum, consilium duntaxat esse temporis primitivæ Ecclesiæ accommodatum, at jam diu ex justa ratione, & suadente necessitate, contraria Ecclesiæ consuetudine & præcepto abrogatum. <sup>4</sup> Verum, ut iis aliquid regeramus. Apostolus dum instruit Corinthios, cum non haberet expressum præceptum à Domino, haberet tamen Spiritus donum, consilium dat ut præceptum omni seculo observandum. Nam & nunc infidelis sanctificatur in credulo, & sancti sunt liberi ex infideli & credulo nati: quæ ratio Paulini Præcepti est. 1 Corinth. 7. v. 14. Metus seductionis, quem prætegunt Pontifices, major debuit esse tempore nascentis quam adultæ Ecclesiæ, quia major erat infidelium numerus; nec minus hodie in tyronibus gratia fidei efficax & affectus ad fidem reperitur, quam initio nascentis Ecclesiæ repertus fuit: ut æque hodie speranda sit alterius conjugis ex fidelis consortio conversio, quam hujus formidandus ad priorem vomitum relapsus. Obtineat itaque Paulinum præceptum, etiamsi quoque fidelem seducere tentet hæreticus, modo id non intoleranda conetur sævitia, & habitare cum eo, eamque, ingruente aliunde persecutione, in periculo vitæ versantem protegere velit. <sup>5</sup> Etenim à Deo deprecandum est perseverantiæ donum, & clypeo fidei resistendum tentationi. Pessime porro hic objici solet alius Pauli locus; *hæreticum hominem, post unam aut alteram admonitionem repelle.* ad Tit. c. 3. v. 10. <sup>6</sup> Vult Apostolus, non esse in vanum contendendum cum eo, quem noris eversum esse, & suo judicio condemnatum: at de separando ob infidelitatem alterius conjugio, ne verbum quidem hoc loco profert. Pejus & magis ridicule hæc Christi à Canisio <sup>7</sup> post Bellarminum <sup>8</sup> in medium proferuntur; *si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & liberos, & fratres, & sorores, atque adeo etiam animam suam, non potest meus esse discipulus.* Luc. 14. vers. 26. Item, *si oculus tuus scandalizat te, erue eum.* Matth. 18. vers. 9. Quæ certe ne quidem refutatione digna sunt. <sup>9</sup> Verum si infidelis intoleranda sævitia conetur orthodoxam mulierem flectere ad heterodoxiam, vel nolit esse cum conjuge fidei, eamque deserat; agnoscat tum illa libertatem suam, nec ita se subjectam deputet servituti, ut ipsam dimitteret fidem, ne conjugem amitteret infidelem. C. 7. caus. 28. q. 1.

Si homicida, veneficus, sacrilegus, latro, latronumve susceptor, abactor, <sup>10</sup> plagiarius, uxoris vel filiarum suarum leno sit, vel tentet esse maritus, contra impe-

imperium aliquid molietur, laboret morbo gallico, ut suspicio sit perpetrati adulterii, criminis falsi condemnatus sit, parata uxori ad separationem thori & mensæ actio est. *arg. novell. 117. cap. 9. §. 1. & seqq. arg. l. 8. C. de repud.* Non tantum propter animæ periculum, quod ex tam scelerato consortio ei imminet; sed & ut evitet tum suspensionem, ne tanquam consentiens sceleribus habeatur, tum periculum, ne quasi receptrix furum, & atrociorum criminum reorum puniatur. Nec illos interpretes admittendos sentio, qui statuunt, denegandam esse uxori lectuli & mensæ separationem, quamdiu nullum ex sceleribus mariti periculum sibi metuit. Etenim cum uxor illustretur radiis mariti l. 8. *D. de senator.* incurrit etiam aliquam notam infamiae ex sceleribus mariti: at integra fama viro probo vitâ charior esse, & fulvo auro præferri debet. l. 10. §. 2. *D. de pæn.* Eodem loco mihi est Sanchis sententia, docentis, licitam non esse uxoris secessionem, visitantis ex iis, quæ furto maritus acquirit; quomodo sane sceleris particeps negari potest, quam scientem maritus furto ablatis alit? Frivola & nugatoria viri docti excusatio est, modo parce vivat, nec sumtuosius, quam ejus statum decet; vel modo habeat restituendi animum, cum sui juris effecta fuerit. Melius enim est, ut à viro se separet, & manibus victis quærat, quam ut parce furtivis utatur mulier: & non minus improbus est, qui furto ablatis utitur, cum animo restituendi, (cujus nunquam dabitur forsitan potestas) quam qui cum eodem animo furatur. Furtum omittendum est, & à furtivis abstinendum, ne restituendi oriatur necessitas.

Præterea, si vel ab ipso conjuge, ejus consilio aut ope, vel conjuge instigante, ab alio structæ alterius vitæ insidiæ reperiantur: vel si sciat conjux com-  
 11 paris sui vitam sub ancipiti hære, neque indicet periculum, neque studeat imminuentem injuriam propulsare, & secundum leges ulcisci, parata ad secessionem uxori actio est. *arg. Novell. 117. cap. 9. §. 2. l. 8. C. de repud. C. 8. x. de restit. spoliat.* Metus quoque struendarum vitæ insidiarum, si non vanus sit, sed talis, qui in constantem scæminam cadere possit, sat causæ ad hanc rem uxori est. Quid si male tractet uxorem maritus? si sæviat in eam extra modum & rationem, idq; non semel sed sæpius, diris execrationibus minetur, & talis sit, qui minas exequi solet? excusanda uxor est, quæ sibi separatione thori & mensæ à majori periculo cavet. Verum sævitiam non inferunt gravis aliqua, & cum grandi supercilio iracunda increpatio, verberum, vel alterius mali minæ; non enim semper, ut Havemannii verbis utar, *tenetur maritus, omnia sua verba, se jamo, papavere, ac violis vestire, sed obloquentem mulierem increpare, imo increpitare ei fas est.* Sed quid? an verberibus excipere uxorem marito quandoque licet? Putat id Sanchez, si nimium illa eum offenderit; attamen ita, ut non frequenter, nec propter levem offensam hoc remedio utatur, nec ut quoque atrox supplicium sumat ob gravem injuriam; sed ut rato, & cum necessitas urget, atque moderate castiget uxorem. Cui ad stipulatur Havemannus, cum ait, fas esse marito obloquentem mulierem, palma & pugno attingere, si peccet. Et scribit Carpzovius, non invidendam esse marito potestatem, qua injuriam ab uxore sibi illatam

*Groenew. in l. 8. C. de repud. n. 6. Barbof. in 2. part. Rubric. D. solut. matrim. n. 28. Havemann. libr. 3. tit. 8. de jur. conub. Sanch. lib. 10. disput. 17. de matrim.*

*Mench. de arbitr. jud. cas. 137. n. 5. Sanch. libr. 10. disp. 18. de sacram. matrim. Groenew. in Novell. 117. cap. 14. Grot. libr. 1. part. 5. n. 30. In- leyd tot de Hollant. Reghtsgel. Sand. decis. Frif. libr. 2. tit. 6. defin. 1. Havemann. libr. 3. tit. 8. & libr. 4. tit. 4. posit. 6. Gamol. Synopt. Sanch. d. libr. 10. di- sp. 18. vid. Arnif. cap. 7. sect. 4. n. 5. & seqq. de jur. conub. Barbof. ad. 2. part. rubr. D. solut. matrim. n. 31. & seqq.*

verberibus etiam repellere valet, ne recondita suspitionem incurrat, jureque mariti se indignum reddat.<sup>1</sup> Hoc inclementius jus alitruunt memorati auctores tum ex eo, quod Justinianus non permittat divortium ob fustibus & flagellis cæsam à marito uxorem. Novell. 117. cap. 14. tum quod moderata verberatio non excedens modum domesticæ punitiois, laudanda morum correctio, & correctionis medicina sit. l. un. C. de emendat. propinq. quam ingenui quoque patiuntur. l. 5. §. ult. D. ad leg. Aquil. l. 7. §. 2. D. de injur. ideoque non injuria, non sævitia vocanda. Verum, obtineant hæc jura apud duri pectoris homines, quorum mulieres natura morosæ & feroces, nisi verberibus corrigi nequeunt: vigeant apud Moscovitas, quorum uxores ex verberum segete maritorum suorum amores æstimare solent; nunquam inelius suo judicio habitæ quam cum in sæva ingenia inciderunt, si verum est quod Barclaius scribit.<sup>2</sup> At vero valeat apud nos Batavos mite illud mitissimi Imperatoris Marci Aurelii consilium: *uxor admonenda sapius est, reprehendenda raro, violentis manibus tractanda nunquam.* Illudque Catonis dictum: *mulierem verberare sacrilegii instar est; & majori laude dignus est, qui se bonum maritum uxori exhibet, ac in Deorum templa, id est, uxorem & liberos manus non infert, quam qui in senatorio ordine magnus habetur.*<sup>3</sup> Vxorem verberibus excipere, quæ ingenuis aliena sunt. l. 8. §. 1. C. de repud. servorum proprium supplicium, omni Batavo dedecori & vitio vertitur. Mollioris animi & flexibilioris naturæ sunt nostrates mulieres, ut blanda oratione & palpo flecti facile possint; liberalioris ingenii & genii, quam ut fustes & flagella pati queant: adeo ut si eas verberibus excipias, ex immeritis contumaciores reddas; si blandis verbis & oratione suasoria aggrediaris, facile ad obsequium reducas; similes rosis, quarum si mollitiem extremis digitorum molliter delibes, fragranti nares perfundunt odore; si fortiter premas, transactis spinis pungunt. Imitandum itaque marito Batavo hoc Comici est, si ad nutum suum uxorem agere velit.

*Et errat longe mea quidem sententia,  
Qui imperium credat gravius esse, aut stabilius,  
Vis quod sit, quam illud quod amicitia adjungitur.  
Mea sic est ratio, & sic animum induco meum:  
Malo coactus, qui suum officium facit,  
Dum id rescitum iri credit, tantisper cavet.  
Si sperat fore clam, rursus ad ingenium redit.  
Ille, quem beneficio adjungas, ex animo facit:  
Studet par referre, præsens, absensque idem erit.  
Hoc Viri est, potius uxorem consuefacere  
Sua sponte recte facere, quam alieno metu.*

*Hoc maritus, hoc dominus interest. Hoc qui nequit,  
Fateatur nescire imperare mulieribus.*<sup>4</sup>

<sup>1</sup> Adelpb.  
act. 1. scen. 1.

<sup>2</sup> Grenovo.  
in d. novell.  
117. cap. 14.

Abstineat igitur maritus Batavus à verberibus, sciatque in quibusdam civitatibus nostris maritorum hujusmodi sævitiam judicis arbitrio plecti, à qui-

quibusdam etiam specialem mulctam huic injuriæ præscriptam esse. *art. 8. vand. 88. Burgerl. Keur. van Leyd.* & si sæpius sæviat, nec cesset à jurgiis, verberibus, & gravioribus minis, paratam esse uxori, judicis officium imploranti, actionem ad mensæ & thori separationem.<sup>1</sup>

- <sup>1</sup> *Grot. libr. 1. part. 5. n. 30 Inleyd. tot de Holl. reghis-geleert.*  
<sup>2</sup> *Sanch. lib. 10 disput. 18. n. 24. de sacram. matrim.*  
<sup>3</sup> *Barbof. in 2. part. rubric D solut. matrimon. n 34.*
- 12 Vxori verberibus virulenter & præter modum sine causa exceptæ negant jurisconsulti famosam in virum injuriarum actionem. *arg. l. 1. & 2. D. de act. rer. amot.* concedunt vero in factum, nempe, ut solvat ille æstimationem injuriæ illatæ. *arg. l. 7. §. 2. D. de injur.* <sup>2</sup> Primum verum est, posterius non verum, cum certam pœnam huic delicto lex constituerit: nos vero pœnis legibus comprehensis contentos esse oportet. *l. 19. D. de verbor. obligat.* <sup>3</sup> Justinianus maritum tantum dare ex bonis suis uxori verberatæ voluit, quantum *tertia pars antenuptialis facit largitatis. novell. 117. c. 14.* Hodie si extra modum in uxorem sæviat maritus, à Prætoribus publicæ custodiæ quandoque traditur, ut emendet mores, & correctus intermittat imposterum sævitiam. Justinianeæ, quam retulimus, pœna, cum inter conjuges plerumque vel omnium bonorum, vel ad minimum quæstuum societas sit, ab usu fori nostri aliena est.

- 13 Eadem & similis, quæ uxori, etiam marito ad separationem thori & mensæ actio est, si illa adultera, morbo gallico infecta, ut gravis sit suspicio commissi adulterii, homicida, venefica, plagiaria, sacrilega, latronum faultrix, furum receptrix, fur & furax sit, si quid contra imperium molitur, vel moliri sciens non indicet marito, falsitatis crimini se immisceat, vitæ mariti insidias struat, ab aliis structas non indicet, repellatve, si cum alio viro de novis nuptiis tractet, liberos necet, medicamentis abortum procuret, si se gravidam mentiat, ut alienum partum substituatur, si lena sit, vel aliud quidcunque agat, ut cum ea habitare, sine famæ suggillatione nequeat vir honestus, *arg. l. 8. §. 3. l. 11. §. 2. C. de repud. novell. 22. cap. 15. novell. 117. cap. 8. novell. Leon. 31. 4*

- <sup>4</sup> *Grenewo. in l. 8. C. de repud. seq. C. de repud. Sanch. libr. 10. disput. 18 de sacram. matrim. Carpz. libr. 2. tit. 12. defin. 217. jurisprud. consist.*
- 14 Quid si mulier nolente viro cum extraneis convivetur? Divortio causam dat jure Romano. *l. 8. §. 3. C. de repud. novell. 22. cap. 15. §. 2. novell. 117. cap. 8. §. 4.* quia à suspicione adulterii libera non est, quæ hoc facit. At non iidem nobis, qui Romanis fuere, mores sunt, ut distinguendum hodie existimaverim inter eam, quæ cum contemptu mariti, suspectorum hominum convivia, in suspectis locis, & inter alias deperditæ vel laborantis pudicitie scēminas frequentat; & inter eam, quæ semel aut sæpius, data occasione honesta, cum integræ famæ viris & scēminis convivatur: ut priori casu ob adulterii violentam suspicionem sit separationi locus, non posteriori, cum ex eo apud nos nullius cætera honestæ scēminæ pudicitia laboret.<sup>5</sup> Idem statuendum puto, si quæ mulier sine probabili causa, apud extraneum virum, vel etiam apud parentes, quorum fama laborat, invito marito aliquoties foris pernoctet; etenim quæ id facit: inconcessæ libidinis se suspectam reddit. *arg. d. l. 8. §. 3. C. de repud. novell. 22. cap. 15. §. 2. Novell. 117. cap. 8. §. 5.* Non idem in eā muliere, quæ invito licet marito theatralibus ludis, & circulatorum ineptiis sæpius interest; ea enim res suspectam minime hodie reddit scēminarum pudicitiam,



uti tempore Romanorum. *d. l. 8. §. 3.* Attamen bene moratarum mulierum non est, præcipue invitis maritis, quotidie & sæpius spectaculis interesse. <sup>15</sup>

Vti maritorum, ita & uxorum lævitia, perpetuæ rixæ, jurgia secessioni causam præbent. Non enim permittendum est, ut mitissimus vir, clamoribus, contumelia, & quotidianis furiis mulieris enecetur. Salomon ait, *melius esse habitare in terra deserta, quam cum muliere rixosa & iracunda.* Proverb. 21. 7. 19. & *melius esse habitare in angulo tecti, quam in domo communi cum muliere contentiosa.* Proverb. 21. ut ex necessitate quadam hæc thori & mensæ separatio marito quandoque concedenda sit. Attamen semper sub hac conditione ut confectum remittere priores offensas, in gratiam recipere uxorem suam, & cum ea habitare cogatur, postquam illa emendaverit mores suos, & spem certam ostenderit consuetudinis vitæ impostertum pacatoris. ita Carozpvius, & Basilius Pontius, quos consule. <sup>1</sup>

<sup>1</sup> Lib. 2. tit. 12. de sumpt. 17. Juris. pr. cons. 2. Lib. 9. c. 9. de sacram. matrim.

Quid si ebriosus sit maritus, atque sæpius vino ac cerevisia madidus, instar leonis domi suæ sæviat, diruat omnia, confringat? quid si aleator, prodigus sit, omnia dilapidet, nec uxoris, nec liberorum curam habeat, ut certa illos maneat spes esuritionis? quid si vice versa hæc omnia sit ac faciat mulier? Cum ob quoscunque malos conjugum mores thori & mensæ separatio concedi non debeat, nec omni casui regula catholica præscribi possit: hæc & alia multa prudentiæ & arbitrio judicum relinquenda sunt. Ob furorem autem, phthisin, lentum & longiorem morbum, aliudve infortunium, quod à Deo immittitur, separationem thori & mensæ sperare, & conjugis abjicere curam, impium est. Cum nihil tam humanum sit, quam fortuitis casibus mulieris maritum, vel uxorem viri participem esse. *l. 22. §. 7. D. solut. matrim.* <sup>3</sup>

<sup>3</sup> Thom. Sanch. lib. 10. disput. 18. n. 18. ubi agit de fure. De matrim.

Secessione conjugum interpolita, irritæ sunt, & revocatur censentur donationes, quæ constante vitæ consuetudine inter conjuges factæ fuerunt; & non magis confirmantur ex oratione, vel Senatus consulto Æmiliano, morte donatoris, quam jure civili, divortio mala gratia, & ab iratis conjugibus factæ. *l. 32. §. 10. l. 62. §. 1. D. de donat. int. vir. & uxor.* Nam qui hodie mensa, lectuloque se junguntur, irati & inimici secedunt, nec ad hoc remedium devenire creduntur, nisi ex tristi animi sui ira & non levi offensa. Non enim hæc separatio obtineri potest, nisi alter alterum malorum morum accuset, & inimicitia gravissimæ probentur: quapropter & legata & fideicommissa revocata censentur. *arg. l. 2. l. 3. D. de aur. arg. mund.* Separatio dissolvit legatum, *l. 49. §. 6. D. de leg. 3.* & mortis causa donationem, uti inquit ex Juliani sententia Ulpianus in *l. 11. §. 10. D. de donat. int. vir. & uxor.* Aliud est, si reconciliati invicem conjuges, ante alterius mortem, in vitæ consuetudinem redierint, ut eos pænituerit prioris offensæ, mortuique sint in indiviso etiam quodam habitationem matrimonio, *arg. l. 32. §. 11. D. de donat. int. vir. & uxor. l. 19. D. solut. matrim. l. 3. §. ult. & l. 4. D. de adimend. & transfer. legat.*

<sup>4</sup> Gros. libr. 1. c. 5. n. 30. Inleyd tot. de hollant. Reghtgeleert.

Separatio thori & mensæ ad tempus, & semper sub spe reconciliationis institui debet, *C. 6. x. de divort. art. 92. Eght Reglem. vande Stat. Gener.* <sup>4</sup> Est enim

enim

enim duntaxat temporarium remedium, ut ea medicina corrigantur conjugis mali mores. Itaque si emendata priore vitâ spem præbeat maritus honesti & concordis impofterum matrimonii, revocanda vitæ consuetudo est; & reluctans uxor, auctoritate iudicis, si nolit parere rationi intercedentium amicorum, ad eam cogi potest. <sup>1</sup> Non enim hic quicquam morositati, contumelia, vel malitiæ dandum est. Debet in marito pœnitentiæ esse locus, in uxore veniæ. Iracundia, ultionis cupiditas, aversæ mentis pertinacia à conjugibus abesse debent. Qui correxit vitam, & emendavit mores, sustulit separationis causam, ut ea sublata effectus quoque cessare debeat. Pauli præceptum est, mulier separata reconciliator viro. <sup>1</sup> *Corinth. 7. vers. 11.* Nihil agit, si quis nostræ obducatur sententiæ, sine utriusque voluntate non esse renovandam consuetudinem vitæ, quæ ex utriusque voluntate intermissa est: cum leges dicant, dissociatum matrimonium redintegrare neminem cogi posse. *l. 14. C. de nupt.* Nam (præterquam quod separatio conjugum sæpius altero invito instituitur) nunquam, volentibus etiam conjugibus, conceditur à Magistratu, nisi ob justam causam, & semper ea mente, conditione, & spe, ut cessante causa repetatur vitæ consortium, non ut perpetua sit. Deinde, justam & licitam conjugum secessionem interposita auctoritas Magistratus facit; qui itaque morosus & pertinax, eâ revocatâ, in separatis habitare pergit ædibus, proprio ausu consortium vitæ abruptit, & potius censuram, quam auxilium meretur. Cæterum, docent interpretes, cogendam esse uxorem habitare cum marito, cui, ne sæviat ille, pignoribus vel fidejussoribus datis, vel jurejurando cautum est. <sup>2</sup> Verum id moribus nostris tum duntaxat admittendum esse existimaverim, postquam maritus aliqua signa emendatæ vitæ, & sepositæ ferociæ ediderit. Confestim enim sævo marito sola jurisjurandi fiduciâ credere imbellem fœminam, nimis periculosum esset; cum jam tum ille sefellerit fidem conjugalis amoris, quam nuptiarum celebrationi interposuit. Pignora constituta refarcire damnum non possunt, si forte membrum aliquod nimium sæviens luxet maritus, sanitatem uxori adimat, imo vitam; si vitæ periculum induxerit mulierem ad secessum. Fidejussores, ne sæviat maritus, invenire, difficile est: si inventi fuerint, sub eorum cautione, imbellem fœminam committere iracundo homini, non sine periculo & metu. Nam ut recte Havemannus; *nemo vi occulta & magnetica sævientem alio in loco cohibere potest, atque ita constringere, ne temere extra liras præscriptas feratur.* <sup>3</sup> Tutius hic est illud Comici imitari,

*Quod cavere possis, stultum admittere est.*

*Malo ego nos prospicere, quam hunc ulcisci accepta injuria.* <sup>4</sup>

Sive ut Imperatores nostri loquuntur; *melius est in tempore occurrere, quam post exitum vindicare.* *l. 1. C. quand. lic. unic. fin. jud. melius est, intacta jura servari, quam post causam vulneratam remedium querere.* *l. 5. C. in quib. caus. restit. in integr. necess. non est.* Satisfactio certe cujusquam malevolum propositum nec animum mutat. *gloss. in C. de benedicto. 5. caus. 32. q. 1. in verb. sub cautel. §. 12. inst. de suspect. tutor.*

O o o o 3

Cæ-

<sup>1</sup> *Kitzel. cap. 10. Theor. 4. Synops. matrimon. Sancb. libr. 10. de sput. 17. n. 14. de sacram. matrimon. Carpz. libr. 2. tit. 12. definit. 220. jurispr. consistor.*

<sup>2</sup> *Kitzel. d. C. 10. Theor. 4. lit. h. Sancb. d. disput. 18. n. 2. §. 34. & seqq. Carpz. libr. 2. tit. 12. definit. 218. 219. 220. jurispr. consistor.*

<sup>3</sup> *Libr. 4. p. sit. 6. tit. 4. Gamolsynops. 4. Terent. in Euanth. act. 4. scen. 6.*

<sup>1</sup> *Groenew.*  
*in l. 7. C. de*  
*nupt.*

Cæterum, ex amicorum intercessione reconciliati & in amicitiam reversi 20  
conjuges, privata auctoritate, & non implorato judicis officio, neglecto  
etiam parentum consensu, repetere vitæ consortium, habitationemque inter-  
missam restaurare possunt. Non enim lectuli & mensæ separatio conjugii  
vinculum solvit. Dum pendet reconciliatio, pro utriusque dignitate & ta-  
cultatibus uxorem alere maritus debet, *arg. l. 1. §. 19. D. de ventr. in possess. mit.*  
*l. 5. §. 3. D. de Carbon. edict.* nisi sejunctioni morositas, malive mores uxoris  
causam dederint: nisi uxori bona illata in subsidium matrimonii restituerit  
maritus; vel tantum divisis communibus bonis perceperit illa, ut se sustenta-  
re queat: quæ si non sufficiant, ad supplementum tenetur maritus; nisi & hic &  
illa, ob divitiarum inopiam, labore & industria se alere & possint, & de-  
beant. *arg. l. 5. §. 7. D. de agnosc. & alend. liber.* <sup>2</sup>

<sup>2</sup> *Carpzov.*  
*libr. 2. tit. 12.*  
*definit. 213.*  
*214. jurispr.*  
*confist. Co-*  
*varruv. part*  
*2. de ma-*  
*trim. cap. 7.*  
*§. 5. n. 3.*  
*Joach. à*  
*Beust. part. 2.*  
*cap. 2. de jur.*  
*conub.*

Coronidis loco his adjungere lubet differentiam divortii & conjugum 21  
sejunctionis. Divortium conjugii vinculum solvit; non solvit thori & mensæ  
separatio. Matrimonii honorem invicem habere dicuntur separati conjuges  
*l. 32. §. 13. D. de donat. inter vir. & uxor.* non qui divorterunt. Divortium fit  
animo perpetuam constituendi dissensionem. *l. 3. D. de divort.* Secessio ad  
tempus duntaxat, & sub spe renovandæ concordia. Divortium ob adulte-  
rium & maliciosam desertionem duntaxat fieri potest. *Matth. 5. & 19. 1 Co-*  
*rinth. 7. vers. 15.* Separatio quoque ob alias, & quam plurimas causas. In eo  
rursus conveniunt, quod neutrum hodie recte instituatur sine judicis cog-  
nitione, & causa. Inter hæc duo medium quoddam est, cum ob jurgium seu fri-  
gusculum ad brevissimum tempus se separant conjuges. *l. 32. §. 12. D. de do-*  
*nat. inter vir. & uxor. l. 3. D. de divort.*

Hæc sunt quæ dicenda putavi de lectuli & mensæ separatione, ob nimias  
conjugum dissensiones, vitæ tranquillæ societatem turbantes, non convellen-  
tes ipsum matrimonii vinculum: plurimas juris civilis divortiorum causas  
huic rei applicui; an recte, judicet lector.

## CAPUT TRICESIMUM.

### *De jure divortiorum apud Ebraeos usitato.*

#### SUMMARIA.

- |  |  |
|--|--|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Solis maritis divertere licitum fuit apud<br/>Judeos.</li> <li>2. Quando mulieres poterant divortii libellum<br/>exigere à maritis?</li> <li>3. Quomodo intelligenda sunt Christi verba,<br/>si mulier dimiserit virum?</li> <li>4. Sponsa repudiari non potuit, nisi misso re-<br/>pudii libello.</li> <li>5. Cause justæ divortii, jure Ebraeo, referuntur.</li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>6. Libellus divortii quomodo confici &amp; scri-<br/>bi debuit, refertur.</li> <li>7. Divortium ex privato mariti arbitrio fieri<br/>poterat.</li> <li>8. Qua ratione Josephus dicitur cogitasse clam<br/>dimittere Mariam?</li> <li>9. Repudiatam uxorem, &amp; inter moras alii<br/>nuptam non poterat reducere maritus<br/>Ebraeus.</li> </ol> |
|--|--|

Tra-

1 **T**radita separationis leſtuli & mentis doctrina, ad divortium, id eſt, ipſius matrimonii ſolutionem jam tranſeundum nobis eſt. Divortium divi-  
 nę institutionis eſſe, & jure Noachidarum ſeu naturali, omni genti, & utrique  
 ſexui licitum fuiſſe, Ebræorum magiſtri contendunt. Verum poſtquam à Mo-  
 ſe lex divortendi maritis præſcripta fuit, jus divortii ſpeciale aliquod genti  
 Ebrææ datum, idque ſolis matitis licitum factum, quia mulierum diverten-  
 tium non meminit Moſes, credunt. Propter ſexum quoque differentiam eſſe  
 2 in poteſtate ſua uxorem habet. <sup>1</sup> Non tamen ſine omni ope, ſi quid in mari-  
 to deſit, relinquunt mulieres. Si maritus ore naribusve fœtet, impotens ad  
 coitum, hæreticus ſit, membro quodam, quod ſub veſte latens ſine indice ſciri  
 non potuit, careat; abreptus avaritia, neglecto honeſto opificio, coriarius,  
 metallarius fiat, ſinum converrere, aliudve quid ſordidum tractare incipiat,  
 jus eſſe uxori volunt libellum repudii exigendi, & ut ſcribat eum, auctoritate  
 judicis maritum compellendi, licet ipſa repudium proprio arbitrio mittere  
 marito non poſſit. Huc reſpicere quidam volunt hæc Chriſti apud Matthæum  
 3 verba, *ſi mulier dimiſerit virum, machatur*. Nempe, ſi ipſa ſcripſerit, & miſerit  
 libellum repudii; non autem, ſi extorſerit per judicem à marito. Verum re-  
 ctius alii exiſtimant, Chriſtum loqui de inſolenti mulieris divortio, quod tum  
 temporis in deperdita Ebræorum Republica, aliquantulum contra mores avi-  
 toſ inoleverat; uti Salome Coſtobari uxor, & Herodiades à maritis ſuis inſo-  
 lenter divertentes, exemplo demonſtrant. Si contumax vir nollet parere ju-  
 dicum ſententię, verberibus huc uſque excipiebatur, dum conſcripto repu-  
 dii libello uxorem dimitteret, prolatis palam hiſce verbis, *placet hoc mihi, ſeu*  
*ego volo ipſe*. Non enim alii viro nubere jure poterat, quæ libero mariti arbi-  
 trio dimiſſa non eſſet. Conſenſus vero, licet verberibus extortus, liber diceba-  
 4 tur, quoties quis ad quid faciendum lege obligaretur. Deſponſatam duntaxat  
 puellam, non quoque, niſi ſcripto repudii libello, repudiari poſſe volunt: hæc  
 verba Moſis, *ſi acceperit vir mulierem*, de ſponſa; cætera, *aut coierit cum ea*, Deu-  
 ter. 24. v. 1. 2. de nupta loqui, atque ita nuptam in nuptamque mulierem com-  
 prehendere, interpretantes. Hanc interpretationem mores Ebræi etiam flagi-  
 taſſe videntur: ſponſa enim quamvis adhuc intacta à ſponſo eſſet, juſta & vera  
 uxor æſtimabatur, quam qui attigſſet, mortis reus erat: deinde cum lex  
 non ſit ſollicita de occultis, nec facile ſciri queat, ad quantam amoris lineam  
 pervenerit ſponſus cum ſponſa; quæ in proxima exiſtit facultate, ut mulier  
 fiat, eodem illam jure cenſendam eſſe, quo uxor nupta habetur, arbitraban-  
 5 tur. Cauſas juſtas divortii, talia eſſe vitia, quæ prophanum reddunt ſacerdo-  
 tem, indubitatum fuit. Hiſ inſuper adjecerunt oris fœtorem, fœtidum ſudo-  
 rem, cicatricem ex morſu canis, verrucam in fronte, abortum ter procuratum,  
 decem annorum ſterilitatem, & omnes corporis defectus in uxore repertos,  
 quos in ſponſa neque ſcivit, neque ſine indice ſcire potuit ſponſus. Sed hæc  
 naturales dicebantur cauſæ, & ab omnibus probabantur: circa morales vero  
 tres

<sup>1</sup> Selden.  
 libr. 3 c. 22.  
 & 26. Vx.  
 Ebræ. & lib.  
 5 cap. 7 de  
 jur. natur &  
 Gent. juſt.  
 disciplin.  
 Ebræor.

tres diversæ Rabbiorum erant sententiæ. Domus Schammai noluit justum esse divortium, nisi propter libidinem, impudicitiam, lasciviam; innitens his Moſis verbis, *ſi invenerit in ea rem nuditatis*. Domus Hillelis, quem Pollionem Joſephus appellat, diviſim volebat interpretanda Prophetæ verba, ut ſenſus ſit, *ſi invenerit in ea rem nuditatis, aut rem aliam turpem*, ſcilicet, ſcœdam, inhonestam: nempe ſi transgrediatur legem Moſis, & præbeat marito cibum non decimatum; menſtruis laborans miniſtret ei; non abſcindat challam ſeu particulam de maſſa, ex qua panem faciunt; ſi votum factum non impleat; vel ſi transgrediatur leges verecundiæ, & honeſtatis mulierum Judaicarum, uti ſi fuco faciem ſuam tingat, uel pingat; nudato capite egrediatur; in platea nevert; aperto pectore inceſſerit; laverit cum viris in eodem lavacro, aut in loco in quo viri lavare ſolent; luſerit cum juvenibus. Imo tam late hæc ſchola extendebat cauſas divortii, ut expellere uxorem marito permiferit, ob adultum edulium vel juſculum. Hi duo diverſarum ſectarum Principes centum annis ante templi ſecundi deſtructionem vixerunt. Quorum opiniones in concordiam redigere conati alii, voluerunt, primam uxorem expelli non poſuiſſe, niſi ob rem turpem, ſecundum illud, *ſi invenerit in ea rem turpem*: Secundam quoque alias ob rationes, ſecundum illud, *ſi oderit eam*. Quam diſtinctionem reſpuens domus Akivæ, vel Aquibæ, qui vixit tempore Adriani Imperatoris, diciturque habuiſſe viciſ ſiquatuor mille diſcipulos, dixit, quamcumque ob rationem marito divortium licitum eſſe, etiam ſi ducta uxore, magis alia placeat, quia dicit Moſis, *ſi non invenerit gratiam in oculis ejus*. Hujus ſententia tamen minus placuit Judæis, quia licitâ, ut rebantur, polygamiâ, pulchriorem ſi quam videret ſcœminam, uxori ductâ inducere poterat maritus, nec opus erat divortio. Hillelis ſententia maxime obtinuit, laxior quam Schammai. Juris hujus ratio præterea huiusmodi datur: mulier creata in adiutorium hominis, eſt ei inſtar unius vaſorum pretioſiorum; ſecundum illud Rabbiorum: *Mulier non adhaeret firmiter, niſi ei, qui fecit eam vas*. at penes voluntatem & arbitrium patris familias eſt, quandocumque ei oboritur tædium vaſis alicujus, illud è domo ſua eliminare. Cui rationi convenit illud in Syracide noſtro, *ſi non ambulat uxor ad ductum manus tue, à carne tua reſeca illam, da libellum repudii & dimitte*. Eccleſiaſt. cap. 25. v. 31. 32.

Libellus repudii, ut de eo quoque loquamur (quem *abſciſionis, deſciſionis, diſmiſionis, expulſionis* vocant, ut indigent ipſum conjugii vinculum abrumpi, & quaſi divorio præſcindi) ſcribi debuit, vel ab ipſo marito, vel ejus nomine, ab alio: nudis enim verbis divortium facere illicitum fuit: ne prætexere poſſet adulterans mulier, ſe nullis quidem præſentibus teſtibus, verbis tamen à marito diſmiſſam & expulſam fuiſſe, & hoc nomine excuſare ſcœdâ ſuam ſcortationem. Moſes quoq; dixit, *ſcribet ei libellum repudii*. Deut. 24. v. 1. Circa ſcripturam libelli, & formulam divortii, multa ſolennia obſervanda fuere: non enim hic omnis liquor, omnis calamus, omnis materia, cui inſcribi poteſt, valuit. Quæ omnia maritus, an ſcriba ſuppeditare debuit, diſputatum. Loco certo & tempore

pore, literis numero & forma certis ad ultimum pœne usque apicem, ne redundet, vel deficiat aliqua. Lineis non paucioribus nec pluribus quam duodecim scribi, & subscriptione testium constare debuit libellus, perspicuis conceptus verbis, distinctis, non perplexis, lectu facilibus, omni verborum ambiguitate sublata; addita, vel non, divortii causa ex arbitrio mariti, prout ei maxime consultum videtur. In lingua, nulla fuit difficultas, quæcunque valuit, quamvis Chaldaica usu & consuetudine potior haberetur. Quodad formulam vero, non satis fuit scribere, *En dimissa es; En expulsa es; tui juris, tui ipsius est*: sed addi debuit, *permissa es cuivis homini sen viro*. Quæ ultima verba corpus & substantiam libelli vocat Majemonides, ut refert Buxtorfius. Fas enim non erat uxori dimissæ alii nubere, nisi hanc potestatem ei dimittens maritus disertis verbis in libello repudii concessisset. <sup>1</sup> Deinde præsentibus testibus nomen dimittentis & dimissæ continens libellus ipsi uxori in manum vel potestatem tradi debuit; idque nomine legis de divortiiis, additis his verbis, *En tibi libellum repudii*. Hæc & alia plura divertenti Judæo observanda fuere, quæ omnia si recensenda forent, integrum occuparent librum, uti scribit Buxtorfius. <sup>2</sup> Scilicet, cum minimas imo nullas ob causas divortia admiserint, modum tamen divertendi adeo difficilem voluerunt Rabbini, ut ab iis, ob moras, molestias, sumtus, & difficultates detererentur mariti, simulque dum hæc omnia rite curantur, ut interea ex amicorum intercessione consideret, & mitigaretur mariti iracundia, & divortii loco sequeretur potius redintegratio conjugalis amoris. Divortii faciendi facultas penes merum mariti arbitrium erat. Poterat causam libello inferere, poterat reticere; poterat publicam judicis auctoritatem divortio interponere; poterat privato consilio & auctoritate uxorem dimittere. <sup>3</sup> Quod ultimum quoties eligebat, clam dimittere uxorem dicebatur. Huc spectat propositum Josephi, quo Mariam sacratissimam virginem, sponsam suam, quam prægnantem repererat. scripto repudii libello, non addita causa, non interpolita judicis auctoritate, <sup>4</sup> sed privato arbitrio repudiare cogitaverat. Quod enim refert Matthæus, eum cogitasse *clam* dimittere uxorem, nihil aliud significat, quam, noluisse virum justum, clementem, mansuetum, humanum, mitem, exarata in libello repudii causa, traducere, id est, ignominiz exponere virginem, vel forensi judicio eam accusare adulterii, & violatz fidei pœnas exigere, vel cum dedecore, actione civili, sine dote ejicere: verum suppressa divortii causa virginis honori consulere, atque hoc amori dare. Erat enim homo justus, id est, rituum patriorum observantissimus: non itaque poterat post sponsalia, ab alio, ut dubitabat, pollutam, uxorem retinere; neque ducere, ante sponsalia præfloratum, ne patriis legibus subderetur. Erat quoque justus, id est, mitis, misericors, ideoque noluit juveniculæ virginis lapsum, ut putabat, publicare, eamque contumeliose traducere. Itaque poterat maritus clam dimittere uxorem, gravitate & veritate causæ ipsius animo æstimandis. Poterat tamen mulier, innocentiz suæ confidens cogere maritum, ut vel ille, vel judices scripto te-

P p p

ltaren-

<sup>1</sup> Flav. Joseph. libr. 15. cap. 11. Aitiquit. Judaicar.

<sup>2</sup> part. 1. n. 78 quem vide de de divor- tiis Judæorum tract. de sponsal. & divort. Judæor formulam exhibet connan. libr. 8. cap. 12.

<sup>3</sup> comment. jur. civil. plures apud Buxtorf d. tract. pag. 156. & seq. Selden. libr. 3 c. 17.

<sup>4</sup> 20. 21 c. 24. Vxor. Ebræa. & cap. 25. quem consul. Grot. in novum testam. cap. 5. v. 31. Matth.

<sup>5</sup> Grot. in not. ad nov. testam.

Matth. 5. vers. 31. Bez. de repud. & di-

Tract. de  
sponsal. &  
divors.

starentur, se nullius flagitii, quare ejiceretur, accusatam fuisse. Dimissam jure, seu sponsam, seu uxorem ducere, cuilibet excepto sacerdote, integrum & licitum erat. *Levit. 21. vers. 7. Ezech. 44. vers. 22.* imo reducere divortio dimissam ipsi marito licuit, nisi inter moras in alterius matrimonio illa fuisset: renovare enim cum repudiata, & ab alio interim ducta muliere matrimonium, abominatio erat in oculis Jehovæ. *Ierem. cap. 2. vers. 38. seu cap. 3. vers. 1. Deuter. 24. vers. 4.* Quo colore excusent Rabbinii Davidis cum Michale, post divortium Psalti nupta, renovatum matrimonium, videat lector apud Buxtorfium. <sup>1</sup> Hæc de Ebræorum divortiis factis.

## CAPUT TRICESIMUM PRIMUM.

*De jure divortiorum apud Romanos recepto.*

## SUMMARI A.

- |  |   |
|--|---|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Morte solvitur matrimonium.</li> <li>2. Captivitate.</li> <li>3. Servitute citra captivitatem obviente.</li> <li>4. Deportatione jure Codicis, ex conjugis arbitrio; non novellarum jure.</li> <li>5. Justa divortii causa est, quadriennii vel quinquennii propter militiam absentia, jure Codicis; non jure novo.</li> <li>6. Quid Romuli, quid lege 12 tabularum circa divortia constitutum fuerit, refertur.</li> <li>7. Quomodo intelligendum sit illud Gellii, nullam Romæ domum intra 500 annos divortium sensisse, inquiritur.</li> <li>8. Divortia Romæ crebra fuisse, &amp; levissimas ob causas facta.</li> <li>9. Modus divertiendi lege 12 tabul. &amp; ab Augusto prescriptus refertur.</li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>10. Pæne divortiorum olim probate traduntur.</li> <li>11. Tribonianus scordia revincitur, quod dixerit, se nihil abundans in Pandectarum libris reliquisse.</li> <li>12. Carpitur jus Romanum, quod divortia bona gratia fieri permiserit.</li> <li>13. Pæne in insolenter divergentes à Constantino constituta referuntur.</li> <li>14. Quid circa divortii causas constituerint Theodosius &amp; Valentianus, refertur.</li> <li>15. Causæ justæ divortii à Justiniano probata exhibentur.</li> <li>16. Pæne insolentis divortii à Justiniano constituta recensentur.</li> <li>17. Quæ ratione Romani Imperatores tot &amp; tam leves divortii causas admisserint, quaeritur.</li> </ol> |
|--|---|

**D**ivortium variis modis ex juris civilis scientia contingit. Vel enim finitur morte utriusvis conjugis, vel dirimitur captivitate, vel alia contingente servitute utrius eorum, vel divortio matrimonium. *l. 1. D. de divort.* Hos omnes modos exequi animus est, ut appareat lectori, quantum circa hanc rem à jure Romano recesserint mores nostri. Morte quin finiri matrimonium, extra omnem dubitationis aleam positum est. Sunt enim nuptiæ conjunctio viventium; *C. 2. caus. 32. q. 7. consortium vitæ. l. 1. D. de rit. nuptiar. C. 3. caus. 27. q. 2.* quarum leges obligare non possunt superstitem, post mortem alterius, quæ sui præsentia ipsam vitæ consuetudinem necessario abrumpit. *Ad Roman. 7. v. 2. 3. I Corinth. 7. v. 39.* At facerem est, quod ajunt interpretes, adeo morte solvi matrimonium, ut cogi non possit superstes cum divini-

vinitus etiam resuscitato habitare marito, quia in perpetuum extincta obligatio, nolente altero, restitui non potest: argumento ducto à servo, qui cum esset in servitute promissus, interim liber factus, at postea rursus lege aliqua servus effectus, peti non potest, quia alius videtur. *l. 98. §. 8. D. de solut.* Et à nave penitus dissoluta, quæ licet ex iisdem tabulis, nulla præterea adjecta, restaurata sit, itidem alia videtur. *l. 10. §. 7. D. quibus. mod. solvit. usufruct. l. 88. §. 2. D. de legat. 3.* Verum hisce inhærere, quia nugatoria sunt & indigna jurisconsulti acumine, animus non est; & hos interpretes ad illum ablegamus, qui similem quæstionem proponendo, quæsit, licuissetne Lazaro per Christi gratiam in vitam reduci facultates suas repetere, si quem testamento heredem suum scripssisset. Pergamus nos ad secundum juris civilis dirimendi conjugii modum.

*Kitzel. c. 8. Theor. 3. Synops. matrimon. Sebast. Medic. tract. mors omnia solvit. concl. 65.*

2. Si libertæ excipias, quod propter patroni reverentiam durare censet Julianus. *l. 45. §. 6. D. de rit. nuptiar.* cætera omnia captivitate alterius conjugis extincta habentur matrimonia. *l. 56. D. solut. matrim. l. 12. §. 4. D. de captiv. & postlim. revers.* utpote in eum statum redacta à quo vel incipere nequeunt (cum servis enim connubii jus non est. *Pr. Inst. de nupt. l. 3. C. de incest. & inutil. nupt.*) vel ex quo tempore, secundum juris civilis scientiam, verum habetur, non nisi unum ex conjugibus superesse. Nam is qui servus est, pro nullo & mortuo habetur. *l. 32. §. 6. D. de donat. int. vir. & uxor. l. 59. §. 2. D. de condit. & demonstr. l. 209. D. de regul. jur. junct. l. 4. §. 1. D. pro socio.* Immo captivi uxor, tametsi maxime velit, & in domo mariti sit, non tamen in matrimonio esse dicitur. *l. 12. §. 4. D. de captiv. & postlim. revers.* Nam fortunæ seu conditionis inæqualitas, quæ alteri contigit conjugii, æqualitatem, quam nuptiæ requirunt, superesse non patitur. *Novell. 22. cap. 7.* Postea autem Justinianus noluit ex subtili hac juris civilis ratione, propter captivitatem alterius matrimonia dirempta haberi: verum in solatium captivorum constituit, ut non liceat in civitate manenti, usque dum constet vivere captum, alteri marito nubere: & si id incertum dubiumque sit, intra quinquennium ex tempore captivitatis, matrimonio interdixit. *Novell. 22. cap. 7.* Nec quis mihi contradicat, veteres jurisconsultos de hoc tempore locutos reperiri. *l. 6. D. de divort. l. 8. D. de captiv. & postlim. revers.* ut id primum constituisse Justinianum, dici non possit. Tribonianus enim Justinianum in Julianum & Paulum infudit, & suo more, veteribus nova permiscuit, uti eleganter Brissonius probat. Etenim ante vel Constantini vel Justiniani ævum, vel quadriennium maritos in militiam profectos, vel quinquennium, captivos expectare, mulieribus injunctum non fuit. Hoc autem de quinquennio jus ex Ebræorum moribus aliquo modo defluxisse videtur; vel ut melius dicam, in eo Justinianus aliquantisper imitatus fuit Judæorum jus. Ferunt enim illius Gentis morem fuisse, ut quoties in militiam proficiscerentur viri, uxoribus conscriberent libellum repudii; quo exarato, iis liceret, captis in prælio maritis & in servitutem ductis, si intra triennium non reverterentur, alias inire nuptias. Cæterum, jure

*Libr. singul. de jur. connub. Barbosa. in 2. part. Rubr. D. solut. matrim. n. 63. post Cujac.*



veteri, uxorem redux maritus jure postliminii non recipit: sed novoutriusque consensu redintegratur duntaxat matrimonium. *l. 8. l. 14. §. 1. D. de captiv. & postlim. revers.* In quo differt patris in filium potestas à mariti in uxorem jure. Illa enim ex captivitate reverso filio, jure postliminii recuperatur; hoc minime. Ratio diverſi juris est, quod jure postliminii recuperantur ea, quæ juris sunt, non quæ facti, quibus matrimonium adscribitur, cujus jure ex facto confurgit. Sed sub nomine Pauli postea Tribonianus seu Justinianus constituit, post elapsum quadriennium innuptam adhuc uxorem cum reverso marito vivere nolentem, nulla causa probabili interveniente, pœnis discidii teneri. *l. 8. D. de captiv. & postlim. revers.*

Extra captivitatem obveniens servitus, eodem & pari jure solvit matrimonium. *l. 1. D. de divort. Novell. 22. cap. 9.* Vti, si libertus propter ingratum in pristinam redigatur servitutem. Quod & olim in servis pœnæ obtinuit. *l. 24. C. de donat. int. vir. & uxor. l. 17. D. de pœnis, junct. l. 3. C. de inutil. & incest. nupt.* quibus atrocitas sententiæ & libertatem & civitatem adimebat. *§. 1. Inst. de capit. deminut.* At hoc mutavit Justinianus, nec aliquem servum pœnæ fieri, nec dissolvi in metallum damnati matrimonium voluit. *Novell. 22. cap. 8.* Jure, quo nos utimur, quod & Leo Philosophus jam olim probavit, *Novell. 33.* nulla servitus, nulla pœna dirimit conjugii vinculum.

Deportatio, quæ in locum aquæ & ignis interdictionis successit, & civitatem, *l. ult. D. de capit. demin. l. 2. §. 1. l. 17. §. 1. D. de pœnis. l. 6. D. de interdict. & relegat. & juris Quiritium libertatem. l. penult. §. final. D. de extraordin. cognit. l. 4. §. final. D. de gradib. & affm.* non juris gentium adimit. *d. l. 2. §. 1. l. 17. §. 1. D. de pœn.* Ideoque, licet cum deportato matrimonium, quod inter cives Romanos duntaxat consistit. *pr. inst. de nupt.* iniri nequeat, retineri tamen contractum potest. *l. 24. C. de donat. int. vir. & uxor. l. 1. C. de repud. l. 13. §. 1. D. de donat. int. vir. & uxor.* Scilicet, non tam juris potestate, quam ex nova & tacita conjugum voluntate: cum nihil prohibeat erga conjugem deportatum, liberum tamen, & virum mariti affectionem, & mulierem uxoris animum retinere. *l. 5. §. 1. D. de bon. damnator.* At si velit mulier ob deportationem mariti ruptum esse matrimonii vinculum, sola ejus voluntatis testatio id efficit, nec opus est solenni divortio. Ex quo colligi potest Alexandri & Ulpiani cum Paulo conciliatio; quorum priores aperte dicunt, matrimonium deportatione minime dissolvi. *l. 13. §. 1. D. de donat. int. vir. & uxor. l. 1. C. de repud.* tertius satis innuit dissolvi. *l. 56. D. solut. matrimon.* Ita enim intelligendi sunt, ut Alexander & Ulpianus loquantur de matrimonio, quod laudandus viri vel mulieris affectus (quem non rupit tristis casus, in quem alter incidit) sustinet. *l. 5. §. 1. D. de bonis damnat.* Paulus vero de eo, quod maritus erga deportatam uxorem affectum conjugalem mutans, simplici suo voluntatis abnutivo ruptum voluit, etiam si solenne divortium non interposuit. <sup>1</sup> Modie deportatio non solvit matrimonium. *novell. 22. cap. 13.*

Fuit apud Romanos & alius solvendi matrimonii modus; nempe, si de so-

spira-

<sup>1</sup> Anton.  
Fab. jurisp.  
Papin scient.  
tit. 9. princ. 3.  
illat. 14.

spitate mariti in militiam profecti intra quadriennium nullum indicium accepisset uxor domi relicta, idque testata, Ducem certiore fecisset, se de aliis cogitare nuptiis. Quibus peractis, inquit Constantinus, *non videtur nuptias iniisse furtivas, qua post tam magni temporis jugitatem, non temere, nec clanculo, sed publice, contestatione deposita, nupsisse firmatur.* l. 7. C. de repud. Postea Justinianus hoc quatuor annorum spatium, primum in decennium protraxit. Novell. 22. cap. 14. Deinde constituit, operiendum esse ab uxore absentem maritum, usque dum eum defunctum esse certo constiterit; interdixitque insuper mulieri secundo matrimonio, dum decurrit anni spatium ex quo Tribunus, vel chartularius numerorum militum sub jurisjurandi religione testati fuerint, maritum vel obiisse, vel talia aggressum fuisse pericula, ut verosimile sit, non reversum occubuisse. Novell. 117. cap. 11. Quam constitutionem suam & in scholaribus foederatis, & cæteris omnibus, qui in armata militia referuntur, obtinere voluit. Et id quidem recte, meo iudicio, nam ut alibi ait; *adibus bellicis occupato marito uxoris privationem inferre, non minor est pæna, quam ab hostibus capi.* Novell. 22. cap. 14. Non est deferendus ab uxore, quem necessitas in bellum vel aliam longiorem expeditionem protraxit. Sed hæc intelligenda velim de militia necessaria, quam olim Romana juvenus sequi cogeatur; ut non extendenda sint, uti recte Wesenbecius sentit, ad nostri ævi erroneos, qui desertioni injustæ prætextum militiæ non necessariæ obducunt; præsertim si constiterit, in malo deferendi uxorem animo militiam secutum, vel longiorem suscepisse expeditionem maritum, ut nescias, vivus mortuusne sit. Verum etiam si publica apud nos auctoritas necessariam militiam non faciat, cum tamen angustia rei familiaris multos cogat, longiores in Indiam, aliave extranea loca suscipere expeditiones, nomenque militiæ dare, jus Justinianum, pontificiumque sequendum existimaverim, & nullo annorum præfinito numero præstolandos esse maritos, usque dum eos obiisse constet. Novell. 117. cap. 11. junct. C. 19. x. de sponsal. A quo tamen jure tum Ordines Foederati Belgii, tum I ranisfalani recedentes, constituerunt, causa cognita concedendas mulieri esse novas nuptias, cui maritus ad negotia sua expedienda profectus, intra quinquennium sospitatis suæ nuncium non misit. arg. 90. Eght Reglem. vande Stat. Gener. part. 2. tit. 1. art. 18. Lantreght van Overys.

6 Fuit Romuli rigida divortii lex, qua mulieri maritum relinquendi potestas adimitur; marito autem conceditur, si veneficio circa prolem usa fuisset mulier, alienam pro sua subdidisset, commisissetve adulterium: Quibus adjungunt alii, si vinum bibisset, aut claves adulterasset, id est, fecisset furtum, uti Connanus opinatur. quamvis Halycarnassæus scribat, non divortium, sed licitam cædem sancitam in mulieres adulteras, & vinum bibentes, & partus quoque suppositionis nusquam meminerit. Hanc Romuli legem lenissim antiquatam, & post aliquot secula, consuetudine introducta quoque mulierum divortia, cum eodem Connano sentio. Nec mihi vera videtur Barbose & aliorum sententia, existimantium, Romuli de divortiis legem,

Paratitl.  
in Tit. D. de  
nupt. n. 3.

Plutarch.  
in Romul.  
Barbos. in  
Rubr. part.  
2. n. 1. D.  
solut. ma-  
trim. Alex.  
ab Alex.

dier. Genial.  
libr. 4. c. 8. &  
libr. 6. c. 10.

Libr. Com-  
ment. jur. 8.  
cap. 8.

Libr. 2.  
Antiq. Ro-  
man.

D 18. cap.  
12.

Secund.  
part. Rubr.  
n. 3. ad Tit.

D. solut. m. a-  
trim.

Lege 12 tabul. abolitam fuisse, & utrique sexui ob causas divortium permis-  
sum. Etenim quæ ex Lege 12 tabul. divortii jus spectantia Alexander ab  
Alexandro adfert, de marito divertente duntaxat loquuntur. <sup>1</sup> Et apud Plau-  
tum, qui 145 Olymp. id est, ann. V. C. 553 mortuus est, ita de hujus Romu-  
li, & 12. tabular. legis iniqua inæqualitate festive conqueritur Syranus.

*Ecastor lege dura vivunt mulieres,*

*Multoque iniquiore misera, quam viri:*

*Nam si vir scortum duxit domum,*

*Id si rescivit uxor, impune est viro.*

*Vxor viro si clam domo egressa est foras,*

*Viro sit causa, exigitur matrimonio.*

*Vtinam Lex esset eadem, quæ uxori .st, viro ?* <sup>2</sup>

<sup>2</sup> Mercat.

*Alf. 4. scen.*

6.

<sup>3</sup> Plutarch.

*in Romul.*

*Alexand. ab*

*Alex. d. l. &*

*ibi Tiraq. in*

*not.*

Pœna insolentis divortii ex lege Romuli erat, quod cogeatur maritus Diis  
Manibus rem sacram facere; ejus bona partim uxori cedebant, partim Cere-  
ri sacra erant. <sup>3</sup> Ex Lege 12 tabul. dos integra uxori restituebatur. At si cul-  
pa ejus interesset, usque ad dimidium dotis in singulos liberos sexta à mari-  
to retinebatur. Eadem Lege, causæ divortii arbitrariæ & disquisitioni Judicis  
relictæ fuerunt. Quod ipsum tamen non ita intelligi velim, quasi causæ di-  
vortii ante divortium judici exponendæ fuerint; minime. Nam semper in  
Republica Romana, ex privato conjugum arbitrio, intra privatos parietes, ob  
privatas offensas divortia fieri consueverunt: verum cum postea, morâ de do-  
te & donatione propter nuptias controversiâ, judicio de moribus, quisque in  
alium divortii culpam, & infamiam rejicere conaretur, tum demum disquisi-  
tioni Judicis exponendæ erant repudii causæ. <sup>4</sup>

<sup>4</sup> Grot. in

*Nov. testam.*

*Matth. 5.*

*v. 31.*

Auctor est Tertullianus, quamvis in Republica, de divortio lex Romuli  
esset deque eo in Leg. 12. tab. cautum reperiretur; eo usque valuisse pудо-  
rem & honestatem in illo populo, ut pene per sexcentos annos ab urbe con-  
dita, nulla domus Romæ repudium senserit. <sup>5</sup> Cujus temporis computatio-  
nem probat Cujacius. <sup>6</sup> Atque mendum esse in Gellio putat, qui sibi ipsi non  
satis constans, uno loco, anno urbis conditæ DCCXII; <sup>7</sup> altero, quingentesimo  
undevicesimo primum divortium extitisse Romæ refert: <sup>8</sup> ab eo tamen non  
multum in annorum computatione differunt Dionysius Halycarn. <sup>9</sup> & Vale-  
rius Maximus, <sup>10</sup> qui utrique à condita urbe, usque ad vicesimum & quingen-  
tesimum annum primum repudium referunt. Ex quibus colligi potest, men-  
dum esse in Plutarcho, qui illud temporis intervallum propemodum ducen-  
torum & triginta annorum fuisse tradit. <sup>11</sup> Id ipsum quoque arguit quod ipse  
Plutarchus, uti omnes cæteri, scribit, à Sp. Carvilio primum uxori nun-  
cium missum fuisse. At id, teste Gellio, M. Atrilio & P. Valerio, vel ut Haly-  
carn. refert, M. Pomponio & C. Papyrio Coss. contigit. Quorum primi  
consules fuerunt ann. V. C. 526. post remi 522. Calvisius vult, Sp. Carvili-  
um apud Censores Q. Fabium Maxim. Verrucosum & M. Sempronium jurasse,  
uxorem se liberorum quærendorum causâ habere. <sup>12</sup> At hi hanc dignitatem  
adepti

<sup>5</sup> In Libr. de

*Monog.*

<sup>6</sup> Libr. 1.

*observ. 39.*

<sup>7</sup> Libr. 4.

*cap. 3.*

<sup>8</sup> Libr. 17.

*cap. 21.*

<sup>9</sup> Libr. 2.

<sup>10</sup> Libr. 2.

*cap. 1. n. 4.*

*exempl. me-*

*merab.*

<sup>11</sup> In Romul.

*in com*

*parat. Ly-*

*curgi. &*

*Nun.*

<sup>12</sup> In over.

*Chronol.*

adepti sunt M. Ænilio, & M. Junio Pera cons. ann. V. C. 523. Hæc si quis conciliare velit, magno molimine magnas nugas aget, cum satis sit in tanto temporis intervallo, & re tam antiqua, cum Gellio dixisse *memoria traditum esse quingentis fere annis post Romam conditam nullum divortium extitisse*, etiamsi exactus annorum numerus non adjiciatur. Mirandum vero est, qua fide dixerint hi auctores, in tanto temporis intervallo, nullum, & primum Carvilianum divortium fuisse. Refert enim Valerius Maximus, P. Sempronium Sophum conjugem repudii nota affecisse, quod ludos funebres eo infcio spectasset.<sup>1</sup> Fuit autem hic Sophus Appio Claudio Cæco cœtaneus,<sup>2</sup> & consul Romanus ann. V. C. 450. ut Calvisius, vel ut Pighius computat, 449. Pomponius vero auctor est, eum maximæ scientiæ fuisse, ideoque à Populo Romano *σοφὸν* appellatum; nec quisquam ante vel post hunc, hac græca dictione cognominatum fuisse. l. 2. §. 37. D. de origin. Jur. Nam latina, *Sapientem*, primum Publ. Atilium Populus nominavit l. 2. §. 38. D. de orig. jur. Nemo temere dixerit, cum ante quadragesimum ætatis annum neminem admitterent ad consulatum Romani, post Carvilianum divortium, ætatem prorogasse hunc Sempronium, si cogitaverit, eum ann. V. C. 450 consulem fuisse. Non minuitur, multo minus tollitur scrupulus, si denegemus Pomponio fidem (cum in eo multi errores à Cujacio detegantur) dicamusque duos P. Sempronios Sophos vixisse; alterum patrem, qui ann. V. C. 450. consul fuit; alterum filium, qui consulatus dignitatem ann. 485 adeptus est. Quod ut verum credam, cogit Capitolinus, qui in Fastis suis, duos P. Sempronios Sophos consules ponit, nec secundo adjicit, eum bis hanc dignitatem adeptum, uti in cæteris omnibus facit, quibus hic honos bis contigit. Ninius etiam annorum numerus inter primum & secundum consulatum satis indicat, non eundem, sed diversos eum homines gessisse. At quis jam affirmabit, filium non patrem divortium fecisse? Deinde & incertissima conjectura est, quam tamen amplectitur Arnisæus, octogenario majorem fuisse hunc Sophum, cum diverteret. Id enim necessario sequeretur, si post Carvilianum, ejus divortium acciderit, cum nemo ante quadragesimum ætatis annum apud Romanos potuerit esse consul. Itaque ut hic scrupulus amoveatur, existimaverim plures fuisse Sophos, illudque cognomen ob eximiam sapientiam demeritum à primo, in posteros transmissum fuisse, & ex iis aliquem post Carviliū diveruisse. argumento est, quod posterioris consulis, quem retulimus filium, itidem P. Sempronium Sophum, Quæstorem ann. 504. Tribunum plebis ann. 509, & Ædilem plebejum ann. 512. in Fastis ponat Pighius. Sed quicquid de Sempronii divortio sit; si ante illud tempus, quod memorati auctores referunt, nullum repudii exemplum extiterit in Republica, nec notum fuerit Romanis, cur ei causæ, & insolenter factæ pœnas lege lata præscripsit Romulus? Certe mali mores bonarum legum causæ sunt, nec fieri solent prohibitoriarum leges, de iis quæ in civitate non fiunt. Nec scrupulum demit, si quis dicat, Romulum in ornanda legibus Republ. ob metum futuri indixisse pœnam divor-

<sup>1</sup> Libr. 6. c. 3.  
n. 12. exempl.  
mem.

<sup>2</sup> Libr. 2.  
§. 36. D. de  
Orig. jur. &  
Chronic. Cas-  
siod.

Cap. 6. sect.  
3. n. 5. de jur.  
Comm.

vortio, quo vicinæ nationes sæpius utebantur. Veterum autem Romanorum modestiam, mulierumque erga maritos amorem, & in matrimonio castitatem, tantam fuisse, ut nemo, tanto temporis intervallo, uxorem dimittere animum induxerit. Hæc enim gratis dicuntur, & si vera essent, cur de divortiiis in lege 12 tabul. trecentesimo post urbem conditam anno lata, quid cautum fuisset? Non enim opus, neque consultum erat, renovare legem, ejusque pœnas mutare, aliasque ferre, de re, cujus exemplum in Civitate nullum esset. Nihil certi probat, ante Carviliū vel etiam Sempronium, aliquem divortium fecisse in historiis non legi. Observat Seldenus, in veteris fœderis sacro Codice, per septingentos à lata lege aut circiter annos, divortii mentionem nusquam occurrere, & rara alicubi post id tempus ejus esse vestigia, exemplum vero missi repudii, stante Republica Ebraica, aut nullum aut rarissime referri.<sup>1</sup> Attamen ex hoc magno divortii exemplorum silentio, non rectè quis inferret, ea interim in usu neutiquam fuisse. Rabbini Ebraei, tum & Romani Prudentes, generales legum interpretationes, distinctiones, regulas, & id genus reliqua scripserunt: decisiones autem forenses & exempla, id est, quæ ad singulorum contractus, dissidia, actiones attinent, (quorum omnium nimium terax fuit recentius ævum) rarissime in eorum commentariis reperimus. Denique, si ante Carvilianum, nullum extitit divortium in Republica, mirum videri potest, cum tanto temporis spatio adeo casti fuerint Romani, quomodo postea tam brevi à veterum morum gravitate desciverint, & tolerarint Paulum Æmilium, (qui consul fuit, anno V. C. 672.) dimittentem uxorem suam Papiriam Mnasonis viri consularis filiam, fecundam & formosam fœminam, addito hoc saltem, neminem scire, in qua parte calceus, licet speciosus, suos premeret digitos.<sup>2</sup> Imo quod siverint, divortia adeo nihili æstimari, ut apud Terentium, (qui tempore Furii, Lælii, & Scipionis Æmiliani Africani floruit, natus ann. V. C. 553. mortuus ann. V. C. 595) Simo dicat, incommoditatem quandam esse duntaxat conjugum discessionem.<sup>3</sup> Et apud Plautum (qui ann. V. C. 553. adeoque non multum temporis post Carviliū repudium, mortuus est) queratur Syra anus, mulierem exigi matrimonio, *que clam viro, domo egressa est foras*. Quid ergo? dicemusne in annalibus notatum, Primum Sp. Carviliū, virum nobilem, ob sterilitatem, cum uxore, idque amicorum consilio, divortium fecisse; cum hætenus ex nobilibus nullus ob talem causam divertisset: ut tum quoque primum cautiones rei uxoriæ necessarias esse visas, in libro quem de dotibus composuit, scripserit Servius Sulpitius.<sup>4</sup> Quam necessitatem non adeo inferebant divortia eorum, qui ex fœce plebis erant, vel cum non nisi ob gravem causam diverterent Romani. Subsisto & singulorum judicio hæc accuratius perpendenda remitto. Cæterum Carvilianum divortium hac occasione contigit. Agebant Censores, more Majorum, de uxoribus solenne jusjurandum, cujus verba in hunc modum concepta erant. *Et tu ex animi tui sententia uxorem liberorum quarendorum causa habes?* Quibus cum respondisset Carvilius, habeo: postea

<sup>1</sup> Libr. 3. c.  
19. Vxor.  
ebraea.

<sup>2</sup> Plutarch.  
in P. Æmil.

<sup>3</sup> Andr. Aët.  
3. Joen. 3.

<sup>4</sup> Gell. lib. 4.  
cap. 3.

postea jurisjurandi sententiam animo suo bene perpendens, existimavit se pejerasse, quod haberet quidem uxorem, at sterilem, ideoque non liberorum quærendorum causa: quapropter, re cum amicis communicata, uxorem, quam charissimam morum ejus gratia habebat, dimisit; & ut Gellius ait, *jurisjurandi religionem, animo atque amoriprævertit.* Quo tamen ipso, *quamquam* Libr. 4. c. 3. tolerabili ratione motus videbatur, reprehensione non caruit: quia nec cupiditatem quidem liberorum conjugali fidei proponi debuisse arbitrabantur, Val. Maxim. ait. At non ob desiderium liberorum, sed ut expiaret animum suum à perjurio, dimisisse uxorem Carvilius testari videtur Gellius. Cæterum postea labantibus tempore in pejus Romanorum moribus, sæpius (uti à Cornelio Sulla, & aliis) ob solam infœcundi uteri causam divortia facta fuere; fuitque repertus, qui uxorem intra quinquennium non parientem dimitteret. Et cum ibi non consistant exempla, unde ceperunt, sed quamlibet in tenuem recepta tramitem, latissime evagandi sibi viam faciant; & ubi semel recto deeratum est, in præceps perveniat; nec sibi quisquam putat turpe, quod aliis fuisse fructuosum autumat: tandem ex divortiorum frequentia, ipsum divortendi jus adeo licitum factum fuit, ut nullis causarum repagulis coerceretur, penderetque plane ex divertentium maritorum arbitrio. C. Sulpitius Gallus uxorem dimisit, quod eam capite aperto foris versatam cognoverat: *abscisa*, inquit Valerius, *sententia, sed tamen aliqua ratione munita.* Lex enim, ait, tibi meos tantum præfinit oculos, quibus formam tuam approbes. His decoris instrumenta compara, his esto speciosa, horum te certiori crede notitia: Vltior tui conspectus supervacua irritatione accersitus, in suspitione & crimine subhareat necesse est. Si hic est ille Gallus, qui consul fuit ann. V. C. 587, non video, quare illum inter primos divertentes secundum numeret Plutarchus, cum præter Sp. Carvilius, ante eum Æmilius Paulus diverterit, qui primum consulatum gessit ann. V. C. 572. Nisi dicamus, hunc in senecta divertisse; Gallum autem, ante vigesimum quintum ætatis annum: quod utrumque ut statuamus, Historia non admittit. Sed & fuit ejus nominis C. Sulpicius Gallus cum C. Fundanio consul, ann. 510. Qui forte potuit esse, vel alius intermedii temporis, de quo memorati auctores loquuntur. Q. Antestius Vetus uxorem dimisit, quod eam in publico cum quadam libertina vulgari secreto loquentem viderat: *incunabulis & nutrimentis culpa*, ut ait idem auctor, *non ipsa commotus culpa citiorem delicto præbuit ultionem; ut potius caveret injuriam, quam vindicaret.* Et hæc horrida graviorum virorum fuere supercilia. Cæsar Pompeiam, Lucullus Clodiam, ob suspicionem adulterii & impuditiæ ejecerunt. Augustus Scriboniam dimisit, *pertusus*, ut ipse scribit, *morum ejus perversitatem.* Imo quod mireris, ipse Nero patris loco elocavit Liviam Drusillam, ex se sextum mensem prægnantem Augusto. M. Cato dimisit à thoro suo uxorem Martiam, fœminam fœcundam, ut Hortensio amico suo, liberorum cupido haberet; & sic quasi commodandi causâ divortium fecit cum uxore, quam reciperet deinde restaurato matrimonio. Quod genus commodati, vel ut Christiani dicunt, lenocinii etiam à Socrate, Græcorum illo sapientissimo

mo usurpatum dicitur. Et ne quis putet hæc à Principibus viris, ex libero dominante affectu, non institutis majorum utente, esse facta. In genere nulla hominum distinctione facta, scribit Juvenalis, suo ævo ad mittendum repudium suffecisse, si mulier gravis inciperet esse marito, aut nares haberet minus siccas, vel si ipsi novis se implicatos amoribus cuperent mariti.

*Facies, non uxor amatur.*

*Tres ruga subeant, & se cutis arida laxet;*

*Fiant obscuri dentes, oculique minores.*

*Collige sarcinulas dicet libertus, & exi:*

*Jam gravis es nobis, & saepe emungeris: exi*

*Ocyus & propera, sicco venit altera naso.*

<sup>1</sup> *Cicer. 14.  
fam. 13.*

Imo in profligata & deperdita tandem Republica, non tantum viris omni-moda divertendi licentia, sed & scæminis fuit. Filia Ciceronis irato viro,<sup>1</sup> soror Triarii nuptura Bruto, marito è Provincia venienti nuncium miserunt: multæque leges insolentius divertentium uxorum mentionem faciunt. l. 42. D. de Jud. l. 57. l. 64. D. de donat. int. vir. & uxor. l. 34. & 38. D. solut. matrim. l. 8. D. de divort. & repud. Imo Seneca testatur, suo ævo, nullam mulierem erubuisse misso repudio; postquam illustres quædam ac nobiles scæminæ, non consulum, sed maritorum numero, annos suos computarent. Exire eas matrimonii causa, nubere repudii, dicit: extat ejusdem Auctoris jocus, Mecænatem millies uxorem duxisse, propter quotidiana ejus divortia, cum duntaxat unam haberet. Atque adeo hæc divortendi licentia in Republica percrebuit, ut modus, quem, teste Suetonio, Augustus divortiis adjecit, difficiliora quidem ea aliquantulum fecerit, at non sustulerit; imo non potuerit quidem eorum nimiam frequentiam inhibere. Juvenalis mulierum sui sæculi levitatem in divertendo perstringit his verbis. Mulier

*mox hac regna relinquit,*

*Permutatque domos, & flamma conserit, inde*

*Avolat, & spreti repetit vestigia lecti.*

*Ornatas paulo ante fores, pendentia linoquit*

*Vela domus, & ad hac virides in limine ramos.*

*Sic crescit numerus, sic sunt octo mariti*

*Quinque per autumnos: tirulo res digna sepulchri.*<sup>3</sup>

<sup>3</sup> *Libr. 1.  
sarr. 6.  
4 In l. 19. D.  
de Verbor.  
obligat.*

Refert Zazius, apud Martialem dici, Gallam una die septem habuisse maritos, & ab omnibus divertisse.<sup>4</sup> Verum liceat mihi hoc salva existimatione magni istius jurisconsulti dicere, quamvis multa in hanc mulierem scripserit epigrammata Martialis; nullum tamen, quod septies à Galla repetita uno die divortia perstringit, in illo auctore reperio. Puto autem Zazium hoc distichon respexisse:

*Funera post septem nupsit tibi Galla virorum*

*Picentine: sequi vult, puto, Galla viros.*<sup>5</sup>

<sup>5</sup> *Libr. 9.  
epigr. 78:*

Quo vult poeta: venefica tibi venefico Picentine Galla nupsit, à quo extincta,  
ut

ut sperat, mox interfectos à se sequetur viros. Nihil hic de divortiiis. Et certe nimia temporis angustia negare videtur, potuisse mulierem una die officii invenire conditionem, transigere de nuptiis, nubere, atque divertere. Alius locus est apud Martialem, qui renovatam legem Juliam non potuisse infolentia mulierum divortia cohibere, aperte demonstrat.

*Julia lex populis ex quo Faustine renata est,*

*Atque intrare domos jussa pudicitia.*

*Aut minus, aut certe non plus, tricesima lux est,*

*Et nubit decimo jam Thelesina viro.*

*Qua nubit toties, non nubit: adultera lege est.*

*Offendor macha simpliciore minus.*

<sup>1</sup> Libr. 6.

<sup>2</sup> epigr. 7.

- 9 In divortio faciendo, ex lege duodecim tabularum, tum formula, tum solennitates quædam, & ex lege Julia modus observandus fuit. Quantum formulam atinet, hæc verba comprobata fuisse Gajus ait. *tuas res tibi habeto, conditione tua non utar.* l. 2. §. 1. D. de divort. & repud. Solennitates fuerunt, quod claves uxori adimebantur, forasque illa exigebatur. Hinc Martialis, *uxor vade foras; Titinnius, adibus facessat; Varro, foras veterere jussit; Quintilianus, domo egredi jussa; Juvenalis,*

*Collige sarcinulas dicit libertus, & exi*

*Ocyu & propera.*

dixerunt, cum vellent divertentem maritum designare. Et ad hanc legis 12 tab. solennitatem Cicero respexit, cum dixit: *Frugi factus est Antonius; Mimam illam suam suas res sibi habere jussit. ex duodecim tabulis claves ademit, exegit.* <sup>3</sup> Non enim hic causam respexit, propter quam lege 12 tab. legitimum esset divortium. Erat clavium ademptio symbolum divortii frequens, uti & tabularum nuptialium disruptio. Hinc Ambrosius, *mulier offensa claves misit, domum revertit,* <sup>4</sup> id est, divortium fecit. Claves dabantur in celebratione nuptiarum novæ nuptæ, ut significaretur domesticarum rerum curam ei tradi, arg. l. 77. §. 21. D. de legat. 2. Eadem adimebantur in divortio, ut significaretur, nullam amplius esse mulieri in mariti domo administrationem, curam, jusve. Modus, quem lege Julia Augustus divortio adjecit, <sup>5</sup> hic fuit: testatio fieri debebat, septem civibus Romanis puberibus adhibitis, præter libertum libellum repudii ferentem. l. 9. D. de repud. & divort. Ratio juris hæc videtur fuisse, tum ut palam esset ex tantilla temporis mora, dum vocantur testes, dum fit testatio, dum expeditur libertus, perseverantia animi ad constituendam perpetuam dissensionem. l. 3. D. de divort. <sup>6</sup> tum quoque ut ex intercessionibus civium, qui huic negotio adhiberi debebant, sequeretur potius, redintegrato amore, conjugum reconciliatio, quam divortium. Et hæc legitima observatio in divortio Ulpiano dicitur l. 35. D. de donatio. inter vir. & uxor. qua non observata, missum repudium, uti non ex lege factum, non dissolvebat matrimonium. l. un. D. unde vir & ux. l. penult. D. ad leg. Jul. de Adulter. In qua Gaii lege duo in transcurso notanda sunt; primum, in ejus fine legendum esse

Q q q q 2

pro



pro dicendum, videndum, ut constet sententia. Vix enim dici potest dolo malo carere, qui sciens non rite repudiatam, ideoque alteri adhuc nuptam, ducit uxorem. Deinde, cum dicit Jurisconsultus, *Si ex lege missum repudium non sit*, eum intelligere legem Juliam, quæ divortio modum statuit. *l. un. D. und. vir.*

<sup>1</sup> *Libr. 1. observ. 39.*

<sup>2</sup> *Libr. sing. de Adulter.*

<sup>3</sup> *Cujac. libr. 8. observat. 26. dissent. Brisson. libr. sing. de adulter.*

<sup>4</sup> *Libr. 10. disput. 1. de sacram. matrim.*

<sup>5</sup> *Cicer. in topic.*

<sup>6</sup> *In Fragm. Tit. 6. §. 10. 12. 13.*

<sup>7</sup> *Libr. 2. Instit. Tit. de dotib.*

<sup>8</sup> *Paulus libr. 2. Instit. Tit. de dotib.*

pe, si ex lege olim 12 tab. hodie Julia *repudium missum non sit*, durat matrimonium. uti Brissonio placet. <sup>2</sup> In lege Pauli 9. *D. de divort.* observandum est, jurisconsultum non repellere à repudii testimonio omnes liberos, sed eum duntaxat, qui libellum repudii ferebat: hic enim cum internuncius & sequeſter divortii sit, idoneus testis non est: quod & in executore negotiorum, & patrono eadem ratione servatur *l. ult. D. de testib.* <sup>3</sup> Tres modos divortendi Romanis usitatos, per usurpationem, diffarreationem, & remanicipationem ex Rosino refert Sanchez, iis addens ex Blondo diremptionem, quem consulat lector. <sup>4</sup>

Cæterum pœnæ in divertentes olim tam leves æque exiguæ præditæ fuerunt, ut iis non obstantibus, dictum fuerit, facultatem contrahendi & distrahendi matrimonii liberam esse, *l. 14. C. de nupt.* Ex judicio de moribus exigebantur ab eo eave, qui quæve divortio causam dederat. *l. 34. D. solut. matrim. l. 5. D. de pact. dotal.* Si mulieris culpa accidisset divortium, maritus, graviorum morum nomine, id est, adulterii, sextam dotis partem in singulos liberos retinebat: ob leviores mores, octavam: non plures tamen quam tres sextæ in retentione erant, non in petitione. Vir, si causam repudio dedisset, dotem numero, pondere, vel mensura constantem, quam tribus vicibus, annua, bima, trima die reddere debuisset, cogebatur præsentem reddere, id est, præſenti die, statim: idque ob gravioreſ mores. <sup>5</sup> Propter minores vero, fenum mensium die, id est, tribus vicibus, per singula semestria. In ea, quæ præſens reddi solebat, tantum ex fructibus jubebatur reddere, quantum in illa dote quadriennio redditur; uti ex Ulpiano <sup>6</sup> & Paulo <sup>7</sup> constat. Viro vero & uxore mores invicem accusantibus, si causam divortio utrumque dedisse constitisset; ea lege, quam ambo contempserant, neuter vindicabatur, quia paria delicta mutua pensatione solvuntur. *l. 39. D. solut. matrim.* Nulla retentio dabatur, si mulier viri lenocinio adulterata fuisset. cur enim improbet mores, quos ipse aut ante corrupit, aut postea probavit? *l. 47. D. solut. matrim.* Hinc voluit Papinianus, *judicem adulterii, ante oculos habere debere, an maritus pudice vivens, mulieri quoque bonos mores colendi auctor fuerit: periniquum enim esse videtur, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipse non exhibeat. Quæ res, inquit, potest & maritum damnare, non rem ob compensationem mutui criminis inter utroſque communicare.* *l. 13. §. 5. D. ad l. Jul. de Adulter.* Quod ex dote conquirebatur, liberorum erat, qui cum in patris potestate erant, id apud virum permanere necesse erat. <sup>8</sup> Ex quibus patet non adeo, & vix crimen æſtimatum divortium, cum dotem acceptam duntaxat restituere maritus; partem ejus duntaxat amittere damnetur uxor, cessuram in alimenta liberorum, quos natura alere cogit parentes. *l. 1. §. 3. D. de justit. & jur.*

*jur.* Porro sicuti conveniri non poterat, ne de moribus ageretur. *l. 5. D. de pact. dotal.* ita inutilis erat stipulatio, ne liceret divertere. *l. 2. C. de inutil. stipulat.* vel ut pœnæ nomine exigeretur plus vel minus, quam lex in non jure divertentes constituerat, *d. l. 5. l. 19. D. de verbor. obligat. d. l. 2.* Quia antiquitus placuit, libera esse matrimonia. *d. l. 2. C. de inutil. stipul.* & inhonestum visum fuit, ea sive futura, sive jam contracta vinculo pœnæ adstringi. *l. 13. 1. D. de verbor. obligat.* atque contentos non esse oportet pœnis legum comprehensis. *l. 19. D. de verbor. oblig.* Verum hoc de moribus judicium, & hanc malæ tractationis actionem, qua alter alterius mores acusebat, ut divortii culpam à se in alterum averteret, ut nimis incertum, incertamque, sustulit Justinianus, cum & ejus ævo non amplius frequentaretur. *l. 11. C. de rep.* voluitque silere ob liberos retentionem, cum ipsius naturæ stimulus parentes ad liberorum suorum educationem satis hortetur; ne varium genus culpæ contra uxores excogitent mariti, ut ea retentione utantur; cumque & ante eum Imperialibus constitutionibus statutum esset, quid fieri oporteat, facto culpa mulieris divortio in *l. 8. C. de repud. junct. l. unic. §. 5. C. de rei uxor. action.*

11 Hic intranscursu quasi notanda est vana Triboniani ostentatio, se nihil abundans aut superfluum nobis in Pandectarum libris reliquisse: & putida viri socordia detegenda, cum codex Justinianus Pandectis fit vetustior, paucis legibus exceptis, quæ codici repetitæ prælectionis primum sunt insertæ. Reliquit enim in Pandectis judicium de moribus, uti ex Pauli allegato responso apparet, *l. 5. D. de pact. dotal. l. 15. §. 1. D. solut. matrimon.* quod tamen ipsius Justiniani ævo non amplius frequentabatur *l. un. §. 5. C. de rei uxor. action.*

12 Cæterum ut transgrediamur ad divortii injusti pœnas ab Imperatoribus postea constitutas, sciendum est, duplex fuisse apud Romanos divortii genus; unum quod bonâ gratiâ, aliud quod malâ fieri dicebatur. Bonâ gratiâ, id est, dulciter, sine querela, dimissione cum bona venia, ut Ambrosius, amica separatione, ut Tertull. loquitur, non ex animi impetu, non contumeliose, non culpæ causa. *l. 32. §. 10. D. de donat. int. vir. & ux. l. 14. §. 4. D. qui & à quib. manum. l. un. §. ult. C. de rei uxor. act.* fiebat divortium, vel cum inscio, ex justa & legitima ratione, uti cum ab hostibus captus *l. 6. D. de repud.* (nisi dicas hoc casu etiam vel ex voluntate mulieris non potuisse consistere matrimonium propter fortunæ inæqualitatem) vel in militiam profectus esset maritus, & dubia diceretur ejus vita. *l. 7. C. eod. Novell. 22. cap. 7.* (quod mutavit postea Justinianus, uti jam jam docuimus) vel cum sciente & reluctante, ob piam causam, uti si alter Dei amore perpetuam voveret castitatem *l. 53. §. 3. 56. C. de episc. & cleric.* vel ex amborum conjugum spontaneo consensu: voluntate enim contrahentium mutua contrahebatur, eademque intercidente distrahebatur matrimonium *Novell. 22. cap. 3. 4. l. 9. C. de repud.* uti quælibet societates. *l. 63. §. ult. D. pro socio.* Imo non adeo indecens atque indecorum visum fuit, bonâ gratiâ solvere matrimonium, qua uterque jus suum imminutum conse-

quebatur, l. 6. D. de divort. & repud. quin dixerint jurisconsulti, firmas esse donationes divortii causa factas, quoties propter sacerdotium, sterilitatem, fenectutem, valetudinem, aut militiam, satis commode retineri matrimonium non poterat. l. 60. §. 1. l. 61. l. 62. D. de don. int. vir. & uxor. Cæterum, ita de divortii sensisse ethnicos jurisconsultos, qui quomodo in initio institutum fuit matrimonium, nesciverunt, non adeo mirandum est, quam quidem ea placuisse Constantino magno, Theodosio, Anastasio. in l. 8. l. 9. C. de rep. Justiniano Novell. 22. c. 4. l. un. §. final. C. de rei uxor. act. Christianis Principibus, quibus notum oportuit esse illud Christi, in matrimonio non amplius sunt duo, sed una caro: non separet homo, quod conjunxit Deus. Matth. 19. v. 6. Horum tamen ultimus Imperator, melius postea edoctus inexplicabilis conjugii conditionem, divortia bonâ gratiâ fieri prohibuit, addita tamen prohibitioni superstitione hac, ne dicam impia limitatione, nisi ob vitam in castitate degendam. Novell. 117. c. 10. novell. 134. cap. 11. l. 53. §. 3. l. 56. D. de episcop. & cleric. quasi non tanta in matrimonio, quam in cœlibatu elucere castitas possit. At utinam ejus successor Justinus, non tantum laudasset, sed non etiam abrogasset, reducto veteri jure, patris sui (avum suum Justinianum intelligit, cujus ex filia nepos fuit) modo relatam constitutionem, ex hac eleganti scilicet ratione, si mutua affectio matrimonia conficit, merito diversa voluntas eadem per consensum dirimit. Novell. 140. princ. & cap. 1. Oblitus legis Christi, unitatem carnis in matrimonio inter duos coalitam, non nisi à Deo separandam esse. Altera quoque Justinianus ratio, ex violento affectu, odioque, quo semel correpti difficile reconciliari conjuges possunt, desumpta, non necessarium divortium flagitat, cum ei thori & mensæ separatione mederi possit: vel si quid execrandum in vitam alterius tentaverit conjux, morte ejus dissolvendum matrimonium sit. Illa juris regula, quam respicere videtur hic Imperator, & quam antea respexit Justinianus in novell. 22. cap. 4. qua dicitur, nihil tam naturale esse, quam eo modo, quodcunque dissolvi posse, quo colligatum est. l. 35. D. de regul. jur. nisi & divina respiciatur voluntas, instituendo divortio male applicatur. Non enim duntaxat conjuges sese, sed & eos Deus matrimonio jungit; ut divina etiam auctoritas eorum sejunctioni interponi debeat. Cæterum, hoc de divortio voluntario jus, in Orientis Imperio per annos trecentos, & quadraginta usque ad Leonis philosophi tempora obtinuit, qui circa annum Christi 900 Imperator, in opere illo, quod in sexaginta libros distributum, & Basilica, seu Imperatoria appellatum, Jusque justinianeum è latina in græcam linguam translatum comprehendit, hanc Justinianus constitutionem omisit, quo ipso huc usque hoc divortii voluntarii jus observatum desinere voluit.

Constantinus magnus, recepto jam in Romano imperio Christianismo, 13 sexennio aut circiter post Synodum Nicænam, divortia, quæ malâ gratiâ, id est, cum animi ira, & offensa, contumeliose, cum culpæ causa, cum impetu fieri dicebantur. l. 32. §. 10. D. de donat. int. vir. & uxor. hucusque pro lubitu alterutrius conjugis usurpata coërcuit, atque ut viro duntaxat mœcham, medica-

dicamentariam, id est, veneficam, conciliatricem, id est, lenam; uxori homicidam, medicamentarium, & sepulchrorum dissolutorem repudiare liceret, constituit, pœnasque insolenti divortio hæc præscripsit. Si sequior sexus sine relatarum causarum ulla diverteret, jubebatur omnia sua, usque ad acunculam capitis sui, in domo mariti deposita relinquere, & ob tantam sui confidentiam in insulam deportabatur. Si maritus injustum mitteret repudium, aliis ei interdictis nuptiis, dotem omnem uxori restituere cogeatur: si spreto hoc interdicto novas contraheret nuptias, jus erat repudiatæ uxori, mariti domum invadere, & omnem dotem secundæ uxoris ad se transferendo, injuriam sibi illatam vindicare. *libr. 3. tit. 16. Cod. Theod.* <sup>1</sup> Non itaque sustulit hic

*Ann. Chri-  
sti. 331.*

Imperator divortia, sed si quæ insolentius facta fuissent, pœnis subiecta voluit. Hanc constitutionem, sexennio post aliquantulum laxavit idem Imperator, in uxore, quæ post annorum quatuor intervallum, nullum sospitatis indicium à marito suo recepisset. *l. 7. C. de repud.* <sup>2</sup> Harum duarum primam constitutionem Honorius, & Arcadius Augusti confirmarunt, negantes insuper deportatæ uxori jus postliminii & connubii, ne faciat divortium potius novi matrimonii desiderio, quam viri sui execratione. *l. 2. C. Theod.*

*Ann. Chri-  
sti. 337.*

14 *libr. 3. tit. 16:* Atque hoc jus Christianorum Imperatorum de divortiis usque ad annum imperii decimum septimum Theodosii junioris obtinuit, neque abrogatum interim, neque aliquid additum reperitur. Theodosius autem & Valentinianus Imperatores, causas divortii à Constantino & Honorio sancitas abrogarunt, jus divertendi vetus & liberum restituerunt, & divortiorum culpas, culparumque coercitiones, ad veteres leges, responsaque prudentum revocarunt. <sup>4</sup> Displicuit multis proculdubio hæc eorum constitutio, ethnicorum in divortiis non tolerandam Christianis licentiam reducens, duravit tamen per decennium. Quo tempore iidem hi Imperatores, laxiores quidem quam Constantinus complexus fuerat, voluerunt esse divortiorum causas, attamen eas intra certos limites coarctarunt. <sup>3</sup> Hæc eorum constitutio Codici inserta legitur. *l. 8. C. de repud. & Anastasio consul-*

*Ann. Chri-  
sti. 421.*

*Ann. Chri-  
sti. 439.*

*Ann. Chri-  
sti. 449.*

tissima dicitur. *l. 9. C. eod.* in cujus §. 1. inquirunt, causas repudii hac saluberrima lege apertius designamus: quasi in priori constitutione, qua veteres leges & responsa prudentum circa divortia revocaverant, eas quidem implicite, at non satis aperte retulissent. Relatis ab hisce Imperatoribus divortiorum variis causis, unam in maritis, *l. 10. C. de repud.* tres in fœminis adjecit Justinianus. *l. 11. §. 2. C. de repud.* postea eas omnes coarctavit ad numerum senarium in marito, quinarium in uxore. *Novell. 117. cap. 8. & 9.* Divortium uxori licitum voluit, si contra imperium quid ipse machinatus maritus, vel ejusmodi moliminis conscius fuerit: si quolibet modo insidias struxerit vitæ uxoris, ab aliis structas non indicaverit, neque injuriam secundum leges ultus fuerit: si castitati uxoris insidiatus fuerit, vel eam adulterandam aliis tradere tentaverit: si adulterii uxorem suam accusaverit, & in probando defecerit: si præsentem uxore ab aliis corruptus fuerit: Si in propria domo, aut eadem civitate,

cum

cum contemptu uxoris impudicas frequentaverit mulieres, bisque terve admonitus non intermiserit luxuriam. Ab uxore divertere maritus jure potuit, si illa contraimperium aliquid cogitantibus conscia non indicaverit marito suo: si adulterii suspecta convinci potuerit: si vitæ mariti insidias struxerit, vel ab aliis structas sciens marito non indicaverit: si invito viro cum extraneis hominibus ad convivia se invitari passa fuerit, aut voluptatis causa, commune cum iis lavacrum ingressa fuerit: si sine justa & probabili causa, nolente viro, apud alios quam parentes suos foris pernoctaverit, vel circensibus, aut theatris, aut amphitheatris, aut arenas spectaculis interfuerit. Hisce adjecit Leo philosophus duas alias, quas probaverat prius *Novell. 22. cap. 16. §. 1. l. 11. §. 2. C. de repud.* postea reiecerat Justinianus; nempe, si uxor ope sua, vel industria abortum fecerit: si dum est in matrimonio, alium virum de nuptiis compellaverit. *Novell. Leon. 30. 31.* Quibus adjecit postea tertiam, in uxore per triennium, in marito per quinquennium protractum furorem; commemorans, & ante ipsum, lege tributum fuisse divortium, propter mariti prodigalitatem, religionis diversitatem, & si in pactis antenuptialibus promissa ob paupertatem præstari nequeant. *Novell. Leon. 111. & 112.* Verum, quod in hac novella notandum est, persuaserim mihi, si religionem excipias, duas alteras rationes potius à Leone relatas esse, ut causæ servirent, quam crediderim, eas unquam sub Principibus Christianis justum divortium obtinuisse: adeo enim ubique de prodigalitate, & non præstata promissorum fide inter causas divortii altum silentium est.

Hæc de causis divortii Romani pro instituto nostro satis. Quousque autem hoc jus in Oriente post Leonem Philosophum; in Occidente, pro ratione temporum, quibus Italia vel Romanis Imperatoribus subdita, vel ab aliis gentibus occupata fuit, receptum & usu probatum fuerit, si scire aveat lector, adeat Seldenum.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> *Libr. 3. c. 29. & 33. Uxor. Ebraea.*

Cæterum, quæ de divortiis, eorumque causis diximus, ita intelligenda sunt, ut quidem semper licuerit divortium, at insolenter factum, impunitum non fuerit. Pœnæ insolentis divortii à Justiniano vel veteres probatæ, vel novæ constitutæ, hæc fuerunt. Si temere diverteret maritus, vel justam repudii causam uxori præberet, recepta dote, donatio ante nuptias mulieri lucro cedebat: si indotata nupsisset, quarta substantiæ, id est, facultatum mariti pars, quæ tamen non excederet auri centum libras, uxori cedebat, modo nulli vel pauciores quam quatuor ex hoc matrimonio nati essent superstites liberi; si plures existerent, tantum, quantum uni eorum. *l. 11. §. 1. C. de repud. novell. 22. cap. 18. novell. 117. cap. 5.* Facto divortio vir poterat confestim novas nuptias contrahere: mulier vero, non jure dimissa, non nisi post annum, ne quis de prole dubitet. *l. 8. §. 4. C. de repud. novell. 22. cap. 16.* Si absque justa causa divertisset uxor, vel marito justam repudii causam præbuisset, dotem quam dedit, & ante nuptias donationem amittebat; si dos constituta non esset, quartam facultatum suarum partem, non excedentem

tem tamen centum auri libras, persolvere marito cogeatur, interdicto ei insuper in quinquennium matrimonio, quia æquum æstimatum fuit, *eam interim carere conjugio, quo se monstravit indignam.* l. 8. §. 4. l. 11. §. 1. C. de repud. novell. 22. cap. 15. Voluit porro Justinianus, si contigerit divertere uxorem, propterea quod eam maritus adulterii accusaverat, & in probatione defecerat, præter donationem ante nuptias & dotem, eam liberis orbam tantum ex reliquis bonis mariti lucrari, quantum antenuptialis donationis pars tertia esse cognoscitur: si vero liberorum ex isto matrimonio mater sit, omnem viri substantiam liberis cedere: idem jus obtinet, si divortium faciat mulier, quia luxuriosam cum aliis mulieribus vitam in eadem domo vel civitate, in qua illa degit, admonitus non intermisit maritus. *Novell. 117. cap. 9.* Hæc dos, & donatio propter nuptias, & quicquid læsæ parti ex alterius non jure divertentis facultatibus addicitur, reservatur omnibus ex æquo liberis ex eodem matrimonio natis. l. 8. §. 7. l. 11. §. 1. C. de repud.

Cæterum, quod de quarta facultatum parte dictum est, ex nova Justiniani constitutione profluxit. De amittenda omni re, non jure divertente muliere, Constantinus Magnus cavuit. Omnium primus Theodosius totius dotis amissionem voluit, cum ante Constantinum, cujus jus hic abrogavit, ob malos mulieris mores facto divortio, de dote duntaxat retentio esset. Vnde crediderim cum Brissonio, locos omnes veterum Jurisconsultorum & Impera-

*Libr. fragul. ad leg. Jul. de adulter. §. deprehensum.*

torum, quibus dotem penes maritum remanere sancitur: cum eorum auctores longo intervallo ante memoratos Imperatores Constantinum & Theodosium vixerint, à Triboniano interpolatos, & sui temporis constitutionibus accommodatos esse.

Præter hæc, quæ commemoravimus damna, novella Justiniani constitutio jussit, virum vel mulierem injuste divertentes in monasterium detrudi, triente bonorum, si liberos habeant; besse, si solos parentes; alioqui omni eo, quod possident, monasterio addicto. nisi ante monasterii ingressum in concordiam & amicitiam redierint conjuges, *novell. 117. cap. 13. novell. 134. cap. 11.*

17

Atque hæc quidem jure civili in non jure divertentes statuta sunt. Quæ omnia tum circa causas, tum circa pœnas latius retuli, ut palam lectori esset, quanta variis temporibus hujus juris varietas fuerit. Restat, ut inquiramus, qua ratione Christiani Imperatores, & præcipue Justinianus, qui se toties Christianum, & sacrorum canonum cultorem, & defensorem, atque rituum ethnicorum osorem profitetur. l. 5. l. 6. l. 7. C. de sanct. Trinit. t. t. C. de Juda. t. t. de Pagan. tot, tantas, & uti primo intuitu videntur, tam leves divortii causas admitterint, & non potius, juxta Christi legem, omnes præter adulterium improba-

*Libr. 6. parrerg. cap. 20.*

R r r r

fisse

<sup>2</sup> In l. 1 Paul.  
ad Corinth.  
7.

sistē concilium Agathense. C. 1. *caus.* 33. q. 2. & Ambrosium, <sup>1</sup> sunt qui statuunt. Hoc si verum sit, non arguendus videtur Justinianus, si sui seculi scientiā contentus, tempori suo congruas leges condiderit. Leonem philosophum ex sui ævi theologorum doctrina, hoc sensu accepisse Christi verba, apertissime constat, cum propter furorem repudium concedens, ita loquatur. *Sed per conjugium, inquit, in unum corpus coierunt, oportetque membrum alterum alterius morbos perpeti: & divinum praeceptum est, quos Deus junxerit, ne separentur. Praeclara haec quidem & divina, ut patet quae a Deo pronunciata sunt. Verum non recte, neque secundum divinum propositum hic in medium adferuntur. Si enim matrimonium talem statum conservaret, qualem ejus in principio pronuba exhibuisset, quisquis separaret, improbus profecto fuisset, neque reprehensionem effugeret. novell. Leon. 111. & 112.*

<sup>3</sup> Libr. 10.  
disput. 1. n.  
12. de ma-  
trim.  
<sup>3</sup> Libr. 8.  
cap. 12. circ.  
fin. comment.  
ad jus civil.

Alciatum sequitur Sanchez, <sup>2</sup> & ejus opinionis est Connanus. <sup>3</sup> Sed his contrarius Barbosa hanc excusationem minime admittendam putat, docens, nunquam Ecclesiam admisisse divortium; imo ne quidem ob adulterium, ea vi, ut vinculum matrimonii solveretur: & licet id senserit Ambrosius. C. 17. *caus.* 32. q. 7. cum contra communem Patrum sententiam hoc statuisset contendit. Concilium Agathense non numerare divortii causas, verum ipsum vetare divortium, nisi ejus causa Ecclesiae probetur. cap. 25. *refertur. in C. 1. caus.* 33. q. 2. Concilium Eliberitanum vero decernere, mulieri quæ virum adulterum dimittit, alteri nubere fas non esse. *Can. 9. refertur. in C. 8. caus.* 32. q. 7. <sup>4</sup> & in Concilio Milevitano placuisse Patribus, ut secundum Evangelium & Apostolicam doctrinam, neque dimissus ab uxore, neque dimissa à marito, alteri conjungantur: sed ut ita maneant, id est cœlibes vivant, aut sibi met reconcilientur, hujus placiti contemptroribus poenitentia indicta. *can. 17. refertur.*

<sup>5</sup> Habit. ann.  
Christ. 402.

*caus.* 5. *caus.* 32. q. 7. <sup>5</sup> Ex quibus locis autumat patere satis, Cæsareas de divortii leges nunquam Ecclesiae placuisse, quamvis non constet, Episcopos, ne ferrentur, unquam apud Imperatores intercessisse. <sup>6</sup> Cujus viri sententiam si sequamur, satius videtur, si dicamus idem Imperatoribus Christianis contigisse, quod Moli contigit, qui propter duritiem cordis Judæis divortia permisit, cum ea prorsus prohibere sine majoris mali metu non posset. Nempe, nimium assuetâ Republicâ jam tum ab ethnicis introductâ divortiorum licentiae, cum sine majorum malorum periculo ei occurrere se non posse arbitrantur (uti id aperte testatur Justinus *novell.* 140.) voluerunt potius cum sensu humanæ fragilitatis, licentiae suorum temporum aliquid indulgere, & ob certas quasdam causas permittere divortia, quam iis prorsus prohibitis, metuere conjugum in conjuges insidias, venena, ferrum, aliave atrociora crimina; si quidem, uti Justinus ait, eos, qui violento odio atque affectu correpti sunt, per quem difficile est reconciliare. *novell.* 140. Permiserunt ergo divortia, non probarunt; tolerarunt, quia sine majoris mali metu inhibere non poterant; passi sunt, non præceperunt. Multum autem inter se distant, permittere & præcipere; pati & probare. Multa per patientiam tolerantur, quæ in judicium deducta exigente justitiâ non probarentur. C. 18. x. *de prabend. Quod præcipimus, semper placet:*

<sup>6</sup> In 2. part.  
rubr. D. sol.  
matrim. n.  
11. & seqq.

*placet: quod permittimus, nolentes precipimus: quia malam voluntatem hominum ad plenum prohibere non possumus* C. 9. *caus.* 31. q. 1. Hac ratione, inquit Chrysostomus, permisit Moses libellum repudii, quia melius judicavit, permittente lege matrimonia solvi, quam odio compellente homicidium fieri; permisit mala, ne committerentur pejora.<sup>1</sup> Speciosa hæc quidem sunt, probe excogitata, ut hoc colore excusarentur Imperatores. Veriorem tamen existimaverim Alciati sententiam, modo pro eo quod dicit, primitivam Ecclesiam male intellexisse Christi verba, malæ interpretationis error in Principibus & privatis istius ævi quibusdam theologis collocetur, non autem adscribatur toti Ecclesiæ. Etenim si tantum ob adulterium ex lege Christi licita credidissent divortia, vel matrimoniorum non magnam curam habuerunt, (cujus, contrarium patet) vel cum inter Constantini magni<sup>2</sup> & Justiniani tempora, ducenti & quinquaginta quinque anni effluerint, tanto temporis spatio, effrænem divortiorum licentiam primum coercere, deinde eorū causas coarctare, & tandem penitus tollere & potuissent, & sustulissent. Quid Patres aliqui senserint, quidue in quibusdam conciliis provincialibus disputaverint, non diffindo, sed quæ in aula recepta fuerit sententia, examino. Ex novell. Leonis 74. satis constat, non semper quod Patribus in synodis placuit, legem civilem approbasse & secutam fuisse. Concilium Eliberitanum provinciale fuit,<sup>4</sup> coactum sub Sylvestro Papa ante synodum Nicænam œcumenicam,<sup>5</sup> in qua circa hæc nihil immutatum est. Milevitanum itidem provinciale. Quod etiam cum non exprimit causas, intelligi debet de divortio insolenter, non jure, & contra leges Cæsareas factio. Nam si intelligatur de repudio ob adulterium misso, non conveniret canon Christi doctrinæ, hoc casu læsæ parti nuptias concedentis; cuius tamen, ut & Apostolorum auctoritatem in patrocinium suum allegat. Nostri sententia non illi abscondenda videbitur, qui consideraverit, tum primos hosce Christianos Imperatores, non parum plerumque generi hieratico addictos, tum & in Christi disciplina & Apostolorum scriptis adeo satis versatos fuisse, ut verosimile non videatur, eos quicquam circa divortiorum jus statuisse, quod vel eorum conscientia, vel Episcopi, & sacrarum litterarum tum temporis Mystæ orthodoxum, & doctrinæ Christi consonum non judicarent. Certe palam & in confesso est, ex trecentis & octodecim Patribus, qui in Nicæna Synodo, quam sua præsentia ipse Constantinus cohoneſtavit, congregati fuerunt, plerisque Imperatori in rebus Christianismi juxta pietatis & honestatis leges ordinandis, à consiliis fuisse: imo ita apud eum gratia polluisse tum temporis hieraticum genus (quod clerum vocitatus) ut Episcoporum judicio forensi etiam & ferme soli causas undiquaque omnimodas permiserit, Eusebio teste.<sup>6</sup> Quem erga ecclesiasticos affectum nec cæteri Principes deposuerunt, nec Justinianus intermisit, uti novellas ejus legenti satis patet. Deinde quoque non abscondenda illi videbitur nostra sententia, qui observaverit, cum passim in imperio Romano, hæc Imperatorum de divortiis constitutiones observarentur, neque in conciliis œcumenicis, Nicæ-

<sup>1</sup> Homil. 32.  
in Matth. 19.  
v. 8.

<sup>2</sup> Cæpit regnar. ann.  
Christi. 272.  
<sup>3</sup> Cæpit regn.  
ann. Christi.  
527.

<sup>4</sup> Habis.  
ann. 322.  
<sup>5</sup> Habis.  
ann. 325.

<sup>6</sup> In vit.  
Constant. lib.  
4. cap. 27.  
consul. C.  
Theodos. in  
append. à  
Sirmon. edit.  
Parif. 1631.  
Et Selden.  
libr. 3. c. 28.



<sup>•</sup> *Hab. ann.* no sub Constantino; <sup>1</sup> Constantinopolitano sub Theodosio Primo; <sup>•</sup> Ephesi-  
<sup>325.</sup> no sub Theodosio Minore; <sup>•</sup> Chalcedonensi sub Martino; <sup>4</sup> Constantino-  
<sup>Ann. 381.</sup> politano secundo, sub ipso Justiniano, <sup>•</sup> habitis, Patres aliquid in jure divor-  
<sup>Ann. 430.</sup> tiorum publico vel carpsisse, vel pronunciasse, vel de eo disputasse; uti ex Sy-  
<sup>Ann. 451.</sup> nodorum istarum actis & canonibus, omnibus obvium est. At vero per in-  
<sup>Ann. 553.</sup> curiam præterisse Patres imperatorias constitutiones, quas divinæ legi &  
Christi doctrinæ adversas judicassent; vel non ausos fuisse sub indulgentissi-  
mis clero Principibus, eas impictatis redarguere, si quis dixerit, non facile,  
meo iudicio, assentientem inveniet. Denique, non absona videbitur nostra  
sententia scienti, verbum *Πορνείας*, quo Christus usus fuit, in generaliore suo  
significatu, non modo concubitus illicitum, sed, & quamlibet rem turpem  
significare; & in ea significatione usurpatum fuisse non tantum à Philone  
Alexandrino Judæo, Christo in terris agenti cœvo, & à Septuaginta inter-  
pretibus in veteri fœdere (quod Seldenus notat <sup>6</sup>) sed & à novi testamenti  
Theologis quam plurimis; ut ex Augustinō <sup>7</sup> patet, qui latebrosissimam dicit  
quæstionem, utrum Dominus intelligat eam scortationem, quæ damnatur in  
stupro; an illam, de qua dicitur, *Perdidisti omnem, qui fornicatur abs te.* <sup>8</sup> Et tan-  
dem, qui perpenderit Origenem, <sup>9</sup> ejusque sequaces docuisse, *Πορνείας* non  
fieri mentionem à Christo, in vim strictæ exceptionis, sed exempli gratia;  
non excipi ut causam unicam, sed exemplarem; nimirum, ut graviore mores  
à levioribus discernantur. <sup>10</sup> Non hæc assero, ut sensum *Πορνείας* definiam;  
non enim hoc jam ago: sed ut ostendam primorum Christianorum Impera-  
torum de divortiis constitutiones plurimorum & præcipuorum Theolo-  
gorum istius seculi sententiis congruas fuisse: excepta illa Theodosii & Va-  
lentiniani, quæ licentiam divortiorum pristinam revocarat: quam propterea,  
proculdubio ex persuasionem & admonitionem Episcoporum iidem Imperatores  
post decennium abrogarunt, honesto satis sub prætextu, quasi in ea causas di-  
vortii non satis expressas hac novâ tantum exactius designarent. *l. 8. C. de re-  
pud.* Si quis porro nostræ obducatur sententiæ, hæcenus dicta evincere quidem,  
ex Theologorum placitis comparata fuisse adulterio graviora & criminum  
portenta; sed hinc non sequi, illos leviores causas, & quæ mores duntaxat  
respiciunt, admisisse, uti sunt extraneorum virorum convivia appetere, foris  
pernoctare, gaudere circensibus, theatralibus ludis, aut arenas spectaculis;  
is responsum ferat, hæc & similia in se spectata, non ut crimina  
spectari, sed ad adulterium relata, ut inconcussa criminis indicia haberi. Chris-  
tus, cum leges non constitueret civiles, sed animis singulorum daret præ-  
cepta, dixit quidem, propter adulterium dimitti uxorem posse; at certitudi-  
nem criminis, singulorum animis æstimandam commisit. eodem modo, quo  
lex Moïsis veritatem & gravitatem causæ divertentis mariti arbitrio æsti-  
mandam reliquerat. At vero Christiani Principes, cum coercere vellent ex  
Christi præcepto Judæorum & Ethnicorum liberrima divortia, duo sibi vi-  
tanda esse judicarunt: tum ne adigerentur conjuges ad necessitatem accusan-  
di

di adulterii publico iudicio comparem : tum ne certitudo criminis cujusque animo suspicaciori committeretur. Primum enim & durum, & periculosum nimis visum fuit : durum nimis, Christianum maritum, & forte animi lenis hominem cogi tam inclementer iracundum esse in sociam vitam, ut eam deposcat ad publicum iudicium, cum in ipsos inimicos, benignos nos esse jubeat Christus. Periculosum nimis, propter probationis difficultatem, & ex incerto litis. Nam si succumbat maritus, accusatæ uxoris certissimum divortium, cum ignominia & damno ipsius maximo prævidet. Singulorum autem credulitati committi suspicio adulterii in bene constituta Republica non recte potuit, ne innocens aliquando accusata ex zelotypi mariti arbitrio damnaretur : præterquam quod hoc esset liberrima Judæorum divortia reducere, ficto ex lubitu mariti crimine. Attamen ex privato singulorum iudicio, quæcunque suspicio, de qua iudex postea cognosceret, ad accusandum sumi non debuit, ne litium seges oriretur. Itaque Theodosius junior Imperator Christianus & pius, & Episcoporum quotidiano usus consilio, si maritus uxorem publico iudicio accusare nolle, aut si, quod ipse crederet, & pro comperto satis haberet adulterium, probare tamen se in iudicio posse diffideret : ne læsa conjugii fides sine auxilio esset, in quaestione divortii, impudicitæ conjecturas ad sui sæculi mores temperans, sufficere judicavit, si mulier viro ignorante vel nolente, extraneorum virorum convivia appetere : si circensibus, theatralibus, vel ludis, aut arenarum spectaculis, ipso prohibente gauderet : si sine justa & probabili causa foris, & non apud parentes pernoctaret. Quibus addidit postea Justinianus, si voluptatis causa commune cum viris lavacrum ingrederetur : si abortum industria procuraret, si constante matrimonio, cum altero viro de nuptiis ageret. Quæ omnia sine manifesta & indubitata suspicione adulterii, tum temporis, à mulieribus fieri non potuerunt. Et hæc quidem satis dicta sunt de divortiis, quæ mala gratia fieri dicebantur, eorumque causis ex Constantini, Theodosii, & Justiniani Imperatorum constitutionibus. Vnum restat querere, qua ratione Imperatores insolenter divertentibus, vel non jure dimissis concesserint alteras nuptias, cum dicat Christus, mæchari, tum quæ non jure dimissa alteri nubis, tum qui dimissam ducit. An non melius fuit, & Christi doctrinæ magis consonum, ejusmodi nuptiarum temeratores à conjugii sacris, arcuissse ? Hanc difficultatem quidem facile ille superabit, qui Christi verba apud Matthæum, *facit, ut ea mæchetur* cap. 5. v. 32. interpretatus fuerit, scortationis dimissæ, cujus occasionem dat, reus erit. Nimirum, cum ignominia divortii notata scemina non facile alterum maritum invenire possit, facile quæ se continere non potest, à spe nuptiarum dejecta dilabitur ad vagos concubitus. Promiscua venus etiam voce *Mæcharias* indicari solet, ut Grotius notat. Hujus autem mali culpam Christus in eum rejicit, qui levi de causa, suæ fidei, tutelæque traditam à se inclementer amovet. Quin etiam si illibata manserit mulieris pudicitia, marito tamen pro facto imputat, quod fieri potuit, quia occasionem, ut fieri posset,

*Floruit sub  
Valentinian.  
& Valent. 2.  
Ann. Christ.  
372. sub  
Gratian. &  
Valent. 2.  
Theodos.*

dedit, neq; per illum stetit, quominus fieret. Quæ interpretatio Ambrosii dicitur, dicentis, periculosum esse, si fragilem adolescentulæ ætatem errori offeras. Deinde quod dictum est, *qui dimissam duxerit, mœchari*, intelligendum esse de eo, qui non tentatis prius omnibus viis ad reconciliandos separatos conjuges (quod omnino faciendum vult Paulus 1 Corinth. 7. v. 2.) dimissam duxerit: aut, quod pejus est, qui alterius uxori inhians, per procuratum divortium sibi viam nuptiis straverit. Quasi alias non recte possit dici adultera, quæ juxta legem repudiata, se in honestum matrimonium alteri tradit viro: nec adulter, qui foeminam alienâ injuriâ proculcatam, & de pudicitia periclitantem misericordiâ motus justis sibi sociat nuptiis. Hoc enim durum videretur manente Moïsis lege, quæ & divortium permisit, & repudiatam duci posse concessit. Sed hæc interpretatio verborum Christi (an recta non disputo hic, aliam nos supra dedimus) infert quidem, recte concedi ab Imperatoribus non jure dimissæ nuptias, nec peccare ducentem, tentata prius sed frustra, reconciliatione: at non tollit difficultatem in altero matrimonio viri vel foeminæ, qui vel quæ insolenter divortium fecit: uti nec in novis nuptiis eorum, qui bonâ gratiâ factô divortio prius matrimonium solverunt. Christus dicit, & hunc & hanc mœchari. *Matth. 19. v. 9. Marc. 10. v. 11.* Romanæ etiam mulieri licuit divertere, non Ebrææ. Insulsa conjectura illorum est, qui dicunt, Imperatores non irrita reddidisse nova divortientium conjugia, quia tum temporis Theologi statuerunt, Moïsis de divortiis legem, ejusque interpretationem à Christo factam ad solos Judæos pertinere, & non obligare Christianos, cum non inter morales, quarum perpetua obligatio est, sed inter judiciales referatur Judæorum leges, quarum vis cum Republica Ebræa evanuit; ideoque cum crederent jure gentium, seu ut Ebræorum magistri loquebantur, jure Noachidarum licita esse divortia, potuisse leges repudiis præscribere pro arbitrio, qui rerum potirentur. Hujus certe opinionis ne vestigium quidem apud Theologos veteris ævi reperitur. Lex divortii, quæ à Moïse refertur, de divortendi modo & libello repudii, non de ipso divortio agit. Hieronymum, ex patribus, non minimum Ecclesiæ lumen, sensisse, ab exordio creationis non concessa fuisse divortia, ex ejus libro adversus Jovinianum palam est. Christi quoq; verba, docentis, illicita esse, & ab initio non fuisse nisi obsecrationem divortia, tam perspicua, tam aperta sunt, ut in animû meum inducere non possim; veteres hos Theologos jus ipsum divortii inter jura judicialia Ebræorum, non inter naturalia collocasse. Crediderim itaque in hisce sese accommodasse temporis Imperatores, & populo ex ethnicismo, & Judaismo ad Christianismum converso, hisce moribus nimium assueto aliquantulum connivisse, ne majora committerentur facinora, uti apertissime ex illa Justinî novella apparet, qua abrogat Justiniani constitutionem, matrimonia mutuo consensu dirimi vetantem *Novell. 140. pr. & cap. 1.* Hæc de jure Romanorum divortiorum satis.

*Lib. 1.  
advers. Jovinian.  
floruit. sub  
Arcad. Honor. Theod.  
ann. Christ.  
380. &  
seqq.*

## CAPUT TRICESIMUM SECUNDUM.

*De divortis secundum jus Canonicum.*

## S U M M A R I A.

1. Neque propter incestuosum adulterium, neque propter struſas vitæ alterius infidias ſolvitur matrimonii vinculum jure canonico.

2. Propter religionis ingreſſum ſolvitur rati,

non conſummati matrimonii vinculi.

3. Ratio datur, quare ob monaſterii ingreſſum, & cum conjugum alter ad fidem convertitur, ſolvatur matrimonii vinculum.

**D**e ſecundum jus Pontificium divortis, quæ meliore ſui parte mutilata ſeparatione thori & menſæ duntaxat inducunt, velut Magiſter ſententiari loquitur, *corporaliter tantum, non ſacramentaliter* conjuges ſejungunt, in præcedentibus actum eſt. Reſtat, ut de iis agamus, quæ ipſum etiam conjugii vinculum ita ſolvunt, ut alteri conjugum fas ſit, novas contrahere nuptias. Sunt qui putant, hoc ei licere, tum qui propter incestuoſum adulterium uxorem dimittit, tum qui ab ea ſeparatur, quæ in mortem mariti cum aliis conſpavit. Verum neutro caſu vinculi rupturam Pontificii permittunt. Zachariæ Papæ decretum, quod contrarium aperte ſatis decidit, intelligunt, de eo loqui, qui uxoris ſuæ deſponſatæ, non ductæ, non compreſſæ ſororem ſupra vit; *gloſſ. in C. 23. cauſ. 32. q. 7. junct. C. 2. x. de eo qui cognov. conſang. uxor. ſua.* Certum autem eſt, incestuoſam libidinem, commiſſam ante contractam affinitatem, matrimonii vinculum ſolvere, & innocentis jus connubii concedere. *C. 8. x. de eo qui cognov. conſ. uxor.* Deinde quod refertur à Gratiano ex concilio apud Vermerias congregato, concedi novas nuptias marito, qui propter ſtruſas ſuæ vitæ infidias uxorem dimiſit, *C. 6. cauſ. 31. q. 1. intelligi volunt* poſt mortem uxoris, atque hæc verba hic omiſſa dicunt, quæ in decretalibus manifeſte leguntur. *C. 1. x. de divort.* Imo vel ſpurium & apocryphum hoc apud Vermerias concilium dicit cum Maldonato Sanchez; vel illo tempore id hoc permiſiſſe ad majora evitanda mala, non ut generale jus eſſet. Tantum abeſt, ut concederent Pontificii alia vota propter inceſtum conjugis diverſi. Nec ratio eſt, ut contrarium ſtatuamus, qui ſcimus, ſimplex adulterium non ſolvere matrimonii ligamen jure Pontificio. At non major eſt laſio partis innocentis, in ſimplici alterius adulterio, quam incestuoſo. Duo autem divortia agnoſcunt Pontificii, quæ matrimonii vinculum incidunt, atque alteri conjugi novas permittunt nuptias. Nempe, cum rato, nondum conſummato matrimonio, alter conjugum mundo moritur, ad religionem tranſit, id eſt, monaſterium ingreditur, *C. 7. x. de converſ. conjag.* Et cum ex duobus infidelibus, alter conjugum ad fidem converſus deſeritur ab infideli, *C. 7. x. de divortis.* Prioris juris ratio hæc à Pontificiis datur. Matrimonium quatenus ſacramentum eſt, id eſt, ſignum rei ſacræ, duplicem habet ſignificationem:

<sup>1</sup> Libr. 4. ſentent. diſtinct. 31.

<sup>2</sup> Havernam. libr. 3. tit. 5. poſit. 1. n. 3. Gamol. Synopt.

<sup>3</sup> Caniſ. in d. C. 1. x. de divort.

<sup>4</sup> Libr. 10. Diſput. 2. n. 3 de matrim.

<sup>5</sup> Barboſ. in Rubr. D. ſolut. matrim. part. 2. n. 15.

<sup>6</sup> Covarruv. part. 2. de matrim. c. 7. §. 6 n. 23.

<sup>7</sup> Petr. Lombard. libr. 4. diſtinct. 27.

<sup>8</sup> ib. Thom. art. 3 q. 1. & art. 3 q. 2.

<sup>9</sup> Barboſ. tri 2. part. Rubr. D. ſolut. matrim. n. 73.

<sup>10</sup> concil. Trident. ſeſſ. 24. can. 6. Baſil. Pont. libr. 9. cap. 3. §. 5. & ſeqq. de Sacram. matrim.

tionem: unam, qua designatur invisibilis gratia, sive conjunctio Christi cum anima fidei, juxta illud Pauli, *qui adhaeret Domino, unus spiritus est cum eo* 1 Corinth. 7. v. 1. alteram, qua designatur conjunctio Christi cum Ecclesia, juxta illud Joannis, *Et verbum caro factum est, & habitavit inter nos.* cap. 1. v. 14. Matrimonium autem duntaxat ratum, non copula consummatum, significare volunt priorem conjunctionem Christi cum anima fidei; & esse solubile, quia Christi & fidelis animæ conjugatio sæpius solvitur per peccatum. Consummatum vero coitu designare posteriorem conjugationem Christi cum Ecclesia, C. 17. caus. 27. q. 2. Gloss. in d. c. v. *sacramentum.* & esse insolubile, quia Christi & Ecclesiæ conjunctio insolubilis est. <sup>1</sup> Breviter hæc Magister sententiarum.

<sup>1</sup> Barbof. in  
part. 2. Rubr.  
solut. ma-  
trim. n. 102.  
& seqq. Ca-  
nis. instit. 6.  
libr. 4. de cre-  
tal.

<sup>2</sup> Libr. 4.  
sent. di-  
stinct. 26.  
q. 2.

*consensus conjugum copulam spiritalem Christi & Ecclesiæ, quæ fit per charitatem significat; commixtio vero sexuum, illam, quæ fit per naturæ conformitatem, id est, hypostaticam conjunctionem Dei cum humana natura per incarnationem.* <sup>2</sup> Prioris conjunctionis Christi cum anima fidei non meminit hic Theologus. Latius hanc comparisonem exequitur Innocentius tertius in C. 5. x. de dig. non ord. Accuratus vero Basilus Pontius, recens scriptor, hoc modo. Tria significat matrimonium, conjunctionē Dei cum anima fidei per gratiam, quatenus sacramentum est, & dum fit matrimonium: conjunctionem Christi insolubilem cum tota Ecclesia per sacramentum fidei, quatenus vinculum matrimonii, quod in facto esse remanet, sive quod est effectus conjugalis contractus, sacramentum appellari consuevit: conjunctionem hypostaticam Dei cum humana natura per incarnationis mysterium, quatenus matrimonium consummatum spectatur. Vultque hic Theologus, Innocentium tertium, conjunctione per gratiam comprehendere secundam, quæ est per sacramentum fidei. <sup>3</sup> Argute hæc omnia; sed an recte, examinare hoc loco animus non est. Ex priore Innocentii & aliorum distinctione deducunt Pontificiū, matrimonium ratum, spirituale duntaxat esse, ideoque per religionis ingressum, id est, mortem spiritualem dissolvi posse: copula vero consummatum, carnale esse, ideoque non nisi per mortem carnalem ejus vinculum dirimi posses etiam non, etiamsi summus Pontifex potestatem suam interponat; quia Christi & Ecclesiæ conjunctio, quam designat, indissolubilis est. <sup>4</sup> Verum cum ex iis, quæ de voto castitatis solenni & simplici diximus, hujus distinctionis absurditas satis colligi possit, ne dicta repetamus, eam silentio hoc loco præterire lubet. Obiter tamen notabimus, prioris Nam in multis labimur emnes Jacob. 3. vers. 1. conjunctionis rationem in vitio cubare: & tamen electicum Christo conjunctio nunquam prorsus dissolvitur. Ait apud Hoseam Deus, *desponsabo te federe aeterno;* dicitque Christus, *Pater, eorum quos mihi dedisti, nullum amisi.* Falsum quoque est, consummatum matrimonii vinculum non nisi morte carnali, ut loquuntur, solvi: solvitur enim adulterio, & malitiosa desertione ex Christi & Pauli doctrina. Futilis etiam consequentia est, neque à pueris in trivialibus ferenda; conjunctio Christi & Ecclesiæ insolubilis est, ergo & matrimonium, quod eam designat: alia est natura signi, alia ejus quod

<sup>3</sup> Libr. 1. c.  
11. de sa-  
cram. ma-  
trim.

<sup>4</sup> Castif. in  
Tit. 2. qui  
cleric. vel vo-  
vunt. Carer.  
libr. 3. c. 4. de  
sponsal. &  
matrim. Bar-  
bof. part. 2.  
Rubr. D. so-  
lut. matrim.  
n. 105. &  
seqq.

quod designatur; nec hæc per omnia similia sunt. Conjunctio vitis cum palmitibus, lapidum cum fundamento, cibi cum corpore, surculi cum trunco, vestis cum corpore, & id genus alia, signa sunt nostræ conjunctionis cum Domino: an ob id illa omnia indissolubilia? Sed progrediamur nos ad alterum juris canonici verum divortium. Ait Innocentius tertius, *Si alter infidelium conjugum ad fidem convertatur catholicam, cui alter cohabitare negat, qui deseritur, nova potest amplecti vota. C. 7. & seqq. x. de divortiiis*. Hactenus recte, modo in desertione ponatur divortii ratio secundum Pauli doctrinam: *si infidelis discedit, discedat; frater non est servituti subjectus in hujusmodi. 1 Corinth. 7*. At cum adjungit Pontifex, libertatem divertendi, aliaque vota amplectendi esse fidei, cum habitare cum eo quidem velit infidelis; at non sine blasphemia divini nominis, vel ut eum pertrahat ad infidelitatem, Paulo contrarius est. Ille enim sine ulla exceptione deferere infidelem, consortium vitæ non deferentem, vetat. Et si vera ratio est, quia injustum tentamen infidelis pertrahendi alterum ad mortale peccatū redundare in contumeliam creatoris, idtuo solvipossit matrimonii: cur non conceditur constanti in fide aliud matrimonium, cum ex duobus fidelibus alter in hæresin labitur, vel ad gentilitatis errorē transit? Nam non minor in Creatorē contumelia apparet in hæretico & apostata, quam in infideli; & ab eo major seductionis metus est. Frivolū effugium est, inter infideles verum, id est, legitimum duntaxat, inter fideles verum & ratum existere matrimonium. *quia sacramentum fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur, sed ratum efficit conjugii sacramentum, ut ipsum in conjugibus illo durante perduret. C. 7. x. de divortiiis C. 2. caus. 3 2. q. 7*. Nam matrimonium juris naturæ est, consistitque inter infideles, sui natura insolubile. At professio fidei nec naturam, nec matrimonii jura tollit, neque mutat ea, quæ sunt juris naturæ, uti ipse Sanchez docet. Matrimonium autem novi fœderis sacramentum, ideoque fortius ejus vinculum inter fideles, quam inter infideles esse, sæpius jam refutavimus. Dicit Sanchez consummatum infidelium matrimonium ob alterius conversionem ad fidem non solvi ex aliquo jure Pontificio, sed ex privilegio Christi id in fidei favorem concedentis. At hujus privilegii nusquam meminit Christus; imo contrarium docet, non esse separandos, quos Deus conjunxit, nisi solam ob scortationem. Melius itaque Innocentio tertio concilium Meldense, *Si quis habuerit uxorem virginem ante baptismum, vivente illa post baptismum, alteram habere non potest. crimina in baptismo abluuntur, non matrimonia solvuntur. C. 1. caus. 28. q. 2. matrimen.*

*Beza tra-  
stat de re-  
pud & di-  
vort. Span-  
hem. l. 3. dub.  
evang. 147.  
n. 5. Chemm.  
exam. concil.  
Tridens. can.  
4. de matrimen.*

*Libr. 7. di-  
spus. 74. n. 4.  
quem de hi.  
scilicet videat  
leitor. d. de-  
spus. 73. 74.  
75. & seqq.  
Basil. Pent.  
libr. 7. c. 48.  
& lib. 9. c. 2.  
de sacram.  
matrimen.*

## CAPUT ULTIMUM.

*De jure divortiorum apud Batavos recepto.*

## S U M M A R I A.

1. Divortium unde dicatur?
2. Divortii definitio traditur & explicatur.
3. Quid proprie repudium, quid divortium sit?
4. An proprie, an improprie dicatur fieri divortium?
5. Interveniens iudicis auctoritate duntaxat ratum hodie fit divortium.
6. Controversia de matrimonio & divortio ad magistratum politicum pertinet.
7. Causa divortii dua tantum sunt, adulterium & malitiosa desertio.
8. Semel commissum adulterium prebet divortio causam.
9. Adulterium cum nupta, innupta muliere, cum virgine, cum meretrice hodie committitur.
10. Jure civili adulterium duntaxat cum nupta committitur.
11. Aequo jure, quantum divortium spectatur, exigitur hodie tam à marito quam muliere inviolatus thorus.
12. Nihil interest, ut divortium obtineatur, quacunque occasione adulterium committatur.
13. Quando ob adulterium uxoris divortere maritus nequeat?
14. Non cogitur hodie filia, ex voluntate patris adultero marito repudium mittere.
15. An in conscientia foro teneatur maritus adulteram uxorem abjicere, vel deferre remissive?
16. Quae sit malitiosa desertio?
17. An virum absentem teneatur sequi mulier?
18. An ex Christi sententia, plures dentur divortii cause prater adulterium, quarum remissive.
19. Christus non dissentis à Moise circa divortii causas.
20. Sterilitas manifesta obveniens matrimonio, iusta divortii causa non est.
21. Furor superveniens non dirimit matrimonium.
22. Non furtum, non homicidium, vel cetera crimina hodie dirimunt matrimonium.
23. Dos promissa, & non soluta hodie divortii iusta causa non est.
24. An hodie dotem amittat mulier adultera, soluto matrimonio?
25. Dotatitium quid sit?
26. Mulier putativa adulterium committens, aequae ac iustae uxor, dotem hodie, vel quartam partem bonorum amittit.
27. Heredes mariti adulterii uxorem accusare nequeunt, ut amittat illa dotem, vel quicquam ex bonis suis.
28. Amittit legatum mulier à marito relictum, quia in scio eo adulterium commisit.
29. Vidua post mortem mariti luxuriose vivens amittit quicquid ex liberalitate defuncti accepit.
30. Divortio facto, apud eum liberi educari debent, qui est orthodoxus & divortio causam non prebuit.
31. Alimentorum nomina quae continentur?
32. Alere liberos parentes debent, usque dum operis sufficere possunt.
33. Soluta per adulterium matrimonio, communibus impensis alendi liberi sunt.
34. Poena adulterii jure divino mors est.
35. Quae adultera, quae concubina, quae peller dicebatur apud Romanos?
36. Lege Romanorum veteri, jus fuit marito occidendi uxorem adulteram; non uxori adulterum maritum.
37. Adulteria mulierum aliqua privato mariti & cognatorum iudicio, aliqua publico vindicta fuerunt.
38. Legi Juliae in adulteros poena, & cetera, quae ab Imperatoribus constituta sunt, referuntur.
39. Poena in adulteros lege Batava sancita refertur.
40. Non licet hodie marito adulteram uxorem, vel adulterum in adulterio deprehensos occidere.

Tan-

**T**andem de veris & secundum Christi doctrinam divortiorum causis acturi, ipsius nominis tum derivationem, tum definitionem juri nostro congruam præmittendas duximus. Divortium, à divertendo ductum, in generali suo significato omnium rerum separationem significat. Est autem *diverto* ab itinere deflecto, de via recedo. Nonius hoc Virgillii,

*Objiciunt equites sese ad divortia nota,*

citatur, ut probet divortium, *non conjugii distractionem solum, sed etiam omnium inflexionum, quæ à recto detorquentur, deflexumque de via denotare.*<sup>1</sup> In jure nostro pro diremptione matrimonii potissimum sumitur; sic dictum, teste Gaio, *vel à diversitate mentium, vel quia in diversas partes eunt, qui discedunt*, hoc est, qui *matrimonium distrahunt*. l. 2. D. de divort. & repud. Quæ prima denominationis ratio infirma videtur, cum maneant sæpius in matrimonio, qui mente dissident; nisi dicas, levem esse mentium diversitatem, quæ matrimonium non discutit, divortium vero à gravi & constanti animorum dissensu & alienatione dici. arg. l. 3. D. eod. vel, etsi non omnis mentium diversitas divortia faciat, nullum tamen sine mentium diversitate fieri. Altera Gaii ratio, quæ & Pauli est in l. 191. D. de verbor. signif. optime, quæ de causa divortium appellatum sit, demonstrat. Conjugium jugum est, & tanquam in unum caput conveniunt qui matrimonio copulantur, de quo qui divertunt, in diversas partes eunt, dividuntque quod unum erat. Scilicet, eadem ratione viri & uxoris divortium dicitur, quæ Virgilius *divortia aquarum* dixit, quum ex eodem capite in diversas partes fluunt: & Cicero ait, *è communis sapientia jugo doctrinarum facta divortia esse*. Hinc intelligi potest, cur Paulus dicat, *non recte sponsum divor- tisse dici*. l. 191. D. de Verbor. signif. necdum enim sponsus & sponsa in unum jugum convenerunt, unde divertere possint. Hæc de nomine.

- 2 Divortium definimus *violentam matrimonii distractionem, ex auctoritate judicis,*
- 3 *post praviam causæ cognitionem, factam animo perpetuam constituendi divisionem.* Dicimus *matrimonii distractionem*, ut distinguatur à repudio, quo proprie discutuntur sponsalia. l. 101. l. 191. D. de verbor. signif. Non distinguimus inter matrimonium, an confectum coitu, an non fuerit, cum distrahitur, dummodo rite convenerint conjuges. Puto enim, verum esse divortium, quod fit, cum post celebratas rite nuptias, ante tamen quam sponsæ zona soluta fuit, stuprum infert alteri mulieri jam maritus. Nec placet, si quis dicat, proprie divortium esse, cum consummatum coitu distrahitur matrimonium; improprie, cum ob naturalem cœundi imbecillitatem: nisi de jure canonico loquatur, non de jure civili. Jus Pontificium, cum ob nullam causam, ne quidem ob adulterium prorsus solvendum esse matrimonii vinculum velit; attamen simul judicet, iniquissimum esse, ut quis delusus in cœlibi matrimonio ob impotentiam alterius esse cogeretur, cum liberorum quærendorum & libidinis restringendæ causa nuptias contraxerit; hujusmodi conjugium nullum esse, nec unquam constitisse declarat: ne si unquam constitisse dicatur, videatur solvit quod Deus conjunxit. At non adeo circa hæc superstitiosum jus civile,



le, ob imbecillitatem naturalem mariti, *repudio misso solvi*, l. 10. C. *de rep. distrabi, disjungi conjugium* dixit, *novell. 22. c. 6.* In transitu notandum est, hanc de imbecillitate naturali, esse Justiniani & novam constitutionem, & eam duntaxat de viris, non de mulieribus loqui: Pontifices vero ex paritate rationis, idem quoque expressis decretis in sequiori sexu observandum voluisse. C. 3. C. 6. x. *de frigid & malefic.* cum certum sit, mulierem ita arctam esse posse, ut mater fieri non possit. l. 14. §. 7. D. *de adilit.* Dicimus divortium esse *violentam distractionem*, quia quoties interponitur, vi quadam rumpit unitatem carnis, quam perpetuam voluit conjugii natura, & ante votis sperarunt ipsi conjuges. *Distraktionem* dicimus, ut indicemus ipsum vinculum, ipsum ligamen, ipsum nexum matrimonii divortio solvi. Et convenit hic nobis cum jure civili, quod misso repudio conjugii vinculum intercidit: non cum jure canonico, quod manente vinculo, corpora conjugum duntaxat sejungit. Dicimus *ex auctoritate judicis*, quia hodie nullum jure factum habetur divortium, nisi quod judex recte interpositum declaravit. Sicuti enim apud nos Batavos privati non est res arbitrii, conjugium contrahere, ita quoque non est, contractum solvere; ne privato arbitrio destruat, quod publica auctoritate colligatum fuit. Et certe hoc jus summa ratio invexit. Nam parum prospectum esset foemineo sexui, si privato quisque odio, non coactus judici divortii rationes reddere, expellere ædibus uxorem posset, cum quidam adeo leves & libidinosi reperiantur, ut alterius potiundæ gratia, ductam exigerent matrimonio, fictam & affectatam ob causam. Deinde iniquum esset, ut maritus zelotypia forte æstuans, aliove malo correptus, in propria causa adversus uxorem jus dicere posset. Solet unusquisque sibi Suffenus esse, sibi ablandiri, & causæ suæ plus æquo fidere, quam forte non adeo justam æquus rerum arbiter arbitraretur. Quapropter recte cautum est, ne quis sedeat judex in propria causa, quotiens aliorum interest, quomodo judicium cadat. Quod si observandum sit, uti est, cum de re minima est quæstio; quanto plus obtinere æquum est, cum de dissuenda totius vitæ & in perpetuum promissa societate agitur? Rejicimus ergo Ebræorum jus, quod maritorum privatis arbitriis divortia commisit: ut & Romanorum, quod quidem certos ritus divortio præscripsit, non autem judicis auctoritatem necessariam requisivit: probantes Pontificum jus, propter quamcunque dissidii causam dimittere uxorem, neglecto Episcopi seu publico judicio vetans. C. 1. *caus. 33. q. 2. C. 10. caus. 35. q. 6.* Hoc tamen ita intelligendum est, ut liceat marito quantum ad thori usum domo expellere deprehensam adulteram, & cujus flagitium notorium est; ne hujus præsentia illum in furorem adigat, utque ex recenti scelere tollatur occasio majoris mali: iram mariti ob uxoris adulterium sævientis demonem internum Chrysostomus appellat. sed aperiatur tam ille consilium suum statim judici, & auctoritatem deposcat, ut post probatum publico judicio divortium jure ducere aliam ei liceat. Nullum dubium est, non esse obligatum maritum exigenti uxori debitum conjugii solvere, quam adulteram credit,

6 credit, ne hoc modo ei reconciliatus postea dicatur. Per *judicem* intelligimus magistratum politicum, ex cujus auctoritate hodie matrimonia, humanæ societates ineuntur, in eo diversi à jure canonico, quod totum illud negotium ecclesiastico tribunali addixit, feriens anathematis, id est, æternæ mortis pœnâ contrariæ sententiæ assertores. *concil. Trident. sess. 24. can. ult. de sacram. matrim. junct. C. 41. caus. 11. q. 3.* Sed nos brutum Vaticanū fulmen esse gaudemus, quibus semper persuasum fuit, rectum fuisse Synodi Dordracenæ (in qua præses fuit reverendi soceri mei Abrahami Heidani S. S. Theol. Professoris Batavi avus Casparus Heidanus) judicium, celebrationem matrimonii, sive quosdam matrimonio copulare, esse politicum opus. <sup>1</sup> Principes certe Christiani semper præscribere leges matrimonio, ut rei ad eorum tribunal pertinenti; neque hanc provinciam delegarunt ecclesiastico judici, nisi ii, qui Papæ metuentes fulmina, sui juris asserere ausi non fuerunt, quod inter sacramentorum numerum reposuerat Ecclesia. Recte quidem dicitur matrimonium divinæ institutionis, quatenus Evam condidit Deus in adiutorium Adamo, quatenus copulavit primos parentes, quatenus leges conjugii dixit, quatenus benedixit conjugio: at non est divini juris, quatenus id opponitur humano. Nihil enim completitur, quod fidem, salutem æternam, disciplinam ecclesiasticam, vel Ecclesiæ administrationem concernit. Matrimonium naturalis juris, & naturalis institutionis est, quatenus naturalis facultas, mutuo consensu, individuum vitæ societatem incundi in hominibus spectatur; est res æconomica, quatenus in se spectatur, nec refertur ad hujus vel alterius gentis mores; & ut Aristoteli videtur, est principium & caput æconomix. Contractum id vocat Justinianus. *l. ult. C. de repud.* qui consensu perficitur. *l. 30. D. de regul. jur.* agitque de eo in Institutionibus, in quibus se jus privatum exponere dicit §. *ult. Instit. de justit. & jur.* causæ autem meræ ecclesiasticæ ad jus publicum spectant. *l. 1. §. 2. D. de justit. & jur.* Sunt igitur & matrimonii celebratio, & ejus per divortium distractio, res politicæ, pertinentque omni jure ad politicum tribunal. Dicimus, *post præviam causæ cognitionem*, non enim hodie licet, Judæorum more, ex quacunque arrepta causa repudium uxori mittere. Sed examinari & cognosci causa à judice debet, an vera sit, an gravis satis, an recte probetur. Dicimus tandem, *animo perpetuam constituendi divisionem* (dissensionem ait Paulus *l. 3. D. de divort. & repud.*) ut divortium distinguatur à lectuli & mensæ separatione, quæ semper sub spe reconciliationis interponitur; à frigusculo, quod ad parvum tempus conjuges sejungit; & ab eo secessu, qui ex calore iracundiæ fit: quorum neutrum dirimit matrimonii vinculum. *l. 3. D. de divort. & repud. l. 48. D. de regul. jur. l. 32. §. 12. & 13. D. de donat. int. vir. & uxor.*

7 Causas justî divortii Christus, & Apostolus gentium Paulus esse statuunt, adulterium & malitiosam desertionem. *Matth. cap. 5. v. 32. & cap. 19. v. 9. 1 Corinth. 7.* Non soli adhæret uxori, qui cum scorto coalescit in unam carnem. *1 Corinth. 6.* & à sua parte rumpit unitatem carnis, qui uxorem malo & non

S s s s 3

rever-

*Habit.*  
1574. *quest.*  
*particul. 12.*  
*vid. Bor. Ne.*  
*derlant. f. H.*  
*stor. libr. 7.*  
*fol. 52. v.*

revertendi animo deserit. Sufficit autem vel semel adulterio violatam esse 8  
 conjugalem fidem, ut divortio sit locus; cum genialis thorus tam sanctus sit,  
 ut nisi semper impollutus servetur, deserì à conjugē casta adulter possit. Nec 9  
 interest, cum qua committatur libido. Est enim nobis adulterium, mariti ad  
 extraneam mulierem accessio; sive ea nupta sit, sive virgo, vidua, concubina,  
 meretrix, publicum scortum. Cum singulis enim consuetudo rumpit unita-  
 tem carnis, quæ est inter maritum & uxorem. Sequimur hac in re jus Pon-  
 tificium, non Rômanum, quod adulterium nisi in nuptam commissum non 10  
 agnoscit. l. 6. §. 1. l. 34. §. 1. D. ad leg. Jul. de Adult. l. 201. D. de verbor. signif. Qua-  
 propter ex juris civilis scientia recte à Festo definitur adulterium, ad alte-  
 rius thori accessio. Thorus enim solius mariti est, non mulieris; sicuti solius  
 mariti, non etiam mulieris domus, domicilium matrimonii dicitur. l. 5. D. de  
 rit. nupt. l. 6. C. de donat. int. nupt. Quæ Festi magis mihi arridet, quam illa  
 Papiniani etymologia, adulterium ex eo dictum, quod partus ex altero conceptus est.  
 l. 6. §. 1. D. ad leg. Jul. de adult. Nam quamvis convincat quoque, adulterium  
 duntaxat in nuptam committi, cum alias ex altero, quam marito partus con-  
 ceptus dici nequeat; adulterium tamen & cum nupta committitur, licet  
 ex eo coitu partus non concipiatur. Hoc jure Romano cautum fuit, esse  
 uxori divortendi jus ob adulterium viri. l. 8. §. 1. C. de repud. non autem ob  
 scortationem, nisi semel bisve admonitus luxuriam suam non intermittat,  
 vel cum impudicis mulieribus inspiciente uxore corrumpatur. Novell. 22.  
 cap. 15. §. 1. novell. 117. cap. 9. §. 5. quia quamvis adulterium non committat,  
 maxime tamen exasperat castissimam suam uxorem, qui propriam domum  
 pellicibus illectis sacrarium libidinis facit. Comicus ait,

*Proh divum atque hominum fidem,*

*Meretrix & mater-familias una in domo?*

Sed ut revertamur unde digressi fuimus; verum quidem est, maritum, qui 11  
 cum nupta concumbit, gravius peccare, suum & alterius thorum violando,  
 suum partum alterius familiæ supponendo, si hunc effectum sortiatur flagitium,  
 ideoque gravius puniendum esse eo, qui ipse maritus liberam virginem vel vi-  
 duam stuprat, vel se meretricio coitu polluit: at vero quantum hæc res uxorem  
 suam concernit, utraq; libido æque abrumpit unitatem carnis, & conjugalem  
 violat fidem; ideoq; æque uxori ob eam rem hodie ad divortium actio est. Nec  
 hic juvat maritum, quod princeps, familiæ dominus, caput uxoris sit, cui mul-  
 tum tribuitur, & illa cedere debet; quem adulterii publico judicio accusare  
 uxori non licuit. l. 1. C. de adult. (rationem vide apud Brissonium, <sup>1</sup> & Genti-  
 leum <sup>2</sup>) nam cum utrumque pari modo ad castitatem creavit, junxitque matri-  
 monio Deus, pari modo quoque ab utroque casti nonia servanda est. Nec hic  
 mihi illi placent, qui negant, ex nova Christi lege par jus divertendi utrique  
 sexu esse. <sup>3</sup> Hoc enim satis ostendit Apostolus, asserens utrique in alterius  
 corpus æqualem potestatem, docensque scortatorem unum corpus fieri cum  
 scorto. 1 Corin. 6. & 7. Nec mutat, quod Christus in divortii lege diver-  
 ten-

<sup>1</sup> Libr. sin-  
gul. ad leg.  
Jul. de adult.  
§. viro va-  
trique.

<sup>2</sup> Libr. 1. c. 5.  
de Nupt.

<sup>3</sup> Vid. Alber.  
Gentil. lib. 6.  
cap. 21. de  
nupt.

tentis mariti duntaxat mepinit. Respexit enim mores Ebræorum, quibus divertendi licentia solis maritis dabatur, non uxoribus, nisi modo, quo diximus. Deinde de virorum divortiis rogatus, viri mentionem duntaxat fecit, ut interrogatis responderet. Denique, quæ responsio Canisii est, <sup>1</sup> solius viri meminit, quia facilius solent mariti uxores adulteras domo exigere, quam uxores repudium mittere maritis adulteris. C. final. caus. 32. q. 5. Tandem quoque non omnino verum est, Christum divertentis mariti duntaxat mentionem fecisse: aperte enim contrarium patet, cum postquam de injusto viri divortio loquutus fuerat, subjungat, *& si mulier dimiserit virum suum, & nupsit alteri, machatur.* Marc. 10. v. 12. Paulus etiam præcipit, ne uxor injuste à viro discedat. 1 Corinth. 7. Adstipulatur nobis Beza, prolixius contrariis respondens argumentis, ad quem lectorem brevitatis causa remitto. <sup>2</sup>

<sup>1</sup> In C. 2. x. de divort. n. 5.

<sup>2</sup> De repud. & divort. vid. Havemann. lib. 9. tit. 6. n. 5. Gamol Synops. Kitzel. cap. 8. theor. 4 Synops. matrim.

- <sup>1</sup> Cæterum, nihil interest, quacunque de causa vel occasione adulterium committatur. Sive uxorem domo expulerit maritus, live ejus vitæ insidias struxerit, alimenta necessaria non subministraverit, debitum conjugale negaverit, ut ex eo lapsa illa dicatur. C. 4. & ibi gloss. C. 5. x. de divort. Officium judicis contra malos mariti mores implorandum, & actio malæ tractationis ei intentanda, non violandus thorus est. Recte Vlpianus, *non est ignoscendum ei, quæ obtentu paupertatis turpissimam vitam agit.* l. 43. §. 5. D. de rit. nupt. Quælibet mala potius perpetienda sunt, quam peccato assentiendum. C. 14. caus. 22. q. 2. Nec adversatur Chrysostomus, cum ait, *si tu abstines sine uxoris voluntate, tribuis ei foricationis licentiam; & peccatum tua imputabitur abstinentia.* C. 14. caus. 27. q. 2. Legendum enim est, tribuis ei occasionem remotam, non proximam, quæ spectatur, ne divortendi sit potestas. Loquitur quoque in foro, non soli, sed poli, in quo excusandus non erit, qui necessitatem peccandi, suâ abstinentiâ quodammodo uxori imposuit. Aliud est, si leno suæ uxoris, & auctor adulterii committendi fuerit maritus. arg. l. 47. D. solut. matrim. Si cognito adulterio, conjugi culpam remiserit, eamque in gratiam receperit. C. 17. caus. 32. q. 7. aut sese postea ei commiscuerit. gloss. in C. final. x. de adult. Si uterque in eodem luto hæserit. C. 6. c. 7. x. de adulter. C. 1. caus. 32. q. 6. Paria enim delicta mutua pensatione dissolvuntur. l. 39. D. solut. matrim. l. 13. §. 5. D. ad leg. Jul. de adulter. & iniquum est, ut quis alium judicare velit, & judicari nolit. C. 3. caus. 32. q. 6. Jure divino interdictum marito fuit, libellum repudii uxori mittere, quam violatæ pudicitie falso accusaverat. Deuter. 22. v. 19. Refertque Seldenus, ad potum aquæ amaræ non potuisse adigere uxorem illum maritum, qui ipse ab omni illicito coitu purus non erat: <sup>3</sup> Quidni ergo negandum ei marito divortium, qui devorando pudorem, eodem se voluptatis cœno immerfit? Recte Seneca, *improbis est, qui ab uxore pudicitiam exigit, ipse alienarum corruptor mulierum.* <sup>4</sup> Deinde divertendi jus ei quoque non est, qui uxorem suam libidine sua, & malo more ad lasciviam stimulavit, vina intemperantiæ propinavit, incitavit, occasionem luxuriandi

<sup>3</sup> Libr. 3. c. 14 Vx. Ebræ. Epist. 49.

riandi præbuit, & cum posset, non impedivit. C. 6. x. de eo qui cog. conf. uxor. sua. Notatu digna sunt, quæ in hanc & priorem sententiam Ulpianus profert: *Judex adulterii ante oculos habere debet & inquirere, an maritus pudice vivens mulieri quoque bonos mores colendi auctor fuerit; periniquum enim videtur esse, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipse non exhibeat*, l. 13. §. 5. D. ad leg. Jul. de adult. Tandem non permittitur divortium ei, cujus uxor ab hostibus captâ, irreprehensâ voluntate, vel alio modo per vim stupro compressa fuit. arg. l. 13. §. 7. l. 39. D. l. 20. C. ad leg. Jul. de adult. Violentiâ non violatur pudicitia, si mente servetur C. 9. caus. 32. q. 5. In eadem causa est, quæ inscia cum alieno rem habet viro, quem credebatur suum esse; arg. C. v. caus. 34. q. 1. 2. l. 11. §. 12. D. ad leg. Jul. de adult. l. 7. C. de repud. Quod Jacobo contigisse legitur, Liam pro Rachele amplexo; & in Gillia cuidam Bertrandæ Kollæ, suscipienti quendam Arnoldam Tillhium, adeo Martino Guerrio marito suo, qui nomen militiæ dederat, lineamentis faciei & corporis mole seu statura similem, ut non tantum Bertrandæ, sed & omnibus Martini cognatis imposuerit impostor. Sed reversum maritum, postquam jam ex Tillhio binos suscepisset liberos, difficile quidem (cum ille constanti vultu, & multis rationibus, se verum Guerrium, alterum impostorem esse diceret) tandem tamen detecta fraude agnovit mulier, & pseudomaritus ille capitali pœna affectus fuit.<sup>1</sup> Sed quid? an justum est divortium, cum falso rumore de morte conjugis perlato seducta, vel per testes, dignos fide viros, & ob tam diuturnam & longinquam absentiam, ut omnibus verosimile credatur obiisse maritum, decepta mulier aliud contraxit conjugium? Negat jus canonicum, & priori marito injungit recipere uxorem, distracto putativo, ut ipso jure nullo, matrimonio. gloss. C. 1. caus. 34. q. 1. 2. Jus Romanum, quod hic sequimur, in reversi mariti ponit arbitrio, vel reintegrare prius conjugium, vel relicta uxore secundo marito, nova amplecti vota. novell. 117. c. xi. novell. Leon. 33. Prioris sententiæ ratio hac est: cum uxor duorum esse non possit, ei cedi debet, cui primum matrimonio conjuncta fuit, cum & possit maritus adulterium remittere, & uxorem invitam in conjugio retinere. Deinde res absentium & captivorum usucaptæ, vel non utendo amissæ reversis postea Magistratus beneficio restituuntur. l. 1. 2. D. ex quib. caus. major. Quod jus cum in rebus inanimatis probetur, quam æquum est, ut quoque in rebus animatis & ratione præditis locum habeat, præsertim ne vir sine sua culpa uxorem suam, quam amat, & qualis qualis sit, restitui sibi desiderat, invitatus amittat. C. 1. 2. caus. 34. q. 1. 2. C. 2. x. de secund. nupt. Secundæ sententiæ ratio est, ne cogatur quis sine sua culpa ab alio subactam mulierem in matrimonio retinere.

Quæri hic potest, an sicuti in contrahendo, ita quoque in distrahendo matrimonio moribus nostris exigatur parentum consensus? Mihi quidem dicendum videtur, nec cogi filiam à patre posse, vel divertere ab adultero marito, vel cum eo matrimonium retinere. Sed cum apud nos nuptiæ suæ potestati committant liberos, sui que juris efficiant, sequendum hoc casu nobis esse jus civi-

<sup>1</sup> Vid. Iohann. Papon. libr. 22. tit. 9. arrest. 20. Andr. Cluæ. tract. de fe. quest. cap. 5. cas. 9. n. 51. Catz. en fin Trounigb. exemp. Frans trougeval.

civile, dictans, patrem emancipatæ filię divortium in arbitrio suo non habere.  
 15 *l. 5. C. de rep.* Cæterum, quæstiones, quæ ventilari solent, an expellere uxorem adulteram, vel quæ pœnitet flagitii, in matrimonio retinere, in conscientię foro obligatus sit maritus? an melius faciat, qui nullitat crimen, quam qui iudici adulteram desert? tractat Beza, ad quem lectorem brevitatis causa remitto.

16 De desertione malitiosa, prout ex doctrina Apostoli dirimat matrimonii vinculum, satis late egimus capite hujus libri decimo octavo. Restat hoc loco inquirere, quænam habenda sit malitiosa desertio? non enim omnis conjugis à conjuge absentia illam arguit. Et duplex quidem ea considerari potest: vel enim quis abest voluntate sua, vel necessitate. Si prius, tum spectari debet, an illa absentia justam habeat causam; uti si quis studiorum, vel mercaturæ exercendæ, aut negotii expediendi gratia longius domo absit; tum etiam an habeat conspirantem conjugis, quæ domi mansit, voluntatem: his enim casibus absens, malitiosus desertor dicinequit, cum deserendi conjugem malum animum non habeat; præsertim, cum ejus absentię communis utriusque utilitatis gratia susceptæ consensit conjux; cum Apostolus doceat, posse eos ad tempus ab invicem abstinere. *1 Corinth. 7.* Si posterius, nihil interest, an illa absentię necessitas imposita fuerit conjugi ex probabili causa; uti si quis Republicæ causa absit: an propter proprium scelus, uti si quis in exilium missus fuerit, vel relegatus, vel flagitii alicujus sibi conscius, in patria sua degere non sustineat. Non enim hic malitiosus desertor est, cum conjugem non odit, fugitque. Multo minus is talis æstimari debet, qui falso alicujus criminis accusatus, periculum fugit, vel amore religionis transfert domicilium. Phocion enim & Socrates docuerunt, periculosa plenum opus esse alex, judicium incitati populi subire: Et Deo gratum est, in eum te conferre locum, quo ei libere servire possis, cum id non liceat in patria tua, sine vitæ vel bonorum periculo. Et ut breviter dicam, qui absens, militiæ causa, vel negotiorum suorum gratia, per mare aut peregrinas regiones ex necessitate longius iter facit, ab hostibus, piratis, latronibus capitur, & captus in captivitatem abducitur & venditur, cum nihil fide & amicitia conjugali indignum faciat, malitiosus desertor æstimari non debet: sed in conjugio manens casta mulier exoret Deum, ut sibi maritum sospitem restituat; nihil enim tam consonum est amoris conjugali, quam bonæ simul & malæ fortunæ

17 ex æquo utrumque conjugem participem esse. *l. 22. §. 7. D. solut. matrim.* Disputant Doctores, an sequi virum necessitate absentem teneatur mulier, nisi velit ipsa desertrix malitiosa haberi, & præbere causam divortio? Respondent sub distinctione, si ex justa causa mutet domicilium maritus, vel sine sua culpa, inmerito patiatur exilium, fugiatve injustas tyranni minas, obligatam esse uxorem eum sequi, nisi ipsa malitiosa desertrix audire velit. Si vero propter proprium scelus meritis exilii poenas luat ille, laudandam quidem esse mulierem, quam ne quidem à consortio conjugali dirimit flagitium ad meliorem frugem conversi viri, cum neque deportatio, neque relegatio

*Tract. de repud. & divort. vid. Thom. in lib. 4 sent. dist. 35 q. 1. art. 2. Harvemann. lib. 3. tit. 6. n. 3. 4. Gamol. synopt. Chemnit. exam. concil. Trident. c. 7. de matrim.*

solvat hodie matrimonium l. 1. C. de repud. l. 24. C. de donat. int. vir. & uxor. novell. 22. cap. 13. non autem esse cogendam, quæ detrectat virum sequi. Non enim illa adeo culpanda est, quæ se non vult infami crimini miscere; præsertim cum salvo pudore vix peregrinari possit, & in exilio rem familiarem cum damno liberorum prodigere vereatur. Necessitate ipsa excusatur, qui facere quid salvis rebus, & dignitate sua non potest. l. 16. l. 38. D. de oper. libert. l. 125. D. de verb. signif. Nec potest hanc mulierem desertricem maliciosam appellare maritus, cum hanc necessitatem ipse sibi sua culpa attaxerit. arg. l. 21. D. quod met. caus: non enim illa puniri debet ob delictum conjugis. At pœna exilium est, deserere penates suos, & sine certa sede vagari. Sat pœnæ in mulierem redundat ex conjugii conjunctione, quod illa ob flagitium mariti, ejus consortio præter suum meritum carere cogatur, & viduam vitam marito superstiti exordiri, *durissima oblivione matrimonii*. ut Tertullianus loquitur de viduis Africanæ Cereris. Itaque ille, illaque, desertor, desertrique est, qui quæve malo & affectato animo, odio vel liberorum, vel conjugis, matrimonium deserit. Rumpit individuum vitæ consuetudinem, dirimit unitatem carnis, non sine gravi suspitione adulterii procul à fræno conjugali vagatur, infideli deterior est; quia non gerit domus suæ curam, ut Apostolus gentium loquitur; imò Ecclesiæ habetur loco infidelis, cum fides æstimanda non sit ex verbis, sed factis, & Christiano digna vita.

<sup>1</sup> Dana. oth. Christ. libr. 2. c. 14. Sacer. libr. de conjug. part. 4. Bez. de divor. & post eos. Anis. d. l. n. 20. & siq.

<sup>2</sup> Ad Vxor.

Ex dictis lectori patet, nos duas duntaxat ob causas justum dicere divor-<sup>18</sup> tium, adulterium & maliciosam desertionem: & si quis operam foro navans plures statuere vellet, nã ille tanquam in luce meridiana cæcutiens ab omnibus exploderetur? In scholis tamen disputatur hæc quæstio, obvariam verbi *Πορεία* apud probatos auctores significationem: & pro parte affirmante stant Origenes, <sup>3</sup> Beda, & qui eos sequuntur theologi, inter jurisconsultos recentiores Connanus: <sup>4</sup> negantem tuentur Tertullianus, <sup>5</sup> Chrysostomus <sup>6</sup> & tum veteris, tum recentioris ævi tum theologi, tum jurisconsulti quam plurimi, summæ doctrinæ & magnæ auctoritatis viri. Meum autem non est, inter magna illa nomina pronuciare: hoc tantum dicam, me judicare, tutius esse, illos sequi, qui quam maxime sanctam & inconcussam volunt matrimonii fidem, ne temere rumpatur vinculum à Deo institutum. Si quis se in hanc disputationem emittere velit, consulat memoratos auctores, & post illos Gro-<sup>7</sup> tium, <sup>7</sup> Seldenumque. <sup>8</sup>

<sup>3</sup> Homil. 7. in Matth.  
<sup>4</sup> Libr. 8. c. 12. comment. ad jus civil.  
<sup>5</sup> Advers. Marc. libr. 4. cap. 14.  
<sup>6</sup> Homil. 17. in Matth.  
<sup>7</sup> In nov. testam. Matth. 5. v. 32.  
<sup>8</sup> Libr. 3. cap. 23. Vxor. Ebraa.

Cæterum, Christus contrarius non est Mosis, dum Pharissæis melior divinæ legis interpret, docet, non præcepisse Prophetam, sed permisisse divortia duri cordis & refractariæ genti, corruptis Ægyptiorum moribus nimium assuetæ & addictæ, ne duriori tractationi & beneficiis daretur occasio. Non enim laudavit Moses divortium, ut æquum, non mandavit ut justum, sicuti quidam ex populo Israëlítico opinabantur; sed toleravit discidium, ut tolleret homicidium, permisit fieri mala, ne fierent pejora, & ut breviter vir eruditus Buxtorfius: hæc potius *indulgentia*, aut *convenientia* vel *tolerantia* est, quam permissio;

po-

potius non impedire; quam concedere. Hanc divortiorum licentiam, vel mandatum à Deo, vel ad minimum lege concessam non displicuisse Deo, ex eo colligerunt Judæi, quod huic rei nullam poenam lex indixerat, verum modum ipsum divertendi præscriperat. Sed errare Judæos Christus ostendit, cum docet, Deum ab initio creasse masculum & foeminam, & eos conjunxisse matrimonio, ideoque nunquam fuisse separandos ab homine, quos conjunxerat Deus. Et certe frivola fuit ex poenæ intermissione Judæorum collectio: nam quodcumque permisit Moses in foro politico citra poenæ imputationem propter duritiem populi, non ideo statim est bonum ethice & justum in oculis Dei. Magister sententiarum ait, *Moses divortium permittendo, non Dei justitiam demonstravit, sed in peccatore minuit culpam.* Sunt, qui volunt, Mosem non jussu Divino, sed privato consilio permississe divortia. Qui error Origenis & Ambrosii fuisse dicitur, & quem in Ptolemæo quodam graviter accusat Epiphanius. Sed nos cum Grotio potius putamus, sensisse Origenem, Ambrosiumque, à Mose hæc & alia pro prudentia sua excogitata, ad Deum relata fuisse, qui ea deinde ut temporibus & populo commoda toleravit. Deuteronomium enim legenti à principio usque ad cap. 24. ut & sequentia, aperte constabit, Mosem & hic quoque ea proposuisse, quæ proponenda voluit Deus. Deinde etiam credibile non est, eum in re hac majoris momenti quicquid constituisse inconsulto Deo, qui ne quidem in re momenti minoris, uti in controversia juris hereditarii, non adhibito in consilium Deo respondere voluit. Verum ex eo, quod ipse Jehova hanc divertendi licentiam permisit, eamque poenis exemit, non sequitur, divortia, & præcipue insolenter usurpata in vitio non cubare; non enim quod permittitur, in totum probatur, laudaturve. Quod de divortio dicimus, separandum nolumus à divortii causis per Mosem relatis. Non enim omne divortium vetat Christus, neque omne divortii genus propter duritiem Judæorum permississe dici potest Moses. Propter adulterium ab initio & extra culpam & reprehensionem fuit divortium: verum non illud, quod nullam vel levissimam habebat causam; cuiuslibet divortii justitiam male Judæi ex verbis Moysi elicere sategerunt: cum ille retulerit modo causas, quæ tum temporis pro veris & justis à refractario & duræ cervicis populo arripiebantur. Id potuit docuisse Judæos Malachias Prophetæ, docens, odio esse Jehovæ dimissionem, & ob injustum repudium, uxores in juventute ductas & injuste dimissas operire altare lacrymis & fletu, uti est Junii & Tremellii translatio, *Malach. 2. v. 13. & 15.* quam probat Grotius, intelligens Malachiam loqui de divortio ex sola causa inforquendi uxeri facto. Sed hæc translatio minus probatur Coccejo. Cum quo si interpretæ hæc Prophetæ verba: *cum oderis, dimittendo dimittat, dixit Jehovab Deus exercituum,* nihil est, quod Judæos hac in re juret. Non enim continent præceptum de divortio, sed argumentum à Judæis adferri solitum, Mosem permississe divortia, ad quod responderet Prophetæ: *Dimittat, & superinducat injuriam vestimento suo, id est, publicet injuriam & perfidiam suam, quod contra fœdus suum &*

\* Libr. 4.  
sentent. di-  
stinct. 33. &  
ibi Thom. q.  
2. art. 3.

Buxtorf.  
part. 2. n. 1.  
2. & seqq. de  
sponsal. &  
repud. lu-  
deor. ubi late  
hanc sen-  
tent. tuetur  
Thom. in lib.  
4. sentent.  
distinct. 33.  
q. 2. art. 2.

\* In cap. 5.  
v. 35. Matth.  
v. 16.



<sup>1</sup> Coccejus  
in Prophet.  
Malach. c. 2.  
feu. 3 v. ult.  
feu 1. libr.  
in 12. minor.  
Proph. vide.  
Calvin in 7.  
præcept de-  
cal. Deuter.  
24 v. 1. &  
legq.

contestationem coram Deo factam carnem suam oderit, & in suo stupore tanquam ornatus ignominiam incedat. Faretur itaque Propheta, Deum quidē connivendo dixisse, *cum oderit, dimittat*. Sed docet, id non ab eo factum per modum imperii vel approbationis: verum per modum judicii & severæ sententiæ, qua traditur in peccatum & ignominiam insolenter divertens. Voluit itaque Ebræos docere Malachias, non esse temere dimittendas uxores, & in insolenti divortio probum esse. Deinde has divortii causas à Mose expressas, permissas fuisse, non probatas à Deo, potuit Judæos docuisse, consuetudo, legis interpret optima, nullam divortii causam à marito exigens. Quippe poterat is dicere, quod quondam Romæ Paulus Æmilius dixit, optime sibi notum esse, qua calceus urgeret. At nullam, levissimamve ob causam uxorem ejicere, vel solam charitatis legem prohibere, nemo mortalium dubitare potuit; five enim respicias uxorem, quæ veluti supplex ad mariti tutelam confugit, & ejus naturæ est, ut maxime gaudeat marito; five communes liberos, qui dictante naturâ, utriusq; parentis curâ educari debent, & propter quos etiam nobis chara & in honore esse debet mater, quæ peperit: maxima invenies argumenta, non esse temere rumpendam carnis unitatem. Tandem id ipsum potuit docuisse Judæos, quod sacerdoti, non tamen summo, licitum fuit cum honesta vidua matrimonium, non autem cum ea, quam vir divortio facto expulisset. Scilicet, in repudiata ighominiosum quid est, quo pollui sacerdotem noluit Jehovah. Norandum quoq; est, repudiatam, quæ inter moras alteri nupta fuerat, reducere priori marito fas non fuisse. Deuter. 24. v. 4. Hujus enim præcepti ratio hæc fuit. Quæ in foro poli non recte dimissa alteri nubet, polluit sese, quamvis in foro soli solum habeatur ejus matrimonium: cujus pollutionis cum auctor sit, qui frivolam ob causam uxorem dimittit, ei que potestatem tribuit, suo consensu alias sectari nuptias, tem abominandam facit, cum reducit, quam alteri quodam modo prostituit. Id ipsum Christus docet, cum dicit, *quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, machatur adversus eam, vel, facit eam machari, & qui dimissam duxerit, machatur*. Matth. 5. vers. 32. & cap. 19. v. 9. Marc. 10. v. 11. Luc. 16. v. 18. Et certe, si iustæ fuissent, & Deo probatæ levæ Judæorum divertendi causæ; quomodo polluta secundo matrimonio dici potuit, idque culpa prioris mariti, quæ jure repudiata fuerat? Quomodo res abominanda corâ Jehova dicta fuit reductio dimissæ, quam libellus repudii, vel mors à lege secundi mariti denuo solverat? Non itaque probatum fuit Deo hoc divortiorum ob quamcunque causam Judæorum institutum, sed toleratum; licuit, sed non fuit præceptum. Licere in communi usu dicitur, quod extra poenam relinquitur, & quo minus fiat, propter gravioris mali metum non impeditur; vel etiam quod quo minus fiat, impediri à nemine potest. Sic qui dissolutius vivunt, dissipantque bona avita, hoc sibi licere dicunt, quia à nemine coercentur; at qui talia facit, infamiam merito & contumeliam sibi apud graves viros conflatur. Sic in Romana Republica ante Antonini tempora licuit dominis indicta causa servos

occi-

occidere; at si quis ob causam non adeo gravem id fecisset, ejus inhumanitas bonis odio erat, & succensuit eo nomine Senatori cuidam Augustus. Jus fuit apud Ebræos, tum divertere, tum sine gravi causa divertere: at eo sensu, quo jus aliquando dicitur, quod corruptela induxit, vel ea notione, qua Prætor jus reddere dicitur etiam cum injusta decernit. Jus fuit maritis divertere, & æstimatio divortii causæ, eorum privato arbitrio commissa: at insontes non sunt iudices, quorum summx potestati commissa res inique tractatur, & qui ab æqui boniq; regula recedunt. Itaque ut me contraham, in præfato Mosis loco unicum duntaxat continetur præceptum, de non reducenda dimissa: cætera vero, quæ tum divortium, tum divortii causas spectant, non ut præcepta Dei, sed ut quæ à Judæis tum temporis usurpabantur, referuntur. Prohibita autem fuit repudiata reductio, tum propter rationem relata, tum etiam ne sub specie divortii uxores suas usurarias aliis darent, quas procurato divortio postea reducerent, ad exemplum Catonis, Martiam suam, optimam & fecundam fœminam, liberorum quærendorum causa, Hortensio, amico suo, commodantis, eo animo (si exprobranti Cæsari credendum sit) ut grandi dote & mariti secundi hereditate ditatam postea reduceret. Quod certe, ut in se turpe, etiam profani scriptores in Lacedæmoniis, & in Socrate, Apollinis licet oraculo, omnium Græcorum sapientissimo, reprehenderunt.

Appian de  
Bell. civil.  
lib. 2.

20. Ex jam dictis satis manifestum est, manere vinculum nuptiarum, etiam si proles, cujus gratia copulantur conjuges, ob manifestam sterilitatem non sequatur. Deprecanda à Deo soboles est, non propterea solvendum conjugium. Post viginti annorum sterilitatem peperit Rebecca, & mater facta fuit Rachel diu sine prole cum marito vixit. Quid dicam de Sara, in senectute tantum, & non sine miraculo puerpera? Non tamen propter ea odio habuerunt, multo minus exegerunt matrimonio uxores suas Patriarchæ. *Expellæ, potest parere; non respondet ad certam diem fecunditas, sui juris natura est,* ait Seneca. Hæc tamen intelligenda sunt, cum sterilitas externis signis ostendi nequit, vel contra matrimonium demum obvenit. C. 25. caus. 32. q. 7. Nam si mulier, ante conjugium procreationi inepta, sciverit vitium, seu morbum suum, & fucum fecerit sponso, divortium concedendum est; vel, uti Pontificii loqui solent, nunquam constitisse matrimonium, declarandum est. Idem jus mulieri in maritum est, si ille eunuchus, castratus, vel aliquo corporis vitio ad coeundum ineptus sit, laboretque; C. 1. C. 2. caus. 33. q. 1. Liberorum quærendorum causa præcipue contrahitur matrimonium; nec dolo caret, qui vitium scivit, & tacuit. Cæterum, superveniens furor non præbet causam divortio, etsi tantus sit, ita atrox, ita perniciosus, ut sanitatis recuperandæ nulla spes supersit, circaque ipsos ministros terribilis; licet quoque liberos non habeat, & eorum cupidine teneatur uxor. Nec sequimur hodie Vlpianum, Leonemve Philosophum ob hanc rationem divortium concedentes. l. 22. §. 7. D. solut. matrim. novell. Leon. 132. Furor calamitas est, non culpa, adeoque arctius stringere vinculum matrimonii, non solvere, & commiserationem mereri potius, quam

quam desertionem debet: cum nihil tam humanum sit, quam fortuitis casibus mulieris maritum, vel uxorem viri participem esse. l. 22. §. 7. D. solut.

*Libr. 22. in matrim. Denique, neque furtum, neque homicidium, neque plagium, aliud-  
append. tit. 9. ve crimen sufficiens hodie ratio est, ut matrimonii vinculum intercidatur. 22  
arrest. 6. 7. Simplicis furti poena, hodie cum fustigatione deportatio est, quæ neque jure  
Covarr. part. Romano inter causas divortii numeratur. Novell. 22. c. 13. Cætera crimina non  
part. 2. c. 7. computat Christus, vel Apostolus gentium Paulus inter divortii causas, so-  
§. 6. n. 1. lius adulterii & malitiosæ desertionis (ut communis est sententia) mentionem  
Groenew. in Novell. 117. facientes. Multo minus conceditur divortium, cum post nuptias obæratu & 23  
c. 10. de le gib. abrogat. pauper reperitur maritus, vel dos promissa ab uxoris parentibus non solvit-  
Leonin. tur: animis, non opibus initur, & nititur conjugium, & sine dote consistit.  
consil. 61. n. Non scindit unitatem carnis paupertas, non stringunt divitiæ. Conjuges pii  
16. consil. 334. certam habent hanc promissionem, timentibus Dominum non defuturum  
part. 1. IC. omne bonum Psalm. 34. v. 10. eos esse manuum suarum labores manducaturos.  
B. tav. Chri Psalm. 128. v. 2.  
sine. ad l. l. Antequam finem imponamus huic capiti, pauca, quæ læsum conjugem 24  
Mechlin. tit. 2. art. 13. n. propter alterius adulterium concernunt, & de adulterii poenis dicenda sunt.  
6. & vol. 3. Inter interpretes sunt, qui volunt, uxorem adulteram amittere arrhas  
decis. 138. n. sponfalitias, doarium, dotem, augmentum dotis, & quicquid ad eam ex  
9. & DD. conjugali bonorum societate, passivè dotalibus perveniret; & ita in Gallia  
ab iis alleg. aliquando judicatum fuisse, Paponius refert: 'alii etiam parapherna auferunt  
Siet de sen- adulteræ.' Sed horum utrorumvis sententia neq; civilis, neque canonici jura  
tent. by den ulla constitutione niti mihi videtur. Leges civiles præter dotem, donationem  
Hove van ante nuptias, & liberis non existentibus ex cæteris adulteræ bonis tantum,  
Hollant ge- quantum tertia pars dotis esse cognoscitur, nihil addicunt marito. Novell. 117.  
vuesen, inde cap. 8. §. 2. Jus vero Pontificium negat adulteræ dotalitii repetitionem. C. 4. x.  
saacke van de donation. inter vir. & uxor. Si autem quis hic dicat cum glossatore in d. C. 4. per  
Clementia dotalitium intelligere Clementem tertium res paraphernales, probandum id ei  
Claas dr. Im- erit. Canisius putat per dotem intelligere Papam, rem ipsam dotalem, per do-  
petrans in talitium, pretium seu æstimationem ipsius dotis: scilicet cum res æstimata in  
cas van Re- dotem data fuit, vel constitit ex rebus, quæ numero, pondere, mensura con-  
format ter stant; & hanc interpretationem maxime huic textui convenire censet. 2 Ve-  
centre, ende rum mihi magis ii placent, qui volunt dotalitium denotare vel donationem pro-  
Dirck Hein pter nuptias (in quo significatu ab Honorio tertio usurpatur. in C. 15. x. de foro  
Thou ge- compet.) vel id quod uxori constitui solet, ut eo post mortem mariti fruatur. 3  
daagbode ter ann 1515. Et licet donatio ante nuptias redeat ad maritum, uti dos ad uxorem soluto ma-  
andre syde trimonio, recte dicitur ab adultera peti non posse, uti posset, si maritus divor-  
tione causam dedisset. Sic in jure civili dicitur maritus sibi vindicare seu habe-  
ann 1515. re & dotem & ante nuptias donationem, violatâ à muliere pudicitia. l. 8. §. 4.  
Sentens van C. de repud. quam tamen suo jure retinet, soluto sine utriusque culpa matri-  
den Hoghe en monio. C. 8. x. de donat. int. vir. & uxor. l. 6. D. l. 10. C. de divort. & repud. Si  
Provincial. vero per dotalitium intelligas, id quod uxori designari solet, quo post mor-  
Rad. in Holl. tem*

3 In C. 4. x.  
de donat. int.  
vir. &  
uxor.  
4 Scip. Gen-  
til. cap. 1.  
traff. de  
donat. int.  
vir. & uxor.

tem mariti fruatur, nullus in verbis scrupulus est, cum ejus recte dicatur neganda petitio adulteræ. Verbo autem *repetere*, non, *petere* usus est Papa, quia dotis, quæ repetitur mentionem fecerat. Hæc licet se ita habeant, relatum tamen interpretum sententiam moribus nostris convenire dicit Groenewegen, docetque idem in adultero marito obtinere. in *Novell.* 117. *cap.* 10. Verum quamvis mihi persuasum quidem sit, idem jus hodie mulieri adversum adulterum maritum esse, quod marito adversus adulteram uxorem est, non tamen percipere possum, quomodo Romanæ leges, quæ de dotis & donationis ante nuptias amissione loquuntur, matrimonio ob adulterium soluto, hodie obtinere possint, ne dicam, quæ de paraphernorum jactura loquuntur interpretes. Dotes veræ & antenuptiales donationes, quas jus civile introduxit, in Belgio ignorantur. <sup>1</sup> Si pactis dotalibus nihil stipulatum fuerit, sicuti corpora miscentur, ita omnia bona utrique conjugum communia redduntur matrimonio. Quæ societas ita explicari nequit, quasi uxor, nulla dotis mentione facta, seque suasque fortunas marito committens, tacite omnia doti det. Nam hac societate tam viri facultates mulieri, quam mulieris viro communicantur; & quis statuet, maritum tacite omnia sua bona antenuptiali largitati assignare? Deinde dotis datio contractus est, innominatis perquam similis, ex quo præscriptis verbis actio oritur, *arg. l. 6. C. de jur. dotium.* at hi tacite non ineuntur, sed rem atque tractatum requirunt, uti contractus omnes. Raro Romana mulier, & non nisi expressa conventionem universa sua bona doti dicebat *l. 16. §. 3. D. de aliment. & cibar. legat. l. 4. C. de jur. dot. l. 17. §. final. D. solut. matrim. l. unic. C. si advers. dotem. l. 9. §. 1. D. de minorib.* ut Martialis Negrinam, ob bonorum communionem pactis dotalibus constitutam, adæquaverit laudibus earum, quæ maritis vitam impenderunt. <sup>2</sup> At bona sæpius communicantur hodie; nec id intermittitur, nisi expresse cautum fuerit. Deinde dos integra, soluto matrimonio, uxori restituebatur; non autem quod hodie inter conjuges commune reddidit consuetudo; sed inter superstitem & defuncti heredes ex æquo dividitur. Non itaque dos constituta matrimonio dici potest, cum vi consuetudinis inter conjuges exsurgit tacita omnium bonorum communio: & licet sæpius pactis antenuptialibus stipulentur conjuges lucrorum damnorumque in futuro matrimonio societatem, reservata utrique bonorum suorum proprietate; vel certam aliquando reddituum partem, quotannis in subsidium & ad sumtus matrimonii exhibendam, sine dote tamen matrimonia nostra esse constat. Nam pacta lucrorum damnorumque societate, ex contractu mariti obligatur uxor; adeoque augefcit, diminuitur, imo in totum consumitur ex bona vel mala administratione, prospera vel adversa fortuna mariti, quicquid in subsidium conjugii illa contulit. Quæ omnia doti Romanæ contraria sunt. Hæc cum ita sese habeant, quæri potest, quam partem vir ex bonis adulteræ hodie lucretur? adeoque quid illustr. Holl. Ordines velint, cum reservant læsæ parti adversus adulterum præter dirimendi matrimonii potestatem, omne illud jus quod

jure

<sup>1</sup> *Gudel. de jur. Noviss. cap. 8. v. ceterum.*

<sup>2</sup> *Libr. 4. epigr. 75.*

jure scripto ei competit. *art. 18. Polit. Holl. constit.* Nam certum est, verba hæc, *als anderfints na reghten*, de jure civili intelligenda esse, ut ex sequentibus patet. *d. art. v. na Keyserlycke ende beschreven Reghten.* Facile concesserim, si quoddam constitutum fuerit doarium, id est, munus nuptiale, quod superstiti promittitur, id innoxie parti cedere: quod forsan intelligit Cælestinus Papa, cum negat adulteræ dotalitii repetitionem. *C. 4. x. de donat. int. vir. & uxor.* Sed id vi pacti accidit, non ex lege injuriam læsæ parti illatam vindicante. Habeturenim finitum quasi morte conjugis matrimonium, quod adulterium dirimit, & ita castæ uxori cedit doarium seu nuptiale munus, promissum à marito si prior decederet. Atque hoc expressa sanctione à Transilalanis cautum est. *part. 2. tit. 1. art. 20. Lantreght. van Overijssel.* Deinde, quamvis doarium speciem quandam donationis propter nuptias habeat, attamen ad ejus amissionem, quæ de dote & donatione propter nuptias constituta sunt, transferri non possunt. Etenim portio, quam jus civile adulteræ, liberis non existentibus aufert, pleno jure conjugi cedit: at doarium seu munus hoc nuptiale in certa bonorum quantitate, sæpe etiam in quadam parte ususfructus constituitur; imo aliquando totum omittitur; & multis in locis marito nunquam vel rarissime, uxori vero duntaxat promittitur. Itaque omisso doario, vel eo soli uxori constituto, nullam vir posset lucrari portionem ex bonis adulteræ, si de hoc duntaxat loqui intelligantur Ordines. Quocirca existimaverim, matrimonium apud nos quasi sine dote & donatione propter nuptias contractum, habendum esse, & præter doarium, quod vi pacti superstiti cedit, atque ea omnia quæ conquesta sunt constante matrimonio ex industria conjugum, (indignum enim sese reddidit, ut quid ex conjugali societate lucraretur, qui functus erat matrimonium) ob adulterium conjugis, judicis sententiâ addicendam esse læsæ parti quartam partem omnium facultatum adulteri, deducto prius ære alieno: ita tamen ut ea pars non excedat centum aurî libras, & ut eorum omnium proprietas reservetur liberis, si qui ex eo matrimonio existant; id juxta civiles leges *l. penult. C. de repudiis. Novell. 22 c. 18. Novell. 53. c. 6. Novell. 74. cap. 5.* & hoc velle Ordines nostros, cum sese ad jus Civile referunt, arbitror. An idem jus in putativa uxore adultera observandum sit, in utramque partem disputatur in notis *ad C. 4. x. de donat. int. Vir. & uxor.* Negat Barbosa,<sup>1</sup> quia maritus adulterantem uxorem putativam non jure mariti, sed tantum extranei accusare potest. *l. 13. §. 4. D. de Adulter.* Cujus argumentatio displicet Covarruviz.<sup>2</sup> nam licet jure extranei accuset, dotem tamen ex lege ut maritus sibi vindicare potest. Affirmans sententia quoque probatur in relatis notis, cum dicitur, benigniorem quidem negativam sententiam esse, sed non esse extendendam licentiam *in d. C. 4.* quam opinionem moribus nostris convenire existimaverim. Eadem quæ de adulterio diximus, in malitiosa desertione observanda sunt; hæc duo enim pari passu ambulant.<sup>3</sup> Paulus ait, heredem mariti morum coercitionem non habere. *l. 15. §. 1. D. solut. matrim.* cum quo sentit Imperator noster, cum non permittit heredibus dona-

<sup>1</sup> Anton. Matthæ. de criminib. in libr. 48. Tit. 3. Digest. c. 7. n. 14.

<sup>2</sup> In C. 1. ut lit. non const. n. 63.

<sup>3</sup> Part. 2. de matrim. cap. 7. §. 6.

<sup>4</sup> Christen dissert. 5. q. 8. de caus. matrim.

donatoris, revocare ab ingrato donationis acceptore donationem; nominatim adjiciens, heredibus adimi querimoniarum primordium. *l. final. C. de revocand. donat.* ut ostendat, non licere heredi nisi ceptam & præparatam à defuncto litem pœnali judicio prosequi. *arg. l. 6. §. ult. D. de inoffic. testam.* Est quoque certissima juris regula, injuriarum actionem, & quam aliam ei similem, quæ nihil nisi vindictam respicit, ad heredes non transmitti. *§. 1. Instit. de perpet. & tempor. action. l. 15. §. 14. D. de injur.* Non ergo licet heredi mariti, adulterii accusare uxorem viduam, ut dotem vel aliquam partem bonorum ejus consequatur. Quam sententiam & hæc ratio suadet, cum maritus genialis thori vindex sit. *l. 30. §. 1. C. ad leg. Jul. de adult.* cumque eum præcipue adulterii crimen & violatæ pudicitie injuria respiciat; si dissimulaverit ille, æquo animo tulerit, vel remiserit noxam, non videtur graviorum morum actio heredi adversus uxorem concedi recte posse, ne palam fiant, quæ maritus occuli voluit. Nec mihi hic placet illorum opinio, qui distinguendum putant, ignoraveritne adulterium defunctus, an non? Generalis hæc regula, injuriarum actio ad heredem non transit, non admittit ignorantie vel scientie distinctionem. Et certe malâ gratiâ & præposterè inquiritur in mores mulieris viduæ, cui jam defunctus maritus violatæ pudicitie gratiam remittere non potest: & (cum in dubiis mitior pars eligenda sit) cur non potius præsumitur hoc casu maritum non ignorasse, sed remisisse mulieri libidinis commissæ culpam?

28 Verum quamvis nec dos, nec quicquam priorum bonorum auferri mulieri adulteræ ab herede defuncti possit, existimo tamen, legatum non deberi ei, quam adulteram fuisse, ignorasse defunctum, palam, plane, & sine scrupulosa indagatione probare heres potest *arg. l. 2. l. 3. D. de aur. argent. & mund. legat. & ibi. gloss.* Indigna enim est liberalitate mariti, quæ tam contumeliosa in eum fuit. Nec credendum est, eam prosequi beneficiis voluisse maritum, si adulteram scivisset. Nec mihi quoque improbanda videtur illorum sententia, qui volunt, non quidem ob adulterium vivente & ignorante marito perpetratum, auferendam adulteræ uxori esse partem bonorum ab ea in subsidium matrimonii collatorum; verum id intercipiendum, quod jure societatis ex communibus conquestibus stante matrimonio perceptis, vel pacto antenuptiali, ex bonis mariti ei cederet. Etenim proclivius repetitioni, retentionive rei propriæ datur locus, quam adventitio lucro. *l. 41. §. 1. D. de regul. jur. & indigna est mulier, ut quid consequatur favore matrimonii, quod tam turpiter funestavit.*

29 An idem jus observandum sit in vidua, præcipue quæ intra tempus luctus impudice vivit, dubium me aliquando tenuit Groeneweghen negantis, & Ant. Matthæi affirmantis auctoritas. Tandem rationibus ab utraque parte accuratius perpenſis, me in suam sententiam Ultrajectinus Antecessor pertraxit. Non loquor de dote amittenda, vel quarta parte omnium bonorum; hæc enim adulterii pœna est, quæ nuptis infligitur, *l. 7. §. 4. C. de repud. l. 11. C. eod.* quarum numero vidua non comprehenditur. Sed de præcipien-

V v v v

do

do eo, quod ex liberalitate mariti consecuta uxor fuit. Sane jus Civile eo damno vindicat mulieris libidinem, quæ intra annum luctus infami stupro castitatem viduitatis violat, & honorem præteriti conjugii funestat. *Novell. 39. cap. 2.* Verum quidem est, festinatarum nuptiarum pœnas remisisse jus Ca-

<sup>1</sup> Covarruv.  
part. 2. de  
matrim. c. 3.  
§. 9. n. 5. Ca-  
nis. in d. C.  
penult.

nonicum, C. penult. & ult. x. de secund. nupt. <sup>1</sup> sed quam recte, nos supra diximus: & Apostolus Paulus, cujus auctoritate hoc jus nititur, de viduis loquitur, quæ in Domino nubunt, non de iis, quæ post viri mortem se stupro polui patiuntur. Verum quidem est, ex ejusdem Apostoli doctrina, à lege matrimonii liberam esse mulierem, cujus maritus defunctus est. *ad Roman. 7.*

Sed non à lege pudoris, à lege castitatis, à lege pudicitiae, quam & defuncto debet. Deinde, cum Jus Canonicum mutaverit duntaxat jus Civile in viduis, quæ intra annum luctus nubunt, non in iis, quæ castitatem violant, & aliorum libidini se prosternunt; nulla ratio est, quod mutatum non est, cur stare prohiberetur. <sup>2</sup> Non hic mihi quis contradicat, leges Romanas apud nos auctoritatem nullam habere, nisi quatenus usu receptæ sunt, vel per Principem probatæ, renovatæve quasi reperiuntur; sed nos, & præcipue in matrimonii negotio, jus Pontificium (probatum aliquando nobis Batavis, cum Romanum Pontificem Christi vicarium agnoscerent Majores nostri) sequi, quoties id Romanæ adversatur legi: quapropter, cum hanc pœnam non inflixerit Papa libidini viduarum, nec à nobis infligi debere, ne videamur jus condere. Nam, ut his respondeamus, falsum axioma est, nos hodie cum de nuptiis disceptamus, jus Pontificium sequi; uti perspicue ex eo patet, quod

<sup>2</sup> Canis. in  
d. C. penult.  
& ult. Jul.  
clarus. §. stu-  
prum. n. 6.  
Idemoch. cas.  
288. n. 26. de  
arbitr. jud.  
Coler. decis.  
176. n. 57.

Politica Hollandiæ Constitutio ad jus Divinum, Cæsareumque sæpius, ad Canonicum vero nusquam nos remittat. Imo nunquam illud jus probarunt Ordines nostri, postquam Romano Pontifici repudium miserunt. Verum ea, quæ Romano jure recte constituta sunt, & applicari moribus nostris optime possunt, ex auctoritate omnium Principum, qui tanquam commune totius Europæ jus leges Romanas voluere, tanquam nostra allegari, & vim confirmandi sententias rectæ rationi, honestati, & publicæ utilitati innixas habere solent. Vidua igitur, quæ se intra annum luctus stupro polluit, amittit & hodie ea omnia, quæ ex liberalitate defuncti percepit, sive liberos susceperit ex eo, sive sine sobole ille decesserit; seu stuprum testem luxuriæ infantem produxerit, seu hunc non habuerit effectum: libidinis enim hæc pœna est, non conceptionis. Nec parcendum quoque ei mulieri esse, recte statuit Matthæus, quæ post commissam libidinem nubit stupratori. Pœnitentia enim nec raptum, nec furtum, adeoque & nec impudicitiam extinguit. *l. 65. D. de furt. l. penult. D. de vi bonor. rapt. l. 43. §. 4. D. de rit. nuptiar. l. 17. §. 1. D. de adul. edit.* Ignoscendum tamen autumat memoratus vir ei mulieri, quæ sponsalibus pactis, ante celebratas more recepto nuptias, propriæ & sponsi sui libidini succubuit; existimans, hanc non esse tam gravem culpam, quam si nullâ nuptiarum sponsione factâ furtivam venerem sectata fuisset. Recte porro statuit idem auctor, non amittere viduam, quæ impudice vivit, semessem bonorum constan-

stante matrimonio acquisitorum, cum eam non consequatur ex liberalitate mariti, sed jure societatis conjugalis, pro operis & obsequiis defuncto & communi matrimonio præstitis.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> *Ad libr. Digest. 48. tit. 3. c. 7. n. 24. de criminib.*

- 30 Tandem circa conjugum divortia notandum est, Justinianum constituisse, culpa patris dissoluto matrimonio, apud matrem, usque dum illa secundas contrahit nuptias, expensis patris alendos communes liberos esse, si autem divortio causam dederit mulier, ejus locupletis expensis apud patrem. *Novell. 117. cap. 7.* Sed quod de expensis dicimus à matre exhibendis, ex paritate rationis addidit Irnerius in *Authent. si pater. C. divort. fact. apud quem liber. morar. vel educ. deb.* Justinianus enim tum duntaxat à matre educandos & alendos liberos voluit, cum illa locuples est, & maritus huic oneri minime sufficit, sive illius, sive mariti culpa divortium accadat. Aliam Justinianæ constitutioni limitationem ex fidei favore jus Canonicum addidit, nempe, educandos liberos esse penes eum, qui orthodoxus est. *C. fin. x. de conv. infid.* Nostri jura utrumque jus sequuntur, & committunt liberorum educationem ei, qui castitate sua honoravit matrimonium, modo vera fide imbutus spem certam faciat, veram pietatem & orthodoxam fidem se docturum liberos. Matri vero (uti jure Civili) ad secunda vota transeunti non eripitur hodie liberorum educatio: modo frugi sit mulier, & bonis imbuta moribus.<sup>2</sup> Quid si orthodoxus dederit causam divortio? Ne imbuatur malis moribus, & vitam parentis in exemplum trahat filia, ut & ne in hæresin labatur ex alterius parentis prava institutione, putem mediam eligendam esse viam, & extraneo cuiquam, notæ auctoritatis & fidei exploratæ viro, expensis parentum committendam esse liberorum educationem. *arg. l. 3. §. 4. & 6. D. de liber. exhibend.* Cum instituitur thori & mensæ separatio ob utriusque conjugis culpam, judicis est æstimare, apud quem liberi morari & educari debeant. *arg. l. un. C. div. fact. apud quem liber. morar. vel. educ. deb.* Ita tamen, ut usque ad prius triennium soboles apud matrem educetur, major triennio apud patrem, nisi favor fidei, aliave ratio aliud suadeat. *C. 2. x. de convers. infidel.* nam præstat aliquando potius apud matrem morari liberos, quam apud patrem. Alimentorum appellatione, omnia veniunt, quæ ad sustinendam vitam necessaria sunt, veluti cibaria, vestitus, habitatio, potus necessarius, sine quibus corpus recte curari nequit. *l. 6. D. de aliment. & cibar. legat. l. 43. D. de verbor. significat. l. 1. §. 19. D. de ventr. in poss. mittend.* Et non tantum hæc præstanda sunt, sed & alendus filius literas discere, & in aliqua honesta arte exerceri debet, qua vir factus sibi victum comparare possit: à quo tamen onere excusantur parentes, cum in ea valetudine opifex filius est, ut operis sufficere possit. *l. 5. §. 7. D. de agnosc. & alend. liber.* nisi ejus conditio & dignitatis sit, ut dedecori esset & ei & patri, operas suas alteri locare, siquidem illud nos posse dicimur, quod salva dignitate nostra fieri potest. *l. 125. in fine. D. de verbor. signif. arg. l. 1. §. 19. D. de ventr. in possess. mittend.* Eleganter Papinianus, quæ facta lædunt pietatem, institutionem, verecundiam nostram, &, uno verbo, quæ contra bonos mores

<sup>2</sup> *Groenew. in T.C. ubi pupill. educ. car. deb. de ll. abrogat.*

<sup>3</sup> *Panorm. ad C. 2. x. de convers. infidel.*



fiunt, nec facere nos posse credendum est. l. 15. *D. condit. instit.* Cæterum, quod constituit Justinianus, patris culpa facto divortio, ejus expensis apud matrem educandam sobolem esse, *Novell. 117. cap. 7.* jus Romanum respicit, quo totius familiæ & liberorum educandorum onus soli patri incumberebat, ut qui princeps & dominus familiæ in potestate liberos haberet, constituta tantum dote à muliere, ut sui sumtus ratione aliquantulum maritum sublevaret, l. 20. *C. de jure dotium.* quæ etiam ob culpam mariti facto divortio integra ad uxorem revertebatur ex legis constitutione, ne indotatæ facile innuptæ manerent mulieres. l. 1. l. 2. *D. solut. matrim. l. 2. D. de jur. dotium.* At derogato civili jure, contrarium constituit jus Canonicum, voluitque, utrumque conjugem necessaria liberis subministrare secundum utriusque facultates. C. v. x. *de eo qui duxit in matrim. quam polluit adulter.* Quod probasse in contradictorio judicio Hollandiæ Curiam refert Groeneweghen.<sup>1</sup> Verum, quamvis & mihi hoc jus æquum videatur, cum natura velit ab utroque conjugē communes liberos alendos esse l. 1. §. 3. *D. de justit. & jur.* Et ratio desit, cur oneri educandorum liberorum astringeretur in totum pars nocens, quæ amissione partis bonorum satis plectitur ob perpetratum adulterium: non recte tamen in probationem afferri canonem allegatum existimaverim, cum is loquatur de liberis natis ex separato, judicio Ecclesiæ, matrimonio, quod uterque conjux injustum & adulterinum sciebat, ut hic par utriusque versetur culpa. Natos liberos ex matrimonio bona fide inito, quod postea irrium & nullum apparet, utriusque parentis impensis educandos esse, recte constituit idem Pontificium jus. C. 2. x. *qui filii sunt legitim.* Nec ulla ratio est, cur hoc onus patri magis quam matri imponeretur, ad quod jus naturæ ambos astringit: præcipue cum utriusque bona fides, utrumque à culpa excusat. Aliud est, si alter sciverit nullum futurum matrimonium, alter ignoraverit. tum enim bonæ fides non patitur, ut dolo alterius contractum matrimonium alterum involvat onere educandorum liberorum; nisi pauper sit nocens, locuples innocens.<sup>2</sup> Nec mutat, quod soluto ob adulterium matrimonio contrarium statuiamus. Etenim justum alias conjugium cum solvit perpetratum crimen, in bonorum parte plectitur adulter: at hoc casu non constituit matrimonium propter culpam & scelus nocentis.

<sup>1</sup> De legib. abrog. in Tit. C. divort. fact. apud quem liber. morar. vel educar. deb. 13. Decemb. Anno 1644.

<sup>2</sup> Perez. in Tit. Cod. divort. fact. apud quem liber. morar. aut educar. debent. n. 4. Sanch. libr. 10. disput. 20 n. 11. de matrim. 3 Cap. 6. sect. 8. n. 1. & seqq. de jur. connub.

<sup>4</sup> Paul. Fag. ad Paraphr. Chald. Deut. 22. Buxtorf. part. 1. n. 25. de spons. & divort. Selden. libr. 1. cap. xvi. & libr. 3 c. 11. Vxor. Ebra.

Excussimus hæcenus, quæ detur civilis actio in adulteros: restat, ut tradamus poenas publico judicio huic crimini infligi solitas. Non mihi animus est referre varias variarum gentium circa hoc negotium leges, moresque. Hoc Arnifæus, aliique fecere, quos adeat lector.<sup>3</sup> Sed tantum lubet breviter tradere, quid hic voluerit divina, Romana, Batavaque lex nostra, in quibus referendis explicandisque totum hoc opus occupatum fuit. Palam est, jure divino, adultero & adulteræ gulam mappa utriusque collo injectâ præcludi debuisse. *Levit. 20. v. 10.* Mortem enim huic crimini minatur lex, quam quoties non designat, nec ullum mortis genus speciatim exprimit, strangu-landos esse reos intelligunt Rabbini.<sup>4</sup> Speciale fuit in sacerdotis filia, quod adul-

adultera vivicomburio peribat: *Levit. 21. v. 9.* Additur ratio, *profanas se scortando & patrem suum.* In Romana Republica circa hujus criminis pœnas variatum fuit. Nunquam Romanis, ut hoc præmittamus, adulterium dictum fuit, si quis maritus cum vacante muliere concubisset. *Pellicem autem eam appellatam, etiam antiquissimo sermone, probrosamque habitam, qua juncta, consuetaque esset cum eo, in cujus manu mancipioque alia matrimonii causa foret, hac antiquissima lege ostenditur: quam Numa Regis fuisse accepimus. Pellex aram Junonis non tangito, si tangit, Junoni crinibus dimissis agnum foeminam cadito.* Ita Gellius de vacante muliere cum alterius marito cubante. <sup>1</sup> *Durior fuisset pœna, si concubina* <sup>1</sup> *Libr. 4. c. 3.* uno viro permisso legum contenta, tam probrose à sacris & templo Junonis abacta fuisset. Hinc Festus Pomponius à pelliciendo in fraudem, vel pellendo à marito, nominis derivationem accersit. Masurius tamen Sabinus & Cn. Flaccus, quorum sententiam pluribus probat Laurentius Valla, scribunt, <sup>2</sup> *pellicem apud antiquos eam habitam, qua cum uxor non esset, cum aliquo tamen vivebat,* <sup>2</sup> *Libr. 6. Elegans. cap. 28.* vel, quæ uxoris loco sine nuptiis in domo erat, quam nunc vero nomine amicam, paulo honestiore concubinam appellamus. l. 144. D. de verbor. signif. Deductum autem postea id esse nomen ad eam designandam, *qua cum eo cui uxor sit, corpus, misceat.* flexum, ut pleraque alia, de Græco *παλλαξ*, id est, quasi *παλλαξ*, Gellius ait. Sic Plinius Campascein vocat pallacem Alexandri. <sup>3</sup> Et Sueto- <sup>3</sup> *Libr. 35.* nius dicit, Vespasianum in locum defunctæ Cænidis multas pallacas constituisse: <sup>4</sup> quorum sermonem nimis redolere antiquitatem Connanus vult. Cæ- <sup>4</sup> *In vespas.* terum, quod & jam ante demonstravimus, adulter duntaxat dictus fuit Romanis, qui cum alterius uxore rem habet; adultera, quæ uxor, alterius, quam mariti sui amplexus admittit. De quo crimine ita scriptum fuisse Gellius refert. *In adulterio uxorem tuam si deprehendisses, sine judicio impune necares: Illa te, si adulterares, digito non auderet attingere: neque jus est.* <sup>5</sup> *Quam legem* <sup>5</sup> *Libr. 10. cap. 23. ex M. Caton. Orat. de dor.* Seneca ita proponit: *adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum utrumque interficiat, sine fraude sit.* Eamque in leges 12 tabular. ex Reipubl. Atheniensis legibus à Decemviris in hunc modum transcriptam fuisse constat, *Machum in adulterio deprehensum necato.* Datumque hoc fuit justo exandescantis & læsi mariti dolori. Sed quare ita diversum in sexu? Facillimum id est colligere. Maritus gravi contumelia afficitur ex adulterio uxoris; dedecus in posteros deducitur, adulterinus pro legitimo familiæ inducitur, aliena hereditas rapitur, familiæ nomen subripitur: quæ omnia in mariti adulterio se secus habent. Deinde & contra rationem videtur, ut uxor mariti judex constituatur, eumque privata vindicta lædat. Festive tamen apud Plantum Syra anus nimis durâ esse queritur legem, quæ scortationis causa virum & uxorem fecit dispares.

*Ecastor lege dura vivunt mulieres*

*Multoque iniquiore misera quam viri.*

*Nam si vir scortum duxit domum,*

*Id si rescivit uxor, impuno est viro.*

*Vxor si clam domo egressa est foras,*

*Viro fit causa, exigitur matrimonio.*

*Vtinam lex esset eadem, qua uxori est, viro?*

*Nam uxor contenta est, qua bona est, uno viro*

*Qui minus vir una uxore contentus fiet?*<sup>1</sup>

<sup>1</sup> *Aff. 4.*  
*Scen. 6. Mercat.*

<sup>2</sup> *Libr. 7. rer.*  
*Iud. tit. 1. c.*

<sup>3</sup> *Libr. 2. de*  
*Civ. Dei*  
*cap. 15.*

<sup>4</sup> *Libr. 6.*  
*observ. 25.*  
*vid. Halicarn.*  
*libr. 2.*  
*Ant. Roman.*

<sup>5</sup> *4. Annal.*  
*Tacit.*

<sup>6</sup> *Libr.*

<sup>7</sup> *In Tiber.*

<sup>8</sup> *Libr. 6.*  
*c. 3. exempl.*  
*memorab.*

<sup>9</sup> *Annal.*  
*lib. 13. c. 32.*

<sup>10</sup> *Cujac. lib.*  
*6. observ. 11.*

*Briffon. libr.*  
*sing. ad lig.*  
*Int. de Ad-*  
*ulter.*

<sup>11</sup> *Tacit. libr.*  
*3. c. 18. & q.*  
*cap. 44. Vel-*  
*lejus Patere.*

*Libr. 2. Dio.*  
*libr. 55.*

*hiflor.*

<sup>12</sup> *In opil.*  
*Macrin.*

<sup>13</sup> *Libr. 7.*  
*Tit. 1. c. 4.*

*Res. judicat.*  
*non recepta lege nitentia.*

<sup>14</sup> *Libr. 3.*  
*c. 12. Vxor.*  
*Ebra.*

Præfatam autem legem ita accipiendam judico, si quis in ipsa turpitudine 37 cum adultero uxorem suam deprehenderit. De judiciis, quæ data sunt & acta in adulteros, à tempore legum 12 tabularum usque ad Augusti tempora, nihil certi tradi posse scribit Ærodius.<sup>2</sup> Testatur Augustinus, antiquos Romanos quamvis aliqua damnatione, nunquam tamen morte feruisse adulteras.<sup>3</sup> Eiusdem quoque sententiæ Cujacius est, qui videtur se referre ad hæc Gellii ex M. Caton. oratione de dote verba. *Vir, inquit, cum divortium fecit, mulieri iudex pro censore est: Imperium, quod videtur, habet: si quid perverse tetreque factum est à muliere, multatur; si vinum bibit, si cum alieno viro proptri quid fecit, condemnatur.*<sup>4</sup> Quo loco notat magnus vir, *multatur*, non autem *necatur* dici: dicitque *ἡμισύν*, quo verbo utitur Halicarnasseus in referenda lege Romuli de Adulterio, *multam*, non *mortem infligere*, significare: qua in re ei contrarius Lipsius est.<sup>5</sup> Publico aliquando iudicio adulterii condemnatas mulieres, aliquando propinquorum privato; tum ex Livio, cum referat Fabium, qui Gurges dictus fuit, aliquot matronas ex hoc crimine pecunia damnasse,<sup>6</sup> tum ex Suetonio liquet, cum tradat, Tiberium propinquis reddidisse potestatem animadvertendi in matronas prostratæ pudicitæ more Majorum.<sup>7</sup> Ad hunc Valerii locum, in eas mulieres, quæ *sacris Bacchanalium incestu usa fuerant, cum damnata essent, cognati intra domos animadverterunt.*<sup>8</sup> Oliverius ita scribit: *Privatim matrona sunt in suis adibus punita; nam mulieres damnata, aut cognatis, aut in quorum manu essent, tradita sunt, ut ipsi privatim animadverterent in eas. Si nemo erat idoneus supplicii exactor, in publico animadvertebatur.* Verba Taciti sunt. Pomponia Gracina superstitionis externa rea, mariti iudicio permissa: isque prisco instituto, propinquis coram, de capite, fama que conjugis cognovit, & insontem nunciavit.<sup>9</sup> Lex Julia, quam 38 Augustus tulit, & in honorem Julii Cæsaris, eo nomine insignivit. l. 1. D. ad l. Jul. de adulter. relegationis, si simplex flagitium, vel si ei adjunctus fuisset incestus, deportationis pœnam adulterio infligit. l. 5. D. de quaest. <sup>10</sup> Fuerunt tamen Imperatores, qui adulterium morte vindicarunt. Inter quos & ipse Augustus, legis Juliæ auctor, Julium Antonium, quia Juliam Cæsaris filiam & Neronis conjugē adulterio polluerat, morte punivit; & culpam inter viros & fœminas vulgatam, gravi nomine læsarum religionum ac violatæ Majestatis appellando, clementiam Majorum, suasque ipse leges egressus fuit.<sup>11</sup> De Opilio Macrino ita scribit Capitolinus, *adulterii reos semper vivos simul incendit junctis corporibus.*<sup>12</sup> Et plura alia hujusmodi gentilium Imperatorum exempla collegit Petrus Ærodius.<sup>13</sup> verum (ut recte Seldenus ait) *libero dominantium jussu* puniendum hoc crimen voluerunt, jusseruntque adulteros culleo insui, vel vivos comburi, uti ex illorum constitutionibus in Codice Theodosiano relatis

latis palam, est. l. 4. C. Theod. libr. 11. Tit. 36. quor. appell. non recip. & l. 2. C. Theod. de indulgen. crim. libr. 9. n. 38. & in append. Cod. Theod. à Jacob. Sirmond. edit. const. 8. Sed hæc Imperatorum constitutio jus receptum & constans non videtur diu mansisse. Etenim sub Valentiniano & Valente, Præfecto Maximino, Cethegus senator adulterii reus delatus, cervice periit abscessa, uti Ammianus Marcellinus testatur. <sup>1</sup> Et ex Leonis & Majorani Augustorum <sup>Libr. 11.</sup> ad Rogatianum consularem Tusciæ suburbicane rescripto palam est, tum temporis adulterii pœnam fuisse perpetuam cum bonorum confiscatione relegationem, concessa omnibus licentia damnatum interficiendi, qui abusus lenitate sententiæ, intra Imperii terminos se recepisset, Seldeno teste, qui integrum hoc rescriptum exhibet. <sup>2</sup> Justinianus postea, ad exemplum <sup>Libr. 3 c.</sup> sub Valentiniano & Valente, in Cethego Senatore editum, cervice percussa <sup>12. For ebr.</sup> perire adulteros voluit. Nec cuique imponi debet, quod in Constantini ad Euagrium rescripto, pœna gladii in sacrilegos nuptiarum statuta reperiatur. l. 30. §. 1. C. de Adulter. Nec quoque quod alicubi id ipsum huic Imperatori adscribatur. Novell. 134. cap. 10. Ea enim verba Constantini rescripto addidit Tribonianus, seu is cujus opera in compilando corpore juris usus fuit Justinianus, ut suam constitutionem nomine Constantini vulgaret, illeque hujus juris auctor haberetur. <sup>3</sup> Hisce non adversatur, quod in Institutionibus lex <sup>3</sup> Julia dicatur temeratores alienarum nuptiarum gladio punire. §. 4. Inst. de <sup>Cujac. libr. 6. observ. 11. Selden. d. l.</sup> publ. judic. Etenim Tribonianus dicto loco constitutiones Justiniani de adulteriis famoso ac jam recepto legis Juliæ nomine comprehendit, legemque Juliam passim exhibuit, non ut ea tempore Augusti lata fuerat, sed ut Justiniani ævo referebatur. <sup>4</sup> Simili modo judicandum est, hanc parenthesin, si quocunque modo capitalem pœnam evaserit, quæ in Alexandri rescripto legitur, non ejus Imperatoris, sed ab eodem Triboniano adjectum esse, eo consilio, ut doceret legem Juliam de non ducenda adultera judicio damnata, ab Alexandro probatam, non esse sublatam à Justiniano, cum pœnam capitis evasisset. Idem judicium esto de eo, quod in Diocletiani rescripto habetur, transigere vel pacisci de crimine capitali excepto adulterio non licet l. 18. C. de transact. non enim adulterii pœna tempore illius Imperatoris capitalis fuit. Cæterum, Justinianus capitis hanc pœnam in masculis immutatam quidem reliquit, at in fœminis remisit, (anrecte, disputat Mæstertius Præceptor quondam meus, ad quem lectorem remitto.) <sup>5</sup> voluitque adulteram verberibus cæsam in monasterium de- <sup>Libr. 2. dubitat. 14. de justit. leg. Roman. x.</sup> trudi, ut in perpetuum sine spe conjugii existens, criminis perpetrati pœnitentiam agat. Dedit tamen marito licentiam, intra biennium sibi reconciliatam uxorem recipere. Novell. 134. cap. 10. Hæc de jure Civili dicta sunt. De jure Canonico non est quod anxie inquiremus, cum illud non stringat gladium, sed indictâ pœnitentiâ, ad meliorem frugem revocet peccatorem. Sancta enim Dei Ecclesia non occidit, sed vivificat, ut Nicolaus loquitur, C. 6. caus. 33. q. 2. vel ut dicit Stephanus Papa ejus nominis quintus, non vult Deus mortem peccatoris, sed ut convertatur ad pœnitentiam & vivat. C. 8. caus. 33. q. 2.

q. 2. Sed de his postea. Adulteras, quas recipere nolunt mariti, monasterio includi, ut perpetuam pœnitentiam agant, vult Gregorius nonus. C. 19. x. de conv. conjugat. Dos vero & donatio propter nuptias conjugii læso applicantur. C. 4. x. de donat. inter vir. & uxor. C. 1. x. de lit. non contest. Clericus adulter depositus ab officio, communione concessa, toto vitæ suæ tempore itidem in monasterium detruditur. C. 10. distinkt. 81. laicus excommunicatur, C. 2. x. de adulter. & pœnitentiæ subijcitur. <sup>1</sup> Hæc de jure canonico.

<sup>1</sup> Gregor.  
Tholosan.  
libr. 4. tit.  
14. c. 2. par.  
tis. jur. canon

Restat, ut tandem tradamus, quibus pœnis mores nostri feriant alienarum temeratores nuptiarum. De hisce in hunc modum Politica Hollandiæ constitutio constituit.

Si quis maritus alteri nuptam uxorem adulterio polluat, & hæc & ille in 39  
quingenta annorum exilium relegantur. art. 15. Holl. 30. Zeland. const. in perpetuum sub ditione Fœderati Belgii Ordin. art. 79. egh Regl. vand. Stat. Gener.

Si quis maritus cum vacante muliere, seu virgine seu vidua, consuecat, centum florenorum plectitur multa; si semel damnatus non intermittat libidinem, soluta ducentorum florenorum multa, quingenta annorum relegatione coercetur. art. 16. Holl. 31. Zeland. art. 80. egh Regl. vand. Stat. Gener. Si vir cœlebs alterius polluat uxorem, carceri mancipatur, per quatuordecim dies, pane & aqua tantum cibandus; & insuper plectitur centum florenorum multa: si non omittat alienas ducere uxores semel castigatus, in perpetuum relegatur, art. 17. Holl. art. 32. Zeland. const.

Si vacans mulier, seu virgo seu vidua, se prosternat ejus libidini, qui uxorem ductam domi habet, carceri includitur, pane & aqua tantum per quatuordecim dies cibanda: si coercita continuat libidinem, exilio quingenta annorum punitur. art. 16. Holl. art. 31. Zeland. art. 81. egh Reglem. vand. Stat. Gener.

Si nupta mulier adulterium committat cum cœlibe viro, relegatur in quingenta annorum tempus, art. 17. Holl. 32. Zeland. const.

Præter has pœnas, sive cum nupta, sive cum vacante muliere, sive à marito, sive à cœlibe viro commissum fuerit adulterium, infamis declaratur adulter, omnium dignitatum, munerum, honorum, quæ in Republica nostra seu ab Ordinibus, seu à singularum civitatum Magistratu deferuntur, incapax est, & si quo gaudet, privatur. art. 15. Holl. art. 30. Zeland.

Jam quæripotest, cum moribus nostris mors non sit adulterii pœna, an liceat marito, adulterum in adulterio deprehensum occidere? Id asserit Gro- 40  
tius, & aliique cumeo, freti procul dubio Romanæ legis auctoritate. l. 4. C. de Adulter. Sed Justiniani lege morte plectebatur adulterium. l. 30. C. de adulter. & non omnis adulter, nec omni loco à marito jure occidi potuit. l. 24. D. eod. At nostri mores pecuniariâ multâ & infami relegatione duntaxat plectunt hoc crimen, nec hic agnoscunt tantam hominum distinctionem, quam lex civilis agnovit; ut non videatur privato concedi oportere, graviores in adulterum exercere pœnam, quam publica lex infligit. Qua ratione notari

<sup>2</sup> Ifagag. lib.  
3. part. 33.  
in fine.

tari lex Julia potest, quæ cum duntaxat relegationem adulterio præscribat, justamen occidendi concedit marito, patrique l. 20. l. 27. l. 23. l. 24. De ad leg. Jul. de adulter. Deinde, etiamsi adulterii poena ultimum esset supplicium, non recte tamen concederetur potestas cædendi adulterum marito, patrique; non tantum quod inhumatum sit, inauditum, recenti crimine madentem, morti non præparatum à privato occidi posse: sed etiam quod contra politicam rationem sit, ut publica vindicta committatur privatæ iræ, præsertim furentis & zelotypo marito, privatam injuriam, non publicam vindictam cogitanti. Optime Apostolus; non vos ipsimet ulciscentes dilecti, sed date locum iræ, scriptum est enim, meum est ulcisci; ego rependam, dicit Dominus: ad Roman. 12. Recte Honorius, & Theodosius Imperatores: idcirco judiciorum vigor, jurisque publici tutela videtur in medio constituta, ne quisquam sibi permittere valeat ultionem. l. 14. C. de Jude. & salic. Et non minus recte Paulus scribit, cum in hunc modum scribite non est singulis concedendum, quod per Magistratum publicum possit fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi l. 176. D. de regul. jur. Perpendendum hoc casu quodque est hoc Papiniani, Mariti calor & impetus facile in uxorem, quam adulteram suspicatur, decernentis, refranandus est. l. 21. §. final. D. ad leg. Jul. de adul. Iram conjugis ob adulterium facientis dæmonem internum Chrysostomus appellat, & Salomon ait, zelotypia inest affus veri, ideo non vititur clementia die actionis. Non habet redemptionis ullius rationem, neque acquiescis, quamvis multa adhibeas munera. Prov. cap. 6. At non recte furenti justitia administranda committitur. Itaque cum Christineo censeo, legem hanc civilem Christianæ pietati, religioni, moribus nostris adversam esse, quæ qui usus fuerit, vix immunis erit à conscientiae morsu. Multo minus in bene constituta Republica, ferenda mihi videtur, illa Justiniani novella constitutio, quæ permittitur zelotypo marito occidere eum, quem suspicatus adulterum, post tres contestationes seu denunciationes ex scripto ei destinatas, habentes testimonium trium viros fide dignorum, invenerit convenientem uxori suæ, in domo suâ, uxoris suæ; vel adulteri, in popinis, aut suburbanis. Novell. 117. c. 15. Non enim ita indulgendum est suspicioni zelotypi mariti. Legem tamen civilem inter alios defendit Gentilis. Jus vero canonicum nostrum tenet sententiam: Sed ridiculus est Stephanus Papa, cum rogat marito jus occidendi adulteram, quia Deus non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur ad poenitentiam & vivat. c. 8. caus. 33. q. 2. Hæc enim ratio si valeat in marito, cur non & publicæ vindictæ eripit adulteros? Stephanus non minus ridiculus Nicolaus est, cum corrigit legem mundanam, jus occidendi adulteram uxorem marito tribuentem, quia sancta Dei Ecclesia gladium non habet, nisi spiritus vult non occidi, sed vivificare. C. 6. caus. 33. q. 2. Quid hæc potestas spiritualis ad potestatem politicam? quid hæc misericordia divina & Ecclesiæ humanitas ad forum politicum? Deus non vult peccatorum mortem ut stipendium peccati, sed ut convertantur, & vivant: vultne ergo, ne gladio pereat, qui gladium accipit? vultne ergo, ut infaturos ultimis supplicii non animadvertat Magistratus? Sed pergeamus, & videamus quibus & in quos

X x x

hanc

Ad leg.  
Mechl. tit. 2.  
art. 13. &  
volum. 4. de-  
cis. 197. vid.  
Ant. Gomez.  
ad leg. Taur.  
80 n. 52 Ar-  
nif. c. 7. sect.  
5. de jur. con-  
nub. Basil.  
Pont. libr. 9.  
cap. 15. de  
sacram. ma-  
trim.  
Libr. 1. c.  
2. de nupt.

<sup>1</sup> Libr. 2.  
*Antiq. Ro-  
man.*

<sup>2</sup> Libr. 6.  
*c. 1. exempl.  
memorab.*

<sup>3</sup> Libr. 10.  
*cap. 23.*

<sup>4</sup> d. libr. 6.  
*cap. 1.*

hanc occidendi potestatem concessit jus civile. Ex hâc carnassio, talisque rerum Romanarum scriptoribus palam est, Romuli legem fuisse, quæ patri jus vitæ & necis in liberos tribuebat, & ea fretos patres Romanos filiarum suarum libidines ultimo sæpius supplicio impune exegisse, ex Valerio Maximo constat. Fuisse etiam & aliam legem, quæ comittens quid robri mulier ex mariti & cognatorum judicio luebat poenas, ac juxta eam à maritis aliquando necatas esse mulieres adulteras, in historiis mediocriter tantum versato notum est. Gellius ex Catonis oratione, quæ de dote inscribitur, tradit, etiam sine judicio necare uxores in adulterio deprehensas maritis jus fuisse: ipsa Catonis verba, quæ jus occidendi comprehendunt, supra retulimus. Patet quoque ex eodem Valerio, Sempronio Muscæ fraudi non fuisse, quod ira suæ indulgens, C. Gallium deprehensum in adulterio flagellis cecidisset: nec C. Memmio, quod L. Octavius similiter deprehensum nervis contudisset: nec Vibieno & P. Cernio, quod Carbonem Accienum & Pontium deprehensos castrassent: nec Cn. Furio, quod Brochurn deprehendisset, & familiæ stuprandum objecisset. Et hoc quidem jus in Republica Romana olim obtinuit. Sed cum id nimis generale, & nullis limitibus circumscriptum pateret, videtur postea lex Julia privatæ vindictæ modum præscripsisse, & jus quæ occidendi aliquatenus coarctasse. Nam patri illa hanc potestatem concedit, sed ei tantum qui filiam in potestate habet, l. 10. D. ad leg. Jul. de adulter. non vero patri naturali, non ei, qui emancipavit, non qui filiam alteri adoptandam dedit, non filio-familias patri. Et notat Papinianus, patri jus occidendi dari, ex quo concludit, itaque neminem alium ex patribus idem jure facturum. d. l. 10. D. eod. Scilicet, quamvis justâ interpretatione receptum sit, ut patris nomine avus quoque demonstrari intelligatur. l. 20. D. de verbor. significat. dura tamen & severa lex, nec interpretatione juvanda, nec ultra propriam verborum significationem producenda fuit. arg. d. 19. D. de liber. & postum. Hinc Ulpianus quoque colligit, sic quandoque eventurum, ut nec pater, nec avus possint occidere. l. 21. D. ad leg. Jul. de adult. Non pater, qui est filiusfamilias, in sua enim potestate non videtur habere, qui non est suæ potestatis. d. l. 21. non avus, quia verbis legis deficitur. Sufficit autem ut quis filiam in potestate habet, nec inspicitur, an ex justis nuptiis, an ex adoptione, patris potestas acquisita sit; non enim in hac lege Julia naturalis ab adoptivo pater separatur. l. 22. D. eod. Et cum præcipue potestas consideretur, sufficit quoque patri, ut eo tempore habeat filiam in potestate, quo occidit, non quo in matrimonio collocavit. fuge enim postea redactam in potestatem. l. 23. §. 1. D. eod. Huic patri concessit lex Julia quemlibet adulterum occidere, cujusque etiam ille conditionis vel status sit. l. 22. §. 4. Ita ut ex sententia legis quæri dicat Macer, an patri magistratum occidere liceat. l. 24. §. ult. D. eod. Requiritur ratum ut domi suæ, vel in domo generi deprehensum cum filia adulterum interficiat: non enim alibi, non ubicunque deprehenderit adulterum, datam hanc sibi licentiam exequi ei permittitur: ratio illa redditur: quod majorem injuriam putavit legulator, quod in domum patris aut mariti


ausa

*ausa fuerit filia adulterum inducere, ipsasque ædes incesto quasi polluere. l. 23. §. 2. D. ad l. Jul. de ad.* Non autem interest, an apud patrem habitet filia, an non; an in domo propria, an conducta, an gratis, vel hospitio receptus, an in civitate, in villa, vel hortis, vel in municipio habitet pater. *arg. l. 5. §. 2. D. de injur.* Domus enim in hac lege Julia, ut in lege Cornelia de sicariis. *d. l. 5. §. 2. & aliquoties in edictis prætorum. l. 1. §. 2. D. de aleator. l. 1. §. 2. D. de liber. agnosc. & alend.* pro domicilio & habitatione accipitur. Non poterit itaque pater filiam occidere, quamprehendit quidem in domo sua, sed in qua non habitat. *l. 23. §. 3. D. ad leg. Jul. de adulter.* Tandem duo præterea observanda requirit Ulpianus, ut hoc jure uti impune patri liceat: primum, ut in ipsa turpitudine filiam de adulterioprehendat. Non enim putat otiosum esse, quod lex ait, *cum in filia adulterumprehenderit*, dicitque ita Labeonem probare, & Pomponium scripsisse, *in ipsis rebus venerisprehensum occidi*, & hoc esse, quod Solon & Draco dicunt, *ἐν ἑσπύῳ. l. 23. D. ad leg. Jul. de adult.* Non ergo jus occidendi patri est, cum duntaxat in criminis præludiis, veluti in convivio, suavius, impudica attrectatione inveniatur adulteros. Deinde requirit, ut incontinenti cum adultero filiam occidat. Scilicet, debet pater utrumque occidere, prope uno ictu & uno impetu, æquali ira adversus utrumque sumpta; non vero occiso adultero, parcere adulteræ. Parem enim in eos, qui deprehensi sunt, indignationem & severitatem lex requirit. Debet incontinenti occidere, non occiso hodie adultero, reservare, & post diem filiam occidere, vel contra. *l. 23. §. 4. D. eod.* verum si hoc non affectavit, sed dum adulterum occidit, profugit filia, & interpositis horis adprehensa est à patre, qui persequabatur, incontinenti videbitur occidisse. *l. 23. §. ult. D. eod.* Hæc de patre. Marito vero non licet hac lege Julia (uti jure veteri) uxorem suam in adulterio deprehensam, neque omnem adulterum occidere, sed occiso adultero uxorem suam sine mora dimittere debet, & probrosum æque famosum duntaxat occidere jure potest, veluti lenonem, histriionem, mimum, pantomimum, arenarium, omnemque eum, qui artem ludicram fecerit, vel in scenam saltandi cantandique causa prodierit, judicio publico damnatus, neque in integrum restitutus fuerit, quive libertus ejus mariti, uxorisve patris, matris, filii, filia, utrius eorum fuerit: nec interest proprius cujus eorum, an cum alio communis fuerit, quive servus erit. *l. 24. D. ad leg. Jul. de adult.* cumque duntaxat famosum occidere, quem domi suæ in ipsa turpitudine deprehendit. Domus sedes & domicilium matrimonii est. *l. 5. D. de rit. nupt.* ut justæ iræ mariti indulgendum sit, sævientis in eum, qui non veretur ipsius ædes adulterio polluere. Ideo autem, Ulpianus inquit, patri non marito, mulierem, & omnem adulterum permissum est occidere, quod plerumque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit. ceterum, mariti calor & impetus facile decernentis fuit refranandus. *l. 23. §. 4. D. ad leg. Jul. de adult.* At quid? si occiderit maritus inconsulto calore uxorem adulteram, vel eum adulterum, quem non licet occidere? Humanitatis intuitu primum ab Antonino Pio. *l. 1. §. fin. D. ad leg. cornel. de sicar.* dein-



de à Marco & Commod. l. 38. §. 8. D. ad leg. Jul. de adult. postremo ab Alexandro rescriptum est. l. 4. C. eod. non utique legis Cornelie de sicariis poena, sed alia leviori plectendum homicidium, legis auctoritate cessante perpetratum, esse: ideo quod genialis thori vindici, & impetu doloris tracto, in repentino motu difficile est, scævientem ob scelus uxoris iram temperare. Hæc dicta sufficiant, ad demonstrandum, rigidius illud à veteribus usurpatum adulteram adulterumque deprehensos occidendi ius, ut minus probandum, etiam Augustum lege Julia in patre, maritoque coarctasse.

F I N I S.



INDEX

# I N D E X

## RERUM ET VERBORUM.

A.



**A**BOLITIONEM & inter, indulgentiam, qua sit differentia? libr. 2. cap. 18. n. 5.

**A**bsentia quadriennii vel quinquennii propter militiam, iusta divortii causa, iure Codicis, non iure novo est. l. 2. c. 31. n. 5.

**A**ctio ad interesse ex sponsu, adversus sponsum vel sponsam prodita fuit iure veteri Latinorum. l. 1. c. 24. n. 10.

**A**ctio ex sponsalibus stipulatione etiam interposita praestis, nulla data fuit iure civili novo. ibid. n. 11.

**A**ctio injuriarum & sponsa & sponsa competit adversus eum, qui sponsam vi aut dolo subegit. l. 1. c. 25. n. 21.

**A**ctione injuriarum conveniri potest, qui conventus à patre, sponsalia à filia aetate minore sibi constituta praetendit. l. 1. c. 28. n. 3.

**A**ctione injuriarum conveniri potest, qui dolo finxit, nuptias sibi spondidisse virginem. ibid. n. 2.

**A**ctionem ad faciendas nuptias pariunt sponsalia, iure natura. l. 1. c. 24. n. 1.

**A**ctione injuriarum non tenetur, qui sibi sponsalia à filia adulta constituta praetendit. ibid. n. 4.

**A**n Actionem, & quam, ex sponsalibus defuero tribuat ius canonicum? l. 1. c. 24. n. 19.

**A**ctionem ex lege Diffamari civilem habet puella adversus eum, qui injurià sponsalia praetendit. l. 1. c. 28. n. 1.

**A**ctio nulla prodita fuit unquam, ad speratam sponsam iure consequendam l. 1. c. 24. n. 8.

**A**gere quandoque ad interesse, & semper ad repetitionem eorum, qua sponsa dedit, contractis cum alio nuptiis, speret sponsum potest. l. 1. c. 24. n. 27.

**A**dolentes, qui clam parentibus contrahunt sponsalia, & qui eos ope & consilio iuvant, arbitraria puniuntur poena. l. 1. c. 13. n. 2.

**R**atio huius juris. ibid. n. 3.

**A**doptio hodie ab usu recessit, & asciti nobis pro alumnis habentur. libr. 2. cap. 7. n. 17.

**A**doptio naturam imitatur, & imago natura dicitur. l. 2. c. 7. n. 4.

**Q**ua per Adoptionem alicui neptis vel filia esse coepit, uxor ejus esse non potest. l. 2. c. 7. n. 6.

**A**doptione finita, matrimonio jungi non possunt, qui sibi per adoptionem fuere patris, avi, proavi, filia, neptis, proneptis loco. ibid. n. 7.

**E**a quam emancipatus adoptavi, patri meo nubere non potest. ibid. n. 8.

**A**doptione non contrahitur affinitas: tribuuntur tamen affinitatis nomina: & nuptia propter affinitatis speciem prohibentur. l. 2. c. 7. n. 14.

**O**b Adoptionem nuptias prohibet ius Canonicum. l. 2. c. 7. n. 16.

**O**b Adoptionem nuptiarum prohibitio ex instituto est. ibid. n. 15.

**I**nter Adoptivum filium & eos, qui adoptanti agnati sunt, civilis cognatio est. l. 2. c. 7. n. 5.

**A**doptivus filius neque amitam, neque amitam magnam, neque sororem, neque filiam ex fratre, constante; at quidem finita adoptione ducere potest. l. 2. c. 7. n. 11.

**A**doptivi mei patris ex filio neptem ducere me non posse, male in l. 55. §. 1. D. de rit. nupt. Gajo adscribi demonstratur. l. 2. c. 11. n. 10.

**A**n Adoptivi patris matrem, constante vel finita adoptione, uxorem ducere possim? l. 2. c. 7. n. 9.

**A**n Adoptivi patris materiteram ducere possim? ibid. n. 12.

**Q**uare in linea recta, finita adoptione, non aque remittatur prohibitio, quam in gradu transverso? ibid. n. 13.

**A**dultus, qui annum aetatis vigesimum quintum, adulta, qua vigesimum excessit, habent. l. 1. c. 12. n. 15.

Xxxx 3

Adul-

# J U D E X R E R U M

*Adulter ut quis dici possit, ultimum vigesimi quinti anni diem exegisse debet. ibid. n. 17.*  
*Adulti, & omnes qui sui juris sunt, cum contrahunt, valide obligantur. l. 1. c. 16. n. 1.*  
*Adulti liberi contra morositatem parentum audiuntur. l. 2. c. 24. n. 8.*  
*An Adulti contra patres audiantur, qui in minori aetate sponsalia confluxerunt? l. 2. c. 24. n. 10.*  
*Facilior debet esse iudex in admittendis patris, quam filii rationibus. ibid. n. 9.*  
*Adultera qua, qua concubina, qua pellex dicebatur apud Romanos. l. 2. c. 32. n. 35.*  
*Adulterium proprie cum nupta; stuprum cum virgine, vel vidua committitur. l. 1. c. 26. n. 4.*  
*Adulterium jure civili duntaxat, cum nupta committitur. l. 2. c. 32. n. 10.*  
*Adulterium cum nupta, innupta muliere, cum virgine, cum meretrice hodie committitur. ibid. n. 9.*  
*Ex quo jure, quantum divortium spectatur, exigitur hodie à marito & muliere inviolatus thorus. ibid. n. 11.*  
*quaritur, an Adulterium committat, qui cum alterius uxore, tanquam cum meretrice in publico lupanari, congregatur. l. 1. c. 26. n. 39.*  
*Adulterium solvit matrimonii vinculum. l. 2. c. 18. n. 2.*  
*cause divortii dua tantum sunt, adulterium & malitiosa desertio. l. 2. c. 32. n. 7.*  
*prater Adulterium an ex Christi sententia, plures dentur divortii causa? remissive. l. 2. c. 32. n. 18.*  
*Adulterium semel commissum praebe divortio causam. ibid. n. 8.*  
*Adulterium quacunque occasione committatur nihil interest, ut divortium obtineatur. ibid. n. 12.*  
*ob Adulterium matrimonii vinculum solvi quod noluerit jus Canonicum, carpiunt. l. 2. c. 18. n. 4.*  
*ob Adulterium divortia negare quo tempore Ecclesia inceperit. ibid. n. 7.*  
*ob Adulterium uxoris quando maritus divortere nequeat? l. 2. c. 32. n. 13.*  
*Adulteri poena, jure divino, mors est. l. 2. c. 32. n. 34.*  
*Adulteram uxorem cecidere jus fuit marito, lege Romanorum veteri; non uxori ad-*

*ulterum maritum. Libr. 2. cap. 32. n. 36.*  
*Adulteria mulierum quandoque privato marito & cognatarum, quandoque publico vindicta suere iudicio. ibid. n. 37.*  
*Adulterii ex lege Julia, & ex Imperatorum constitutionibus qua poena? ibid. n. 38.*  
*Adulterii qua ex lege Basava poena? l. 2. c. 32. n. 39.*  
*Adulteram uxorem, vel adulterum in adulterio deprehensos occidere marito hodie non licet. ibid. n. 40.*  
*Adultera mulier an dotem hodie amittat, soluto matrimonio? l. 2. c. 32. n. 24.*  
*Adulterium committens mulier putativa, aequae ac iusta uxor, dotem hodie, vel quantam partem bonorum amittit. ibid. n. 26.*  
*Adulterii uxorem accusare nequeunt heredes mariti, ut amittat illa dotem, vel quicquam ex bonis suis. ibid. n. 27.*  
*Adulterium incito marito committens mulier, amittit legatum ei relatum. ibid. n. 28.*  
*ob Adulterium soluto matrimonio, communibus impensis alendi liberi sunt. l. 2. c. 32. n. 33.*  
*Adultero, post mortem laesa partis, aliud conjugium concedi jus Pontificium. l. 2. c. 18. n. 8.*  
*Adultero licet, jure Basavo, post mortem vel nuptias laesa partis, non ante, aliud matrimonium contrahere. ibid. n. 9.*  
*ob Adulterium separatis conjugibus, ut in gratiam redeant, honeste suaderi potest, cogi non debent. l. 2. c. 18. n. 6.*  
*Adultero marito ex voluntate patris repudium mittere, hodie non cogitur filia. l. 2. c. 32. n. 14.*  
*Adulteram uxorem abjicere, vel deferre, an in conscientia fore teneatur maritus? remissive. l. 2. c. 32. n. 15.*  
*Adulterio à se pollutam an quis in matrimonio habere possit? l. 2. c. 18. n. 10.*  
*Aetatis humanae partitio. l. 2. c. 3. n. 5.*  
*Aetas humana in infantiam & pubertatem distinguitur. l. 1. c. 3. n. 5.*  
*Aetas non distinguitur ex ratione sexus in contrahendis sponsalibus. l. 1. c. 3. n. 8.*  
*Aetas quomodo probetur. l. 1. c. 12. n. 18.*  
*Aetate alia Legumlatores, alia Philosophi contrahendas esse nuptias voluerunt. l. 2. c. 3. n. 6.*

*Etas*

# ET VERBORUM.

*Etas masculinorum nuptiis matura, ut qui-*  
*dem feminarum, nusquam in pandectarum*  
*libris expresse annorum numero termina-*  
*tur.* lib. 2. cap. 3. n. 9.  
*Etas major habetur; & perfecta, integra, ple-*  
*na, legitima, flatus dicitur, qua annum*  
*25 complevit.* l. 1. c. 16. n. 2.  
*Etatis annum vigesimum vel vigesimum*  
*quintum, pro ratione sexus, egressi, vel ma-*  
*trimonio juncti, virile corporis robur, &*  
*maturum animi iudicium adepti hodie cre-*  
*duntur.* l. 2. c. 11. n. 2.  
*Etas 25 annorum in utroque sexu major dici-*  
*tur.* l. 1. c. 16. n. 3.  
*Etas adulta in filiabus quare annus vigesi-*  
*mus, in filiis annus vigesimus quintus pra-*  
*finiatur?* l. 1. c. 12. n. 15.  
*Etas matura nuptiis in contrahentibus pra-*  
*cipue exigenda est.* l. 2. c. 3. n. 4.  
*Etate minores liberi, non exhibitio parentum*  
*consensu, inauditi arcentur matrimonio.*  
*l. 2. c. 24. n. 3.*  
*Etate minoribus nuptiales denunciationes*  
*concedi non debent, antequam audiantur*  
*eorum curatores, & avus paternus, mater-*  
*nusve.* l. 2. c. 24. n. 7.  
*Etate minor puella, etiamsi uterum gerat, ad-*  
*mitti ad nuptias nequit, nisi exhibeat con-*  
*sensum parentum.* l. 2. c. 24. n. 4.  
*Etate minor filia contra patrem pontificium*  
*audiri non potest, etiamsi orthodoxo nubere*  
*conetur.* ibid. n. 5.  
*Etatis matura quando moribus nostris liberi*  
*dicantur, ut iudicem adire possint, si inju-*  
*ria à parentibus arceantur matrimonio?*  
*l. 1. c. 12. n. 14.*  
*Etate maioribus liberis ad nuptiarum pra-*  
*des refugium patet, quamvis parentes non*  
*omnibus, sed hisce nuptiis adversentur. ib.*  
*n. 12.*  
*In Etate viriata distinguenda interpretatio-*  
*nes Rabbiorum rejiciuntur. l. 1. c. 26. n. 14.*  
*Rabbini nubendi tempus anno 13 in mascu-*  
*lis, et in feminis definiunt. l. 2. c. 3. n. 7.*  
*Ante Etatem in domum mariti deducta mu-*  
*liere, nec nuptia sunt, nec sponsalia consti-*  
*tuta habentur, nisi ea praeferint. l. 2. c. 3.*  
*n. 24.*  
*Ante Etatem in domum mariti deducta, ju-*  
*sta uxor non est.* l. 2. c. 3. n. 22.  
*Etate minor domum ducta tum demum ex*

*tacita conjugum voluntate iusta uxor est,*  
*cum duodecimum annum apud maritum*  
*explevit.* ibid. n. 25.  
*An Etate anno duodecimo Salomō, Achaz du-*  
*decimo patres fuerint, indagatur. l. 2. c. 3. n. 8.*  
*Etas nimis proposita nuptiis inepta est; non ta-*  
*men senibus negantur matrimonia. l. 2. c. 3.*  
*n. 29.*  
*Affines inter se non sunt vir & uxor. l. 2. c. 13.*  
*n. 4.*  
*Affinitatis definitio traditur, & explicatur.*  
*l. 2. c. 13. n. 1.*  
*Affinitatis definitio Modestini explicatur. ibid.*  
*n. 2. 3.*  
*Affinitas, quasi ad-finitas, à fine dicitur. ib. n. 2.*  
*Affinitas alia vera, alia ficta, alia legitima,*  
*alia naturalis est.* l. 2. c. 13. n. 8.  
*Affinitatem naturalem nullam agnovit ius*  
*Civile.* ibid. n. 9.  
*ob Affinitatem naturalem qua nuptia iure*  
*Canonico prohibeantur?* ibid. n. 14.  
*Affinitatis triplex genus veteris Iuris Canonici*  
*rejecitur.* ibid. n. 13.  
*Affinitas aliquando cum cognatione concu-*  
*rit.* l. 2. c. 13. n. 5.  
*Affinitati nulli sunt gradus.* l. 2. c. 13. n. 6.  
*L. 4. §. 5. & L. 10. D. de grad. & affin. ex-*  
*plicantur.* ibid. n. 7.  
*Affinitas non oritur ex sponsalibus iure Civi-*  
*li.* l. 2. c. 13. n. 12.  
*Affinitas ut contrahatur, an consummatum*  
*requiratur matrimonium, quaritur. ibid.*  
*n. 10.*  
*propter Affinitatem non cessat nuptiarum pro-*  
*hibitio, etiamsi affinis post mortem cognata*  
*mea, alteras contraxerit nuptias, etiamsi*  
*ex priori matrimonio nulli extent liberi.*  
*l. 2. c. 15. n. 8.*  
*in Affinitatis secundo vel tercio genere hodie*  
*nuptia non prohibentur.* l. 2. c. 15. n. 9.  
*Alimentorum nomine qua contineantur. l. 2.*  
*c. 32. n. 31.*  
*Alere liberos parentes debent usque dum operis*  
*sufficiant.* l. 2. c. 32. n. 32.  
*Alendi communibus impensis liberi sunt, so-*  
*luto per Adulterium matrimonio. ibid. n. 33.*  
*Amatoris poculis, philtris, & veneficiis, pu-*  
*dicos animos ad libidinem deflectere, sum-*  
*mmum scelus est.* l. 1. c. 19. n. 5.  
*Amentes, furiosi, furiosi, lunatici, qui dicantur?*  
*l. 2. c. 4. n. 28.*  
*Amen-*

# INDEX

*Amentes, furiosi, furiosi, lunatici, dum rabie exagitantur, nuptias contrahere nequeunt.*  
*libr. 2. cap. 4. n. 29.*  
*Amentia, furor, & fatuitas, qua ratione animi vitia dicantur?* l. 2. c. 4. n. 27.  
*Amitini qui proprie dicantur?* l. 2. c. 12. n. 1.  
*Amitinorum nuptia jure natura vetita non sunt.* ibid. n. 2.  
*Amor conjugum perpetuus esse debet, neque unquam flaccescere.* l. 2. c. 18. n. 9.  
*Annulus datus & acceptus non semper praesumptionem matrimonii inducit.* l. 1. c. 23. n. 17.  
*Annum luctus praescripsit mulieribus jus civile, non viris; & quare?* l. 2. c. 19. n. 19.  
*Anni viginti quinti ultimus dies inceptus pro completo non habetur, cum minor restitui desiderat.* l. 1. c. 15. n. 7.  
*Appellare, adtentare, comitem abducere, quid significent?* l. 1. c. 26. n. 19.  
*Qui Appellasset, sectatus fuisse virginem, vel vi comitem abduxisset, injuriarum tenebatur jure Romano.* ibid. n. 18. & l. 2. c. 24. n. 23.  
*Qui Appellas non injuriandi animo, injuriarum non tenetur.* ibid. n. 20.  
*Appellare virginem honesta oratione hodie licet, nec suspecta habetur pudicitia, qua osculum sibi figi ab amante patitur.* l. 2. c. 24. n. 33.  
*Arctanimis, ut mulier fieri non possit, arceatur matrimonio.* l. 2. c. 4. n. 16.  
*Arctanimita qua reperitur, an cogatur incisionem pati?* ibid. n. 17.  
*Avi Aviae auctoritas in nepotum nuptiis tanta hodie non est, quam parentum, major tamen quam Curatorum.* l. 1. c. 11. n. 21.  
*Avi paterni & materni auctoritas aequalis est in nepotum nuptiis.* ibid. n. 22.  
*Avi voluntati praefertur voluntas patris in nuptiis nepotum, apud Batavos.* l. 1. c. 11. n. 20.  
*Avunculius seu patrum viduam ducere non possum, neque nubere viduo amita seu matertera.* l. 2. t. 15. n. 7.  
*Auxilium judicis implorare contra dissentientem maritum in collocanda nuptiis filia, quando matri integrum sit?* l. 1. c. 11. n. 11.  
*Auxilium judicis implorare potest filia, si violenta auctoritate illam cogere ad invidias nuptias conetur pater.* l. 1. c. 12. n. 7.

# RERUM

*Nam non minis cogi, sed per sua soria oratione flecti debet.* ibid. n. 6.  
*Axioma illud interpretum rejicitur; Nunquam contra, sed semper pro matrimonio jurandum est.* l. 1. c. 23. n. 21.  
*Axioma interpretum, Quoties de nuptiis est questio sequendum esse jus Canonicum, hodie fallis.* l. 1. c. 13. n. 8.

## B.

*Baptismatis mysterium an recte à Iustitia no intellectum sit?* l. 2. c. 8. n. 1.  
*Basis sponsalium, consensus futurorum conjugum est.* l. 1. c. 17. n. 1.  
*Basavi masculi quare raro anno decimo sexto, septimo, octavo; mulieres decimo tertio, quarto, quinto, matrimonio jungantur?* l. 2. c. 3. n. 28.  
*Basavorum jus laudatur.* l. 1. c. 11. n. 7. & 10. to cap. 11.  
*Basavi nullam cognationem spirituales, qua sit impedimento nuptiis, agnoscunt.* l. 2. c. 8. n. 4.  
*Basavorum nuptia tribus gradibus perficiuntur.* l. 2. c. 2. n. 15.  
*Apud Batavos clandestina nuptia nulla sunt.* l. 1. c. 2. n. 18.  
*Apud Batavos matrimonium sine consensu parentum initum, nullum & irritum est.* l. 1. c. 11. n. 4.  
*Sine ulla conditione, dignitatis, aetatis, sexusve liberorum distinctione.* ibid. n. 5.  
*adeo nullum est, ut actuali revocatione, ut irritum reddatur, non sit opus.* ibid. n. 6.  
*Basavorum patria potestas perquam exigua est.* l. 1. c. 11. n. 1.  
*Fere in solo reverentia & pietatis officio consistit.* ibid. n. 3.  
*Benedictio nuptiarum & solennis copulatio non requiruntur, ut firmum sit matrimonium, apud Frisios.* l. 2. c. 27. n. 23.  
*Benedictio nuptialis postquam solennitatem clausit, confectum habetur matrimonium.* l. 2. c. 27. n. 24.  
*Benedictio ut adhibeatur nuptiis celebrandis, primum veteris Ecclesiae, & Majorum nostrorum institutum est.* l. 2. c. 27. n. 14.  
*Benedictio Scabini, vel verbi divini Ministri, claudit solennitatem matrimonii.* l. 2. c. 27. n. 18.

Bina

*Bina sponsalia eodem tempore habere non licet.* lib. 1. cap. 1. n. 15. & l. 1. c. 22. n. 1.  
*Bina sponsalia qui eodem tempore habet, an, & quando hodie infamia notetur?* l. 2. c. 25. n. 2.  
*Bonus qui cessit, & impetravit cessionis beneficium, repudiari potest.* l. 1. c. 25. n. 42.

C.

**C**ui non totas opes fortuna vertit, repudium mitti nequit. ibid. n. 43.  
*Canonicum & Batavum ius non permittunt patri nuptias in visis liberis obtrudere.* l. 1. c. 12. n. 4.  
*Canonicum ius capitur, permittens impuberibus, elam parentibus, sponsalia contrahere.* l. 1. c. 3. n. 18.  
*Canonicum ius nuptiarum impedimentum tribus impuberum sponsalibus iure resolvitur.* ibid. n. 19.  
*Canonicum ius capitur, quod neget dissolutionem sponsalium juratorum propter praecedentem scortationem sponsa.* l. 1. c. 18. n. 22.  
*Canonicum ius rejicitur, parentum consensum ut honestum, non ut necessarium requirens.* l. 1. c. 9. n. 2.  
*Canonicarum quatuor diversa sententia de necessitate parentum consensus.* l. 1. c. 9. n. 1.  
*Captivitate, & servitute citra captivitatem obveniente, solvitur matrimonium, apud Romanos.* l. 2. c. 31. n. 2. & 3.  
*Caroli Quinti Constitutio sub poena prohibens adolescentes clam parentibus contrahere nuptias, contractus autem non dirimens, examinatur.* l. 1. c. 10.  
*Cincia legi imperfecta comparatur.* ibid. n. 3.  
*Carolina Constitutionis poena quando locum habeant in minorum nuptiis, curatore non auctore contractus?* l. 1. c. 14. n. 7.  
*Cum de Carolini poenis quaestio est, ea minor dicitur puella, qua annum aetatis 20. nondum complevit.* ibid. n. 8.  
*Ut in Carolina constitutione sub nomine consanguineorum curatores quoque intelligantur, passim moribus nostris obtinuit.* ibid. n. 9.  
*Carolina constitutio quomodo & quando hodie in nuptiis liberorum aetate minorum lo-*

*cum habere possit.* lib. 2. cap. 24. num. 35.  
*Carolina constitutio plectit eos, qui aetate minores ad nuptias contrahendas seducunt, in fuga juvant, comites sunt, adibus recipiunt.* l. 2. c. 24. n. 40.  
*Carolinis poenis plectitur, sed irritum non est matrimonium minorum clam curatore contractum, nisi minores dolum & fraudem adhibuerint.* l. 2. c. 24. n. 45.  
*Castritatis perpetua votum, & sacer ordo obdunt nuptiis.* l. 2. c. 22. n. 1.  
*Castritatis perpetua votum, quasenus obest nuptiis, examinatur & rejicitur.* ibid. n. 13.  
*Castritatis perpetua vota omnia damna ius Batavum.* ibid. n. 14.  
*Castrati & Eunuchi qui dicantur?* l. 2. c. 4. n. 5.  
*Quibus virilia prorsus demessa sunt, matrimonium contrahere vesantur.* ibid. n. 10.  
*Vnicolei, & quibus spes generationis reliqua est, nuptias contrahere non prohibentur.* ibid. n. 11.  
*à Castratis contractum matrimonium statim irritum est.* l. 2. c. 4. n. 14.  
*Castrare hominem sub mortis poena prohibuit ius Civile, & Batavis nostris haec tam inauditum crimen est.* l. 2. c. 4. n. 6.  
*Celebranda sunt denunciata nuptia.* l. 2. c. 26. n. 1.  
*Intra quod tempus, & sub qua poena ibid.* n. 2.  
*Celebrari nuptia rite poterant quibusdam diebus, quibusdam non poterant, apud Iudaeos.* l. 2. c. 27. n. 2.  
*Celebrandis nuptiis non quemlibet mensem, non quoslibet dies auspiciatos credebant Romani.* ibid. n. 1.  
*Celebrare matrimonium quibusdam diebus prohibuerunt Pontificii.* ibid. n. 3.  
*Celebrari nuptia omnibus diebus possunt hodie: at diebus jejunii, vel dominici minus recte celebrantur.* ibid. n. 4.  
*Celebrari nuptia debent publice in Ecclesia, vel coram Magistratu.* l. 1. c. 27. n. 5.  
*Celebratio nuptiarum ut in privato adibus fiat, aliquando à Magistratu indulgetur.* ibid. n. 6.  
*Celebranda sunt nuptia eo loco quo denunciata sunt, nisi à Magistratu venia impetretur in alio loco celebrandi.* l. 2. c. 27. n. 7.

Yyy

Coram

# INDEX RERUM

*Coram illo Magistratu, ex cuius auctoritate denunciatum est, perficiendum matrimonium est, nisi aliud specialiter impetretur.* ibid. n. 8.

*ut Celebrandis nuptiis adhibeantur sacra Benedictio. pium veteris Ecclesie, & Majorum nostrorum institutum est.* l. 2. c. 27. n. 14.

*Clandestina sponsalia vel nulla, vel infirma, vel invalida sunt.* l. 1. c. 2. n. 14.

*Clandestina sponsalia vel puro, vel sub conditione contrahuntur.* l. 1. c. 2. n. 21.

*Clam à filiis facta. contracta sponsalia infirma sunt, & à parentibus irrita reddi possunt.* l. 1. c. 13. n. 1.

*Etiamsi coitu firmata sint.* ibid. n. 4.

*Quod etiam obtinet etiamsi pater stuprator, non stupratoris, obviatur conjugationi.* ibid. n. 5.

*Clam parentibus sponsalia qui contrahunt adolescentes, & qui eos ope & consilio iuvant, arbitraria puniuntur poena.* l. 1. c. 13. n. 2.

*Ratio huius juris datur.* ibid. n. 3.

*Clandestinatorum sponsalium nusquam spectatio meminit ius Civile.* l. 1. c. 2. n. 15.

*de Clandestinis sponsalibus verbis duntaxat, non re ipsa agit ius Canonicum.* l. 1. c. 2. n. 16.

*Clandestina sponsalia moris nostri agnoscunt.* l. 1. c. 2. n. 19.

*Impudens tamen, & præcipue si contrahantur ab iis qui sui juris non sunt, vel ætate sunt minores.* ibid. n. 20.

*Clandestinum matrimonium dirimere potest patria potestas, iure Divino.* l. 1. c. 6. n. 1.

*Clandestina matrimonia tam filiorum quam filiarum irrita reddere potuit pater Ebraus.* l. 1. c. 6. n. 7.

*An hoc matri concessum sit, dubium est.* ibid. n. 8.

*Clandestina matrimonia viduorum viduarumve dirimere non potuit pater Ebraus.* ibid. n. 9.

*Clam matrimonia contrahere quare Romani permiserint?* l. 2. c. 1. n. 8.

*Quid circa necessitatem publicæ contrahendi nuptias statueris Iustinianus.* ibid. n. 9.

*Clandestinas nuptias improbat quidem, non autem prorsus damnat ius Canonicum.* l. 1. c. 2. n. 17.

*Clandestina Liberorum matrimonia permitti*

*non imperari in iure Canon. servata exceptio est.* l. 1. c. 9. n. 9.

*Rationes exhibentur, propter quas ius Pontificium clandestina matrimonia probavit.* l. 2. c. 1. n. 7.

*De Clandestinis nuptiis decretum concilii Tridentini capitur, nuptialium denunciationum necessitatem arbitrio Episcopi committens.* l. 2. c. 1. n. 10.

*Clandestinas nuptias prohibens, non dirimens contractus Carolina Constitutio occupatur.* l. 1. c. 10.

*Clandestinum matrimonium apud Batavos irritum & nullum est.* l. 1. c. 2. n. 18. & l. 1. c. 11. n. 4.

*Ipso iure, ut actuali revocatione, ut irritum reddatur, non fit opus.* l. 1. c. 11. n. 6. & l. 1. c. 15. n. 2.

*Sine ulla conditione, dignitate, ætate, sexu, vel liberorum distinctione.* l. 1. c. 11. n. 5.

*Quod ius laudatur.* ibid. n. 7.

*Clam parentibus, contra præcepta legum & Politicam Hollandia constitutionem, contractum liberorum matrimonium irritum est.* l. 2. c. 24. n. 44.

*Clam curatore contractum matrimonium irritum non est, nisi dolum & fraudem adhibuerint minores, sed Carolini pœnis placitur.* l. 2. c. 24. n. 45.

*Cælebs quis dicatur.* l. 1. c. 26. n. 6.

*Calibatus quo tempore Clero obtrusus fuerit,* l. 2. c. 22. n. 4.

*Cogi ad præstationem salti quando quis possit.* l. 1. c. 24. n. 22.

*à Coactione externa, non interna, nuptia libera esse debent.* ibid. n. 21.

*Condemnatum quomodo cogatur nuptias perficere.* ibid. n. 23.

*Condemnatus nolens habitare cum uxore ut malitiosus deferor puniatur.* ibid. n. 24.

*Condemnato non conceditur appellationis remedium elapsis appellationis fatalibus, si prægnans sponsa licet obitaueris.* ibid. n. 25.

*Cognationis definitio* l. 2. c. 6. n. 3.

*Cognationis Civitatis definitio.* l. 2. c. 7. n. 3.

*Cognatio alia sanguinis continuatio, alia conjugum est.* l. 2. c. 6. n. 4.

*Cognationis distinctio, ut & divisio iuris naturalis.* l. 2. c. 10. n. 2.

*Cognatio, in prohibendis nuptiis non consideratur,*

*vatut, an ex incesto coitu, an iustus nuptiis  
orta sit.* l. 2. c. 6. n. 6.  
*Cognitionem naturalem spectantur Romani  
in servorum conjunctionibus.* l. 2. c. 6. n. 7.  
*de Cognitione servorum quid statuerint Rab-  
bini.* ibid. n. 8.  
*Cognatio qua sanguine non consistit, alia ci-  
vilibus, alia spiritalis est.* l. 2. c. 7. n. 2.  
*Cognatio civilis purum juris Civili commen-  
tum est.* l. 2. c. 7. n. 4.  
*Cognatio civilis inter adoptivum filium &  
eos est, qui adoptanti agnati sunt.* ibid. n. 5.  
*inter Cognatos spirituales, i. e. susceptam ex sa-  
cro Baptismatis fonte & susceptorem.* Iusti-  
nianus nuptias prohibuit. l. 2. c. 8. n. 1.  
*Cognitionem spirituales latius extendunt  
Pontifices quam Iustinianus.* ibid. n. 2.  
*Carpitur ius Canonicum quod cognitionem  
spirituales obesse nuptiis statuerit.* ibid.  
n. 3.  
*Cognitionem spirituales, qua impedimento  
nuptiis esset, non agnoscit ius Batarum.*  
l. 2. c. 8. n. 4.  
*ad Coitum post sponsalia inopsi facti, iure repu-  
diantur.* l. 1. c. 25. n. 30.  
*Si dubium sit, an quis Veneri litare & gene-  
rare possit, iure repudiatur.* ibid. n. 31.  
*per Collatas Nuptias quid intelligat Vlpianus  
in l. 9. D. de sponsal.* l. 2. c. 3. n. 23.  
*Colloquium, conversatio familiaris, risus, jo-  
cusque, contracta esse sponsalia, hominis pra-  
sumptionem inducunt.* l. 1. c. 23. n. 15.  
*Commoda recensentur, qua ex ritu nuptiarum  
contrahendi Batarum, in Rempublicam pro-  
fluunt.* l. 2. c. 2. n. 7.  
*Communione omnium mulierum proban-  
tis Platonis sententia reprobat.* l. 2. c. 5.  
n. 9.  
*Communione mulierum probans Epistola  
Clementis Episcopi, vel conficta est, vel ab  
hereticis corrupta in C. 2. caus. 12. q. 1. l. 2.  
c. 5. n. 10.*  
*Concilio Tridontini Patres perstringuntur  
quod anathema dixerint omnes eos, qui  
matrimonia sine consensu parentum con-  
tracta volunt esse irrita.* l. 1. c. 9. n. 10.  
*Concubinatus definitio & explicatio.* l. 1. c. 27.  
n. 17.  
*Concubinatus in quibus conveniat matrimo-  
nio.* l. 1. c. 27. n. 22.  
*In quibus differat.* ibid. n. 23.

*Concubina quarum sit mentio in veteri Ta-  
stamento, minus honorata uxores fuere,  
non vera concubina.* l. 1. c. 27. n. 18.  
*Concubinatus licita conjunctio fuit iure Ro-  
mano.* l. 1. c. 27. n. 19.  
*Concubina solo maritali honore, & affectio-  
ne conjugali ab uxore distinguebatur Rom.  
iure.* ibid. n. 20.  
*Non Concubinatus sed nuptia quando in li-  
bera mulieris conjunctione esse intelligun-  
tur.* ibid. n. 21.  
*Nisi Concubinatus manifestum faciat tes-  
tatio, ingenua & honesta mulier stuprum  
committit.* ibid. n. 24.  
*In Concubinatu quomodo interponebatur  
testatio: & quid sit testatio.* ibid. n. 25.  
*Concubina liberta ab invito patre diver-  
tens, alteri uxor esse non potuit.* ibid. n. 26.  
*qua Concubina, qua pellex, qua adultera di-  
cebatur iure Romano.* l. 2. c. 32. n. 35.  
*Concubinatus non recte admiserunt Princi-  
pes Christiani, Iustinianus & Constanti-  
nus.* l. 1. c. 27. n. 27.  
*Quod Concubinatus sustulerit Leo Philoso-  
phus, laudatur.* ibid. n. 29.  
*Concubinam habere nulli permittit ius Cano-  
nicum.* l. 1. c. 27. n. 28.  
*Concubinatus iure Batarum improbat, &  
paeniplectitur.* l. 1. c. 27. n. 30.  
*Concubitu vago usos fuisse homines in mundi  
primordio, segmentum est Poetarum.* l. 2.  
c. 5. n. 13.  
*Cicero & Iustinianus reprehenduntur: hic  
quod ante leges scriptas inter legitimos &  
naturales nullam differentiam fuisse; alter  
quod in principio humani generis concubi-  
tu vago usos fuisse homines dixerit.* ibid.  
n. 12.  
*Concubitu vago utuntur quadrupedes non bi-  
pedes. & ejus rei ratio.* l. 2. c. 5. n. 10.  
*Conditionis definitio traditur.* l. 1. c. 21. n. 5.  
*Conditiones; & diei adjectionem, recipiunt  
sponsalia.* l. 1. c. 21. n. 1.  
*Nec sub conditione, nec pure sponsalia con-  
trahi posse; Hotmannus statuens refuta-  
tur.* ibid. n. 2.  
*Sponsalia qua pure contrahuntur prae-  
feruntur iis qua sub conditione.* ibid. n. 3.  
*Sub conditione contracta sponsalia cadunt  
posterioribus pure constitutis, iure Canoni-  
co, non Batarum.* l. 1. c. 22. n. 3.



# INDEX RERUM

*Conditiones alia tacita, alia expressa sunt.*  
*libr. 1. cap. 21. num. 8.*  
*Expressa suspendunt obligationem sponsa-*  
*lium, tacita ejus actionem.* *ibid. n. 9.*  
*Conditiones tacita alia prateritum & pra-*  
*sens, alia futurum respiciunt tempus.* *ibid.*  
*n. 10.*  
*Conditiones expressa non recte dispenduntur*  
*in necessarias & accidentales.* *l. 1. c. 21. n. 11.*  
*Accidentalibus a'ia possibilis, alia impossibilis*  
*est.* *ibid. n. 12.*  
*Conditio possibilis alia potestativa, alia for-*  
*tuita, alia mixta est, & vitiat contractum*  
*non impleta.* *l. 1. c. 21. n. 18.*  
*Conditio in potestate & alterius arbitrio*  
*posita, vitiat contractum, si non impleatur.*  
*ibid. n. 20.*  
*Conditiones dicuntur impossibiles, vel natura,*  
*lege, vel facto.* *l. 1. c. 21. n. 13.*  
*Sub Conditione uatura impossibili constitui-*  
*ta sponsalia irrita sunt.* *ibid. n. 14.*  
*Conditio facto impossibilis vitiat contra-*  
*ctum.* *ibid. n. 17.*  
*Sub Conditione lege impossibili constituta*  
*sponsalia irrita sunt, praecipue si inter con-*  
*sponsos res sit integra.* *l. 1. c. 21. n. 18.*  
*Conditiones lege impossibiles, alia contra*  
*substantiam matrimonii, alia simpliciter*  
*turpos sunt.* *ibid. n. 15.*  
*Conditiones contra substantiam matrimo-*  
*nii appositae, quarum virium sint jure Ca-*  
*nonico, & jure Batavo, si post contractum*  
*matrimonium implere debeant, explicatur.*  
*ibid. n. 16.*  
*Conditionis contra substantiam matrimonii*  
*si ante ejus perfectionem impleri debeant*  
*quarum virium sint jure Batavo.* *ib. n. 17.*  
*Sub Conditione honesta sponsalia contrahi pos-*  
*sunt.* *l. 1. c. 21. n. 4.*  
*Conditio honesta est, si sis virgo, stipulata ab*  
*eo qui dubitat, sine vidua.* *ibid. n. 24.*  
*Conditio inhonesta est, si te virginem ex com-*  
*pressu comperero.* *l. 1. c. 21. n. 25.*  
*item, si ex me conceperis.* *ibid. n. 26.*  
*Conditiones honestate sola impossibiles adiectae*  
*sponsalibus, quarum virium sint jure Ca-*  
*nonico?* *l. 1. c. 21. n. 19.*  
*Conditiones honestate sola impossibiles si non*  
*impleantur hodie vitiant contractum.*  
*ibid. n. 20.*  
*Conditio non semper turpis est, si copiam cor-*

*poris mihi feceris; si te nudam conspici pa-*  
*tuaris.* *libr. 1. cap. 21. num. 21.*  
*non semper turpis est conditio, si virgo sis.*  
*ibid. n. 22.*  
*Conditio quomodo impleatur, & quando im-*  
*pleta habeatur? Remissive.* *l. 1. c. 21. n. 7.*  
*qui Conditionem sponsioni adiecit, nisi & al-*  
*ter eam pactus sit, renunciare ei, invita al-*  
*tera parte, potest.* *l. 1. c. 21. n. 30.*  
*à Conditione recedere non intelligitur, qui ea*  
*pendente virgini suprum intulit.* *l. 1. c. 21.*  
*n. 31.*  
*inter Conditiones non recte referuntur oratio-*  
*nes, quae in prateritum vel futurum tem-*  
*pus conspiciuntur.* *l. 1. c. 21. n. 6.*  
*Conditionem filiabus quare, & dotare, qua-*  
*re jure Romano, voti, officii, & pietatis cu-*  
*juslibet patris dicatur.* *l. 2. c. 24. n. 25.*  
*Sensus l. 19. D. de rit. nupt. explicatur.*  
*ibid. n. 26.*  
*Confarreatione, Coemptione, & Vsu, quomo-*  
*do olim apud Romanos accipiebatur uxor.*  
*l. 1. c. 8. n. 1.*  
*Confarreatione vel coemptione ducta uxor,*  
*erat sub manu viri.* *ibid. n. 2.*  
*Modestini nuptiarum definitio, & Gordia-*  
*ni uxoris descriptio intelligenda sunt de*  
*uxore confarreatione vel coemptione viro*  
*tradita.* *ibid. n. 3.*  
*Cur in Pandectis nulla proponatur questio*  
*de uxore confarreatione vel coemptione ac-*  
*cepta?* *ibid. n. 7.*  
*Confessio partium est optima matrimonii pro-*  
*batio.* *l. 1. c. 23. n. 6.*  
*Confessio extrajudicialis quando noceat? l. 1.*  
*c. 23. n. 7.*  
*Conjugii, connubii, nuptiarum, matrimonii,*  
*distinctio.* *l. 2. c. 28. n. 1.*  
*Consanguinitas quid? & ejus varia accepta-*  
*rio.* *l. 2. c. 6. n. 5.*  
*cum Consentiunt conjuges, contractum habe-*  
*tur conjugium, jure Romano & Pontificio:*  
*cetera solemnitates adhibentur, ut populo im-*  
*notescat contractum esse conjugium.* *l. 2.*  
*c. 27. n. 21.*  
*An coram Deo conjuges, & ligati matri-*  
*monio hodie dici possint, qui vel privata,*  
*vel publica sponsalia constituerunt? ibid.*  
*n. 22.*  
*Consensus futurorum conjugum est Basis spon-*  
*salium.* *l. 1. c. 17. n. 1.*  
*Con-*

**Consensus sponsalis definitio traditur & explicatur.** lib. 1. cap. 17. num. 2.  
**Consensus sponsalis alius suspendens, alius asserens, alius possessorius est.** ibid. n. 3.  
**Consilium in quo differat à consensu.** l. 1. c. 16. n. 8.  
**Consobrini, amitini, patruales, qui proprie dicantur.** l. 2. c. 12. n. 1.  
**Consobrinorum, patruelium, amitinorum nuptia jure natura vetita non sunt.** l. 2. c. 12. n. 2.  
**Nec Ius divinum eas prohibet.** ibid. n. 3.  
**Licita suere Iure Romano veteri.** ibid. n. 4.  
**À Theodosio Magno interdicta.** ibid. n. 5.  
**Eas prohibet Ius Canonicum.** ibid. n. 6.  
**Vti & Transsilani & Gelri.** ibid. n. 7.  
**Iure Batarvo licite sunt.** ibid. n. 8.  
**À Consobrinorum nuptiis qui se temperant, laudantur.** l. 2. c. 12. n. 9.  
**À Consobrinorum duorum liberis, itidem consobrinis, nuptia contrahi possunt.** l. 2. c. 12. n. 10.  
**ad Consortium vita vir & mulier constringi possunt.** l. 2. c. 29. n. 5.  
**Consonsi qui dicti, qui Sponsores? & varia sponsoni & sponsalium appellationes.** l. 1. c. 1. n. 5.  
**Constitutio dotis apud Romanos & Græcos argumentum fuit legitimi matrimonii.** l. 1. c. 26. n. 16.  
**Sp. Copula fuerit sponsoni adjecta, præsumuntur novo coëuntium consensu contracta nuptia.** l. 1. c. 23. n. 3.  
**Non Creditur puella nec juveni asserentibus fidem alteri obstrictam fuisse, ante sponsalia in præsentia amicorum contracta.** l. 1. c. 23. n. 8.  
**Criminali & Civili iudicio conveniri potest, qui interfecit virginis pudicitiam esse sparsit.** l. 1. c. 28. n. 5.  
**Cujuscunque, etiam vilissima conditionis parentum consensus in nuptiis liberorum explorandus est.** l. 1. c. 11. n. 17.  
**Curatorum auctoritas in quibus differat à parentum potestate.** l. 1. c. 14. n. 5.  
**Curatorum auctoritas hodie non est æquata parentum potestati.** l. 1. c. 14. n. 4.  
**Curatorum, tutorumque consensus non requiritur in nuptiis minorum, superstitute parentum altero apud Batarvos.** l. 1. c. 11. n. 13.  
**Curatorum consensum requirit Politica Ze-**

**landia constitutio, superstitute patre vel matre.** ibid. n. 14.  
**Curatorum auctoritas minori in constituendis sponsalibus moribus nostris necessaria est.** l. 1. c. 14. n. 2.  
**Curatores, cognati præcipue, & nobiliores in familia tum materna tum paterna, non omnes, consentire minorum nuptiis debent.** ibid. n. 10.  
**Curatorum auctoritas quando & quomodo minorum sponsalibus interponi debeat?** ibid. n. 6.  
**Curatores si inter se dissentiant, Magistratus iudicium suum interponere debet.** l. 1. c. 14. n. 11.  
**Laudatur ius hoc Batarvum.** ibid. n. 12.  
**Curatorum assensu destituta minorum sponsalia infirma sunt.** l. 1. c. 14. n. 3.  
**Qui Clam curatore sponsalia contraxit minor, non eget restitutione in integrum.** l. 1. c. 15. n. 2.  
**Curatore auctore etiam si minor sponsalia contraxerit, restitui potest, si se la sum dicat.** l. 1. c. 15. n. 4.  
**Metus futura læsionis sufficit.** ibid. n. 5.  
**Curatore auctore non potest puella renunciare sponsalibus, quibus spondente patre consentit.** l. 1. c. 15. n. 10.  
**sine Curatore constitutus minor qui sponsalia contraxit restitui potest.** l. 1. c. 15. n. 3.  
**Curatorum auctoritatem in spondendis nuptiis, nec Civile nec Canonicum ius minori necessarium statuit.** l. 1. c. 14. n. 13.  
**Cur jure Civili statutum fuerit, nuptias minorum ad Curatoris officium non pertinere?** ibid. n. 14.  
**Curatorum auctoritas minori necessaria fuit in constituenda dote, & donatione propter nuptias.** ibid. n. 20.  
**Curator olim ex lege Latoria non dabatur minori nisi probata iudici causa, quam probationem remisit Antoninus Philosophus.** ibid. n. 15.  
**Cypri error, docentis, Florentini definitionem sponsalia de præsentia continere, detegitur.** l. 1. c. 2. n. 5.

D.

**Deducta in mariti domum minor duodecim annis, iusta uxor non est.** l. 2. c. 3. n. 22.

Y y y 3

De

# INDEX RERUM

*Deducta in mariti domum ante aetatem muliere, nec nuptia sunt, nec sponsalia constituta habentur, nisi ea praeceperint.* lib. 2. cap. 3. num. 24.  
*Tum legitima uxor est, cum apud maritum 12 annos implevit, ex tacita conjugum voluntate.* ibid. n. 25.  
*Ducta ante aetatem hodie iusta uxor est: arbitraria tamen poena coercendi sunt, qui nondum viripotentes virgines ducunt.* ib. n. 26.  
*Definitio affinitatis traditur & explicatur.* l. 2. c. 12. n. 1.  
*Definitio affinitatis Modestini explicatur.* ibid. n. 3.  
*Definitio cognationis explicatur.* l. 2. c. 6. n. 3.  
*Definitio cognationis civilis.* l. 2. c. 7. n. 3.  
*Definitio concubinae traditur & explicatur.* l. 1. c. 27. n. 17.  
*Definitio conditionis traditur & explicatur.* l. 1. c. 21. n. 5.  
*Definitio & discretio dementium, furiosorum, furiorum, & insanorum.* l. 1. c. 4. n. 1.  
*Definitio dispensationis, & ejus etymologia.* l. 2. c. 16. n. 1.  
*Definitio erroris.* l. 1. c. 18. n. 1.  
*Definitio fornicationis traditur.* l. 1. c. 27. n. 2.  
*Definitio nuptiarum Modestini, & descriptio uxoris Gordiani, intelligenda sunt de uxore confectione vel coemptione viro tradita.* l. 1. c. 8. n. 3.  
*Definitionem nuptiarum Modestini qua ratione inseruerit Pandectarum libris Tribonianus.* ibid. n. 5.  
*Definitio nuptiarum traditur.* l. 2. c. 28. n. 2.  
*Definitio nuptiarum incestuarum, & etymologia.* l. 2. c. 17. n. 4.  
*Definitio meretricis traditur.* l. 1. c. 27. n. 6.  
*Definitio metus, & ejus explicatio.* l. 1. c. 17. n. 5.  
*Definitio metus reverentia, & explicatio.* l. 1. c. 17. n. 14.  
*Definitio praesumptionis traditur.* l. 1. c. 23. n. 13.  
*Definitio publica honestatis impedimenti.* l. 2. c. 14. n. 2.  
*Definitio raptus traditur & explicatur.* l. 2. c. 23. n. 2.  
*Definitio raptus Isidori explicatur.* ibid. n. 20.  
*Definitio repudii traditur.* l. 1. c. 25. n. 1.  
*Definitio scortationis traditur.* l. 1. c. 27. n. 4.  
*Definitio sponsalium Florentini explicatur.* l. 1. c. 1. n. 11.

*Nicolai Papa.* ibid. n. 12.  
*Nova & ejus explicatio.* ibid. n. 13.  
*Definitio sponsalis consensus, & ejus explicatio.* l. 1. c. 17. n. 3.  
*Definitio stupri traditur & explicatur.* l. 1. c. 26. n. 5.  
*De latro, quod contra legem & injustum futurum esset matrimonium petitorium, publica seu populi est.* l. 2. c. 2. n. 13.  
*Denunciatur populo futura nuptia vel de Curia, vel in Ecclesia catu, apud Batarvos.* l. 2. c. 2. n. 9.  
*Ritus traditur, quo loco, & quomodo nuptia denunciantur futura.* ibid. n. 10.  
*Denunciatur ter futura nuptia, & huius ritus utilitas.* ibid. n. 11.  
*Quo ordine tres nuptiarum praenuntiationes peragantur.* ibid. n. 12.  
*Denuntiationes nuptiales antequam desponsis concedantur, quid facere debeant.* l. 2. c. 2. n. 6.  
*cur denuncientur Populo futura nuptia, triplex ratio datur.* ibid. n. 8.  
*Denunciata nuptia certo tempore celebranda sunt.* l. 2. c. 26. n. 1.  
*Intra quod tempus, & sub qua poena celebrandas nuptias voluerint Ordines Generales, Delphenses, Leidenenses, & Amsteladenses, refertur.* ibid. n. 2.  
*Denuntiationes nuptiales publica apud nos vim Edicti ex lege Dissimari habent.* l. 1. c. 22. n. 14.  
*Denuntiationes prohibitarum nuptiarum quandoque recte fieri possunt.* l. 2. c. 2. n. 3.  
*Denuntiationes nuptiales inhibentes eadem rationes qua nuptias* l. 2. c. 3. n. 2.  
*Denuntiationum publicarum necessitatem remittere possunt Ordines Hollandia.* l. 2. c. 2. n. 14.  
*Deportatione solvitur matrimonium iure Codicum ex conjugii arbitrio: non Novellarum iure.* l. 2. c. 31. n. 4.  
*Deserta mulier alteras non debet sectari nuptias, nisi prius per divortium soluto priore matrimonio.* l. 2. c. 5. n. 30.  
*Desertio malitiosa solvit matrimonium vinculum.* l. 2. c. 18. n. 12.  
*Despondere & spondere promiscue usurpantur.* l. 1. c. 1. n. 7.  
*Desponsata a sponsa, sponsa ab uxore distinguitur.* l. 2. c. 25. n. 1.  
*Desi-*

**Destinatio quia proprie dicatur.** Destinatio veteribus emere significavit. libr. 1. c. 24. n. 7.  
**Destinata vel pacta, liberam resiliendā spon-**  
**salibus habebat potestatem, neque aduer-**  
**sus eam ulla prece dabatur actio.** l. 1. c. 24.  
 n. 9.  
**Dexterarum jungere neogamidi debens, dum ver-**  
**ba fadarum conjugum recitantur.** l. 2. c. 27.  
 n. 15.  
**Digamius, iure Canonico, ad sacerdotium a-**  
**spirare nequit: moribus nostris ad ministe-**  
**rium promoveri potest etiam trigamius.** l. 2.  
 c. 19. n. 9.  
**Digamiam quod severius quam fornicationem**  
**exagites Innocentius tertius, carpitur.** l. 2.  
 c. 19. n. 10.  
**Digama mater quando donationem revocare**  
**possit, propter ingratitudinem liberorum.**  
 l. 2. c. 19. n. 17.  
**Dispensationis ozymologia & definitio tradi-**  
 tur. l. 2. c. 16. n. 1.  
**Dispensandi potestas summa & suprema Ma-**  
**gestati cuiusvis populi est.** l. 2. c. 16. n. 2.  
**Dispensare potest quilibet summa Potestas cir-**  
**ca ritus & solennitates nuptiarum.** ibid.  
 n. 11.  
**an Dispensare possit Papa circa observationem**  
**juris Naturae & Divini?** l. 2. c. 16. n. 3.  
**Dispensatio non admittitur nuptia inter**  
**affines collaterales in Divortio expressa.** l. 2.  
 c. 16. n. 8.  
**Nullus est, ad nuptias in Levitico prohib-**  
**itis cuius gratiam facere.** ibid. n. 9.  
**Ratio datur quare sibi adscriptoribus Ponti-**  
**fices auctoritatem contrahentium in Le-**  
**vitico prohibitorum gratiam faciendi.** ibid.  
 n. 10.  
**Diffensio a patre licetiam filiam non ha-**  
**beret, ut Vlpianus in l. 42. §. 1. De verbo spon-**  
**salis, quomodo intelligi debent.** l. 1. c. 12. n. 3.  
**Diffensus patris facilis admittendus est, cum**  
**obtinetur filia nuptiis, quam filii.** l. 2. c. 24.  
 n. 20.  
**Diffensus in faciendo non est, quod filius bene-**  
**ficio matrimonio collocare sperat pater, vel**  
**quod liberitatem amittit.** ibid. n. 19.  
**Distinctio nuptiarum, contrahentium, connubii,**  
**conjugii traditur.** l. 2. c. 28. n. 1.  
**Distinctio Pontificiorum inter honestatem &**  
**necessitatem refutatur.** l. 1. c. 9. n. 8.  
**ut Distrahatur matrimonium, non creditur**

**fama vicinia, neque ipsi mulieri asserendi**  
**se virginem non fuisse ductam.** libr. 1. cap. 18.  
 n. 27.  
**an Divortere Maritus possit a vitiosa mulie-**  
**re, solennitatem pro virgine ducta.** l. 1. c. 18.  
 n. 24.  
**Divortere solus maritus licitum fuit apud**  
**Ebraeos.** l. 2. c. 30. n. 1.  
**Quando mulieres poterant divortio libel-**  
**lum exigere a maritis.** ibid. n. 2.  
**quomodo intelligenda sint Christi verba, si**  
**mulier dimiserit virum.** ibid. n. 3.  
**Divortii iusti causa, iure Ebraeo, referuntur.**  
 l. 2. c. 30. n. 5.  
**Divortii libellum quomodo, apud Iudaeos, con-**  
**fusi & scribi debuerit, refertur.** l. 2. c. 30.  
 n. 6.  
**Divortium, apud Iudaeos, ex privato mariti**  
**arbitrio fieri poterat.** l. 2. c. 30. n. 7.  
**Qua ratione dicatur Iosephus cogitasse clau-**  
**dimittere uxorem.** ibid. n. 8.  
**Repudiatam uxorem, & inter moras ali-**  
**nuptam non poterat reducere maritus**  
**Ebraeo.** ibid. n. 9.  
**an Divortii plures causa, ex Christi sententia,**  
**dentur, praeter adulterium, quarum rem-**  
**issum.** l. 2. c. 32. n. 18.  
**Christus non dissentit a Mose circa divortii**  
**causas.** ibid. n. 19.  
**Divortii & conjunctionis conjugum differen-**  
**tia traditur.** l. 2. c. 29. n. 24.  
**Divortium est species repudii generaliter sum-**  
**ti, hoc, & repudium in specie completum.**  
 l. 1. c. 25. n. 2.  
**Quid proprie divortium, quid repudium**  
**sit.** l. 2. c. 32. n. 3.  
**Divortium non rursus pro repudio usurpatum,**  
**vel repudium pro divortio.** l. 2. c. 25. n. 3.  
**Divortium praetextu sterilitatis matrimonii fla-**  
**giare non possunt, quia defectus aetatis veris,**  
**& qui expuncti veris feminis se jungunt.**  
 l. 2. c. 4. n. 18.  
**Divortii iusta causa non est sterilitas mani-**  
**festabundis matrimonio.** l. 2. c. 32. n. 26.  
**Propter Divortii causas a Iustitiano in No-**  
**vell. 117. cap. 9. relatas, hodie conjunctio**  
**conjugum admittitur.** l. 2. c. 29. n. 10.  
**Divortio facto, si revocata fuerint con-**  
**juges, non nisi repetitis nuptiarum solennita-**  
**tibus iustum eorum matrimonium reviv-**  
**iscit.** l. 2. c. 18. n. 11.  
 circa

*et circa Divortia quid Romuli; quid lege Duodecim tabularum constitutum fuerit; refertur.* lib. 2. cap. 31. num. 6.  
*Divertiendi modus lege 12. tabul. & ab Augusto praescriptus refertur.* ibid. n. 9.  
*Divortiorum poena olim probata traduntur.* ibid. n. 10.  
*Carpitur ius Romanum, quod divortia bona gratia fieri permiserit.* ibid. n. 12.  
*Divortia Roma crebra fuere, & levissimas ob causas.* l. 2. c. 31. n. 8.  
*Quomodo intelligendum sit illud Gellii, nullam Roma domum intra 500 annos divortium sensisse?* ibid. n. 7.  
*In Divortio insolentis poena à Constantino constituta refertur.* l. 2. c. 31. n. 13.  
*Circa Divortii causas quid Theodosius & Valentinianus consueverint, refertur.* ibid. n. 14.  
*Divortii iusti causa à Iustiniano probata exhibentur.* ibid. n. 15.  
*Divortii insolentis poena à Iustiniano constituta recensentur.* ibid. n. 16.  
*Divortii tot, & tam leves causas, quae ratione Romani Imperatores admisserint.* l. 2. c. 32. n. 17.  
*Divortia Canonica nihil aliud quam thori & mensae separationes sunt: & quid circa ea iure Canonum statutum sit.* l. 2. ca. 9. n. 3.  
*Divortium unde dicatur.* l. 2. c. 30. n. 1.  
*Divortii definitio traditur & explicatur.* l. 2. c. 32. n. 2.  
*Divortium an proprie an improprie fieri dicatur.* ibid. n. 4.  
*Divortium duntaxat hodie ratum est, quod fit interveniente iudicis auctoritate.* l. 2. c. 32. n. 5. c. 33. n. 1.  
*De Divortio & matrimonio contraveniens ad Magistratum Palatinum pertinet.* ibid. n. 6.  
*Divortii duae sanctorum causa sunt, adulterium & malisq. desertio.* l. 2. c. 32. n. 7.  
*Divortio causam praebet semel commissum adulterium.* ibid. n. 8.  
*Divortium quantum spectatur, a quo iure exigatur hodie tam à marito quam à muliere in violatus thorus.* ibid. n. 11.  
*Ut Divortium obtineatur nihil inane est quacunque occasione adulterium committatur.* ibid. n. 12.  
*Divortare ob uxoris adulterium quando maritus nequeat?* ibid. n. 23.

*Non cogitur hodie filia ex voluntate patris adultero marito repudium mittere.* ibid. n. 14.  
*An in conscientia foro teneatur maritus adulteram uxorem abluere, vel deferre remissive.* ibid. n. 15.  
*An Divortii plures causa deventur praeter adulterium, ex Christi sententia, remissive.* l. 2. c. 32. n. 18.  
*Christum non dissentis à Moysi circa divortii causas.* ibid. n. 19.  
*Divortii iusta causa non est sterilitas manifestata matrimonio obveniens.* l. 2. c. 32. n. 20.  
*Neque furor superveniens.* ibid. n. 21.  
*Non furum, non homicidium, vel eorum crimina.* ibid. n. 22.  
*Neque des praemissa, & non solam.* ibid. n. 23.  
*Divortio facto, apud eum liberi educari debent, qui est Orthodoxus, & divortio causam non praebuit.* l. 2. c. 32. n. 30.  
*Dolus quid sit & comparatur; & errorum compositur.* l. 1. c. 19. n. 1.  
*Dolus abesse debet à sponsalium contractu.* l. 1. c. 19. n. 2.  
*Si Dolus intervenierit, publica, & jurata, sponsalia retractari possunt.* ibid. n. 4.  
*Dolo malo agit, qui se patritium, nobilitatis divitemq. sanguinem plebei & pauper sit.* l. 1. c. 19. n. 3.  
*Dolo fingens virginem sibi nuptias spondisse, iniuriarum conveniri potest.* l. 1. c. 28. n. 2.  
*Donatio ante nuptias quando filiae familias à patre assignari iure Romano debuerit.* l. 2. c. 24. n. 31.  
*Donatarum rerum dimidia pars cedit sponsae, nuptiae ante nuptias sponsae qui osculum dedit, iura Romano.* l. 2. c. 24. n. 24.  
*Dotatium quid sit.* l. 2. c. ult. n. 25.  
*Dotare & conditionem filiius quare, quare iure Romano, voti, officii, & pietatis cuiuslibet patris esse dicatur?* l. 2. c. 24. n. 25.  
*Sponsus & sponsa. De dotis nupt. explicatur.* ibid. n. 26.  
*Dotem accipere, vel collocare stupratori viciatam, lex Divina Patres puella arbitria commissa.* l. 1. c. 26. n. 11.  
*Dotem eligere non suis in arbitrio puella superata parentibus orba, iuxta Divino.* l. 1. c. 26. n. 12.

& Dotem constituere, & ducere stupratam  
 puellam quare debueris stuprator, iure Di-  
 vino. *libr. 1. cap. 26. num. 15.*  
 Dotem accipere, & aspernari nuptias supra-  
 toris potuit, qua astu & fraude seducta  
 fuit. *ibid. n. 3.*  
 Dotem exigere nequit filia, qua non adito Pro-  
 consule vel Praefide Provinciarum, invito  
 patre nupsit. *l. 2. c. 24. n. 27.*  
 Dotari iure Canonico debet, exheredari nequit  
 filia invito patre nupta. *l. 2. c. 24. n. 32.*  
 Dotare non tenetur, exheredare hodie potest  
 pater filiam qua minor annis eo invito nu-  
 psit. *l. 2. c. 24. n. 36.*  
 An Dotare filias hodie teneatur pater, qua an-  
 nis maiores eo invito ex auctoritate Magi-  
 stratus nubunt? quaritur & sub distinctione  
 respondetur. *ibid. n. 37.*  
 Dos promissa & non soluta hodie divortii iusta  
 causa non est. *l. 1. c. ult. n. 23.*  
 An Dotem hodie amittat mulier adultera, so-  
 luto matrimonio? *l. 2. c. ult. n. 24.*  
 Dotem, vel quartam partem bonorum amit-  
 tit hodie, aequa ac iusta uxor, mulier puta-  
 triva adulterium committens. *ibid. n. 26.*  
 Ut Dotem, vel quicquam ex bonis suis amittat,  
 heredes mariti uxorem adulterii accusare  
 nequeunt. *ibid. n. 27.*  
 Dotis constitutio apud Romanos & Gracos ar-  
 gumentum fuit legitimi matrimonii. *l. 1.  
c. 26. n. 16.*  
 Dotare vel ducere stupratam, iure Pontificio  
 in arbitrio stupratoris ponitur. *l. 1. c. 26.  
n. 40.*  
 Aut Dotem aut ducat, consuetudinem totius  
 Europa, hodie sequimur. *l. 1. c. 26. n. 42.*  
 Lex Divina de stupro olim apud nos in usu  
 fuit. *ibid. n. 41.*  
 Ratio traditur cur à Divina de Stupro lege  
 recasserimus. *ibid. n. 43.*  
 Dotem dare vel ducere tenetur stuprator,  
 etiamsi puella occasionem stupro commis-  
 tendo dederit. *l. 1. c. 26. n. 44.*  
 Dotem ex arbitrio boni viri moderari iudex  
 debet. *l. 1. c. 26. n. 49.*  
 Ad Dotem consequendam ille agere potest, cui  
 postea nupsit vitiosa. *l. 1. c. 26. n. 48.*  
 Doranda non est à secundo stupratore puella.  
*l. 1. c. 26. n. 46.*  
 Dotis actionem hodie non habet vidua stupro  
 polluta. *ibid. n. 47.*

Das representanda est, non expectanda nuptia;  
 nec resisti debet, etiamsi nunquam nupat  
 puella. *libr. 1. cap. 26. num. 50.*  
 An hodie aliapona quam Dotis assignatio-  
 ne pleatur stuprum, quaritur. *ibid. n. 53.*  
 In Dubio semper pro matrimonio iudicandum  
 esse praecipit ius Pontificium. *libr. 1. cap. 23-  
num. 2.*  
 In Dubio potius contra matrimonium contra-  
 bandum, quam pro, iudicandum est. *ibid.  
n. 5.*  
 Duobus contententibus cujus futura sit de-  
 sponsa Virgo, illa interim custodia honesta  
 matrona committenda est. *l. 1. c. 22. n. 10.*  
 Si Duobus promissa nuptia sint, ejus erit spon-  
 sus, cui priori sponsalia sunt constituta. *l. 1.  
c. 22. n. 2.*  
 Duodecim annorum Virgo viripotens antiqui-  
 tus aestimata fuit. *l. 2. c. 3. n. 10.*  
 Duodecimas & decimus quartus annus conse-  
 ctus, non affectus modo esse debet, ut nuptia  
 consistant. *l. 2. c. 3. n. 21.*  
 An Duodecimo aetatis anno Salomon, undecimo  
 Achaz patres fuerint, indagatur. *l. 2. c. 3.  
n. 8.*

E.

Ebrietas quid; & varia ejus species. *l. 1. c. 4.  
n. 11.*  
 Ebrietas nimia probatu difficilis est. *l. 1. c. 4.  
n. 15.*  
 Ebrius ad hilaritatem duntaxat usque, ex suis  
 sponsalibus obligatur. *l. 1. c. 4. n. 16.*  
 Ab Ebrio, cui vinum confudit intellectum,  
 contracta sponsalia nulla sunt. *l. 1. c. 4. n. 12.*  
 Etiam si iurjurandum inter venerit. *ib. n. 13.*  
 Aliud est, si stuprum virgini insuleris. *ibid.  
n. 14.*  
 De Ecclesiasticorum nuptiis quid Ebraeorum  
 Magistri senserint, traditur. *l. 2. c. 22. n. 10.*  
 Circa Ecclesiasticorum nuptias quid Iustinia-  
 nus constituerit, refertur. *l. 2. c. 22. n. 9.*  
 Ecclesiasticis matrimonio interdictum est,  
 Pontificio non Divino instituto. *l. 2. c. 22.  
n. 3.*  
 Quo tempore hoc actum. *ibid. n. 4.*  
 Rationes examinantur, ob quas Sedes Roma-  
 na interdixit sacerdotibus matrimonio.  
*ibid. n. 6.*  
 Ratio ejus vera datur. *ibid. n. 7.*  
 Z z z Refe-

Referuntur poena nuptiarum a promotis ad dignitates Ecclesiasticas contractuum. ibid. n. 8.

Circa Ecclesiasticorum nuptias quid iure Baptismo observetur. l. 2. c. 22. n. 11.

Locus Pauli 1. ad Timoth. c. 3. v. 2. explicatur. ibid. n. 12.

Emancipatorum nuptia non fuere in parentum arbitrio, jure Romano. l. 1. c. 7. n. 27.

Emancipatorum nuptia, absque consensu patris inita, nulla non sunt: sed si filius indignam familiam duxerit, à patre, non matre, exheredari potest. l. 1. c. 16. n. 18.

Emancipata, & annis minor filia, contra parentum consensum habens, ab utroque exheredari potest: non tamen ejus nuptia minus legitima sunt. ibid. n. 19.

Emancipata, & in patris potestate posita filia annis minor, luxuriose vivens, exheredari potest. ibid. n. 20.

L. 18. & L. 20. C. de nuptiis, explicantur. ibid. n. 21.

Nec Emancipationis, nec finienda cura modus, apud Romanos fuit conjugum. l. 1. c. 16. n. 14.

Emancipationis modum non esse nuptias, an recte statuerit ius Civile? l. 1. c. 7. n. 26.

Per Epistolam, nuntium, procuratorem, &c. quomodo sponsalia contrahantur? & quomodo inter se differant? l. 1. c. 20. n. 9.

Confestim rescribere debet puella, si mittentem epistolam sibi obligatum velis. ib. n. 10.

Error mentis hallucinatio est. & ejus definitio. l. 1. c. 18. n. 1.

Error animi, erratio pedum, Donato dicitur. ibid. n. 2.

Errantis nulla voluntas est. ibid. n. 3.

Subvenendum est ei, qui per errorem sponsalia contraxit. ibid. n. 4.

Erroris diviso traditur, & Gratiani quadripartita improbat. l. 1. c. 18. n. 5.

Error nominis, cum de corpore constet, in jure nostro non consideratur. l. 1. c. 18. n. 6.

Explicatur C. 26. x. de sponsal. & matrim. & notatur Innocentius Papa. ibid. n. 7.

Error persona, vel nudus vel qualificatus dici potest. l. 1. c. 18. n. 8.

Propter errorem persona nulla sunt sponsalia, nisi supradictum fuerit sponsioni, nisi nesciveris puella sponsem errare. ibid. n. 10.

Error persona hodie committe nequis in affectu veniuntiali consensu. libr. 1. c. 18. n. 12.

Error versatur circa qualitates internas, externas, vel mixtas. l. 1. c. 18. n. 13.

Error circa qualitates internas, id est animi dotes vel vitia, infirma non reddit sponsalia. l. 1. c. 18. n. 14.

Error Religionis excusat sponsum, nisi sponsionem coitum adliderit. ibid. n. 15.

Error circa externas corporis, seu fortuna qualitates, non obest firmitati sponsalium. l. 1. c. 18. n. 16.

De errore conditionis seu servitutis, & morbi, remissive. ibid. n. 17.

Error sive Qualitas mixta est stuprum voluntarium, non violentum. l. 1. c. 18. n. 18.

Erranti, seu lapsi, ex aequitate subveniendum est: cui Fulvia privati filia pro Consulibus deponitur, nisi rem habuerit cum virgine. l. 1. c. 18. n. 11.

Erranti, cui de virginata pro virgine sponsa est, succurrendum est. l. 1. c. 18. n. 19.

Notatur Leo Imperator, quod dixerit, de violata tanquam integra dispensa veterum legibus nihil fuisse cautum. ibid. n. 20.

Explicatur locus Levitici c. 21. v. 7. & 14. ibid. n. 21.

Errans circa pudicitiam sponsa, etiamsi publica sponsalia sponsus constituerit, restitui potest. l. 1. c. 18. n. 23.

An maritus à vitata pro virgine solenni ritu ducta muliere divortere possit? ibid. n. 24.

Ethnicorum veterum solennis ritus contrahendi sponsalia laudatur. l. 1. c. 1. n. 9.

Eunuchi qui dicantur. l. 2. c. 4. n. 5.

Rabbini dicunt alios esse Eunuchos solis, alios Eunuchos hominis, alios Eunuchos legis. ibid. n. 9.

Exheredari potest filia intra vigesimum quintum aetatis annum clamat patre se jungens viro. & quid sit luxuriosam vitam agere Iustiniano in novell. 115. c. 3. n. 11. l. 2. c. 24. n. 28.

Exheredari potest filia minor annis, seu emancipata, seu in patris potestate posita, luxuriose vivens. l. 1. c. 16. n. 20. & l. 2. c. 24. n. 34.

L. 18. & L. 20. C. de nupt. explicantur. l. 1. c. 16. n. 21.

Exheredare potest, dotare non tenetur pater filiam, qua minor annis eo invito nupsit. l. 2. c. 24. n. 36.

Exhe-

*Exheredari nequit filia major viginti quinque annis, ingratis parentum se iungens viro. libr. 2. cap. 24. num. 29.*  
*Exheredari nequit filia invito patre nupta jure Canonico, sed dotari debet. l. 2. c. 24. n. 32.*  
*Exheredari nequit, filius qui invito patre duxit uxorem. l. 2. c. 24. n. 30.*

F.

**F**ama vicinia, imo ipsi mulieri, se virginem non fuisse ductam affirmasti, ut distrahatur matrimonium, non creditur. l. 1. c. 18. n. 27.  
*An familia à Paulo in L. 23. D. de Adept. & Gajo in L. 55. §. 1. D. de ritu nupt. juro proprio, an communi sumatur, quaritur. l. 2. c. 7. n. 10.*  
*Feldeni Sententia, per analogiam & non proprie jus dici, quod parentes per generationem in liberos acquirunt, refutatur. l. 1. c. 5. n. 3.*  
*Qua ratione hac foras dici possit. ibid. n. 4.*  
*Festinatium nuptiarum poena, prater infamiam, arbitraria hodie est. l. 2. c. 19. n. 27.*  
*Festinatium nuptiarum poena Civiles, an & quando hodie infligantur. l. 2. c. 19. n. 28.*  
*Filialis portio qua dicatur: & legari potest secundo conjugii, bonorum communione, jure matrimonii, induta. l. 2. c. 19. n. 16.*  
*Filius ex sponsa, defuncto ante nuptias sponso, natus, illegitimus est. l. 2. c. 25. n. 8.*  
*Filius aut filia familias nequeunt invitis parentibus nuptias contrahere. l. 1. c. 7. n. 12.*  
*A filiis familias clam contracta sponsalia infirma sunt, & à parentibus irrita reddi possunt. l. 1. c. 13. v. 1.*  
*Etiam si coitu firmata sint. ibid. n. 4.*  
*Etiam si pater stupratus, non stupratus, obnitatur conjunctioni. ibid. n. 5.*  
*Filiorum & filiarum familias etiam valentium matrimonium dirimere potuerunt patres Romani, etiam eorum auctoritate contracta. l. 1. c. 7. n. 3.*  
*Filiam invitam reducere patri non licuisse, opinatur Alb. Gensilis, cuius opinio rejicitur. l. 1. c. 7. n. 4.*  
*Filiis invitam reducere jus, sublatum fuit jure novo. ibid. n. 7.*  
*Ratio datur juris veteris mutata, & expli-*

*catur interdictum de exhib. & ducond. liber. ibid. n. 8.*  
*Explicatur L. 1. §. ult. D. de lib. exhib. & duc. ibid. n. 9.*  
*Filius qui invito patre duxit uxorem, infamilia ejus jure nasura manere non potest, nisi reconciliato filio consentiat pater. l. 1. c. 5. n. 12.*  
*Filius filiaque majores annis, non habentur hodie sui juris, cum de constrahendo matrimonio quaritur. l. 1. c. 13. n. 7.*  
*Nec ex sponsione sua, ut adigant parentes patris nuptiis consentire, cogi possunt. ibid. n. 10.*  
*Etiam si sponsalia juramento firmaverint. ibid. n. 12.*  
*Filius auscultans patri, & renuncians clandestinis sponsalibus, non est culpandus. l. 1. c. 13. n. 11.*  
*Filia aequae ac filius sponsioni renunciare potest. ibid. n. 13.*  
*Filius auscultans patri potest puella à se stuprata nuntium mittere. l. 1. c. 13. n. 14.*  
*Aequum tamen est, ut filius familias ducat à se sub matrimonii premissione vitiatam, nec ei dignitate, familia, divitiis cedentem. ibid. n. 15.*  
*Filius aliquando cogi potest nuptias perficere, etiam si patri dissensienti obtemperare velit. l. 1. c. 13. n. 17.*  
*Filia familias major annu ex voluntate patris renuncians sponsalibus, alii nubere potest: Major annu filius familias aliam ducere, quoad vivit, vel innupta est, cui ille nuptias spondit, non potest. l. 1. c. 13. n. 16.*  
*Filius aut filia familias non possunt jure novo cogi à patre ad contrahendas nuptias. l. 1. c. 7. n. 11 & l. 1. c. 12. n. 1.*  
*Sed in nuptiis requiritur liberissimus eorum consensus. l. 1. c. 7. n. 10.*  
*Filiam dissensandi à patre licentiam non habere, ut Vlpianus in L. 12. §. 1. D. de sponsal. dicit, quomodo intelligi debeat. l. 1. c. 12. n. 3.*  
*Filia per suaseria oratione, & amicorum intercessionibus flecti ac induci debet, ut nubat ei cui pater vult, non minus vel verbis cogi. l. 1. c. 12. n. 6.*  
*Filia iudicis auxilium implorare potest, si violenta auctoritate illam ad invisas nuptias cogere perficit pater. l. 1. c. 12. n. 7.*



# INDEX RERUM

*Filia quæ parentum nimiam austeritatem queritur, apud aliquam notæ auctoritatis feminam, pendente, libe, deponenda est.* libr. 2. cap. 24. num. 38.

*Filia quæ clam à paterna fugit domo, contra patrem audiri non potest, nisi prius reuertatur.* l. 1. c. 24. n. 39.

*Filia laudanda est quæ in viso nubere non vult; & pater objurgandus, qui filiam inuitam conatur collocare.* l. 1. c. 12. n. 8.

*Filia intra vigesimum quintum ætatis annum, clam patre se jungens viro, exheredari potest. & quid sit luxuriosam vitam agere Iustiniano in Novell. 115. c. 3. §. 11. l. 2. c. 24. n. 28.*

*Filia minor ætatis, seu emancipata, seu in patris potestate posita, luxuriose vivens, exheredari potest.* l. 1. c. 16. n. 20. & l. 2. c. 24. n. 34.

*L. 18. & L. 20. C. de nupt. explicantur.* ibid. n. 21.

*Filius qui in viso patre duxit uxorem exheredari nequit.* l. 2. c. 24. n. 30.

*Filia major viginti quinque annis ingratius parentum se viro jungens, exheredari nequit.* l. 2. c. 24. n. 29.

*Fœmina quomodo viro subsit.* l. 1. c. 5. n. 9.

*Fœmina, jure antiquo, apud Romanos in perpetua agnatorum erant tutela.* l. 1. c. 14. n. 16.

*Inter Fœminarum & pupillorum tutelam differentia qua fueris, traditur.* ibid. n. 17.

*Postquam fœminas pubescere placuit, & puberes non esse sub perpetua tutela, curatore non auctore nuptias spondere posuerunt, jure Pandectarum.* ibid. n. 18.

*Nec aliud statutum fuit jure Codicis; & L. 1. & L. 20. C. de nupt. explicantur.* ibid. n. 19.

*Fœmina marem vel fœminam abducens, raptum committit.* l. 2. c. 23. n. 3.

*Fœmina non semper à jurejurando prestando repellitur.* l. 1. c. 23. n. 31.

*Et, quæ stuprum facit, iurjurandum à iudice deferri potest.* ibid. n. 32.

*Fœmina ex utero patris nascitur quam maris.* l. 2. c. 3. n. 16.

*Formula juris Canonici in spondendis nuptiis usitata, & interpretum, quæ ei congruis respicitur.* l. 1. c. 20. n. 18.

*Varia promittendi nuptias orationes traduntur & explicantur.* ibid. n. 17.

*Formula sponsionis conjugalis exhibetur.* libr. 2. cap. 27. num. 17.

*Fornicatio quid proprie significet.* l. 1. c. 27. n. 2.

*Fornicatio generis verbum est, & ceteros illicitos coitus significati suo complectitur.* ibid. n. 3.

*Fore qui cessit jure repudiari potest.* l. 1. c. 25. n. 41.

*Fratrum & sororum nuptia, jure naturæ ratiocinantibus prohibentur.* l. 2. c. 10. n. 7.

*Fratrum cum sororibus nuptia, juri naturæ non aduersabantur in mundi primordio.* ibid. n. 8.

*Fratrum & sororum conjunctiones non juri naturæ, sed gentium, vel moribus aduersa dicuntur, jure Romano.* ibid. n. 12.

*Fratres sapiens vocantur Patrui & ceteri cognati jure Hebræorum & Romanorum.* l. 2. c. 10. n. 10.

*Sara quomodo dicta fueris soror Abrahami.* ibid. n. 9.

*Fratrum & sororum liberi quo nomine apud Romanos appellantur.* l. 2. c. 11. n. 1.

*Cum Fratris filia patrui nuptia magis offendunt naturalem reverentiam, quam fratrum & sororum.* l. 2. c. 11. n. 2.

*Fratriam, id est, fratris viduam uxorem ducere non possum.* l. 2. c. 15. n. 5.

*Ob Frigiditatem dñreptum semel matrimonium non restituitur hodie, si frigidus postea fœminam ducere possit, uti jure Canonico.* l. 2. c. 4. n. 15.

*Furiosorum, furiorum, dementia & insanorum definitio, & discretio.* l. 1. c. 4. n. 2.

*Furiosi, amentes, furiosi, lunatici, qui dicantur.* l. 2. c. 4. n. 28.

*Furiatorum conditio melior quam lunaticorum; Lunaticorum quam furiosorum semper amentium est.* l. 2. c. 4. n. 30.

*Furiosorum dum rabie exagitantur contracta sponsalia & matrimonium nulla sunt.* l. 1. c. 4. n. 2. & l. 2. c. 4. n. 29.

*Etiam si alter contrahentium ignoraveris furor.* l. 1. c. 4. n. 3.

*Nec interest ex qua causa furor oritur.* ibid. n. 4.

*Consentitur ad perpetuam castitatem divinitus vocati.* ibid. n. 6. & l. 1. c. 25. n. 12.

*Furiosus in conspectu adumbrata quietis non recte sponsalia contrahit.* l. 1. c. 4. n. 9.

*Furiosus dum dilucidis gaudet intervallu, & furia.*

*furiatus cessante furore, sponsalia contrahere possunt.* libr. 1. cap. 4. num. 7.  
*Nisi furiosorum rabies ita brevi recurrere soleat, ut in perpetua custodia observentur.* ibid. n. 8.  
*Furiosum fuisse tempore sponsionis, quis probare debeat?* l. 1. c. 4. n. 10.  
*Indubio quis mentis sana non affecta prae-sumitur.* l. 2. c. 4. n. 31.  
*Furor superveniens non dirimit matrimonium.* l. 2. c. 32. n. 21.  
*Ob Furorem nullum contractum matrimonium distrahitur. Furor sponso sponse obveniens, quando iusta repudii causa sit.* l. 1. c. 25. n. 12.  
*Ob Furtum simplex sponsi, repudium ei mitti non posse, quo iure Carpzovius dicat.* l. 1. c. 25. n. 39.  
*Non Furtum, non homicidium, vel cetera crimina hodie dirimunt matrimonium.* l. 2. c. ult.  
*Futura nuptia cur populo denunciantur triplex ratio datur.* l. 2. c. 2. n. 8.  
*Futura nuptia vel è Curia, vel in Ecclesia caetera denunciantur.* ibid. n. 9.  
*Ritus, quo loco & quomodo futura nuptia denunciantur, traditur.* ibid. n. 10.  
*Futura nuptia ter prae-nunciantur, & huius ritus utilitas.* ibid. n. 11.

G.

**G**enialis lectus ex prima consuetudine sanguine sineus si non reperitur, non fuisse sponsam virginem traditam viro, infirmum argumentum est. l. 1. c. 18. n. 25.  
*In Geniali lecto si qua pro sponsa ducta, incio sponso, summittatur, & illa, & qui eam inuenerunt, severe castigandi sunt.* l. 1. c. 19. n. 9.  
*Excusatur Leopoldus Rachèle Iacobo clam à patre summissa.* ibid. n. 7.  
*Genialis thorus perpetuo inviolatus, & matrimonium casum esse debet.* l. 2. c. 28. n. 8.  
*Gentium ius est, quod communis hominum indigentia introducta.* l. 2. c. 5. n. 5.  
*Gentium varia opiniones in prohibendis nuptiis ob sanguinis necessitatem referuntur.* l. 2. c. 10. n. 2.  
*Gradus Affinitati nulli sunt.* l. 2. c. 13. n. 6.

*Gradus cognationis quid sit? quid linea, & quomodo distinguantur?* libr. 2. cap. 9. num. 1.  
*Alia Graduum computatio in linea collateralis juris Civilis est, alia Canonici.* l. 2. c. 9. n. 2.  
*Graduum antiquam computationem conturbare, qui Iustinianum in computandis gradibus sequuntur, quod dixerit Alexander Tertius, carpitur.* ibid. n. 5.  
*Intra Gradum quartum tum Civile, tum Canonicum ius cohibet nuptias, attamen cum discrimine.* l. 2. c. 9. n. 4.  
*Gradus in prohibitione nuptiarum nec Civile, nec Divinum, nec Basavum ius computat.* l. 2. c. 9. n. 6.  
*Graduum distantiam duntaxat respicit ius Canonicum in prohibendis nuptiis.* l. 2. c. 9. n. 7.  
*Gravis & ardua quaestio disceptatio de Matrimonio dicitur.* l. 1. c. 23. n. 1.

H.

**I**n **H**aresim prolapsus, & à recto devians tramite, repudiari potest. l. 1. c. 15. n. 24.  
*Matrimonia cum iis contrahere, qui totum abjurant Christum, lex vetat.* l. 1. c. 25. n. 23. & l. 2. c. 21. n. 7.  
*Hermaphroditus nuptias contrahere potest.* l. 2. c. 4. n. 1.  
*Hermaphroditus ejus sexus aestimandus est, qui in eo praevalet.* l. 2. c. 4. n. 2.  
*Hermaphroditus utroque sexu valens, eligere debet, an vir an mulier aestimari velit.* ibid. n. 3.  
*Hobbi Sententia, de jure parentum in liberos, examinatur & refellitur.* l. 1. c. 5. n. 5.  
*Status natura status pacis est.* ibid. n. 6.  
*Honestas publicae iustitiae impedimenti definitio.* l. 2. c. 14. n. 2.  
*Honestatis publicae iustitiae impedimentum, quare Pontificii appellaverint prohibitionem nuptiarum, qua ex sponsalibus oritur.* l. 2. c. 14. n. 1.  
*Ob honestatis publicae iustitiae impedimentum inter quos interdicta voluerint matrimonia Pontifices?* ibid. n. 4.  
*Rationes juris Pontificii.* ibid. n. 5.

# INDEX RERUM

Ob Honestatem hodie inter quasdam personas  
matrimonia minus probantur. libr. 2.  
cap. 14. num. 6.

Honorii tertii responsum in C. 28. x. de sponsal.  
notatur. l. 1. c. 17. n. 25.

Hortiani opinio, statuentis, sponsalia nec pure  
nec sub conditione contrahi posse, refutatur.  
l. 1. c. 21. n. 2.

Quis Humilis, quis honestus in libris nostris  
dicatur. l. 1. c. 26. n. 24.

In Humili alia stupri poena, alia in honesto  
stupratore constituta est. l. 2. c. 26. n. 23.

An Humilitas vita, an paupertas iusta sit pa-  
tri intercedendi ratio. l. 2. c. 24. n. 16.

## I.

**I**llegitimus est filius ex sponsa, defuncto ante  
nuptias sponso, natus. l. 2. c. 25. n. 8.

Impossibile quid dicitur vel natura, vel facto,  
vel lege. l. 1. c. 21. n. 13. vide ibidem impossi-  
biles conditiones.

Incestus Etymologia & definitio. l. 2. c. 17.  
n. 4.

Incestuosi & nefarii concubitus an differant?  
l. 2. c. 17. n. 6.

Incestus alius jure Gentium, alius jure Civili  
dicitur. l. 2. c. 17. n. 7.

Qua Incesta, qua inutiles proprie dicantur nu-  
ptia? l. 2. c. 10. n. 1.

Incestarum nuptiarum poena à Deo constituta  
referuntur. l. 2. c. 17. n. 1.

Quid significant verba legi addita, cædis  
iporum causa est in ipsis. ibid. n. 2.

Quid significant verba, sine liberis moriun-  
tor. ibid. n. 3.

Incestarum nuptiarum poena ex jure Civili  
referuntur. l. 2. c. 17. n. 8.

Incestis nuptiis quod mortis poenam non indi-  
xerit Iustinianus, carpitur. ibid. n. 11.

Ab Incestarum nuptiarum poenis excusat ig-  
norantia facti. ibid. n. 12.

Ab Incestus poenis quandoque mulieres excu-  
sat ignorantia juris, non mares. ibid. n. 14.

Incestarum nuptiarum poena ex jure Cano-  
nico referuntur. l. 2. c. 17. n. 16.

Ius Canonicum gladium non stringit in fa-  
cinorosos, sed peccatores ad salutis viam re-  
vocat. ibid. n. 15.

Incestus poena qua hodie sint, traditur. l. 2. c. 17.  
n. 17.

Incestuosi & pauperes parentes à liberis alendi  
sunt. libr. 2. cap. 17. num. 9.

An ex nefario complexu nati liberi à paren-  
tibus alendi sint? ibid. n. 10.

Ex Incestu nati liberi, propter aliterius paren-  
tis ignorantiam, legitimi habentur. l. 2.  
c. 17. n. 13.

Indignus & turpis moribus sponsus quis dica-  
tur? l. 2. c. 24. n. 14.

Inter Indulgentiam & Abolitionem qua sit  
differentia. l. 2. c. 18. n. 5.

Infamis si quis ob delictam fiat repudiari po-  
test. l. 1. c. 25. n. 38.

Etiamsi Infamia aboleatur, & crimen remis-  
tatur à Principe, repudiari nihilominus  
sponsus potest. ibid. n. 40.

Quo jure Carprovidus dicat, ob simplex fur-  
rum sponso repudium mitti non posse. ibid.  
n. 39.

Ab Infantibus sponsalia contrahi nequeunt.  
l. 1. c. 3. n. 6.

Infantium sponsalia, cum qua ipsi, cum qua co-  
rum nomine parentes contrahunt, nulla  
sunt. l. 1. c. 3. n. 1.

Infantium sponsalia nulla sunt, etiamsi ante  
aetatis tempus in iis rationis usus illuxerit.  
ibid. n. 10.

Injuriarum jure Romano tenebatur, qui appel-  
lasset, vel (et)atus fuisset virginem, vel vi-  
comitem abduxisset. l. 1. c. 26. n. 18. & l. 2.  
c. 24. n. 23.

Appellare, ademptare, comitem abducere  
quid significant? ibid. n. 19.

Injuriandi animo qui non appellat non tene-  
tur. ibid. n. 20.

Injuriarum agere pater potest, etiamsi filia in-  
juriam remittat. l. 1. c. 26. n. 21.

Injuriarum conveniri potest, qui dolo finxit,  
nuptias sibi spondisse virginem. l. 1. c. 28.  
n. 2.

Qui interfecit virginem pudicitiam esse  
sparsit, criminalis & civili judicio con-  
veniri potest. ibid. n. 5.

Injuriarum conveniri potest, qui conventus à  
patre sponsalia à filia aetate minore sibi con-  
stitutat pretendit. l. 1. c. 28. n. 3.

Injuriarum actione non tenetur, qui sibi spon-  
salia à filiâ adultâ constituta pretendit. l. 1.  
c. 28. n. 4.

Insani, & in aliqua duntaxat re delirantes,  
sponsalia recte contrahunt. l. 1. c. 4. n. 17.

Insu-

*Insani, stulti, fatui, non arcentur matrimonio.* libr. 2. cap. 4. num. 32.

*Intercessio parentum ob quas rationes iusta dicatur, difficile est tradere.* l. 2. c. 24. n. 11.

*In examine an intercessio patris iusta sit, multum arbitrio iudicis committendum est.* ibid. n. 21.

*A Sententia Curia, Magistratus Politici, vel Iudicum Civitatum Hollandia, iustam esse intercessionem parentum declarantium, appellare, seu provocare liberis non permittitur.* ibid. n. 22.

*Intercedendi parentibus iusta ratio est, sponsi sponsa ve, filii filia ve vita turpitudine.* l. 2. c. 24. n. 12.

*Intercessio patris iusta est, cum filius conatur ab alio vitiatam uxorem ducere.* ibid. n. 13.

*An Intercessio patris iusta sit, si stuprum sponsus commiserit?* l. 2. c. 24. n. 15.

*An Intercedendi iusta patri ratio sit paupertas? an vita humilitas?* ibid. n. 16.

*An Intercessionis ratio iusta patri sit, religionis diversitas.* ibid. n. 17.

*Intercedere filia nuptiis pater iure non potest propter quoslibet proci malos mores.* l. 2. c. 24. n. 18.

*Iusta dissensus ratio non est, quod filiam honestiori matrimonio collocare sperat pater, vel quod liberi clam patre amaverint.* ibid. n. 19.

*Facilius patris dissensus admittendus est, cum obnisiur filia nuptiis, quam filii.* ibid. n. 20.

*Intercedere publicis nuptiarum denunciationibus nihilominus potest pater, etsi citatus coram nuptiis praefectis, non comparuerit.* l. 2. c. 24. n. 42.

*Iusjurandum vel voluntarium est, vel iudiciale: & quarum virium voluntarium sit?* l. 1. c. 23. n. 19.

*Iusjurandum iudiciale duplex est, iudiciale in specie, & Necessarium.* l. 1. c. 23. n. 20.

*Interpretum hoc axioma rejicitur; Nunquam contra, sed semper pro matrimonio jurandum est.* ibid. n. 21.

*Iusjurandum purgationis injungi non debet consentienti copulam, & neganti sponsalia.* l. 1. c. 23. n. 25.

*Iusjurandum purgationis injungi non debet, cum nihil à sua parte probat actor.* ibid. n. 23.

*Iusjurandum purgationis puella injungendum non est, non probante actore aliquo modo sponsalia constituta esse.* ibid. n. 26.

*Iurare reus cogitur, actore semiplene intentionem suam probante.* l. 1. c. 23. n. 24.

*Qui Iurare recusat pro convicto habetur.* ibid. n. 27.

*Iurandi necessitatem pars adversa remittere potest.* ibid. n. 28.

*Ad iusjurandum masculus potius quam foemina admitti debet.* l. 1. c. 23. n. 30.

*A Iurejurando praestando foemina non semper repellitur.* l. 1. c. 23. n. 31.

*Iusjurandum affirmans ei puella quae stuprum fatetur, à iudice deferri potest.* l. 1. c. 23. n. 32.

*Iusjurandum affirmans alicui non facile imponi debet.* ibid. n. 29.

*Iusjurandum non est imponendum ei, quem constat ironice locutum esse, vel joco sponsalia constituisse.* l. 1. c. 20. n. 20.

*Loco nuptias promississe vix creditur, qui coitum sponsioni adjecit.* ibid. n. 21.

*Iusjurandum interveniens sponsalibus ab ebrio, cui vinum confudit intellectum, contractis, nihil operatur.* l. 1. c. 4. n. 13.

*Ex Iuratis sponsalibus clandestinis non possunt liberi cogi, ut urgeant parentes nuptiis consentire.* l. 1. c. 13. n. 12.

*Iurejurando firmatis posterioribus praeservantur priora tempore sponsalia.* l. 1. c. 22. n. 4.

*Iussus quid denotet; & quid sit iuberet?* l. 1. c. 7. n. 14.

*Iussus parentum liberorum nuptias praecedere debet, & quare.* l. 1. c. 7. n. 15.

*Qua iusta, qua iniusta dicatur uxor: remissive.* l. 1. c. 7. n. 8.

*Ut iusta reddantur liberorum iniusta nuptia, solus patris accedens consensus requiritur.* l. 1. c. 7. n. 23.

L.

**L**atoria lege olim non dabatur minori curator, nisi probata Iudici causa: causa autem probationem remisit Antoninus Philosophus. l. 1. c. 14. n. 15.

*Laudanda puella est, quae non vult nubere ei, quem odit; & objurgandus est pater, qui filiam in vitam collocare conatur.* l. 1. c. 12. n. 8.

*Legatus adjecta conditio, ut hereditate fruatur super-*

# INDEX RERUM

superstes usque dum innupta manet, valet hodie; sed non, ut unquam nubat. *libr. 2. cap. 19. num. 5.*

*Legatum à marito relictum amittit mulier, qua inficio eo adulterium commisit. l. 2. c. 32. n. 28.*

*Lenocinium exercere in Republica nostra non permittitur. l. 1. c. 27. n. 16.*

*Lenones, meretrices, & scortatores variis poenis subjiciuntur. l. 1. c. 27. n. 16.*

*Leffii Sententia statuentis, ex stupro filia nullam patri atque ipsi vitiatam adversus stupratorem jus esse jure natura, refutatur. l. 1. c. 26. n. 7.*

*Lex, hac Edictali, consuetudine apud nos recepta est. l. 2. c. 19. n. 13.*

*Lex, hac Edictali, non moratur communionem bonorum, cum nulla dotalia pacta conscripta sunt. ibid. n. 14.*

*Lex, hac Edictali, etiam locum habet, cum pactis dotalibus probaverunt communionem bonorum futuri conjuges. ibid. n. 15.*

*Lex Julia miscella qua fueris, & quid continueris, explicatur. l. 2. c. 19. n. 2.*

*Liberorum quarendorum causa matrimonium contrahi debet. l. 2. c. 18. n. 10.*

*Quid denotet Divina phrasis, & qui duo fuerant erunt una caro. ibid. n. 11.*

*Liberi jure Natura sunt in potestate parentum. l. 1. c. 5. n. 1.*

*In Liberos jui per generationem utrique parenti aequale est. l. 1. c. 5. n. 7.*

*Liberis in cunis vagientibus potuerunt olim Romanipatres sponsalia pacisci. l. 1. c. 3. n. 3.*

*Liberorum tam filiorum quam filiarum tum matrimonia & contrahere & dirimere, jure veteri Roman. in parentum fuit arbitrio. l. 1. c. 7. n. 1. n. 5.*

*sed illo rigido potestatis jure raro usi sunt. ibid. n. 2.*

*Liberos in potestate civili non habuerunt matres Romanae. l. 1. c. 8. n. 8. & l. 1. c. 16. n. 17.*

*In Liberos potestatem naturalem habuerunt matres Romanae. ibid. n. 3.*

*Liberos communes utriusque parentis communi consilio elocari, honestum fuit apud Romanos. l. 1. c. 8. n. 10.*

*Liberos hodie non obligant sponsalia sine eorum assensu & consensu à parentibus contracta. l. 1. c. 3. n. 4.*

*Liberorum liberrimus exigitur jure novo*

*consensus in nuptiis. libr. 1. cap. 7. num. 10.*

*Liberi à patre ad contrahendas nuptias cogi non possunt. l. 1. c. 7. n. 11. & l. 1. c. 12. n. 1.*

*Liberis in visis nuptias obtundere, nec Pontificium, nec Batavum jus patri permittis. l. 1. c. 12. n. 4.*

*Sententia illorum rejicitur, qui volunt Liberos dissentientes cogendos esse judici exponere, cur electis à patre nuptiis non assentiantur. ibid. n. 9.*

*Liberos injuriæ matrimonio prohibere non debent parentes. l. 1. c. 12. n. 10.*

*Nec Liberos cogere parentes, nec sine consensu parentum contrahere nuptias liberi debent. l. 1. c. 12. n. 11.*

*Liberorum nuptias precedere debet jussus parentum. l. 1. c. 7. n. 15.*

*Liberi nequeunt in viis parentibus nuptias contrahere. l. 1. c. 7. n. 12.*

*Liberis non adimit liberam matrimonii electionem necessitas consensus parentum. l. 1. c. 9. n. 7.*

*Liberorum nuptias injustas solus patris accedens consensus iustas facit. l. 1. c. 7. n. 23.*

*Qui & tacitus sufficit. ibid. n. 24.*

*Liberi virile corporis robur, & maturum amenti iudicium adepti hodie creduntur, qui annum aetatis 20. vel 25. (pro ratione sexus) egressi, vel matrimonio juncti sunt. l. 1. c. 11. n. 2.*

*Quando moribus nostris dicantur annis majores ut iudicem adire possint, si injuria à parentibus arceantur matrimonio. l. 1. c. 12. n. 14.*

*Liberi non admittuntur ad nuptias contrahendas, nisi coram nuptiis praefectis consentiant parentes. l. 2. c. 24. n. 2.*

*Liberi aetate minores, non exhibitio parentum consensu, inauditi arcentur matrimonio. l. 2. c. 24. n. 3.*

*Liberi adulti contra morositatem parentum audiuntur. l. 2. c. 24. n. 8.*

*Liberis annis majoribus ad nuptiarum Praefidem refugium patet, quamvis parentes non omnibus, sed hisce nuptiis adversentur. l. 1. c. 12. n. 12.*

*Admonentur liberi ne temere apud iudicem querantur, parentes eorum nuptiis injuria adversari. ibid. n. 13.*

*Liberis non permittitur à Sententia Curia, Magi-*

*Magistratus Politici, vel iudicium Civitatum Hollandia, iustam esse parentum intercessionem declarantium, appellare seu provocare.* lib. 2. cap. 24. num. 22.  
*Liberorum nuptia iusta sunt, si citati non compa-  
 paruerint parentes, ex auctoritate nuptiis-  
 praefectorum contracta.* l. 2. c. 24. n. 41.  
*Qui non comparuit citatus coram nuptiis-  
 praefectu pater, nihilominus intercedere pu-  
 blicis nuptiarum denunciationibus potest.*  
 ibid. n. 42.  
*Liberorum nuptia iusta sunt, quibus cognitio  
 futuris, non citatus à nuptiis-praefectu, non  
 contraxit pater.* l. 1. c. 24. n. 43.  
*Liberorum matrimonium irritum est, contra  
 precepta legum, & Politicam Hollandia  
 constitutionem, clam parentibus contra-  
 ctum.* l. 2. c. 24. n. 44.  
*Liberi concepti ex matrimonio clam patre con-  
 tracto, & nati postquam id ex perseveran-  
 tia conjugum legitimum factum fuerit, ius-  
 ti non sunt iure veteri, at sunt iure novo.*  
 l. 1. c. 7. n. 20.  
*Liberi ex iniusta uxore nati, iure civili legi-  
 timi non redduntur per parentum subse-  
 quens matrimonium.* ibid. n. 21.  
*L. 11. D. de Stat. homin. explicatur.* ibid.  
 n. 19.  
*Linea quid sit, quid gradus cognationis, &  
 quomodo distinguantur.* l. 2. c. 9. n. 1.  
*In Linea Collaterali alia graduum computa-  
 tio est iuris Civiliis, alia Canonici.* l. 2. c. 9.  
 n. 1.  
*Linea transversa, alia aequalis, alia inaequa-  
 lis est iure Canonico.* ibid. n. 3.  
*Longum tempus quodnam dicatur in negotio  
 cum de sponsalium acceptatione agitur.* l. 1.  
 c. 20. n. 5.  
*Lugere aliud est, aliud elugere.* l. 2. c. 19. n. 22.  
*Eudus annuam praescriptis mulieribus ius civi-  
 le, non virum, & quare.* l. 2. c. 19. n. 19.  
*Luctus tempus olim decem mensibus termina-  
 batur, iure novo duodecim.* ibid. n. 20.  
*Intra Luctus tempus nupta foemina infamia  
 notatur, &c.* l. 2. c. 19. n. 21.  
*Iure Pontificio confestim ab excessu conju-  
 gis, absque metupona, & viduus & vi-  
 dua novas sectari nuptias potest.* ibid. n. 23.  
*Moribus nostris & vicinarum nobis provin-  
 ciarum statuta, intra certum tempus à  
 morte conjugis aliud contra here matrimo-*

*nium superstiti interdictum est.* ibid. n. 24.  
*Circa Luctus tempus, Delphensium, Leiden-  
 sium, Amstelodamensium statuta referun-  
 tur & explicantur.* ibid. n. 25.  
*Neque sponsa ex alio gravida, ante editum  
 partum, neque mulier factio divortio, con-  
 festim novus nuptias contrahere debet.* ibid.  
 n. 26.  
*Lupanaria publica apud Romanos recepta &  
 probata fuisse, libris nostris probari non po-  
 test.* l. 1. c. 27. n. 14.  
*Lupanaria publica admittunt & protegunt  
 Roma pontifices Romani, quamvis scortia-  
 tionem damnant.* l. 1. c. 27. n. 15.  
*Luxuriosam vitam agere quid sit Iustiniano  
 in Novella 115. c. 3. §. 11.* l. 2. c. 24. n. 28.  
*Luxuriose vivens vidua post mortem mariti,  
 amittit quicquid ex liberalitate defuncti  
 accepit.* l. 2. c. 32. n. 29.  
*Luxuriose vivens filia minor annis, seu  
 emancipata seu in patris potestate posita, ex-  
 heredari potest.* l. 1. c. 16. n. 20. & l. 2. c. 24.  
 n. 34.  
*L. 18. & L. 20. C. de Nupt. explicantur.* l. 1. c. 16.  
 n. 21.  
*L. 22. D. de ritu nupt. explicatur.* l. 1. c. 17. n. 19.  
*L. 14. D. de sponsal. explicatur.* l. 1. c. 3. n. 7.  
 & 9.  
*L. 18. C. de adulter. explicatur.* l. 2. c. 5. n. 22.  
*L. ult. D. de sponsal. explicatur.* l. 1. c. 20. n. 7.  
*L. 2. C. de sponsal. explicatur.* l. 1. c. 25. n. 45.  
*L. 2. C. de repud. explicatur.* l. 1. c. 25. n. 45.  
*L. 7. C. de adulter. explicatur.* l. 1. c. 16. n. 36.  
*Locus Pauli 1. ad Timoth. 3. v. 2. explicatur.*  
 l. 2. c. 22. n. 12.  
*Locus Exod. 22. v. 16. explicatur.* l. 1. c. 6. n. 2.  
*Locus Deuter. 22. v. 28. 29. explicatur.* ibid.  
 n. 3.  
*Locus Numer. 30. v. 3. 4. explicatur.* ibid. n. 6.  
*Locus Vlpiani in fragmentis Tit. 5. §. 6. emen-  
 datur.* l. 2. c. 11. n. 2.

M.

**M**ajores facti post quadriennium à legiti-  
 ma astate transactum, ex sponsalibus  
 suis in minori astate constitutis conveniri  
 non possunt. l. 1. c. 15. n. 8.  
*Malitiosa desertio qua sit?* l. 2. c. 32. n. 15.  
*an Virum absentem teneatur sequi mulier?*  
 ibid. n. 17.

Aaaaa

Malij-

# INDEX RERUM

*Matritiosa deferrio solvit conjugii vinculum.*  
*libr. 2. cap. 18. num. 12.*  
*Maritis solis divorsare licitum fuit apud In-*  
*daos.* l. 2. c. 30. n. 1.  
*Qua ratione Iosephus dicatur cogitasse*  
*clam dimittere Mariam.* ibid. n. 8.  
*Ex Mariti privato arbitrio divortium fieri*  
*poterat.* ibid. n. 7.  
*An Marito uxorem verberibus castigare li-*  
*ceat? quaritur.* l. 2. c. 29. n. 11.  
*An adversus Maritum, & quam actionem*  
*habeat mulier verberibus excepta? ibid.*  
*n. 12.*  
*An cautione praestita, ne serviat vir, cogi*  
*possit mulier habitare cum servo mariti?*  
*ibid. n. 19.*  
*Mas marem, femina marem seu feminam ab-*  
*ducens, raptum committunt.* l. 2. c. 23.  
*n. 3.*  
*In Masculino sexu sermonis pronuntiatio ad*  
*utrumque sexum plerumque porrigitur.* l. 1.  
*c. 12. n. 2.*  
*Matres Romana in potestate civili liberos non*  
*habuerunt.* l. 1. c. 8. n. 8. & l. 1. c. 16. n. 17.  
*Matres Romana habuerunt potestatem natu-*  
*ralem in liberos.* ibid. n. 9.  
*Matris Romana arbitrium, mortuo patre, re-*  
*quirebatur in filiorum, praesertim filiarum,*  
*nuptiis, ut ea nulla non erant eo neglecto*  
*contracta.* l. 1. c. 8. n. 11.  
*Rejicitur argumentum, ideo matris consensum*  
*non fuisse necessarium, quia eo in viuis ha-*  
*res ex nuptiis liberorum non adnascabatur.*  
*ibid. n. 12.*  
*Matris consensus requiritur in nuptiis libero-*  
*rum patre defuncto, apud Batavos.* l. 1. c. 11.  
*n. 12.*  
*Matris concubina, meretricis etiam, & patris*  
*naturalis requiritur consensus in liberorum*  
*nuptiis, apud Batavos.* l. 1. c. 11. n. 19.  
*Matris, qua exposuit infantem, non requiritur*  
*consensus.* ibid. n. 16.  
*Matris auctoritas, & ea mortua necessario*  
*rum. furente vel peregre absente patre, nu-*  
*puriis liberis necessaria est.* ibid. n. 18.  
*Matri quando integrum sit implorare iudicis*  
*auctoritatem, contra dissensionem mari-*  
*tum, in collocanda nuptiis filiarum.* l. 1. c. 11. n. 11.  
*Matri consilium in elocatione liberorum sper-*  
*vere, neque negligere debet pater.* l. 1. c. 11.  
*n. 10.*

*Mater digama quando donationem revocare*  
*possit propter ingratitudinem liberorum?*  
*libr. 2. cap. 19. num. 17.*  
*Matrimonium clandestinum, vide Clande-*  
*stinum.*  
*Matrimonium inter duos tantum congruixit*  
*natura.* l. 1. c. 5. n. 3.  
*Matrimonium liberorum quarenderum cau-*  
*sa contrahi debet.* l. 1. c. 28. n. 10.  
*Quid denotet divina phrasit, & qui duo*  
*tuerant, erunt una caro.* ibid. n. 11.  
*Matrimonii natura perpetuitatem exigit.* l. 2.  
*c. 28. n. 7.*  
*Matrimonium castum, & solum genialis per-*  
*petuo inviolatum esse debet.* ibid. n. 8.  
*Perpetuus debet esse amor conjugum, neque*  
*unquam flaccescere.* ibid. n. 9.  
*Qui Matrimonio jungendi sunt, praesentes se*  
*sistere debent, nec intermunicio defungi pos-*  
*sunt.* l. 2. c. 27. n. 9.  
*Matrimonium fuit modus solvenda patria po-*  
*testatis apud Ebraeos.* l. 1. c. 6. n. 6.  
*Matrimonium apud Romanos nec emancipa-*  
*tionis, nec finienda cura modus fuit.* l. 1.  
*c. 16. n. 14.*  
*Matrimonium hodie solvit patriam potesta-*  
*tem & curam.* l. 1. c. 15. n. 4.  
*Matrimonium non est status mutatio, neque*  
*servitutis species.* l. 1. c. 23. n. 22.  
*Matrimoniorum vota non sunt placitis & ar-*  
*bitrio alienis alliganda.* l. 1. c. 12. n. 5.  
*Matrimonii liberam electionem non admittit*  
*liberis parentum consensus necessitas.* l. 1.  
*c. 9. n. 7.*  
*Matrimonia liberorum contrahere & dirime-*  
*re, fuit olim apud Romanos in parentum ar-*  
*bitrio.* l. 1. c. 7. n. 1.  
*Sed illo rigido potestatis iure raro usi fuere.*  
*ibid. n. 2.*  
*Matrimonium etiam reluctantium libero-*  
*rum, etiam quoque auctoritate contractum.*  
*Pater Romanum iura veteri dirimere potuit.*  
*ibid. n. 3.*  
*Quod sublatum est iure novo.* ibid. n. 6.  
*Matrimonium non est novum Federio Sacra-*  
*mentum.* l. 1. c. 9. n. 3.  
*Matrimonium esse sacramentum, non potest*  
*probari ex Pauli ad Ephes. cap. 5. v. 31. nec*  
*ullo alio Scriptura loco.* l. 1. c. 9. n. 5.  
*Matrimonium, quod liberi sine consensu co-*  
*rum in quorum potestate sunt, contrahunt,*  
*nul-*

nullum est. libr. 1. cap. 16. num. 16.  
**Matrimonium non est irritum jure natura,**  
**quod matura aetatis filius in scio patre con-**  
**traxit.** l. 1. c. 5. n. 11.  
**An Matrimonia in Levitico interdicta jure**  
**natura prohibeantur.** l. 2. c. 16. n. 4.  
**Matrimonii inter ascendentes & descendentes**  
**prohibitio juris natura est.** l. 2. c. 16. n. 5.  
**Matrimonium qui contraxit, non potest resti-**  
**cui, quasi metu coactus uxorem duxisset.**  
 l. 1. c. 17. n. 24.  
**Matrimonii sterilis prae-textu divortium flagi-**  
**tare non possunt, quia defecta aetatis viris,**  
**& qui expuncti veris seminis se jungunt.**  
 l. 2. c. 4. n. 18.  
**Qui Matrimonium contraxit, imbecillitatis**  
**alterius conscius, castigatus, novas nuptias**  
**ambire potest.** l. 2. c. 4. n. 23.  
**Matrimonia hermaphroditorum.** l. 2. c. 4. n. 1.  
**Spadonum.** ibid. n. 13. & 14.  
**Castiatorum.** ibid. n. 14.  
**Thlibiarum & Thlasiarum.** ibid. n. 12.  
**Eorum quibus virilia prorsus demissa sunt.**  
 ibid. n. 10.  
**Vnicolorum.** ibid. n. 11.  
**Frigidorum.** ibid. n. 15.  
**Nimis arsa, & menstruo perpetuo laboran-**  
**tis, vel cui sanguis per menstrua non re-**  
**spondet.** ibid. n. 16.  
**Ejusdem sexus.** ibid. n. 19.  
**Morbis perpetuis, temporalibus, & contagio-**  
**sis laborantium.** ibid. n. 21. & n. 24.  
**Fascino & veneficio correptorum.** ibid.  
 n. 25.  
**Amentium, &c. irrita sunt.** ibid. n. 26. us-  
 que ad finem capituli.  
**Matrimonia juvenicularum virginum, quam**  
**primum viripotentes essent, quare Romani**  
**probarint, Lycurgus minime.** l. 2. c. 3. n. 17.  
**Matrimonium jure Canonico irritum est,**  
**quod quis contraxit, postquam verbis de pra-**  
**senti alteri puella nuptias promisit, vel**  
**sponsioni de futuro adjunxit praesentem co-**  
**pulam.** l. 1. c. 22. n. 12.  
**Matrimonium cum secunda contractum, jure**  
**Batavo non resolvitur ob sponsalia priori**  
**& vitata puella constituta.** ibid. n. 13.  
**Matrimonium cum secunda contractum non**  
**resolvitur jure Batavo, etiamsi dolo malo**  
**fecerit quis, ne nuptiales denunciations**  
**advolarent auribus prioris sponsae.** ib. n. 15.

**De Matrimonio & divortio controversia ad**  
**Magistratum Politicum pertinet.** libr. 2.  
 cap. 32. num. 6.  
**De Matrimonio disceptatio gravis & ardua**  
**est.** l. 1. c. 23. n. 1.  
**Pro Matrimonio in dubio semper judicandum**  
**esse, praecipit jus Pontificium.** l. 1. c. 23. n. 2.  
**Contra Matrimonium contrahendum potius**  
**quam pro, judicandum in dubio est.** ibid. n. 5.  
**Matrimonii optima probatio est confessio par-**  
**tium.** ibid. n. 6.  
**An Matrimonium contractum sit, inter con-**  
**juges jure Batavo disputari nequit.** ibid.  
 n. 4.  
**Matrimonium prohibet nuptias, ut & sangui-**  
**nis necessitas, vel religio.** l. 2. c. 5. n. 1.  
**Matrimonium prohibens nuptias, vel praesens,**  
**vel prae-teritum, vel futurum considerari**  
**potest.** ibid. n. 2.  
**Matrimonia inter quos apud Romanos ob spon-**  
**salia interdicta fuerint?** l. 2. c. 5. n. 3.  
**Matrimonia inter quos interdicta voluerint**  
**Pontifices Romani ob publica honestatis ju-**  
**sticia impedimentum?** l. 2. c. 5. n. 4.  
**Matrimonii prohibitionem qua ex sponsalibus**  
**oritur, quare Pontificii appellaverint pu-**  
**blica honestatis justicia impedimentum?**  
 l. 2. c. 14. n. 1.  
**Matrimonia quadam hodie inter quasdam**  
**personas minus probantur ob honestatem.**  
 l. 2. c. 14. n. 6.  
**Matrimonia nostra legitima, & publica, non**  
**recte oeconomici contractus dici possunt.** l. 2.  
 c. 27. n. 19.  
**Matrimonium coram tribunali, aequum firmum**  
**atque honestum habetur, quam in Ecclesia**  
**celebratum.** l. 2. c. 27. n. 20.  
**Matrimonii solemnitate clauditur benedictio**  
**Scabini, vel verbi divini ministri.** ibid.  
 n. 18.  
**Matrimonium confectum habetur, apud nos,**  
**cum nuptialis benedictio sollemnitate**  
**clausit.** l. 2. c. 27. n. 24.  
**Ut Matrimonium firmum sit, non requiritur**  
**sollemnis copulatio, & nuptiarum benedictio,**  
**apud Frisios.** ibid. n. 23.  
**Matrimonium jure Romano & Pontificio con-**  
**tractum habetur, cum consentiunt conju-**  
**ges;** ibid. n. 21.  
**An Matrimonii ligati, & coram Deo conju-**  
**ges hodie dici possint, qui vel privata vel**  
**publi-**



# INDEX RERUM

publica sponsalia constituerunt? libr. 2. cap. 27. num. 23.  
**Matrimonium apud Romanos solvitur, Morte.** l. 2. c. 31. n. 1.  
**Captivitate.** ibid. n. 2.  
**Servitute sine captivitate obveniente.** ibid. n. 3.  
**Deportatione, jure codicis, ex conjugis arbitrio: non jure Novellarum.** ibid. n. 4.  
**Quadiennii vel quinquennii absentia propter militiam, jure Codicis; non jure novo.** ibid. n. 5.  
**Divortio.** ibid. n. 6. & toto cap. 31.  
**Matrimonium cum secunda sponsa contractum non dissolvitur, propter sponsalia tempore priora prima data, etiamsi iurejurando confirmata fuerint.** l. 1. c. 22. n. 11.  
**Matrimonii vinculum jure canonico non solvitur propter incestuosum adulterium, neque propter struccas vita alterius infidias.** l. 2. c. 32. n. 1.  
**Matrimonii rati, non consummati vinculum jure canonico solvitur propter religionis ingressum.** l. 2. c. 32. n. 2.  
**Matrimonium quare solvitur, ob monasterii ingressum, & cum conjugum alter ad fidem convertitur?** l. 2. c. 32. n. 3.  
**Matrimonium cum iis contrahere, qui tunc abjurant Christum, lex vetat.** l. 2. c. 25. n. 23.  
**Matutinalia munera, qua nobis Morgengagen dicuntur, an & quando cedant nupti?** l. 2. c. 27. n. 25.  
**Mensa & thori separatio. vide Separatio.**  
**Meretricis definitio traditur.** l. 1. c. 27. n. 6.  
**Meretrix alia, alia impudica mulier est.** ibid. n. 7.  
**Meretrix quare dicatur impudica mulier?** ibid. n. 5.  
**Meretrix quibus indicis probetur? impudicam esse mulierem difficile probatio est.** ibid. n. 8.  
**Meretrices gentis extranea nqluit Deus in populo suo esse.** l. 1. c. 27. n. 10.  
**Ante legem Moysi corpore qua sum facere, contrasas non fuisse, Rabbinii docent.** ibid. n. 9.  
**Meretriciam libidinem jus Divinum execrat.** ibid. n. 11.  
**Meretrices jus Romanum odit.** ibid. n. 12.  
**Meretrices, Lenones, Scortatores, variis paenis subiciuntur, & lenocinium exercere in**

**republica nostra non permittitur.** ibid. n. 16.  
**Meretricem rapiens, Iustiniana raptae poena non punitur.** l. 2. c. 23. n. 5.  
**Meretricia veste indutam virginem qui violat, legis Iulia poena non punitur.** l. 1. c. 26. n. 38.  
**Quaritur, an adulterium committas, qui cum alterius uxore, in publico lupanari, tanquam cum meretrice congregatur?** ibid. n. 39.  
**Quod Meretrici donatum eras, an à donantis consanguineis revocari poteris jure Codicis?** l. 1. c. 27. n. 13.  
**Metus definitio exhibetur & explicatur.** l. 1. c. 17. n. 5.  
**Metus reverentia definitio, & explicatio.** ibid. n. 14.  
**Metum, qui in constantem virum cadit, non incutis sola erga patrem reverentia.** l. 1. c. 17. n. 15.  
**Metu reverentia nimisi quarantur se consensisse sponsalibus, facilius puellis quam masculis credi debet.** ibid. n. 16.  
**Metus quomodo probari, & ex quibus rebus colligi possit.** l. 1. c. 17. n. 7.  
**Metus ab alio inveni debet, & non succurrit Prator ei, qui sibi ipse metum infert.** ibid. n. 8.  
**Metum quis intulerit nihil interest, dummodo is contra quem agit perterritus, metu illato ad suum suorum usum fuerit, vel ex eo lucrum senserit.** ibid. n. 11.  
**Metus estimatio aliquando ex facto colligenda, aliquando iudicis disquisitioni committenda est.** l. 1. c. 17. n. 6.  
**Metu coactus spondere nuptias, restitui potest.** l. 1. c. 17. n. 9.  
**Metus quomodo per novum consensum, & per sequentem coitum, jure Pontificio, & Batarvo nostro purgetur?** l. 1. c. 17. n. 10.  
**Metum illatum qua queritur, postquam coram Magistratu sponsalia confirmaveris filia, vix restitui potest.** l. 1. c. 17. n. 18.  
**Metu contractum matrimonium quare jure Canonico ipso jure nullum sit, & restitutione non indigeat?** l. 1. c. 17. n. 21.  
**Ratio datur quare jure Civilis nusquam fiat mentio alicujus, qui ob metum illatum à sponsalibus restitutus fuit.** ibid. n. 20.  
**Ministri Verbi Divini, moribus nostris, & secunda, & ulteriores nuptia conceduntur.** libr. 2.

*Libr. 2. cap. 19. num. 9. & l. 2. c. 22. n. 11.*  
*Locus Pauli 1. ad Timoth. c. 3. v. 2. explicatur.*  
*l. 2. c. 22. n. 12.*  
**Minores qui dicantur.** *l. 1. c. 14. n. 1.*  
**Minor ea dicitur puella, cum de Carolinus pœnis questio est, qua annum ætatis 20 nondum complevit.** *l. 1. c. 14. n. 8.*  
**Minorum sponsalia curatorum assensu destituta, infirma sunt.** *l. 1. c. 14. n. 3.*  
**Minori in constituendis sponsalibus, auctoritas curatorum, moribus nostris necessaria est.** *ibid. n. 2.*  
**Minorum sponsalibus quando & quomodo curatoris auctoritas interponi debeat.** *l. 1. c. 14. n. 6.*  
**In Minorum curatore non auctore contractus nuptialis, quando pœna Carolina locum habeant.** *l. 1. c. 14. n. 7.*  
**Minorum nuptiis consentire debent Curatores, cognati præcipue, & nobiliores ex familia, tum paternæ tum maternæ, non omnes.** *l. 1. c. 14. n. 10.*  
**Minor qui clam curatore sponsalia constituit, non eget restitutione in integrum.** *l. 1. c. 15. n. 2.*  
**Minor qui sine curatore constitutus sponsalia contraxit, restitui potest.** *ibid. n. 3.*  
**Minor restitui potest etiam si curatore auctore sponsalia contraxerit, si se lasum dicat.** *ibid. n. 4.*  
**Minor ut restituatur, metus futura læsionis sufficit.** *ibid. n. 5.*  
**Minor non semper à sponsalibus suis restitui potest.** *ibid. n. 9.*  
**Minori curatorum auctoritatem in spondendis nuptiis, nec Civile nec Canonicum ius necessarium statuit.** *l. 1. c. 14. n. 13.*  
**Minorum nuptias ad curatoris officium non pertinere, cur jure civili statutum fuerit?** *ibid. n. 14.*  
**Minori olim ex lege Latoria non dabatur curator, nisi probata judici causa; causa autem probationem remisit Anton. Philosophus.** *ibid. n. 15.*  
**Minoribus curatorum auctoritas necessaria fuit in constituenda dote, & donatione propter nuptias.** *l. 1. c. 14. n. 10.*  
**Modestini scriptum in l. 14. D. de sponsal. examinatur.** *l. 1. c. 3. n. 7. & n. 9.*  
**Morbus & Vitium inter se distinguuntur, licet sapius promiscue usurpantur.** *l. 2. c. n. 20*

**Morbi alii in toto accidunt corpore, alii in parte, alii temporales, alii perpetui sunt.** *libr. 2. cap. 4. num. 21.*  
**Morbi Contagiosi justam repudii præbent causam.** *l. 1. c. 25. n. 32.*  
**Morbus Gallicus justam repudii causam est, etiam si sponsum convulvisse dicatur.** *ibid. n. 33.*  
**Morbi incurabiles, non temporarii, justam repudii causam præbent.** *l. 1. c. 25. n. 34.*  
**Cui os & anima facient repudium mitti potest.** *ibid. n. 35.*  
**Claudus, mutus, surdus, cæcus, cui nasus truncatus, vel labia abscissa sunt, &c. repudiari potest.** *ibid. n. 36.*  
**Ob faciem variolis deturpatam, sponsum repudiari nequit, sponsa aliquando.** *ibid. n. 37.*  
**Morbo perpetuo qui laborant in totum; qui temporali & contagioso, usque dum curantur, matrimonio arcendi sunt.** *l. 2. c. 4. n. 22.*  
**Morbi temporales qui generationi non obstant, neque corporis vitia cetera impediunt matrimonium.** *l. 2. c. 4. n. 24.*  
**Mores propter malos, quando sponsum repudiari possit?** *l. 1. c. 25. n. 29.*  
**Mulieres quando poterint, apud Iudeos, divortii libellum exigere?** *l. 2. c. 30. n. 2.*  
**Quomodo intelligenda sint Christi verba, si mulier dimiserit virum.** *ibid. n. 3.*  
**Mulieres pubescere, & puberes non esse sub perpetua tutela, postquam placuit, curatore non auctore nuptias spondere poterunt, jure Pandectarum.** *l. 1. c. 14. n. 18.*  
**Nec aliud statutum fuit jure Codicis.** *& L. 1.*  
**Mulieri se virginem non fuisse ductam, affirmanti, vel fama viciniæ, non creditur, ut distrabatur matrimonium.** *l. 1. c. 18. n. 27.*  
**Mysterium Græcis, Latinis proprie dicitur sacramentum.** *l. 1. c. 9. n. 4.*  
**Muti, surdi, & cæci testimonium non semper rejicitur.** *l. 1. c. 23. n. 10.*

N.

**Natura status est status Pacis, non Belli.** *l. 1. c. 5. n. 6.*  
**Examinatur & refellitur Hobbi sententia de jure parentum in liberos.** *ibid. n. 5.*  

A a a a a 3

Na-

# INDEX RERUM

*Natura inter duos constrinxit matrimonium.*  
libr. 2. cap. 5. num. 3.  
*Natura ius vel corporis est, vel Mentis: idque vel mentis intelligentis, vel ratiocinantis.*  
l. 2. c. 5. n. 4.  
*Ius Gentium est, quod communis hominum indigentia introduxit.* ibid. n. 5.  
*Natura intelligentis & ratiocinantis ius, proprius dicitur, ius natura corporis improprie.* l. 2. c. 5. n. 6.  
*Natura ius qua ratione brutis adscribat?*  
l. 2. c. 5. n. 7.  
*Natura ius qua ratione brutis commune dixerint Romani Iuriconsulti? & quid Ulpiano sit ius natura, quid gentium?* ibid. n. 8.  
*Natura lumine perspicitur societas, qua parentum & liberorum conjunctionibus inest.* l. 2. c. 10. n. 3.  
*Natura corporea ius non offendunt cum liberis conjunctiones.* ibid. n. 4.  
*Natura intelligentis & ratiocinantis iuri adversantur cum liberis matrimonia.* ibid. n. 5.  
*Explicatur Glossa, qua docet, Adamo, si revivisceret, nullam hodie mulieremungi posse.* ibid. n. 6.  
*Natura ratiocinantis iure prohibentur fratrum & sororum nuptia.* l. 2. c. 10. n. 7.  
*Natura iuri non adversabantur in primordio mundi fratrum cum sororibus nuptia.* ibid. n. 8.  
*Non Natura iuri, sed Gentium vel moribus adversa dicuntur fratrum & sororum conjunctiones, iure Romano.* ibid. n. 11.  
*Necessariorum, vel Magistratus auctoritas, furente patre, vel peregre absente, & mortua matre, nuptiis liberis hodie necessaria est.* l. 1. c. 11. n. 18.  
*Nefarium quare à farre dictum sit?* l. 2. c. 17. n. 5.  
*Nefarii concubitus, & incestuosi, an differant?*  
l. 2. c. 17. n. 6.  
*Ex Nefario complexu nati liberi an à parentibus alendi sint?* l. 2. c. 17. n. 10.  
*Neogami dexteram jungere debent, dum verba fœderis conjugalis recitantur.* l. 2. c. 27. n. 15.  
*Neogamos coram tribunali iungit scabinus, in Ecclesia Dei minister.* ibid. n. 16.  
*Nominum nimia confusio dissuadet quidem, at non impedit nuptias.* l. 2. c. 15. n. 12.  
*Noverca, vitrici, privigni, socrus, generi,*

*nurus, &c. denominationes ex nuptiis originantur.* libr. 2. cap. 15. num. 1.  
*Noverca & Vitrici consensus apud Batavos, necessarius non est privigno vel privigna, in contrahendo matrimonio.* l. 1. c. 11. n. 23.  
*Inter Novercam & privignum, socrum & nurum, nuptia prohibentur, iure Natura, Divino, Pontificio, & Batavo nostro.* l. 2. c. 15. n. 2.  
*Quod inter Novercam & privignum sola Ecclesia constitutione interdictas dicat nuptias ius Pontificium, capitur.* ibid. n. 3.  
*Noverca liberis prioris matrimonii sapius iniusta est.* l. 2. c. 19. n. 6.  
*Refertur, quomodo liberis prioris matrimonii prospexerit ius Civile.* ibid. n. 11.  
*Nudus consensus contrahendum sufficit ad sponsalia constituenda.* l. 1. c. 10. n. 1.  
*Per Nuntium ut quis nuptias contrahat, aliquando, sed non nisi ex urgenti necessitate permittitur.* l. 2. c. 27. n. 11.  
*Qui matrimonio iungendi sunt, presentes se sistere debent, nec intervencio defungi possunt.* ibid. n. 9.  
*Nuntius speciale mandatum habere debet, ut alterius nomine nuptias contrahat.* l. 2. c. 27. n. 12.  
*Improbatur sententia Bonifacii in cap. final. de Procurat. in 6.* ibid. n. 13.  
*Nuptiarum definitio traditur, & explicatur.* l. 2. c. 28. n. 1.  
*Nuptiarum Definitio Nodestini, & descriptio Vxoris Gardiani intelligenda sunt de uxore, confarreatione, vel coemptione viro tradita.* l. 1. c. 8. n. 3.  
*Nuptiarum definitionem Nodestini qua ratione inserueris libris Pandectarum Tribemianum?* ibid. n. 5.  
*An Nodestinus recte dixerit nuptias, consortium omnis vite?* l. 2. c. 28. n. 6.  
*Nuptia quare conventio publica dicantur.* l. 2. c. 28. n. 4.  
*In Nuptiis communis vite consuetudo requiritur, & qualis.* l. 2. c. 28. n. 5.  
*Nuptia Batavorum tribus gradibus perficiuntur.* l. 2. c. 2. n. 15.  
*Nuptia clandestina. vide clandestina.*  
*Nuptia Clero interdiciuntur.* l. 2. toto capite 22.  
*Nuptia à coactione externa, non interna, libera esse debent.* l. 1. c. 24. n. 21.  
Nu-

*Nuptias ut contrahas, à patre non potest cogi-  
lius vel filia familias, iure civili novo. lib. 1.  
cap. 11. num. 1.*

*Nuptias inuicem liberis obtrudere, nec Ponti-  
ficium, nec Batarum ius patri permittit.  
ibid. n. 4.*

*Per Nuptias collatas, quid intelligas Vpian-  
um in L. 9. D. de Sponsali? l. 2. c. 3. n. 23.*

*Nuptia & concubinatus in quibus conue-  
niunt? l. 1. c. 27. n. 22.*

*In quibus differant. ibid. n. 23.*

*Quando Nuptia, non concubinatus, in libera  
mulieris consuetudine esse intelligantur?  
ibid. n. 21.*

*Nuptiis contractis cum alio, quandoque ad in-  
teresse, & semper ad repetitionem eorum  
qua sponsa dedit, agere sponsum pos-  
sest. l. 1. c. 24. n. 27.*

*Nuptiis consensus parentum praecedere debet:  
& quare? l. 1. c. 7. n. 15.*

*In Nuptiis non habet locum ratihabitio, iure  
Romano. l. 1. c. 7. n. 22.*

*Nuptia sine consensu parentum contracta, mul-  
ta sunt iure Romano. l. 1. c. 7. n. 16.*

*Refutatur eorum error, qui non irritas, sed mi-  
nus legitimas volunt sine parentum consen-  
su contractas nuptias. ibid. n. 17.*

*¶ Ut Nuptia liberorum iniusta reddantur iusta,  
solum patri accedens consensus requiritur.  
ibid. n. 23.*

*Quid & tacitus sufficit. ibid. n. 24.*  
*¶ Ut Nuptia consistant, quartus decimus annus  
confectus, non affectus modo esse debet. l. 2.  
c. 3. n. 21.*

*Nuptia denunciata certo tempore celebranda  
sunt. l. 2. c. 26. n. 1.*

*Intra quod tempus, & sub qua potius celebra-  
das nuptias volueris Ordines Generales,  
Delphenses, Leidenses, & Amsteladamen-  
ses, referantur. ibid. n. 2.*

*Nuptia emancipatorum non fuerunt in pa-  
rentum arbitrio, iure Romano. l. 1. c. 7.  
n. 27.*

*Nuptiis liberorum secundum patrem Romanus  
consentire debuit. l. 1. c. 16. n. 15.*

*Nuptia emancipationis modum suum apud  
Ebraeos. l. 1. c. 6. n. 6.*

*Nuptia nec emancipationis, nec scienda iura  
modum fuerunt, apud Romanos. l. 1. c. 16.  
n. 14.*

*Nuptias non esse emancipationis modum an*

*recte statuerit ius Civile, lib. 1. cap. 9. n. 16.*  
*Nuptia aut aras viginti quinque annorum est  
modus solvenda patria potestatis apud Ba-  
taros. l. 1. c. 11. n. 2.*

*Nuptiarum incessarum definitio & Etymolo-  
gia. l. 2. c. 17. n. 4.*

*Nuptia in iure Pontificio appellantur sponsa-  
lia. l. 1. c. 1. n. 6.*

*Nuptias perficere condemnatus, quomodo co-  
gatur. l. 1. c. 24. n. 23.*

*Nuptia per procuratorem contrahi nequeunt  
l. 2. c. 17. n. 10.*

*In Nuptiis prohibendis ob sanguinis necessita-  
tem, varia Gentium opiniones referuntur.  
l. 2. c. 10. n. 2.*

*Nuptiarum contra leges futurarum delatio  
publica seu popularis est. l. 2. c. 2. n. 13.*

*Nuptiarum prohibitio inter ascendentes &  
descendentes, iuris natura est. l. 2. c. 16. n. 5.*

*Nuptia inter collaterales cognatos in Levitico  
expresse, iure natura prohibentur. ibid. n. 6.*

*In Nuptiarum prohibitione nec Divinum,  
nec Civile, nec Batarum ius gradus com-  
putat. l. 2. c. 9. n. 6.*

*In Nuptiis prohibendis ius Canonicum dun-  
taxat graduum distantiam respicit. l. 2. c. 7.  
n. 9.*

*Nuptias intra quartum gradum prohibet tum  
Civile, tum Canonicum ius, attamen eum  
discrimine. l. 2. c. 9. n. 4.*

*Nuptiarum prohibitionem, quæ ex sponsalibus  
oritur, quare Pontificii appellaturus, pu-  
blica honestatis iustitia impedimentum?  
l. 2. c. 14. n. 1.*

*Nuptia prohibentur inter Vitricum & pri-  
vignam, socrum & nurum, iure natura,  
Divino, Pontificio, & Bataro. l. 2. c. 15.  
n. 2.*

*Ascendentes & descendentes iure natura.  
l. 2. c. 16. n. 5.*

*Collaterales cognatos in Levitico expressos,  
iure natura. l. 2. c. 16. n. 6.*

*Neveram & privignam, iure natura.  
ibid. n. 7.*

*Tutorum & pupillorum l. 2. c. 20. iura civili.  
n. 9. & canonico n. 11. nec iure Bataro.  
n. 25.*

*Rationem Provincia & provincialis, iure  
Civili, non Bataro. l. 2. c. 20. n. 13.*

*Nobilem vel Senatorum & plebeiam, iure  
Civili, non Bataro. l. 2. c. 10. n. 14.*

*Iudeos*

*Iudaos & Christianos, jure Canonico.* lib. 2. cap. 21. num. 5.  
*non inter Christianos & Ethnicos, à Christianis Imperatoribus.* ibid. n. 6. *hodie inter Iudaos & totum abnegantes Christum.* ibid. n. 7.  
*Ad Nuptias secundas aspirans mortem prioris conjugii probare debet.* l. 2. c. 5. n. 29.  
*Nuptias alteras non debet seclari deserta mulier, nisi prius per divortium soluta priore matrimonio.* ibid. n. 30.  
*Nupta mulier dubitanti se aliam matrem familias in vivis habere, exigere debitum conjugale à marito potest, at non ab ea maritus.* ibid. n. 31.  
*Quia nuptis infamia alterius marito, nec adulterii, nec stupri rea est.* ibid. n. 32.  
*Nuptis se alterius marito, quam cito mulier compertit, dissolvere conjunctionem debet, nisi polygama haberi velit.* ibid. n. 33.  
*Ius Canonicum redncem maritum recipere uxorem ab alio ductam cogit: ius Civile & Batavum re versi arbitrio committunt, vel uxorem ab alio ductam recipere, vel divertere.* ibid. n. 34.  
*Nuptiis Praefectorum officium, in quibus consistat?* l. 2. c. 2. n. 4.  
*Nuptiis Praefecti constituti sunt, ut temperent parentum nimiam morositatem: utque coercant liberorum nimiam negligentiam in contrahendis nuptiis.* l. 2. c. 24. n. 1.  
*Nisi coram nuptiis praefectis consentiant parentes, liberi non admittuntur ad nuptias contrahendas.* l. 2. c. 24. n. 2.  
*Ex Nuptiis praefectorum auctoritate contrahenda liberorum nuptia iusta sunt, si parentes citati non comparuerint.* l. 2. c. 24. n. 41.  
*Coram Nuptiis praefectis citatus pater: qui non comparuerit, intercedere nihilominus publicis nuptiarum denunciationibus potest.* ibid. n. 42.  
*Iusta sunt liberorum nuptia, quibus cognitis futuris non citatus à nuptiis praefectis non contradixit pater.* ibid. n. 43.  
*Nuptiis Praefecti ad Magistratum, seu Iudicem remittere desponsos debent, quorum conjunctioni gravis aliquod impedimentum obstat.* l. 2. c. 2. n. 5.

O.

**O**bjurgandum est Pater qui filiam in viam collocare conatur: & laudanda puella,

*qua non vult nubere ei, quem odit.* lib. 1. cap. 12. num. 8.  
*Odii praeceps hodie non facile discussumatur sponsalia.* l. 1. c. 25. n. 20.  
*Odio sponsam sine ratione persequens sponsus, repudiari potest.* ibid. n. 25.  
*Qui Odio sponsam immerentem persequitur, in viam repudiare non potest.* ibid. n. 27.  
*Odium sponsi ex quibus calligatur?* ibid. n. 26.  
*Ordo Sacer. & perpetua castitatis votum obfuit nuptiis.* l. 2. c. 22. n. 1.  
*Osculum puella datum, data fidei praesumptionem non inducit.* l. 1. c. 20. n. 14. & l. 1. c. 23. n. 16.  
*Qua Osculum sibi figi ab amante patitur, hodie non habetur suspensa pudicitiae.* l. 2. c. 24. n. 33.  
*Moriente ante nuptias sponso qui osculum dedit, dimidia pars rerum donatarum cedit sponsae, jure Romano.* ibid. n. 24.

P.

**I**n Parentum potestate, jure natura, sunt liberi. l. 1. c. 5. n. 1.  
*In parentum potestate quousque jure natura sint liberi.* ibid. n. 10.  
*Parentum in liberos ius antiquissimum est, & per generationem acquiritur.* l. 1. c. 5. n. 2.  
*Refutatur Felden sententia, non proprie ius dici quod per generationem acquiritur.* ibid. n. 3.  
*Refutatur Hobbi sententia de parentum in liberos jure.* ibid. n. 5.  
*Parentibus nullum ius in liberos per generationem esse, qua ratione forte dici possit.* ibid. n. 4.  
*Pater in ius contractum matrimonium à filio maturatae non est irritum, jure natura.* l. 1. c. 5. n. 11.  
*Qui pater in viro uxorem duxit, in familia ejus jure natura, manere non potest, nisi reconciliato filio consentias pater.* ibid. n. 12.  
*Pater poquit clandestinum liberorum matrimonium dirimere, jure Divino.* l. 1. c. 6. n. 1.  
*Locus Exodus 22. v. 16. explicatur.* ibid. n. 2.  
*Locus Deuteronom. 22. v. 28. 29. explicatur.* ibid. n. 3.  
*Locus Numer. 30. v. 3. 4. explicatur.* ibid. n. 6.  
*Pater Ebram, uti filiarum ita & filiorum claud-*

# ET VERBORUM.

clandestina matrimonia irrita reddere potuit. libr. 1. cap. 6. num. 7.  
*An eadem potestas matri Ebrae iure divino fuerit, dubitatur.* ibid. n. 8.  
*Pater Ebraeus non potuit viduorum, viduarumque clandestinas nuptias dirimere.* ibid. n. 9.  
*Patris arbitrio commisit Lex Divina vitia tradere uxorem stupratori, vel dotem accipere.* l. 1. c. 26. n. 11.  
*In puella stuprata, parentibus orba, arbitrio non fuit dotem eligere, iure divino.* ibid. n. 12.  
*Patres Romani potuerunt olim liberis in cunis vagientibus sponsalia pacisci.* l. 1. c. 3. n. 3.  
*In Parentum arbitrio fuit iure veteri Romanorum, & contrahere & dirimere liberorum matrimonia.* l. 1. c. 7. n. 1.  
*Patri Romano licuit, iure veteri, etiam reluctantium liberorum matrimonium dirimere, ejus quoque voluntati contractum.* ibid. n. 3.  
*Patri Romano licuisse invitam filiam reducere asseritur, contra Alberic. Gentilem.* ibid. n. 4.  
*Patri Romano licuit tam filiorum quam filiarum familias matrimonia dirimere.* ibid. n. 5.  
*Patres Romani raro rigido potestatis iure, in conciliandis liberorum nuptiis, usi fuerunt.* ibid. n. 2.  
*Parentes non possunt liberos ad contrahendas nuptias cogere; iure novo.* l. 1. c. 7. n. 11. & l. 1. c. 12. n. 1.  
*À Patre dissentendi licentiam non habere filiam, ut Ulpianus in L. 12. §. 1. D. de sponsal. loquitur, quomodo intelligi debeat.* l. 1. c. 12. n. 3.  
*In Parentum arbitrio non fuit Emancipatorum nuptia.* l. 1. c. 7. n. 27.  
*Parentis utriusque communi consilio communiter liberos elocari, honestum fuit apud Romanos.* l. 1. c. 8. n. 10.  
*Patre mortuo, matris arbitrium requirebatur in filiorum, praesertim filiarum nuptiis; at ea nulla non erant eo neglecto contracta.* l. 1. c. 8. n. 11. & 12.  
*Patres possunt ex rescripto Hormisdae, sive Honorii Papa, nondum adules filios, cui volunt, matrimonio tradere.* l. 1. c. 3. n. 20.  
*Patri potestas Batavorum perquam exigua est.* l. 1. c. 11. n. 1.

*Patria Batavorum potestas consistit fere in solo reverentia pietatis officio.* ibid. n. 3.  
*À Parentibus contracta sponsalia sine consensu & assensu liberorum, hodie liberos non obligant.* l. 1. c. 3. n. 4.  
*Parentes non obligantur vispotaliorum, quae infantium nomina contraxerunt etiam si poena adjecta fuerit.* ibid. n. 2.  
*Patriam potestatem & curam hodie solvit matrimonium.* l. 1. c. 16. n. 4.  
*Patri invisas nuptias liberis obtrudere, nec Pontificum, nec Batavorum ius permittit.* l. 1. c. 12. n. 4.  
*Pater si violenta auctoritate cogere filiam ad invisas nuptias persistat, poterit illa auxilium iudicis implorare.* ibid. n. 7.  
*Laudanda est puella, quae non vult nubere ei quem refugit animus & objurgandus pater est, qui conatur cogere.* ibid. n. 8.  
*Parentum consensus necessitas non adimit liberis liberam matrimonii electionem.* l. 1. c. 9. n. 7.  
*Parentibus invitis liberi nuptias contrahere nequeunt.* l. 1. c. 7. n. 12.  
*Parentum iussus liberorum nuptias praecedere debet, & quare.* ibid. n. 15.  
*Parentum consensus, assensus proprius dici debet, & quare?* l. 1. c. 17. n. 4.  
*Parentum consensus necessarium esse in nuptiis liberorum, & civilem & naturalem rationem suadere, dixit Iustinianus, & ratio datur cur civilem praemiseris.* l. 1. c. 7. n. 13.  
*Sine Parentum consensu contracta nuptia iure Romano nulla sunt.* l. 1. c. 7. n. 16.  
*Refutatur eorum error, qui non irritas, sed minus legitimas tantum sine patris consensu contractas nuptias esse, contendunt.* ibid. n. 17.  
*Patri consensus in electione nuptiarum sufficit liberis.* l. 1. c. 7. n. 24.  
*De Parentum consensus necessitate, quatuor Interpretum Canonistarum diversa sententia referuntur.* l. 1. c. 9. n. 1.  
*Parentum consensum ut honestum, non ut necessarium requirens, ius Canonicum, rejicitur.* ibid. n. 2.  
*Refutatur Pontificiorum distinctio, inter honestatem & necessitatem, cum de parentum consensu in nuptiis liberorum est questio.* ibid. n. 8.

Bbbbb Sine

*Sine Parentum consensu contracta matrimonia irrita esse, asserentes à Patribus Tridentinis auctoritate feriuntur. lib. 1. cap. 9. num. 10.*

*Parentum consensus in nuptiis liberorum hodie sine ulla dignitate, conditionis, ætatis, sexusve distinctione, necessarius est. l. 1. c. 11. n. 5.*

*Sine Parentum consensu contractum matrimonium, irritum & nullum hodie est. ibid. n. 4.*

*Sine parentum consensu contractum matrimonium adeo hodie nullum est, ut actuali revocatione non sit opus, ut irritum reddatur. ibid. n. 6.*

*Parentis utriusque consensus hodie requiritur in nuptiis liberorum. l. 1. c. 11. n. 3.*

*Patris voluntas potior est quam matris, cum contendunt imperia. ibid. n. 9.*

*Pater consilium uxoris suæ in elocandis liberis non debet spernere, neque negligere. ibid. n. 10.*

*An, & quando iudicis auctoritatem contra dissentientem maritum in collocanda nuptiis filia, implorare possit uxorem. ibid. n. 11.*

*Patre defuncto matris consensus in nuptiis liberorum requiritur apud Batavos. l. 1. c. 11. n. 12.*

*Patre furente, vel peregre absente, matris, & ea mortua, necessarium, vel magistratus auctoritas nuptiarum necessaria est. ibid. n. 18.*

*Patre capti ab hostibus consensus explorandus est, si adiri possit. ibid. n. 19.*

*Patris voluntas voluntati avi præfertur in nuptiis nepotum. ibid. n. 20.*

*Parentum altero supersite, non requiritur tutorum curatorumve consensus, apud Batavos. l. 1. c. 11. n. 13.*

*Parentum altero supersite curatorum quoque consensum Zelandia polistica constitutio requirit. ibid. n. 14.*

*Parentis cuiuscunque, etiam vilissima conditionis, consensus explorandus est. l. 1. c. 11. n. 17.*

*Patris naturalis, & matris concubina, vel etiam meretricis consensus in liberorum nuptiis hodie requiritur. ibid. n. 15.*

*Parentum, qui relegato pietatis officio infantes exposuerunt, non requiritur auctoritas in nuptiis liberorum. l. 1. c. 11. n. 16.*

*Pater secundis liberorum nuptiis consentire,*

*iure Romano debuit. libr. 1. cap. 16. num. 15.*

*Parentum consensu hodie non indigent in contrahendis nuptiis vidui viduæque l. 1. c. 16. n. 6. & huius juris ratio traditur. ibid. n. 9.*

*Opinio eorum refellitur, qui consensum parentum in viduorum viduarumve nuptiis necessarium volunt. ibid. n. 10.*

*Parentum consilium ut exposcant vidui viduæque, cum nuptias cogitant, honestum est. ibid. n. 7.*

*Clam Parentibus nuptias contrahere sub pena prohibet Caroli Quinti constitutio, contractus non dirimit. l. 1. c. 10. n. 1.*

*Ratio, cur tantum poenam indicerit, & non irritas declaraverit. ibid. n. 2.*

*Clam Parentibus contrahentes, & qui eos ope & consilio iuvant, arbitraria puniuntur poena. l. 1. c. 13. n. 2. & ratio. ibid. n. 3.*

*Parentibus auscultantes liberi, qui clandestinis sponsalibus renunciant, non sunt culpandi. l. 1. c. 13. n. 11.*

*Parentibus auscultans tum filium quam filiamfamilias renunciare sponsalibus potest. ibid. n. 13.*

*Parentibus auscultans filius puella à se vitata nuntium mittere potest. ibid. n. 14.*

*Parentes qui injuria liberos matrimonio prohibens, officio Præsidis cogi possunt, & collocare, & dotem constituere. l. 1. c. 7. n. 25. & l. 1. c. 12. n. 10.*

*Nec Parentes liberos cogere, nec sine consensu parentum contrahere nuptias liberi debent. l. 1. c. 12. n. 17.*

*Parentibus quamvis non omnibus, sed hisce nuptiis, adversariis liberis annis majoribus ad nuptiarum Præsidentem refugium patet. ibid. n. 12.*

*Ut Parentum nimiam morosam temperent, utque coercerent liberorum nimiam negligentiam in contrahendis nuptiis, constituti sunt Nuptiis-præfetti. l. 2. c. 24. n. 1.*

*Nisi Parentes consentiant coram nuptiis-Prefectis, liberi non admittuntur ad nuptias contrahendas. l. 2. c. 24. n. 2.*

*Parentum consensum non exhibito, liberi atale minores inanditi arcentur matrimonio. l. 2. c. 24. n. 3.*

*Parentum consensum nisi exhibeat puella atale mi-*

ta minor, etiam si uterum gerat, admissi ad nuptias nequit. *ibid.* n. 4.  
 Contra Patrem Pontificium audiri filiam minor annis non potest, quia Orthodoxo nubere conatur. *ibid.* n. 5.  
 Si Pater annueris filia, & postea tergiveretur, an filia contra eum audiri possit? *ibid.* n. 6.  
 Contra Parentum morositatem audiuntur liberi adulti. *l. 2. c. 24. n. 8.*  
 In Parentum, quam liberorum rationibus admittendis, facilius esse iudex debet. *ibid.* n. 9.  
 An contra parentes audiantur adulti, qui in minori aetate sponsalia constituerunt. *ibid.* n. 10.  
 Parentum intercessio ob quas rationes iusta dicatur, difficile est tradere. *l. 2. c. 24. n. 11. Vide Intercessio parentum.*  
 Parentum & Liberorum conjunctionibus inest fœdus, quia lumine natura percipit potest. *l. 2. c. 10. n. 3.*  
 Parentum cum liberis conjunctiones iuxta naturam corpoream non offendunt. *ibid.* n. 4.  
 Parentum cum liberis conjunctiones adversantur naturae intelligentis & ratiocinantis iuri. *ibid.* n. 5.  
 Cum iis, qui Parentum nobis loco sunt, in infinitum nuptiae prohibentur. *l. 2. c. 11. n. 3.*  
 Marcus Pater vocatur à Diocletiano in L. 5. C. de Repud. eo iure, quo Imperatoris praedecessores suos Majores vocare solent. *l. 1. c. 7. n. 7.*  
 Partum ventrem tantum sequi; non est juris natura. *l. 1. c. 5. n. 8.*  
 Patruales, amissimi, consobrini, qui proprie dicantur? *l. 2. c. 12. n. 1.*  
 Patruales, & ceteri cognati iure Hebraeorum & Romanorum sapienter fratres appellantur. *l. 2. c. 10. n. 10.*  
 Patruelium, amittorum, vel consobrinarum nuptiae iure naturae veticae non sunt. *l. 2. c. 12. n. 2.*  
 Patris cum ex fratre cognata conjunctio minus fœda est, quam amita cum fratris filio. *l. 2. c. 11. n. 4.*  
 Patris cum fratris filia nuptiae magis offendunt naturalem reverentiam, quam fratrum & sororum. *l. 2. c. 11. n. 2.*  
 Patris cum fratris filia, & matertera cum sororis filia nuptiae prohibet ius Divinum. *l. 2. c. 11. n. 5.*

Patris cum fratris filia nuptiae aliquando licite fuerunt in Romana Republica. *libr. 2. cap. 11. num. 6.*  
 Patris cum fratris filia nuptiis primum Constantinus & Constantius, deinde Zeno, abrogato Claudii edicto, in aeternum interdixerunt. *ibid.* n. 7.  
 Ratio datur, cur jurisconsulti Romani in libris Digestorum nusquam nuptiarum cum fratris filia contraharum meminerint. *ibid.* n. 8.  
 Patris cum fratris filia, & omnium eorum qui inter se parentum & liberorum locum obtinent in transversa linea, nuptiae hodie interdictae sunt. *l. 2. c. 11. n. 11.*  
 An Paupertas, an vita humilitas iusta sit patri intercedendi ratio. *l. 2. c. 24. n. 16.*  
 Pellex quae, quae concubina, quae adultera iure Romano? *l. 2. c. 32. n. 35.*  
 Perpetuitatem exigit matrimonii natura. *l. 2. c. 28. n. 7.*  
 Perpetuus thorus genitalis in violatum, & matrimonium casuum esse debet. *ibid.* n. 8.  
 Perpetuus debet esse amor conjugum, nequaquam flaccescere. *ibid.* n. 9.  
 Quid denotes Divina phrasis, & qui duo fuerant, erunt una caro. *ibid.* n. 11.  
 Persuasoria oratione, & amicorum intercessionibus flecti & induci, non minis vel verbis cogi filia debet, ut nubat ei cui pater vult. *l. 1. c. 12. n. 6.*  
 Plagium à raptu distinguitur. *l. 2. c. 23. n. 8.*  
 Placitis sententia, omnium mulierum communionem probantis, reprobatur. *l. 2. c. 5. n. 9.*  
 Polygamia foeminarum reprobatur. *l. 2. c. 5. n. 14.*  
 Polygamia virorum natura adversa est. *ibid.* n. 15.  
 Polygamia prohibetur iure Divino. *l. 2. c. 5. n. 16.*  
 Polygamiam in Patriarchis toleravit Deus, non probavit. *ibid.* n. 17.  
 Polygamia apud Hebraeos extra legis poenam fuit. *l. 2. c. 5. n. 24.*  
 Polygamiam damnat Christus, monogamiam probat. *l. 2. c. 5. n. 18.*  
 Polygamos nuncios esse dicit Christus, & aeterna morti reos. *ibid.* n. 25.  
 Polygamia Romanis legibus semper prohibita fuit. *l. 2. c. 5. n. 19.*



# INDEX RERUM

*Polygamia poena mors est, iure civili. ib. n. 23.*  
*Polygamum, polygamamque, adulteros vocat ius Canonicum. l. 2. c. 5. n. 26.*  
*Polygamiam ius Batarum prohibet. l. 2. c. 5. n. 20.*  
*Poena in Polygamos constituta referuntur. ibid. n. 21.*  
*Polygami virgis casu in exilium mittuntur, iure Batavo. ibid. n. 27.*  
*Polygamia poena non placuit, qui non consilio, sed casu polygami sunt. ibid. n. 28.*  
*Prælatio sponsalium. vide Sponsalium prælatio.*  
*Præsumptionis definitio. l. 1. c. 23. n. 13.*  
*Præsumptio duplex est, vel hominis, vel iuris. ibid. n. 14.*  
*Præsumptionem hominis inducunt Colloquium, familiaris conversatio, risus, iocusque, contracta esse sponsalia. ibid. n. 15.*  
*Præsumptionem fidei data non inducit osculum puella datum. ibid. n. 16.*  
*Præsumptionem matrimonii non semper inducit datus & acceptus annulus. ibid. n. 17.*  
*Non præsumuntur sponsalia contracta ex stupro admisso. ibid. n. 18.*  
*Privata conjugum secessio moribus nostris prohibita est. l. 2. c. 29. n. 4.*  
*Privata auctoritate revocare possunt intermissum ruita consorsium reconciliati conjuges. l. 2. c. 29. n. 20.*  
*Inter Privignos nuptia contrahi possunt. l. 2. c. 15. n. 11.*  
*Privigni, vel generi sui viduam an quis in matrimonio habere possit? ibid. n. 4.*  
*Probatio matrimonii optima, confessio partium est. l. 1. c. 23. n. 6.*  
*Probatio per testes legitima est. l. 1. c. 23. n. 9.*  
*Procus agere non potest contra patrem filia, quæ clanculum nuptias promisit, ut ille consentiat matrimonio, vel rationes dissensus exhibeat. l. 1. c. 13. n. 9.*  
*Per Procuratorem, episcopum, nuntium, proxeneta, &c. quomodo sponsalia contrahuntur? & quomodo hi inters se differant? l. 1. c. 20. n. 9.*  
*Per Procuratorem sponsalia, non nuptiae, iuxta Romanam contrahi possunt. ibid. n. 11.*  
*Per Procuratorem nuptia contrahi nequeunt. ibid. n. 10.*  
*Prodigus non arceatur à spondendis nuptiis. l. 1. c. 4. n. 18.*

*Promissiones nuptiarum cur dicantur sponsalia; & quid sit proprie spondere? l. 1. c. 1. n. 3.*  
*Promittere quoque censetur, qui sponsalia postulat, repromittere qui acceptat. l. 1. c. 20. n. 6.*  
*Pronunciatio sermonis in sexu masculino, ad utrumque sexum plerumque porrigitur. l. 1. c. 12. n. 2.*  
*Proserorem, id est, defunctæ uxoris meæ sororem ducere uxorem non possum. l. 2. c. 15. n. 6.*  
*Provincia Rector provinciam, durante munere, ducere prohibetur, iure civili, non Batavo. l. 2. c. 20. n. 13.*  
*Puberes à pube dicuntur: puerpera mulier recens à partu: notatur Isidorus. l. 2. c. 3. n. 19.*  
*Puberis nomen quamvis utriusque sexui commune sit, propriè tamen puberes masculi dicuntur, femina viripotentes. & huius denominationis ratio. l. 2. c. 3. n. 20.*  
*Cur Pubescant femina citius quam mares. l. 2. c. 3. n. 16.*  
*Puberem dici Iustinianus voluit, qui decimum quartum atatis annum complevit. l. 2. c. 3. n. 11.*  
*Qua ratione dicat Iustinianus se primum masculorum atatem annorum numero determinasse? ibid. n. 12.*  
*An unquam in Imperio Romano sexus necessarius partium ad generationem inspectio usitata fuerit? ibid. n. 13.*  
*Qua ratione dicat Iustinianus, se rescasse illorum observationem in examinanda marium pubertate? ibid. n. 14.*  
*Quare Iustinianus anno decimoquarto puberes masculos, duodecimo viripotentes feminas haberi voluerit? ibid. n. 15.*  
*Pubertatem non annorum numero definiendam, sed ex aspectu corporis colligendam voluerunt Pontifices Romani. l. 2. c. 3. n. 18.*  
*Pubertatem Batavi annorum numero, uti Romani definiunt; non, uti Pontifici, ex aspectu corporis eam colligunt. l. 2. c. 3. n. 27.*  
*Puberum atate minorum, qui sui iuris sunt, infirma sunt sponsalia; atate maiorem firma. l. 2. c. 3. n. 14.*  
*Pubescere mulieres postquam placuit, & puberes non esse sub perpetua tutela, curatore non auctore nuptias spondere poterunt, iure Pandectarum. l. 1. c. 14. n. 18.*  
*Publica alia, alia privata sponsalia, iure Batavo*

*rave recte dicuntur, & eorum inter se discrimen.* *libr. 1. cap. 2. num. 11.*  
*Publica Sponsalia non sunt duntaxat iteratio privatorum, sed nova conventio.* *ibid. n. 12.*  
*Publica Sponsalia contrahi debent coram iis, qui publica auctoritate nuptiis praefecti sunt.* *ibid. n. 2.*  
*Publica denunciationes, vide Denunciationes pub.*  
*Pudicitia Lex, Deuteron. 22. v. 13. & seqq. à Moſe relata explicatur.* *l. 1. c. 18. n. 26.*  
*Puella non poteſt, curatore auctore, renunciare ſponſalibus, quibus ſpondente patre conſenſit.* *l. 1. c. 15. n. 10.*  
*Puella à ſe viſitata nuntium miſſere poteſt filius auſcultans patri.* *l. 1. c. 13. n. 14.*  
*Puella deſponſata inuiſa nuntium miſſere nequit viduus auſcultans patri.* *l. 1. c. 15. n. 11.*  
*Pueri poſt ſeptimum aetatis annum recte contrahunt ſponſalia, modo intelligant, quod agatur.* *l. 1. c. 3. n. 11.*  
*Idem jure Pontificio conſtitutum eſt.* *ibid. n. 12.*  
*Pueri & puberes recte ſponſalia contrahunt, pueri parentibus vel tutoribus: puberes patre auctore, vel proprio arbitrio.* *ibid. n. 13.*  
*Pupilla & tutoris nuptia. vide Tutoris & pupillæ.* *l. 2. c. 20.*  
*Reſeruantur perſona, quarum nuptia cum pupilla prohibentur.* *ibid. n. 6.*

Q.

*Quadrupedes vaga utuntur libidine non bipedes. & ejus rei ratio datur.* *l. 2. c. 5. n. 10.*  
*De Quadrupli reſtitutione, & pœnali ſtipulatione, quod in L. 5. C. de Sponſal. dicitur, quomodo intelligi debeat?* *l. 1. c. 24. n. 18.*  
*Qualitates circa quas error verſatur, interna, externa, vel mixta ſunt.* *l. 1. c. 18. n. 13.*  
*Circa Qualitates internas, id eſt, animi dotes vel vitia, error non reſcindit ſponſalia infirma.* *ibid. n. 14.*  
*Circa Qualitates externas, corporis ſeu fortunæ error, non obſtat firmitati ſponſalium.* *ibid. n. 16.*  
*Qualitas mixta ſuprum voluntarium, non violentum, eſt.* *ibid. n. 18.*

*Quantum ad pudorem, non quantum ad vim ſponſalium, intereſt, an ea ſponſus, an ſponſa offerat prior.* *libr. 1. cap. 20. num. 2.*

R.

*Raptus definitio traditur & explicatur.* *l. 2. c. 23. n. 2.*  
*Rapere videtur, qui vi ſuprat.* *l. 1. c. 26. n. 30.*  
*Raptus aliud eſt, aliud violentum ſuprum; in rapto mulieris traduſio de loco in locum requiritur.* *l. 2. c. 23. n. 7.*  
*Raptus ſemper libidinis cauſa commiſſitur, non item plagium.* *l. 2. c. 23. n. 8.*  
*Raptor eſt, qui abduxit, etiam ſi non viſitaverit puellam.* *l. 2. c. 23. n. 9.*  
*Raptum committunt mas marem, ſœminam rem ſeu ſœminam abducentes.* *l. 2. c. 23. n. 3.*  
*Raptus eſt, cum abducitur quacunq; mulier, modo caſta ſit.* *l. 2. c. 23. n. 4.*  
*Raptus commiſſitur etiam ſi conſentiat raptioni rapta.* *l. 2. c. 23. n. 6.*  
*Raptus pœna mors eſt, jure Divino.* *l. 2. c. 23. n. 1.*  
*Rapiens meretricem Juſtiniana raptum pœna non punitur.* *l. 2. c. 23. n. 5.*  
*Raptores, eorumq; comites occidendi juſ parentibus, conſanguineis, & tutoribus rapta conſeſſum eſt.* *l. 2. c. 23. n. 11.*  
*An in L. unic. C. de Rapt. conſanguineorum nomine omnes cognati comprehendantur.* *ibid. n. 12.*  
*Laxior Juſtiniana conſtitutionis de rapto, quam Iulia legis de adulterio poteſtas eſt.* *ibid. n. 13.*  
*Raptus pœnas Juſtinianas aliquantulum mutavit Imperator Leo.* *ibid. n. 18.*  
*Raptus pœna cum diſpendio bonorum ultimum ſupplicium eſt.* *ibid. n. 14.*  
*Conſcii, miniſtri, auxiliares, qui ve opem operamve raptori dederunt, morte plectuntur.* *ibid. n. 15.*  
*Raptori non remittitur pœna, etiam ſi injuriam remittat rapta. Deportatione plectuntur parentes, qui raptioni patientiam prabuerunt, vel accuſationem differunt.* *l. 2. c. 23. n. 16.*  
*Rapta non datur ſacultas raptorem ſibi maritum expoſcendi.* *ibid. n. 17.*  
*Ratio datur, cur Juſtiniana nulli ſœnis ſubje-*

cerit mulierem, qua consensit raptioni. *ibid.* n. 19.

Raptus, jure Canonico, duplex est, alius virginis, alius virginitatis; & Isidori raptus definitio explicatur. l. 2. c. 23. n. 20.

Raptus quando, & cum qua committatur, jure Canonico, refertur. l. 2. c. 23. n. 21.

Raptus sponsa quando committatur, jure Canonico. *ibid.* n. 22.

Raptus virginum, jure Canonico, infames sunt, publica poenitentia plectuntur, & excommunicantur. *ibid.* n. 23.

Raptoris & rapta matrimonium non prohibet, multo minus irritum reddit jus Canonicum. l. 2. c. 23. n. 24.

Rapta raptori ingratis parentum nubere potest, jure Canonico. *ibid.* n. 25.

Raptorem morte feriendum esse non decernit jus Canonicum. l. 2. c. 23. n. 26.

Circa Raptus panis jus Civile praefertur Pontificio. *ibid.* n. 27.

An Raptori, qui duxit raptam, remitti mortis poena debeat. l. 2. c. 23. n. 28.

De Raptu constitutio Iustinianea per omnia moribus nostris non obtinet. l. 2. c. 23. n. 29.

Rapta Parentibus, vel consanguineis, vel tutoribus jus occidendi raptorem, eorumque comites hodie non est. *ibid.* n. 30.

Raptori consentiens pater, vel in raptione patientiam praebens, arbitraria hodie puniatur poena. *ibid.* n. 32.

Nulla poena hodie plectuntur parentes, qui pactione, vel dissimulatione injuriam remittunt. *ibid.* n. 33.

Qui Rapit puellam sibi desponsatam, an, & quando, & qua poena hodie plectatur? l. 2. c. 23. n. 31.

Qui Rapiunt per vim virgines, quique raptoribus opem ferunt, eosque in ipsa raptione comitantur, ultimo supplicio hodie afficiuntur. l. 2. c. 23. n. 34.

Qua poena hodie puniatur, qui malis artibus circumvenit puellam, & seductam volentem rapuit? *ibid.* n. 35.

Raptus poena hodie locum non habet, cum non odiosis artibus seducta puella, sua sponte cum juvene in alium locum secessit. *ibid.* n. 36.

Quando & quomodo plectatur, qui volentem virginem abducit & stuprat. *ibid.* n. 37.

Raptor non unius, sed variorum criminum reus fit. l. 2. c. 23. n. 30.

Raptus, Haza Comitum nostro tempore commissi, historiola exhibetur. l. 2. c. 23. n. 38.

Ratihabitio non habet locum in nuptiis jure Romano. l. 1. c. 7. n. 22.

Reconciliati conjuges, privata auctoritate renovare possunt intermissum vita consortium. l. 2. c. 29. n. 20.

Divortio facto, si reconciliati fuerint conjuges, non nisi repetitis nuptiarum sollemnitatibus, justum eorum matrimonium reuiuiscit. l. 2. c. 18. n. 11.

Religio prohibet nuptias. l. 2. c. 5. n. 1.

Religio vera quae unaque unica est, caetera erronea sunt. l. 2. c. 21. n. 1.

Religio vera est, quam probavit Synodus Dordracena. l. 1. c. 25. n. 22.

Inter Religionis disparis conjugis iura natura consistere matrimonium potest. l. 2. c. 21. n. 2.

Quid ab Ebraeis observatum fuerit circa disparis cultus matrimonia. *ibid.* n. 3.

Romani nondum ad Christum conversi non prohibuerunt propter Religionem conjugia. *ibid.* n. 4.

Iure Canonico cum Iudaeis interdictum matrimonium. *ibid.* n. 5.

Christiani Imperatores Christianorum cum Iudaeis, non cum Ethnicis, conjugia prohibuerunt. *ibid.* n. 6.

Hodie cum Iudaeis, & iis, qui totum abnegant Christum, connubii jus non est. *ibid.* n. 7.

Inter Religionis disparis homines, modo Christiani sint, hodie connubii jus est. *ibid.* n. 8.

Matrimonium, quod inter diversa Religionis homines contrahitur, carpitur. *ib.* n. 9.

Religionis diversitas an sit Patri iusta intercessionis ratio. l. 2. c. 24. n. 17.

Renunciare, & renunciatio quid in iure nostro significent? l. 1. c. 24. n. 15.

In Republica Romana iuris veteris vestigia quadam semper manserunt; etiam tum, cum non magis ex sponsalibus stipulatione contrahitur, quam ex nudo pacto daretur actio. *ibid.* n. 16.

Repromittere quid proprie sit? l. 1. c. 1. n. 16.

Repudii definitio traditur. l. 1. c. 25. n. 1. & explicatur. *ibid.* n. 5.

Repudium à pudendo vel pudore quare derivatum dicatur. *ibid.* n. 4.

Repudium generis nomen est, divortium & repudium in specie complectens. *ibid.* n. 2.

Repu-

*Repudium recte pro divortio, divortium non recte pro repudio usurpatur.* ibid. n. 3.  
*Repudiari sponsa apud Ebraeos non potuit, nisi misso repudii libello.* l. 2. c. 30. n. 4.  
*Repudiatam uxorem, & inter moras alii nuptam non poterat reducere maritus Ebraeus.* ibid. n. 9.  
*De Repudii lege responsum Christi explicatur.* l. 2. c. 18. n. 3.  
*Repudia quo ritu apud Ebraeos & Romanos olim mittebantur, remissive.* l. 1. c. 25. n. 6.  
*Repudium missum, apud Romanos, nulli dedecori fuit.* l. 1. c. 24. n. 14.  
*Repudia Romano iure, ex mutato sponsi sponse affectu, libera erant.* l. 1. c. 25. n. 7.  
*Repudium mittens sine causa, iure novo, datas arrhas amittit, vel acceptas duplicatas restituit.* l. 1. c. 24. n. 17.  
*Quomodo id intelligi debeat, quod de quadrupli restitutione, & penali stipulatione dicitur in L. 5. C. de sponsal.* ibid. n. 18.  
*Repudium hodie nullum sine iusta causa admittitur.* l. 1. c. 25. n. 8.  
*Repudii qua sit iusta hodie causa, determinari difficile est.* ibid. n. 9.  
*In Repudiis illud, quod in Edicto Pratoris est, locum habet, si qua mihi iusta causa videbitur.* ibid. n. 10.  
*Repudiari potest, qui à recto devians, tramite in aliquam prolabitur haresin.* l. 1. c. 25. n. 24.  
*Repudiari propter malos mores quando possit sponsus?* l. 1. c. 25. n. 29.  
*Repudiari potest, qui ob delictum infamis sit.* ibid. n. 38.  
*Repudium mitti sponso non posse ob simplex furtum, quo iure Carprovinus dicat.* ibid. n. 39.  
*Repudiari potest sponsus, etiamsi à principe crimen remittatur, & infamia aboleatur.* ibid. n. 40.  
*Repudiari sponsus potest, qui sponsam sine ratione odit.* l. 1. c. 25. n. 25.  
*Ex quibus odium sponsi colligatur.* ibid. n. 26.  
*Repudiare invitam non potest, qui immerentem sponsam odio prosequitur.* ibid. n. 27.  
*Non facile hodie odii prae-textu disceduntur sponsalia.* ibid. n. 28.  
*Repudiari nequit vidua pro virgine sponsa.* l. 1. c. 18. n. 36.  
*Repudiari vitiatam pro virgine ducta ante concubium à marito potest.* l. 1. c. 18. n. 29.

*Repudiare vitiatam, quam virginem credebat, potest sponsus, etiamsi eam cognoverit.* ibid. n. 30.  
*Repudiare uxorem nequit, qui sciens vitiatam duxit, vel contracto matrimonio, vitii gnarus, cognovit.* ibid. n. 28.  
*Repudii iusta causa est, violata ab alio, sub nomine sponsi delusa sponsa.* l. 1. c. 25. n. 19.  
*Repudiare vi subactam sponsam potest sponsus.* ibid. n. 20.  
*Repudii iustam causam sponso praebeat voluntarium sponsa stuprum.* ibid. n. 13.  
*Repudiari ducta nequit, qua actu & fraude stuprata fuit; at quidem illa, qua sub fide matrimonii ad stuprum fuit collecta.* l. 1. c. 26. n. 17.  
*Vt Repudietur sponsa, iusta causa non est stuprum ex consensu sponsi admissum.* l. 1. c. 25. n. 16.  
*Qui rem habet cum sponsa, quam sciebat ab alio stuprum passam, repudium mittere non potest.* ibid. n. 17.  
*Si ambo scortati fuerint, nec sponsus sponsa, nec sponsa sponso nuntium mittere potest.* ibid. n. 18.  
*An Repudiare sponsam possit, qui sciens stuprum misistat, & se pro sponso gerit? sub distinctione respondetur.* l. 1. c. 18. n. 32.  
*Repudiare sponsum potest sponsa, ob commissum cum alia stuprum.* l. 1. c. 25. n. 14.  
*Non cogitur sponsa nuntium mittere sponso qui stuprum commisit.* ibid. n. 15.  
*Repudii iustam causam priori sponsa praebeat, qui alteri se desponsat virgini.* ibid. n. 50.  
*Repudio iustam causam praebeat morbi contagiosi.* l. 1. c. 25. n. 32.  
*Repudii iusta causa est morbus Gallicus, etiamsi sponsus convalescere dicatur.* ibid. n. 33.  
*Repudio iustam causam praebeat morbi incurabiles, non temporarii.* l. 1. c. 25. n. 34.  
*Repudii iusta causa quando sit furor obveniens sponso sponsae?* ibid. n. 12.  
*Repudium mitti potest cui os & anima fuerint.* ibid. n. 35.  
*Repudiari potest claudus, mutus surdus, caecus, cui nasus truncatus, vel labia abscissa sunt, &c.* ibid. n. 36.  
*Repudiari nequit sponsus ob faciem variolis deturpata, sponsa aliquando.* ibid. n. 37.  
*Repudiantur iure, qui post sponsalia ad coitum inepti facti sunt.* l. 1. c. 25. n. 30.  

Re-

# INDEX RERUM

Repudiatur jure, si dubium sit, an quis veneri  
liari & generare possit. ibid. n. 31.  
Repudiari jure potest qui foro cessit. l. 1. c. 25.  
n. 41.  
Repudiari potest, qui foro cessit, impetrato ces-  
sionis beneficio. ibid. n. 42.  
Repudium ei mitti nequit, cui non totus opes  
fortuna evertit. ibid. n. 43.  
Repudiari potest, qui promissos in subsidium  
matrimonii nummos conferre nequit. l. 1.  
c. 25. n. 44.  
Repudiari confectum potest, & pro malitioso  
desertore habendus est, qui clam & ignoran-  
te sponsa abiit. l. 1. c. 25. n. 49.  
Restitutiois beneficium indulgetur utrique  
sexui, usque ad annum aetatis vigesimum  
quintum. l. 1. c. 15. n. 6.  
Cum Restitui desiderat minor, inceptus ulti-  
mus vigesimi quinti anni dies pro completo  
non habetur. ibid. n. 7.  
Restituit hodie in integrum solus Princeps, cu-  
jus vices apud nos in hac re suscipit suprema  
Hollandia Curia. l. 1. c. 17. n. 23.  
Restitutio in integrum non eget minor, qui  
clam curatore sponsalia constituit. l. 1. c. 15.  
n. 2.  
Restitui potest minor, qui sine curatore consti-  
tutus sponsalia contraxit. ibid. n. 3.  
Restitui potest minor, etiam si curatore auctore  
contraxerit sponsalia, si se laesum dicat.  
ibid. n. 4.  
Restitui à sponsalibus suis non semper potest  
minor. ibid. n. 9.  
Restitui minores vidui viduaeque favore ata-  
tu non possunt, si se laesos sponsalibus queran-  
tur, nisi ob talem laesionem ob quam & ma-  
jori circumscripto subveniretur. l. 1. c. 16.  
n. 12. & 13.  
Restitutione non indiget, & ipso jure nullum  
est matrimonium metu contractum, jure  
Canonico: & quare. l. 1. c. 17. n. 21.  
Ratio datur, quare in jure Civili nusquam  
fiat mentio alicujus, qui ob illatum metum  
à sponsalibus restitutus fuerit. ibid. n. 20.  
Restitui hodie debet si ve agat, si ve excipiat,  
qui queritur se metu ad spondendum co-  
actum fuisse. ibid. n. 22.  
Restitui potest metu coactus spondere nuptias à  
patre puella cum qua cubat. ibid. n. 9.  
Restitui an possit, qua nuptias pacta fuit, ut ob-  
orto naufragio, vel irruentibus hostibus,

imminenti mori eriperetur? ibid. n. 12.  
& 13.  
Restituuntur liberi, si minis, verberibus, aliis-  
ve durioribus modis spondere nuptias à pa-  
rentibus coacti fuerint. ibid. n. 17.  
Restitui vix potest filia, qua metum illatum  
queritur, postquam coram magistratu spon-  
salia confirmaverit. ibid. n. 18.  
Restitui hodie non potest quasi metu coactus  
duxisset uxorem, qui matrimonium con-  
traxit. ibid. n. 24.  
Responsum Honorii tertii in cap. 28. x. de Spon-  
sal. notatur. ibid. n. 25.  
Restituendus est, qui per errorem sponsalia con-  
traxit. l. 1. c. 18. n. 4.  
Restitui potest sponsus errans circa pudicitiam  
sponsa. ibid. n. 23.  
Restituendus est, cui erranti de virginitate pro  
virgine sponsa est. ibid. n. 19.  
Restitui potest, qui sibi per errorem violentum  
stuprum passam desponsavit. ibid. n. 36.  
Restitui nequit à sponsalibus sponsus, tanquam  
errore lapsus ob sinistram vulgi opinionem  
de pudicitia sponsa, quam antea nescivit.  
ibid. n. 33.  
Restituendus ex aequitate est lapsus seu errans,  
cum Fulvia privati filia pro Consulis filia  
desponderetur, nisi rem cum virgine habue-  
rit. l. 1. c. 18. n. 11.  
Retractari possunt sponsalia privata, & jura-  
ta, & coita firmata, utriusque contrahen-  
tis mutuo dissensu. l. 1. c. 25. n. 55.  
Retractari non possunt sponsalia Publica, nisi  
magistratus assentiente. ibid. n. 56.  
Retractari possunt publica & jurata sponsalia,  
si dolus intervenierit. l. 1. c. 19. n. 4.  
Retractare sponsalia sub praetextu erroris ne-  
quit, qui sciens viciatam sibi desponsat, vel  
post sponsonem cum ea rem habet. l. 1. c. 18.  
n. 31.  
An Retractare sponsalia possit sponsa errans cir-  
ca pudicitiam sponsi. l. 1. c. 18. n. 37.  
Reverentia metus definitio, & explicatio. l. 1.  
c. 17. n. 14.  
Reverentia erga patrem sola non incusis me-  
tum, qui in constantem virum cadit. l. 1.  
c. 17. n. 15.  
Reverentia nimia metu se consensisse sponsa-  
libus si querantur liberi, facilius puellis  
quam masculis credi debet. ibid. n. 16.  
Ritus solennis contrahendis sponsalia Ethni-  
corum

eorum veterum laudatur. *libr. 1. cap. 1. num. 9.*  
 Ex Ritu nuptias contrahendi Batavo qua in Republicam commoda profuerunt, recensentur. *l. 2. c. 2. n. 7.*  
 Romani patres potuerunt olim liberis in cunis vagientibus sponsalia pacisci. *l. 1. c. 3. n. 3.*  
 Romani patres potuerunt, jure veteri, & contrahere, & dirimere matrimonia. *l. 1. c. 7. n. 1.*  
 Romano patri licuisse invitam filiam reducere, quod Albericus Gentilis negat, ostenditur. *ibid. n. 4.*  
 Reducendi invitae filias jus mutatum fuit, jure novo. *ibid. n. 6.*  
 Romana matres in potestate civili liberos non habuerunt. *l. 1. c. 8. n. 8.*  
 Romana matres habuerunt potestatem naturalem in liberos. *ibid. n. 9.*

S.

Sacer ordo, & perpetua castitatis votum, obsumunt nuptiis. *l. 2. c. 22. n. 1.*  
 An Sacerdotio coelibatum semper adjunxit Ecclesia Latina? *l. 2. c. 22. n. 2.*  
 Sacerdotibus Pontificio, non Divino insituro interdicta matrimonia sunt. *ibid. n. 3.*  
 Quo tempore clero coelibatus obtrusus fuerit? *ibid. n. 4.*  
 Qui Sacerdotibus matrimonia concedunt, à Concilio Tridentino anathemate damnantur. *ibid. n. 5.*  
 Rationes examinantur, ob quas Sedes Romana interdixit sacerdotibus matrimonio. *ibid. n. 6.*  
 Ratio vera datur, cur interdicitur Sacerdotibus matrimonium. *ibid. n. 7.*  
 Referuntur poena nuptiarum à promissis ad dignitates Ecclesiasticas contraharum. *ibid. n. 8.*  
 Refertur, quid Iustinianus circa nuptias Ecclesiasticorum constituerit. *ibid. n. 9.*  
 Traditur, quid de Ecclesiasticorum nuptiis senserint Ebraeorum Magistri. *ibid. n. 10.*  
 Jure Batavo, & prima, & secunda, & ulteriora nuptia verbi Divini Ministris conceduntur. *ibid. n. 11.*  
 Vt Sacra Benedictio adhibeatur nuptiis celebrandis, primum veteris Ecclesiae, & majorum nostrorum institutum est. *l. 2. c. 27. n. 14.*

Sacramentum novi foederis non est matrimonium. *libr. 1. cap. 9. num. 3.*  
 Sacramentum Latinis non recte dicitur, quod Graecis Μυστήριον, sed propria arcanum. *l. 1. c. 9. n. 4.*  
 Sanguinis necessitas prohibet quorundam nuptias. *l. 2. c. 5. n. 1.*  
 Sanguinis jus datur inter homines. *l. 2. c. 6. n. 2.*  
 Sara quomodo dicta soror Abrahami? *l. 2. c. 10. n. 9.*  
 Scurtatio quid proprie sit? quid scortaris? *l. 1. c. 27. n. 4.*  
 Scortationem damnas Pontifices Romani, at tamen publica lupanaria Roma admittunt, & protegunt. *l. 1. c. 27. n. 15.*  
 Scortatores, meretrices, & lenones variis subjiciuntur poenis; lenocinium exercere in Republica nostra non permittitur. *l. 1. c. 27. n. 16.*  
 Secunda nuptia multis difficultatibus promuntur. *l. 2. c. 19. n. 6.*  
 Secundae nuptiae non improbas, neque plectit Jure Civile. *l. 2. c. 19. n. 1.*  
 Secunda nuptia jure Canonico non damnantur. *l. 2. c. 19. n. 7.*  
 Secundarum nuptiarum poena jure Canonico sublata non sunt. *ibid. n. 12.*  
 Secundae nuptias contrahentes non benedicuntur jure Canonico, utique hodie. *ibid. n. 8.*  
 Jure Pontificio confestim ab excessu conjugis, absque metu poena, & viduus & vidua novas nuptias seclari potest. *ibid. n. 23.*  
 Secundarum nuptiarum Civiles, ut dicuntur, poena, moribus nostris locum habere nequeunt, nisi cum indigno familiā nubit vidua. *l. 2. c. 19. n. 18.*  
 Ad secundae nuptiae aspirans vidua, mortem prioris conjugis probare debet jure Batavo. *l. 2. c. 5. n. 29.*  
 Secundo nubens vidua quo sensu dicatur, Deum offendere, defuncti animam contristare, & amittere charitatem erga liberos suos? *l. 2. c. 19. n. 3.*  
 An l. 2. & l. ult. C. de indict. viduit. toll. recte immutaveris Iustinianus? *ibid. n. 4.*  
 Senatorum vel nobilium cum plebeis matrimonia hodie interdicta non sunt, uti jure Civile. *l. 2. c. 20. n. 14.*  
 Senibus non negantur matrimonia, quamvis

Ccccc

asas

*atque nuptia provellet nuptiis inopia sit. lib. 3. cap. 3. n. 29.*  
*Senis sexagenarii cum muliere quinquaginta annis minore nuptias inhibens Legislatoris de maritandis ordinibus caput laudatur. ibid. n. 30.*  
*Senum decrepitorum cum juvenculis matrimonium reprehenduntur. l. 2. c. 3. n. 32.*  
*Vi & vetula cum adolescente. ibid. n. 31.*  
*Separatio thori & mensa licita apud Romanos ex arbitrio conjugum fuit. l. 2. c. 29. n. 1.*  
*Qui Separationem lectuli & mensae Romanis incognitam fuisse statuunt, errant. ibid. n. 2.*  
*Canonica divortia nihil aliud quam thori & mensae separationes sunt; & quid circa ea jure Canonum statutum sit, breviter refertur. ibid. n. 3.*  
*Secessio conjugum privata moribus nostris prohibita est. ibid. n. 4.*  
*Quando sine iudicis auctoritate à marito secedere uxori liceat. ibid. n. 6.*  
*In separatione thori & mensae concedenda, iudex non debet esse facit. ibid. n. 7.*  
*Separationis conjugum iusta causa adulterium est, & adulterii violentia suspicio. l. 2. c. 29. n. 5.*  
*Separationis thori & mensae causa non est infidelitas. ibid. n. 9.*  
*Propter causas à Iustiniano in Novell. 117. cap. 9. relatas, hodie seunctio conjugum admittitur. ibid. n. 10.*  
*Iusta Separationis alia causa affirmatur. ibid. n. 11.*  
*Referuntur causa, propter quas iusta mariti ab uxore secessio est. ibid. n. 3.*  
*Si mulier, nolens marito, cum extraneis viris convivetur, vel theatralibus ludis intersit, an thori & mensae separatio concedi possit. ibid. n. 14.*  
*An Separatio thori & mensae ob quotidiana mulieris iurgia marito concedenda sit. ibid. n. 15.*  
*Separatio thori & mensae non conceditur ob quoslibet mulieris vel viri malos mores. ibid. n. 16.*  
*Separationis thori & mensae facta, donatio inter conjuges facta irrita est, neque aliorum morte confirmatur. l. 2. c. 29. n. 17.*  
*Separatio conjugum semper ad tempus, & sub spe reconciliationis instituitur. l. 2. c. 29. n. 18.*

*An cautio praestita, ne se viat vir, cogi possit mulier habitare cum suo marito. ibid. n. 19.*  
*Reconciliati conjuges, privata auctoritate renovare possunt intermissum vita consortium. ibid. n. 20.*  
*Separationis conjugum & divortii differentia traditur. l. 2. c. 29. n. 11.*  
*Sponsalium definitio Florentini explicatur. l. 1. c. 1. n. 11.*  
*In Sponsalium definitione Nicolai Papa amplectenda Placentiana editionis lectio est, & pro promissa, legendum promissio. ibid. n. 12.*  
*Sponsalium nova traditur definitio, & explicatur. ibid. n. 13.*  
*Sponsalis consensus definitio traditur, & explicatur. l. 1. c. 17. n. 3.*  
*Sponsalis consensus alius suspensio, alius asserens, alius possessorius est. ibid. n. 2.*  
*Sponsalia nullarum virum sunt, nisi consentiant omnes, quorum interest. l. 1. c. 1. n. 14.*  
*Sponsalium basis consensus futurorum conjugum est. l. 1. c. 17. n. 3.*  
*Ad Sponsalia constituenda nuda contrahentium consensus sufficit. l. 1. c. 20. n. 1.*  
*Vi Sponsalia existant, tam vir quam mulier spondere debet. l. 1. c. 1. n. 15.*  
*Vi Sponsalia constituantur, unus offerre, & alter oblatas acceptare nuptium debet. l. 1. c. 20. n. 3.*  
*Sponsionis conjugalis formula exhibetur. l. 2. c. 27. n. 17.*  
*In Spondendis nuptiis usitata juris Canonici, & interpretum, qua ei congruit, formula rejicitur. l. 1. c. 20. n. 18.*  
*Sponsalia nuptia non sunt. Vi sibi imponant qui pactis sponsalibus, quasi iam conjuges sint, congregiantur. l. 1. c. 1. n. 18.*  
*Sponsalia non sunt nisi qua nuptias respiciunt futuras. l. 1. c. 1. n. 17.*  
*Sponsalia conficiant ante nuptias, non est necesse, si simplicitas juris natura spectetur. l. 2. c. 1. n. 1.*  
*Sponsalia, jure Romano, quandoque necessaria, quandoque non necessaria ante nuptias fuerunt. ibid. n. 2.*  
*Sponsalium Sponsiones quid sint, & quomodo à Sponsalibus distinguantur. l. 1. c. 2. n. 1.*  
*Sponsalium Sponsionum nusquam meminit ius Civium.*

*Civile, & qua eius rei ratio.* ibid. n. 3.  
*Sponsalium sponsor obligatus non est sponsalia*  
*constituere, iure BATAVO.* ibid. n. 2.  
*Sponsalium unum simplexque genus est.* l. 1.  
 c. 2. n. 4.  
*Sponsalia bina eodem tempore habere non li-*  
*cet.* l. 1. c. 1. n. 15. & l. 1. c. 22. n. 1.  
*Sponsalia bina qui eodem tempore habet, an,*  
*& quando hodie infamia notetur?* l. 2. c. 25.  
 n. 2.  
*Sponsalia male distinguuntur in de presenti*  
*& futuro, ex solo verborum sono.* l. 1. c. 2.  
 n. 6.  
*Sponsalium distinctio canonica in ea qua di-*  
*cuntur de presenti & de futuro matrimo-*  
*cum examinatur & rejicitur.* ibid. n. 7.  
*Sponsalium de presenti & futuro formula ex-*  
*hibetur, & rejiciuntur.* ibid. n. 8.  
*Ratio datur, propter quam Bera putat hanc*  
*sponsalium distinctionem esse introductam.*  
 ibid. n. 9.  
*Ex sponsalibus de futuro, an, & quam affio-*  
*nem tribuat ius Canonicum?* l. 1. c. 24. n. 19.  
*Sponsalia de presenti ab impuberibus contra-*  
*cta, Pontifices ex interpretatione juris,*  
*pro sponsalibus de futuro habent, dant-*  
*que licentiam iis renuntiandi.* l. 1. c. 3.  
 n. 17.  
*De Servorum cognationibus quid statuerint*  
*Rabbi.* l. 2. c. 6. n. 8.  
*In Servorum conjunctionibus naturalem cog-*  
*nationem spectarunt Romani.* ibid. n. 7.  
*Servorum matrimonia probat ius Canonicum,*  
*& indissolubilia ea esse vult.* ibid. n. 9.  
*Servitus apud nos BATAVOS in usu non est.* ibid.  
 n. 10.  
*Inter Sexus ejusdem homines matrimonium*  
*esse nequit.* l. 2. c. 4. n. 19.  
*Ad Sexum utrumque plerumque porrigitur*  
*pronunciatio sermonis in sexu Masculino.*  
 l. 1. c. 12. n. 2.  
*Spadonum generalis appellatio est.* l. 2. c. 4. n. 4.  
*Spadones qui proprie sint.* ibid. n. 8.  
*Spadonum matrimonium, si intra triennium*  
*iis non faveat Venus, dirimitur.* ibid. n. 14.  
*Spadones matrimonio arcendi sunt, usque dum*  
*ope Medica sanitati restituti sunt.* ibid.  
 n. 13.  
*In Spiritualibus neninem ulli, nisi Deo subje-*  
*ctum esse, quomodo intelligi debeat.* l. 1. c. 9.  
 n. 6.

*Sperata, pacta, sponsa quandoque pro Synony-*  
*mis usurpantur.* lib. 1. cap. 24. num. 5.  
*Sperata, pacta, sponsa, qua moribus nostris*  
*dici possint?* l. 1. c. 1. n. 18.  
*Sperata, pacta, sponsa ex consuetudine recte lo-*  
*quentium inter se differunt, & quomodo?*  
 l. 1. c. 24. n. 6.  
*Ad Speratam sponsam jure consequendam,*  
*nulla unquam prodita fuit actio.* ibid. n. 8.  
*Sponsalia à Spondendo dicuntur.* l. 1. c. 1. n. 1.  
*Spondere unde deductum?* ibid. n. 2.  
*Spondere quid proprie sit, & cur nuptiarum*  
*promissiones sponsalia dicantur?* ibid. n. 3.  
*Ratio cur Sponsalia non à stipulando, vel*  
*minimum promiscue à stipulando & spon-*  
*dendo dicantur.* ibid. n. 4.  
*Sponsalium & sponsonis varia appellationes:*  
*& qui consponsi dicti; qui sponsores?* ibid.  
 n. 5.  
*Spondere & despondere promiscue usurpantur.*  
 ibid. n. 7.  
*Spondendi nuptias vetus mos exolevit, nomen*  
*remanet.* ibid. n. 8.  
*Sponsalia contrahendi ritus solennis veterum*  
*ethnicorum laudatur.* ibid. n. 9.  
*Sponsalia alia privata, alia publica sunt, &*  
*eorum inter se discrimen.* l. 1. c. 2. n. 11.  
*Sponsalia publica non sunt dumtaxat iteratio*  
*privatorum, sed nova conventio.* ibid. n. 12.  
*Sponsalia privata, alia legitima, alia clau-*  
*destina sunt.* ibid. n. 13.  
*Sponsalia clandestina vel nulla, vel infir-*  
*ma, vel valida sunt.* ibid. n. 14.  
*Sponsalium clandestinorum nusquam specia-*  
*tim meminit ius Civile.* l. 1. c. 2. n. 15.  
*De Sponsalibus clandestinis verbis dumtaxat,*  
*non verba legis sui Canonici.* ibid. n. 16.  
*Sponsalia clandestina mores nostri agnoscunt.*  
 ibid. n. 19.  
*Sponsalia clandestina mores nostri improbant,*  
*& precipue si contrahantur ab iis, qui sui*  
*juris non sunt, vel atate minores.* ibid.  
 n. 20.  
*Sponsalia clandestina vel pure, vel sub condi-*  
*tione contrahuntur.* ibid. n. 21.  
*De Sponsalium clandestinorum, qua à liberis*  
*in scitis parentibus contrahuntur, firmitate,*  
*agitur toto capite 13. l. 1. vide Clandestina.*  
*Sponsalia ab infantibus contrahi nequeunt.*  
 l. 1. c. 3. n. 6.  
*Sponsalia infantium, tum qua ipsi, tum qua*



# INDEX RERUM

eorum nomine parentes contrahunt, nulla sunt. *ibid.* n. 1.  
*Sponsalia infantium nulla sunt, etiamsi ante atatis tempus in iis rationis usus illuxerit.* *ibid.* n. 10.  
*Sponsalia infantium non obligant parentes, etiamsi sponsa adjecta fuerit.* *ibid.* n. 2.  
*Sponsalia pacisci potuerunt olim patres Romani liberis in cunis vagientibus.* *ibid.* n. 3.  
*Sponsalia a parentibus sine consensu & assensu liberorum contracta hodie liberos non obligant.* *ibid.* n. 4.  
*Sponsalia recte contrahunt pueri post septimum atatis annum, modo intelligant quid agantur.* *l. 1. c. 3. n. 11.*  
*Idem iure Pontificio constitutum est.* *ib.* n. 12.  
*Sponsalia recte contrahunt pueri & puberes: pueri parentibus vel tutoribus, puberes patre auctore, vel proprio arbitrio.* *ibid.* n. 13.  
*Sponsalia puberum atate minorum qui sui iuris sunt, infirma sunt; atate majorum, firma.* *ibid.* n. 14.  
*Sponsalia tum infantium, tum impuberum moribus Batavis improbantur.* *ibid.* n. 21.  
*De Sponsalibus infantium & puerorum an ius Civile recte statuerit?* *ibid.* n. 16.  
*In Sponsalibus contrahendis atas contrahentium ex ratione sexus non distinguitur.* *l. 1. c. 3. n. 8.*  
*Sponsas habendi tempus, quod Suetonius narrat Augustum coarctasse, quodnam fuerit?* *ibid.* n. 15.  
*Diffidium, quod esse videtur inter Augusti constitutionem, tempus nuptiarum intra biennium coarctantem, & Constantini, ob negligentiam sponsi, intra biennium non exequens nuptias, solventem sponsalia, tollitur.* *l. 1. c. 25. n. 51.*  
*Sponsalia impuberibus clam parentibus contrahere permissum ius canonicum carpitur.* *l. 1. c. 3. n. 18.*  
*Idem quod impuberum sponsalibus iure resolutis tribuerit nuptiarum impedimentum.* *ibid.* n. 19.  
*Examinatur Honorii Papa rescriptum: quo constituit, patrem posse nondum adultum filium, cui vult, matrimonio tradere.* *ibid.* n. 20.  
*In Sponsalibus constituendus curatorum auctoritas minori moribus nostris necessaria est.* *l. 1. c. 14. n. 2.*

*Vide porro de Curatorum auctoritate in contrahendis minorum sponsalibus, in voce Curatores & toto cap. 14. libr. 1.*  
*Sponsalia dementium, furiosorum, & furiosorum, dum rabie exagitantur contracta, nulla sunt.* *l. 1. c. 4. n. 2.*  
*Etiam si alter contrahentium ignoraverit furorem.* *ibid.* n. 3.  
*Nec interest, ex qua causa furor oriamur.* *ibid.* n. 4.  
*Quia consentur ad perpetuam continentiam divinitus vocati.* *ibid.* n. 6.  
*Sponsalia contrahere possunt furiosi cessante furore. & furiosus dum dilucidus gaudet intervallis.* *ibid.* n. 7.  
*Nisi rabies ita brevi recurrere soleat, ut in perpetua custodia observentur.* *ibid.* n. 8.  
*Sponsalia an recte contrahat furiosus in conspectu adumbrata quietis.* *ibid.* n. 9.  
*Sponsionis tempore furor correptum sponsorem fuisse, qui probare debeat?* *ibid.* n. 10.  
*Sponsalia recte contrahunt insani, & in aliqua duntaxat re delirantes.* *l. 1. c. 4. n. 17.*  
*Sponsalia ab ebrio, cui vinum confudit intellectum, contracta, nulla sunt.* *l. 1. c. 4. n. 14.*  
*Etiam si iurjurandum intervenierit.* *ibid.* n. 13.  
*Aliud est, si Ebrius stuprum intulerit virgini.* *ibid.* n. 14.  
*Ex sponsalibus obligantur, qui ad hilaritatem duntaxat biberunt.* *ibid.* n. 18.  
*A Spondendis nuptiis non arcetur prodigus.* *l. 1. c. 4. n. 18.*  
*Sponsalia, qua quis metu contraxit, iure Batavo ipso iure non sunt nulla, sed sponso à iudice succurritur.* *l. 1. c. 17. n. 22. & toto cap. 17.*  
*Sponsalia per errorem contrahenti subveniendum est.* *l. 1. c. 18. n. 4. Vide Error.*  
*Sponsalia nulla sunt, cum fidem dederit Titius Cornelia, quam putabas esse Semproniam.* *l. 1. c. 18. n. 9.*  
*Sponsalia propter errorem persona nulla sunt, etsi stuprum adjectum fuerit sponsioni, nisi resciverit puella sponsorem errare.* *l. 1. c. 18. n. 10.*  
*Sponsa errans circa pudicitiam sponsi, an retractare sponsalia possit?* *ibid.* n. 37.  
*A Sponsalium contractu dolus malus adesse debet.* *l. 1. c. 19. n. 2.*  
*Sponsalia publica, jurata, & irrita contracta*

si dolus interveniat, retractari possunt. *ibid.*  
*n. 4.*  
 Si quapro sponsa ducta in lecto geniali sum-  
 mittatur, & illa, & qui eam iuraverunt, se-  
 vere castigandi sunt. *ibid. n. 6.*  
 Sponsalia & diei adjunctionem, & conditiones  
 recipiunt. *l. 1. c. 21. n. 1. vide de Conditioni-*  
*bus, qua sponsalibus adjici solent, in voce*  
*Conditio. & toto cap. 21.*  
 Sponsalia nec pure, nec sub conditione contrahi  
 posse, *Hottmannus* statuens refutatur. *ibid.*  
*n. 2.*  
 Sponsalia quae pure, praeferruntur iis quae sub  
 conditione contrahuntur. *ibid. n. 3.*  
 Sponsalia sub conditione contracta cedunt  
 posterioribus pure constitutis, jure *Canonico*,  
 non *Batavo*. *l. 1. c. 22. n. 3.*  
 De Sponsalibus sub causa & modo contractis,  
 remissive. *l. 1. c. 21. n. 32.*  
 Sponsalia quandoque septuplici forma consti-  
 tute *Romani*. *l. 1. c. 20. n. 2.*  
 Sponsalia qui postulat, promittere; qui  
 acceptat, repromittere censetur. *l. 1. c. 20.*  
*n. 6.*  
 An Sponsus, an vero sponsa sponsalia prior of-  
 ferat, quantum ad pudorem, non quantum  
 ad vim sponsalium interest. *ibid. n. 8.*  
 Ut sponsus vel sponsa expressis verbis nuptias  
 spondeant, moribus nostris non anxie requi-  
 ritur. *l. 1. c. 1. n. 16.*  
 Sponsalium acceptatio & repromissio, confessim  
 cum offeruntur, fieri debet. *ibid. n. 4.*  
 Cum de sponsalium acceptatione agitur, quod-  
 nam dicatur longum tempus? *ibid. n. 5.*  
 Sponsalia quomodo per epistolam, nuntium, in-  
 ternuntium, proxenetam, interpretem &  
 procuratorem contrahantur; & quomodo  
 hi inter se differant. *l. 1. c. 20. n. 9.*  
 Sponsalia non nuptia, jure *Romano*, per procu-  
 ratorem contrahi possunt. *ibid. n. 11.*  
 Sponsalia inter praesentes & signis contrahi pos-  
 sunt; verbis, ab iis qui sari sciunt; signis, à  
 mutis & surdis. *l. 1. c. 20. n. 12.*  
 Signa non sunt captanda, ut praeter mentem  
 proferentium sponsalia inferant. *ibid. n. 14.*  
 Sponsalia solo verborum sono non contrahun-  
 tur, si serius desit contrahentium animus.  
*l. 1. c. 20. n. 19.*  
 Quem Sponsalia joco constituisse vel Ironice  
 locutum esse constat, ei non est imponendum  
 iusjurandum. *ibid. n. 20.*

Qui sponsioni coitum adjecit, vix creditur jo-  
 conuptias promississe. *ibid. n. 21.*  
 Si Sponsioni copula adjecta fuerit, praesumun-  
 tur novo coeuntium consensu contracta  
 nuptia. *l. 1. c. 23. n. 3.*  
 Si Sponsalia duobus constituta fuerint, & pri-  
 oris sponsus, cui priora constituta sunt. *l. 1.*  
*c. 22. n. 2.*  
 Sponsalia tempore priora praeservantur postero-  
 ribus jurejurando firmatis. *ibid. n. 4.*  
 Sponsa posterior de virginata, ex aequitate, prio-  
 ri non de virginata praefertur, non ex juris  
 ratione. *ibid. n. 5.*  
 Sponsa secunda ex posterioribus sponsalibus  
 agere adversus sponsorem potest, si moria-  
 tur prior desponsa, nisi sciveris prioribus  
 sponsalibus obligatum esse juvenem. *ibid.*  
*n. 6.*  
 Sponsalia posteriora filiisfam. annis minoris,  
 ex voluntate patris contracta praeservantur  
 prioribus clandestinis. *ibid. n. 7.*  
 A Sponsalibus posterioribus auctore patre ini-  
 tiis, rescilire nequit filiusfam., ut priora praes-  
 stet. *ibid. n. 8.*  
 Qua post sponsalia publica constituta cum  
 alterius sponsa rem habet, tanquam adul-  
 tera puniatur, nec contra priorem sponsam,  
 nubere gestientem, audiri potest. *ibid. n. 9.*  
 Sponsa quam duo rivales ducere contendunt,  
 interim custodia honesta matrona commit-  
 tenda est. *ibid. n. 16.*  
 Sponsalia actionem ad conficiendas nuptias pa-  
 riunt jure natura. *l. 1. c. 24. n. 1.*  
 Sponsalia ac nuptias, quantum ad vinculum fi-  
 dei, eandem virum voluit esse jus *Divi-*  
*nium*. *ibid. n. 2.*  
 Adversus sponsum vel sponsam ad interes-  
 se ex sponsu prodita fuit actio, jure veteri  
*Latinorum*. *l. 1. c. 24. n. 10.*  
 Ex sponsalibus, stipulatione etiam interpo-  
 sita peractis, nulla data fuit actio, jure *Ci-*  
*vili novo*. *ibid. n. 11.*  
 Sponsalibus, mutata voluntate, renunciare,  
 jure *Civili* omnibus integrum fuit. *l. 1.*  
*c. 15. n. 1.*  
 Sponsalia *Romanorum* sub hac conditione  
 semper pacta creduntur, nisi interim aliter  
 placuerit. *ibid. n. 12.*  
 Ratio hujus juris datur. *ibid. n. 13.*  
 Sponsus pretius, contractis à sponsa cum alio no-  
 ptiiis, quandoque ad int. resse, & si per ad respo-  
 nsio-

ritionem eorum, quæ sponsa dedit, agere potest. *ibid.* n. 27.

Sponsus non cogitur nuptias perficere ante decisam litem, quæ sponsa de impudicitia ab alio movetur. *l. 1. c. 18. n. 34.*

Ut Sponsalibus adiciatur pœnalis stipulatio, moribus nostris adversum non est. *l. 1. c. 24. n. 26.*

Sponsum sponsamve invitos ad contrahendum matrimonium cogit ius Bavarum. *ibid.* n. 20.

Sponsalia biennii vel triennii lapsu hodie non solvuntur. *l. 1. c. 25. n. 46.*

Quando, & quomodo ngerè sponsa debeat contra sponsum non exequentem nuptias. *l. 1. c. 25. n. 46.*

A Sponsalibus non liberatur, qui intra certum tempus exequi nuptias promisit, & non exequitur, nisi hoc specialiter pactum fuerit. *ibid.* n. 54.

Sponsalia evanescent, effluxo spacio ad limitandam obligationem stipulationi adjecto. *ibid.* n. 54.

Inter Sponsalia nuptiasque, an aliquod tempus necessario effluere debueris, quaritur *l. 2. c. 1. n. 4.*

Inter Sponsalia nuptiasque nullum temporis spatium effluendum iure Romano præfinitum fuit. *l. 2. c. 1. n. 3.*

Iure Pontificio matrimonium aliud ratum, aliud ratum & legitimum, aliud legitimum est, & quaritur, quid in singulis circa tempus inter sponsalia nuptiasque effluendum, observatum fuerit. *ibid.* n. 5.

Sponsalia privata, & iurata, & coitu firmata, utriusque contrahentis mutuo consensu solvi possunt. *l. 1. c. 25. n. 55.*

Sponsalia publica dirimi non possunt, nisi flagitantibus id consensu assentiatur Magistratus. *l. 1. c. 25. n. 56.*

Quare iurisperiti Germani statuunt, publica sponsalia mutuo consensu dissensu solvi non posse. *ibid.* n. 57.

Non facili debet esse iudex in assentiendo dissolutioni publicorum sponsalium. *ibid.* n. 58.

Sponsalia prætextu odii hodie non facile dissolviuntur. *ibid.* n. 28.

A Sponsalibus restitui. Vide Restitui

Quod Sponsalibus omissis nuptias contrahi, quodque clandestinas nuptias permisit,

neque certum tempus inter sponsalia & nuptiarum celebrationem necessario effluendum præfinitur, tum Civile tum Canonicum ius, capitur. *libr. 2. cap. 1. num. 5.*

Sponsalia qui iniuria prætextis, adversus eum civilem ex Lege Diffamari actionem habet pœlla. *l. 1. c. 28. n. 1.*

Sponsa, & desponsa uxor Iosephi, quaratione Maria in Evangelio dicatur? *l. 1. c. 24. n. 3.*

Si Sponsus ex consensu sponsa peregrinetur, expectandus ejus reditus est pro longitudine itineris & necessitatis ratione. *l. 1. c. 25. n. 48.*

Qui clam & ignorante sponsa abiit, pro malitioso desertore habendus est, præcipue si aufugerit post publicam contracta sponsalia: & confestim repudiari potest. *ibid.* n. 42.

Sponsa quomodo libera virgo reputetur. *l. 2. c. 25. n. 5.*

Sponsa quando pro uxore habeatur. *ibid.* n. 6.

Sponsa qua stuprum committit, qua pœna puniatur. *l. 2. c. 25. n. 3.*

Cum sponsa ante nuptias libido reprehendenda est. *ibid.* n. 5.

Ex Sponsa natus filius, defuncto ante nuptias sponso, illegitimus est. *ibid.* n. 8.

Qui Sponsam invitam stupras, vel vir rapit, ut violentus stuprator vel raptor puniatur. *l. 2. c. 25. n. 6.*

Sponsa nihil lucratur ex bonis sponsi, ante nuptias defuncti, etiamsi osculum exceperit, etiamsi coitum admiserit. *l. 2. c. 25. n. 7.*

Spurius, ex illustri sæmina stupro natus, existentibus liberis legitimis, neque ab intestato, neque ex testamento matri succedit. *l. 1. c. 26. n. 31.*

Status natura, status pacis est. *l. 1. c. 5. n. 6.*

Sterilitas manifesta obveniens in matrimonio, iusta divortii causa non est. *l. 2. c. 32. n. 20.*

Sterilis matrimonii prætextu divortium flagitare non possunt, quæ defecta ætatis viris, & qui expuncti veris sæminis se jungunt. *l. 2. c. 4. n. 18.*

Stupri definitio traditur, & explicatur. *l. 1. c. 25. n. 5.*

Stuprum antiquis turpitudine significavit, & male derivatur à prævo studio, vel turpitudine. *ibid.* n. 1.

Stuprum generis nomen est, & omnem illicitum coitum denotat. *ibid.* n. 2.

Stupri verbo promiscua usa fuit Lex Julia.

tum

*inpro adulterio, inpro stupro ibid. n. 3.*  
*Aliud stuprum violentum, aliud raptus est;*  
*in rapto, mulieris traditio de loco in locum*  
*requiritur. l. 1. c. 23. n. 7.*  
*Stuprum propriis cum virgine vel vidua, ad-*  
*ulterivum cum nuptia committitur. l. 1. c. 26.*  
*n. 4.*  
*Ex stupro filia nullum patri atque ipsi vitata*  
*adversus stupratorem ius esse iure Natura,*  
*Lessius statuens, refutatur. l. 1. c. 26. n. 7.*  
*Adversus Stupratorem nullam iure Natura*  
*actionem esse virgini vi subacta, & postea*  
*commodis nuptiis potita, negatur. ibid. n. 8.*  
*Qua actio Stuprata nascatur iure natura ex*  
*quorundam sententia, ex simulatu, & ore,*  
*non animo promissis nuptiis, refertur. ibid.*  
*n. 9.*  
*Quomodo, damnum amisse virginittatis iure*  
*Natura aestimetur ex Lessii sententia, re-*  
*fertur. ibid. n. 10.*  
*Stupratam filiam jungere stupratori vel dotem*  
*accipere, Lex divina arbitrio patris puella*  
*commisit. l. 1. c. 26. n. 11.*  
*In Stuprata puella, parentibus orba, arbitrio*  
*non fuit, dotem eligere, iure divino. ibid.*  
*n. 12.*  
*Stuprator quare debuerit, & dotem constitua-*  
*re, & ducere stupratam puellam, iure di-*  
*vino. ibid. n. 15.*  
*Stuprata estu & fraude, & ducta, repudiari*  
*nequit; at quidem illa, qua sub fide matri-*  
*monii ad stuprum fuit pellocta. l. 1. c. 26.*  
*n. 17.*  
*Stupratoris nuptiae asseruari, & dotem acci-*  
*pere iure divino potuit, qua estu & fran-*  
*de seducta fuit. ibid. n. 13.*  
*Interpretationes Rabbiorum in distin-*  
*guenda vitata etate rejiciuntur. ibid. n. 14.*  
*Stuprum iure Romano inter crimina publica*  
*relatum fuit. l. 1. c. 26. n. 22.*  
*Stupri poena alia in humili, alia in honesto stu-*  
*pratore constituta est. ibid. n. 23.*  
*Quis humilis, quis honestus in libris nostris*  
*dicatur. ibid. n. 24.*  
*Stupri poenam effugit, qui vitiatam a se ux-*  
*orem ducit. ibid. n. 25.*  
*Stuprum cum qua & quomodo committatur,*  
*multum interest. ibid. n. 27.*  
*Ut Stuprum intulisse dicatur, nihil interest, an*  
*quis pelloctus fuerit, an ipse puella pudorem*  
*extorserit. ibid. n. 26.*

*Stuprum aliquando Iudicio extraordinario, &*  
*capitis poena punitum fuit. ibid. n. 28.*  
*Stupri poena exasperatur, cum qui, quam pro-*  
*hibetur legibus uxorem ducere, corrumpit.*  
*ibid. n. 29.*  
*Stupri tenetur, & in Legem Iuliam de vi*  
*publica incidit, qui vi virginem corrumpit.*  
*ibid. n. 30.*  
*Stuprum committens sponsa qua poena punia-*  
*tur. l. 2. c. 25. n. 3.*  
*Stuprum passa vidua, eisdem poenis coërcetur,*  
*quibus plectitur, qua nuptias intra & post*  
*annum luctus iterat. l. 1. c. 26. n. 32.*  
*A Stupri crimine remota est virgo vi subacta.*  
*ibid. n. 33.*  
*An Stuprum passa mulier, ex Legge Iulia, stupri*  
*poena plectatur, quaeritur. ibid. n. 34.*  
*Qui stuprum suadet, consilium dat, opem ve-*  
*fert, aut domum suam prabet, legis Iulia*  
*poena plectitur. ibid. n. 37.*  
*Stuprum committit ingenua & honesta mu-*  
*lier, nisi testatio concubinatum manife-*  
*stum faciat. l. 1. c. 27. n. 24.*  
*In Stupratoris arbitrio ponitur iure Pontifi-*  
*cio, vel ducere, vel dotare stupratam. l. 1.*  
*c. 26. n. 40.*  
*De Stupro Lex divina apud nos olim in usu*  
*fuit. l. 1. c. 26. n. 41.*  
*Hodie totius Europa consuetudinem sequi-*  
*mur: qui ducat, aut dotet. ibid. n. 42.*  
*Ratio traditur, cur à divina de stupro lege*  
*recessimus. ibid. n. 43.*  
*Stupro polluta vidua hodie non habet actionem*  
*dotis. ibid. n. 47.*  
*A Stupratore secundo puella non est dotanda.*  
*ibid. n. 46.*  
*Stuprator dotem dare, vel ducere tenetur,*  
*etiam si puella occasionem stupri committen-*  
*di dederit. ibid. n. 44.*  
*Stuprum hodie committitur cum ancilla, seu*  
*muliere certa mercede nobis serviente. ibid.*  
*n. 43.*  
*Stuprator & impensas puerperii ferre, & in-*  
*fantem tollere debet. ibid. n. 51.*  
*Qui Stuprum conficitur, pro patre infanti ha-*  
*betur, usque dum manifestu rationibus pro-*  
*bet se patrem non esse, vel meretricem esse,*  
*& stupratam puellam se pluribus summi-*  
*sisse. ibid. n. 52.*  
*Stuprum an hodie alia poena quam dotis assi-*  
*gnatione puniatur, Quaeritur? ibid. n. 53.*  

SEN-

# INDEX RERUM

Stuprum voluntarium sponsa iustam repudii  
causam praebeat sponso. lib. 1. cap. 25. num. 13.  
Stuprum ex consensu sponsi admissum non est  
iusta causa, ut sponsa repudietur. ibid. n. 16.  
Ob Stuprum cum alia commissum repudiare  
sponsum sponsa potest. ibid. n. 14.  
Non cogitur sponsa nuntium mittere sponso,  
qui stuprum commisit. ibid. n. 15.  
Qui rem habet cum sponsa, quam sciebat ab  
alio stuprum passam, nuntium mittere ne-  
quit. ibid. n. 17.  
Si ambo scortati fuerint, nec sponsus sponsa,  
nec sponsa sponso nuntium mittere potest.  
ibid. n. 18.  
Ex stupro commissio non praesumuntur contra-  
cta sponsalia. l. 1. c. 23. n. 18.  
Si Stuprum commiserit sponsus, an iusta sit pa-  
tris intercessio? l. 2. c. 24. n. 15.

## T.

**T**acitus patris consensus in electione nuptia-  
rum liberis sufficit. l. 1. c. 7. n. 24.  
Tempus consummanda rei gratia contractui  
adfectum & effluens, non perimit obligatio-  
nem. l. 2. c. 25. n. 53.  
Intra tempus certum nuptias exequi qui pro-  
misit, & non exequitur, non liberatur à  
sponsalibus, nisi hoc specialiter pactum fue-  
rit. l. 2. c. 25. n. 54.  
Tempore certo nuptia denunciata celebranda  
sunt. l. 2. c. 26. n. 1.  
Intra quod tempus, & sub qua poena cele-  
brandas nuptias voluerint Ordines Gene-  
rales, Optimates Delphenses, Leidenenses, &  
Amsteladamenenses? ibid. n. 2.  
Tempus, intra quod quis exequi patris nu-  
ptias debeat, à iudice praefigendum est.  
l. 2. c. 25. n. 47.  
Si ex consensu sponsa peregrinetur sponsus, ex-  
pectandus est ejus reditus pro longitudine  
itineris, & necessitatis ratione. ibid. n. 48.  
Testatio quid? & quomodo in concubinato in-  
terponatur? l. 1. c. 27. n. 25.  
Nisi testatio concubinatum manifestum fa-  
ciat, ingenua & honesta concubina mulier  
stuprum committit. ibid. n. 24.  
Per Testes probatio legitima est. l. 1. c. 23. n. 9.  
Testimonium domesticum, necessarium, &  
mulierum, in sponsalibus non semper im-  
probatur. l. 1. c. 23. n. 12.

Testimonium muti, surdi, & caci non semper  
rejecitur. ibid. n. 10.  
Testimonium vilium mulierum, qua corpore  
quaestum faciunt, & virorum, quos crimen  
infamat, reprobat. ibid. n. 11.  
Thlibia & thlasia qui dicantur? l. 1. c. 4. n. 7.  
Thlibia antequam ad nuptias admittantur, à  
Medicis inspicere debent. ibid. n. 12.  
Thori & mensa separatio. Vide Separatio.  
Tria sunt bona & tria mala, animi, corporis,  
& fortuna, qua in contrahendo matrimo-  
nio quaruntur & vitantur. l. 1. c. 25. n. 11.  
Tribonianus socordia revincitur, quod dixerit,  
se nihil abundans in Pandectarum libris re-  
tiquisse. l. 2. c. 31. n. 11.  
Tromv-belosten, verbum quo sponsalia signi-  
ficamus, unde derivetur? l. 1. c. 1. n. 10.  
Turpisudo vita filii filiaeve, sponsi sponsaeve,  
iusta parentibus intercedendi ratio est. l. 2.  
c. 24. n. 12.  
Quis Turpis moribus, & indignus dicatur  
sponsus? ibid. n. 14.  
In Tutela adgnatorum perpetua saecula erant  
jure antiquo apud Romanos. l. 1. c. 14.  
n. 16.  
Differentia inter tutelam saecularum &  
pupillarum. ibid. n. 17.  
Postquam placuit mulieres pubescere, & pube-  
res non esse sub perpetua tutela sine curatore  
nuptias spondere poterant, iure Pande-  
ctarum. ibid. n. 18.  
Tutorum, curatorumque consensus in nuptiis  
minorum apud Batavos non requiritur,  
superstite parentum altero. l. 1. c. 11. n. 15.  
Tutorum Curatorumque consensum requirit  
Politica Zelandia constitutio, superstita pa-  
tre vel matre. ibid. n. 14.  
Tutoris & pupilla nuptia quare aliquando era-  
tione, aliquando Senatusconsulto interdictae  
dicantur? l. 2. c. 20. n. 2.  
Auctor Senatusconsulti de prohibitis inter tu-  
torem & pupillam nuptiis, Marcus Anto-  
ninus fuit. ibid. n. 3.  
Tutoris cum pupilla nuptia irrita & nulla  
sunt, poenisque subiacent. ibid. n. 7.  
Tutor pupillam à patre sibi desponsatam, vel  
testamento destinatam uxorem ducere po-  
test. ibid. n. 9.  
Tutor pupilla sua matrem vel filiam in ma-  
trimonio habere potest. ibid. n. 8.  
Protutoris res pupilla administrantis & pu-  
pilla

*pilla matrimonium interdictum non est.*  
*ibid. n. 10.*  
*Tutoris & pupilla nuptia jure Canonico interdita non sunt.* l. 2. c. 20. n. 11.  
*Tutor pupillam uxorem ducere potest jure Batavo.* l. 2. c. 20. n. 12.

V.

**V**ago concubitus usos fuisse homines in primordio mundi figmentum poetarum est.  
 l. 2. c. 5. n. 13.  
*Vaga libidine utuntur quadrupedes, non bipedes; & ejus rei ratio datur.* l. 2. c. 5. n. 10.  
*Veneficii & fascino correpti, ut coire nequeant, nuptias contrahere, usque dum restituti sint, prohibentur.* l. 2. c. 4. n. 25.  
*Si Veneficio correptus intra triennium coire non possit, resolvitur matrimonium.* *ibid.* n. 26.  
*Verbis & signis contrahi possunt sponsalia inter presentes; verbis, ab iis quisari sciunt; signis, & mutis & surdis.* l. 1. c. 20. n. 12.  
*Quibus verbis, & quomodo prolatus usi fuerint contrahentes, dummodo de illorum mente constiterit, nihil refert.* *ibid.* n. 15.  
*Verba dubia contra eum explicanda sunt, qui iis dolo malo usus est, ut capteret alterius simplicitatem.* *ibid.* n. 16.  
*Variæ orationes promittendi nuptias traduntur, & explicantur.* *ibid.* n. 17.  
*Formula juri Canonici in spondendis nuptiis usitata, & interpretum, qua ei congruit, rejicitur.* *ibid.* n. 18.  
*Verborum solo sono non contrahuntur sponsalia, si desit serius contrahentium animus.* l. 1. c. 20. n. 19.  
*Verberibus & minis non debet cogi filia, ut nubat ei cui pater vult, sed per sua propria oratione, & amicorum intercessionibus flecti, ac induci.* l. 1. c. 12. n. 6.  
*Verberibus excepta mulier, an, & quam actionem habeat adversus maritum?* l. 2. c. 29. n. 12.  
*An Verberibus uxorem castigare marito liceat?* *ibid.* n. 11.  
*An cautione praestita, ne sæviat vir, cogi possit mulier habitare cum suo marito?* *ibid.* n. 19.  
*Vetula cum Adolescente conjugium carpitur.* l. 2. c. 3. n. 31.

*Vidua apud Ebraeos sui juris erat.* lib. 1. c. 6. n. 6.  
*Vidui, viduaque hodie non relabuntur in patriam potestatem soluto matrimonio.* l. 1. c. 16. n. 5.  
*Vidua non indigent parentum consensu in contrahendis nuptiis.* *ibid.* n. 6.  
*Vidua honeste parentum consilium exposcunt.* *ibid.* n. 7.  
*Vidua quare non necessario indigent parentum consensu, cum spondens nuptias.* *ibid.* n. 9.  
*Refellitur eorum opinio qui in Viduarum nuptiis parentum consensum necessarium volunt.* *ibid.* n. 10.  
*Viduus qui dissidenti patri obsequi cupit, invita sponsa munus mittere nequit.* l. 1. c. 16. n. 11.  
*Vidua pro virgine ducta repudiari nequit.* l. 2. c. 18. n. 36.  
*Vidua stuprum passa, si idem panis coercetur, quibus placitur qua nuptias intra & post annum luctus iterat.* l. 1. c. 26. n. 32.  
*Vidua stuprum passa hodie non habet actinem ad consequendam dotem.* *ibid.* n. 47.  
*Vidia post mortem mariti luxuriose vivens, amittit quicquid ex liberalitate defuncti accepit.* l. 2. c. 32. n. 29.  
*Viduam avunculi seu patrui ducere non possum: neque nubere viduo amita seu matertera.* l. 2. c. 15. n. 7.  
*Viduam fratris, id est, fratris uxorem ducere non possum.* *ibid.* n. 5.  
*Viduam fratris, avunculi, &c. jure Civili veteri in matrimonio habere potui, jure novo non possum.* *ibid.* n. 9.  
*Vigessimus annus quare adultæ aetati in filiabus, in filiis annus vigessimus quintus praefinatur.* l. 1. c. 12. n. 15.  
*Vigessimum puella, vigesimum quintum excessisse juvenis debent, ut adulti dicantur.* *ibid.* n. 16.  
*Vltimus quoque anni dies exactus esse debet, ut quis adultus dici possit, si juxta patris respicias.* *ibid.* n. 17.  
*Violata ab alio sub nomine sponsi delusa sponsa, via repudi potest.* l. 1. c. 25. n. 19.  
*Violentum stuprum passam, qui sibi per errorem desponsavit, restitui potest.* l. 1. c. 18. n. 35.  
*Vi subactam sponsam repudiare sponsus potest.* l. 1. c. 25. n. 20.

D d d d d

Virgo

Virgo duodecim annorum viripotens antiqui-  
 rus estimata fuit in definienda masculorum  
 pubertate Cassius, Proculus, & Priscus dis-  
 senjerunt. *libr. 1. cap. 3. num. 10.*  
 Virginem non fuisse traditam viro, quia ex  
 prima consuetudine genitalis lectus sangui-  
 ne tinctus non reperitur, infirmum argu-  
 mentum est. *l. 1. c. 18. n. 25.*  
 Non creditur fama viciniā, neque ipsi mulieri  
 afferenti se virginem non fuisse ductam, ut  
 distrabatur matrimonium. *ibid. n. 27.*  
 Virginitas nec oculis cerni, nec manibus ob-  
 stetricum explorari potest. *l. 1. c. 21. n. 23.*  
 Virgo, quae rubore perflua vultu annuis pa-  
 rentibus, de ejus nuptiis agentibus, lauda-  
 tur. *l. 1. c. 20. n. 12.*  
 Virginitatis amissa damnum quomodo pure Na-  
 tura aestimetur ex Lessii sententia, refertur.  
*l. 1. c. 26. n. 10.*  
 Qui virginem vi corrumpit, & stupri tene-  
 tur, & in legem Iuliam de vi publica inci-  
 dit. *l. 1. c. 26. n. 30.*  
 Virgo vi subacta à crimine stupri remota est.  
*ibid. n. 33.*  
 Qui virginem violat indutam meretricia ve-  
 ste, legis Iuliae poena non puniatur. *ibid. n. 38.*  
 Virgini interfectam pudicitiam esse qui spar-  
 serit, criminali & civili iudicio conveniri  
 potest. *l. 1. c. 28. n. 5.*  
 Virile corporis robur, & maturum animi ju-  
 diciū adepti hodie creduntur, qui annum  
 aetatis 20. vel 25. pro ratione sexus egressi,  
 vel matrimonio juncti sunt. *l. 1. c. 11. n. 2.*  
 An à vitiatamuliere, solenni ritu, pro Virgi-  
 ne ducta maritus divertere possit? *l. 1. c. 18.  
 n. 24.*  
 Qui Vitiatam sciens duxit, vel contracto ma-  
 trimonio, vitii gnarus, eam cognovit, re-  
 pudiare uxorem nequit. *ibid. n. 28.*  
 Vitiatam pro virgine ducta, ante concubitum  
 repudiari à marito potest. *ibid. n. 19.*  
 Vitiatam, quam virginem credebat, repudia-  
 re sponsum potest, etiam si eam cognoverit.  
*ibid. n. 30.*  
 Qui Vitiatam sciens sibi desponsat, vel post  
 sponsionem eam ea rem habet, sub praetextu  
 erroris retractare sponsalia nequit. *ibid.  
 n. 31.*  
 Cum Vitiatam filius vult uxorem ducere, ju-  
 sta patris intercessio est. *l. 2. c. 24. n. 12.*  
 Kiliū & morbus inter se distinguuntur, li-

ci sapientia promiscue usurpentur. *l. 2. c. 4.  
 n. 20.*  
 Viri vel non vera confarctus necessarius non  
 est privigno vel privigna in contrahendo  
 matrimonio, apud Barabos. *l. 1. c. 11. n. 23.*  
 Vitrici, non vera, privigni, socrus, generi, nu-  
 rus, &c. denominationes ex nuptiis oriun-  
 tur. *l. 2. c. 15. n. 1.*  
 Inter Vitricum & non vercam, socrum & nu-  
 rum, nuptia prohibentur, iure Naturae,  
 Divino, Pontificio, & Barabos nostro. *l. 2.  
 c. 15. n. 2.*  
 Vnicoli, & quibus spes generationis reliqua  
 est, nuptias contrahere non prohibentur. *l. 2.  
 c. 4. n. 11.*  
 Vota filiarum revocare poterat pater Ebraeus,  
 hincque nostra de patria potestate sententia  
 probatur. *l. 1. c. 6. n. 5.*  
 Vota matrimoniorum non sunt placitis & ar-  
 bitrio alieno alliganda. *l. 1. c. 12. n. 5.*  
 Vulgaris mulier quae appelletur in L. 13.  
 §. 2. D. ad leg. Iul. de Adult. *l. 1. c. 26.  
 n. 35.*  
 Vxor olim apud Romanos confarreatione,  
 coemptione, & usu accipiebatur. *l. 1. c. 8. n. 1.*  
 Vxor confarreatione vel coemptione ducta  
 erat sub manu viri. *ibid. n. 2.*  
 Vxor usu accepta non erat sub manu viri, nec  
 inter tales conjuges communio honorum.  
*ibid. n. 4.*  
 Vxor usu ducta in potestate Patris manebat:  
 & omnia loca, quae in libris nostris de mu-  
 liere in potestate patris posita & nuptia lo-  
 quuntur, de ea intelligenda sunt, quae usu  
 accepta fuit. *ibid. n. 6.*  
 Vxores minus honorata, non vera concubinae  
 fuerunt, quarum sit mentio in Veteri Testa-  
 mento. *l. 1. c. 27. n. 18.*  
 Ab Vxore distinguebatur concubina iure Ro-  
 mano, solo maritali honore, & affectione  
 conjugali. *ibid. n. 20.*  
 Vxor iusta non est, quae minor duodecim annis  
 in domum mariti deducta est. *l. 2. c. 3. n. 22.*  
 Pro Vxore quando sponsa habetur? *l. 2. c. 25.  
 n. 4.*  
 Zelantia Politica constitutio Curatorum con-  
 sensum requirit in nuptiis minorum, patre  
 vel matre superstite. *l. 1. c. 11. n. 14.*  
 Zeno ab errore, cuius eum in L. 8. C. de inoff.  
 nupt. quidam infimulant, vindicatur. *l. 2.  
 c. 13. n. 11.*

# INDEX CAPITUM

## LIB. I.

Cap. 1. De sponsalium etymologia, <i>omniumque definitione.</i>	pag. 1.
Cap. 2. De sponsalium sponsonibus, & <i>divi-</i> <i>sione sponsalium.</i>	9
Cap. 3. De infansium & impuberum sponsa- libus.	18
Cap. 4. De Sponsalibus ob defectum consensus nullis.	26
Cap. 5. De auctoritate parentum, ex dictamine juris natura, in collocandis matrimonio libe- ris.	32.
Cap. 6. De patria Ebraeorum potestate in collo- candis matrimonio liberis.	43
Cap. 7. De potestate patris Romanorum in col- locandis matrimonio liberis.	44
Cap. 8. De auctoritate matris Romana in col- locandis matrimonio liberis.	65
Cap. 9. De necessitate parentum consensus in nuptiis liberorum, secundum <i>legem</i> <i>canoni-</i> <i>cum.</i>	71
Cap. 10. De necessitate parentum consensus in nuptiis liberorum, ex constitutione Carolina.	76.
Cap. 11. De Batavorum patria potestate in collocandis matrimonio liberis.	78
Cap. 12. Quomodo se extendat parentum au- toritas in collocandis matrimonio liberis.	89
Cap. 13. De firmitate clandestinorum sponsa- lium, quæ à liberis inficiis parentibus contra- hantur.	100
Cap. 14. De auctoritate curatorum in contra- hendis minorum sponsalibus.	116
Cap. 15. De restitutione in integrum mino- rum, si constitutis sponsalibus læsi dicantur.	126.
Cap. 16. De clandestinis eorum sponsalibus, qui annis minores adultis accensentur.	130
Cap. 17. De sponsalibus metu contractis.	141
Cap. 18. De sponsalibus per errorem contractis.	141
Cap. 19. De sponsalibus dolo malo contractis.	176.
Cap. 20. Quibus verbis contrahantur sponsa- lia.	179
Cap. 21. De conditionibus, quæ sponsalibus ad- jici solent.	188
Cap. 22. De prelatione sponsalium.	204
Cap. 23. De probatione sponsalium.	211

Cap. 24. De vi & effectu sponsalium.	223
Cap. 25. De repudiis.	233
Cap. 26. De stupro.	259
Cap. 27. De meretricio concubitu, & concubi- natu.	284
Cap. 28. Quæ actione conveniri possunt, quæ sponsalia à virgine esse constituta calumniis spargunt.	302

## LIB. II.


Cap. 1. De necessitate sponsalium.	305
Cap. 2. De ritu Batavo publica sponsalia con- stituenti: deque nuptiarum futurarum de- nuntiacionibus publicis.	317
Cap. 3. De atate nuptiarum maturæ.	327
Cap. 4. De iis, qui propter corporis vel animi vitia matrimonio arcentur.	350
Cap. 5. De nuptiis ob nuptias prohibitis, seu de pædagogis.	363
Cap. 6. De cognatione, ejusque divisione.	385.
Cap. 7. De cognatione civili.	393
Cap. 8. De cognatione Spirituali.	405
Cap. 9. De computandis gradibus.	409
Cap. 10. De nuptiis ob sanguinem prohibitis.	415
Cap. 11. De nuptiis cum fratrum vel sororum liberis.	427
Cap. 12. De nuptiis consobrinorum.	435
Cap. 13. De affinitate.	444
Cap. 14. De publica honestatis Justitia impedi- mento.	457
Cap. 15. De nuptiis ob affinitatem prohibitis.	461
Cap. 16. De solutione à lege, seu de dispensa- tione.	479
Cap. 17. De incestarum conjunctionum pænis.	492
Cap. 18. An dirempto ob adulterium matri- monio, ad novas nuptias admitti adulter pos- sit?	502
Cap. 19. De secundis nuptiis.	512
Cap. 20. De nuptiis Senatu/consulto, & Prin- cipum constitutionibus prohibitis.	540
Cap. 21. De nuptiis ob religionem prohibitis.	549
Cap. 22. De sacro ordine, & perpetua castita- tis voto.	554

Cap.



# INDEX CAPITUM.

Cap. 23. De raptu.	564	Cap. 22. De divorti & mensa separationis.	653
Cap. 24. De dilatione nuptiarum ob diffensum parentum.	590	Cap. 30. De jure Divortiorum apud Ebraeos usitato.	664
Cap. 25. De jure sponsi & sponsae.	621	Cap. 31. De jure divortiorum apud Romanos recepto.	668
Cap. 26. Intra quod tempus celebranda sint nuptia populo denunciata.	627	Cap. 32. De divortio secundum jus canonicum.	669
Cap. 27. De celebrandarum nuptiarum ritu.	629	Cap. ult. De jure divortiorum apud Batavos recepto.	692
Cap. 28. De nuptiarum definitione.	642		



HEN-

*In Amplissimi & Consultissimi Viri,*

**D. HENRICI BROUWER, JC.**

Apud Lugdunenses in Batavis Senatoris, & Scabini  
integerrimi,

*Doctissimum, de Jure Connubiorum apud Batavos  
recepto, tractatum.*

**O**ptimus est civis, columenque insigne suorum,  
Qui quid sit justum, justitiamque docet.  
Optimus est judex, qui convenientia causis  
Intrepidus populo reddere jura solet.  
Et nunquam miserum precibus mollescit, & audet  
Magnatum immotâ spernere mente minas,  
Sed qui jura docet populum, & jus dicit egenti,  
Ejus carminibus gloria major erit.  
Tantaque cum præstet BROUWER, quis, doctior an sit,  
Justior an judex, dicere jure potest?  
Hunc venerare virum (quid enim præstantius illo?)  
Quisquis doctrinam justitiamque colis.

\*\*\*

D.

D. HENRICO BROUWER

Ius connubiale à se conscriptum edenti

**Q**uam tibi tædium deduxit sacra vincula curam,  
Laudabit quoyis tempore posteritas,  
BROUWERE, egregiè nos delibare Senatus,  
Qui tua, Lugdunum, mœnia, pulchra, regit.  
Justitiæ vindex, legum tutela forique.

Ambiguus terror præsidiumque reis.  
Herorum suboles, quos obsidione minaci  
Non fractos patriæ sensit Ibera cohors.  
Hos inter, BROUWERE, micæ, decus ordinis alti.  
Ingenio dubium major an officio.  
Nec tibi, quod vacuum decisa negotia donant,  
Ignava requie tempus inane perit,  
Tum vero minime solus, licet esse puteris,  
Et minime vacuustum, videare licet,  
Multum agis, & tecum sunt immortalia Famæ  
Nômina, scribendo queis superesse datum.  
Et discis modo, nunc aliquid solertius ipse  
Conficis, & reddas quæ meliora, legia  
Jamque paras specimen vestiri sindone dignum,  
Dignum cui vivat pagina tacta cedro.  
Et cujus fuco splendente superbiat index,  
Et frons arenti pumice levis ear.  
Nam generis causam humani populique futuri  
Præclaro exemplo casta papius agit.  
Cecropa, Palladiæ, geminum jactetis, Athenæ:  
Julia det sanctos lex tibi, Roma, toros.  
BROUWERUS melior lectis genialibus auspex  
Afferuit Batavæ jura pudicitia.

¶

\*\*\*

JOH. FREDERICUS GRONOVIVS.

IN-

# E R R A T A.

*Pag. 16. Line. 2.* resiliat, p. 22. l. 20. Desponsatum p. 32. summ. 4. Quarat. l. 7. sacris, p. 34. l. 42. *pro* iudicio indicio l. 21. 48. *substit.* 46p. 41. l. esset. p. 48. l. 20. Locabas. l. 12. *pro* sit *Leg.* fuit. p. 58. l. 22. *pro*. l. 15. *substit.* l. 13. p. 63. l. 39. præitare mulier p. 64. in marg. in l. 25. p. 65. l. 12. *Leg.* Alias, ut non divell. p. 66. l. 11. Farracea. p. 70. l. 6. D. verbor. obligat. l. 17. *pro* fulmine *Leg.* fulmen p. 82. l. 19. D. de tit. p. 91. l. 6. l. 15. D. de condit. p. 93. l. 20. *pro* l. 3. *substit.* l. 9. p. 96. l. 18. *pro* placium. *Leg.* placitum p. 88. l. 6. *pro* si, sic l. 7. suspicor p. 115. l. 24. *post* filiafamilias, adde, annis maiores. p. 135. l. 29. Veniæ ætatis impetrata. p. 173. l. ante nuptias p. 175. l. 18. cum minoris æst. p. 182. l. 22. l. 3. C. de inutil. l. 27. uter prior p. 184. 29. l. 49. §. 2. l. 39. *pro* hæc, hac. p. 195. l. 18. prolatis verbis p. 215. l. 6. *pro* quæ, qui exist. p. 228. l. 40. *pro*, pœna, pœnæ. p. 240. l. 7. l. 101. §. 1. l. 27. species. p. 245. l. 7. distinguit. l. 53. D. defurt. p. 248. l. 13. tum spon- sâ qual. p. 251. l. 39. norant. infam. l. 9. *pro*. C. de divort. de repud. p. 260. summ. 49. Dotem ex p. 261. l. 34. in l. 29. §. 1. D. p. 262. l. 3. & 25. *phæggi* p. 276. l. 18. l. 9. l. 10. §. 1. l. 14. p. 284. summ. 1. Methodi ratio. p. 288. l. 27. Synodi Apoll. p. 289. l. 31. L. 43. §. 4. l. 39. Donata jure novo revoc. in marg. Dio Cass. libr. 59. p. 296. l. 39. L. 3. §. 1. p. 297. l. 6. L. 49. §. 4. p. 302. l. 41. *pro*, ut ei, ut ii. p. 314. l. 26. maritali. p. 317. l. 8. Pontificiumque p. 324. l. 32. satisfactum. p. 332. l. 14. pubertatem p. 338. l. 11. prohibent p. 351. summ. 18. *pro* qui defect, quæ defect. p. 364. summ. 33. Quam cito com- petit mulier, se alterius marito nupuisse, dissolvere conjunctionem debet p. 367. l. 14. jure naturæ consistere post l. 17. voluerit. p. 370. 31. somniat. p. 372. l. 13. *pro*. cauce, l. lauce p. 390. l. 4. viri & mulieris con- junctio p. 393. l. 12. *pro*. possi, possit. summ. 7. qui sibi per adopt. p. 398. l. 13. *pro* non posset, non posse p. 400. l. 33. *pro* sororem, uxorem p. 420. l. 21. *pro* unus sanguis *substit.* idem sanguis p. 423. l. 10. *pro*, sanguis junctas *substit.* identitas sanguinis l. 11. *pro*. una caro *substit.* eadem caro p. 427. l. 15. *pro*, con- sanguineos *substit.* patruales p. 428. l. 16. una caro & unus sanguis *substit.* eadem caro & idem sanguis p. 432. l. 20. L. 1. C. Theod. p. 434. l. 16. cæterum, locus, quem p. 446. l. 42. *pro*, præterquam quod Paulus *substit.* Deinde quod à Paulo p. 450. l. 6. eos ufos fuisse p. 471. l. 11. nec fratris filio p. 480. l. 37. *pro*, ab de *substit.* ejus observationi p. 503. l. 8. *pro*. prior, prior. p. 504. 17. licitum sit divorcium p. 536. l. 31. cl. 40. aliquod temp. p. 542. l. 21. (quod facile maritis est) p. 554. summ. l. 7. cur interdicatur l. 31. quic- quam, usufructum p. 586. l. 1. horam diei l. 37. *pro* compellant, compellantur p. 587. l. 2. *pro* duo mil- lium & viginti quinque, qui ipsum raptorem; mille ducentorum & quinquaginta, *substit.* duorum mil- lium & quingentorum florenorum, qui ipsum raptorem; quingentorum, qui p. 589. l. 21. malæ conscientie furti correptus. *Dele* furti corre l. 30. invito patre *pro* patrem p. 617. l. 25. *pro* aliarum, aliorum p. 625. l. 28. *dele* Atane p. 651. l. 34. *pro* arcitudinem, arcissimum ligamen p. 668. l. 15. *Dele*, quin p. 691. l. 15. redundat. ideo, matrimonium p. 693. l. 40. *pro* solvit, solvi p. 696. l. 11. thorum accessio p. 698. l. 27. hæc est p. 700. l. dirimit.







161100-10





